



2
6
86














A

2_6_86

XXIX

VAR. de Syn-
catu

2-6-86

TRACTATVS DE FORMATIONE LIBELLI IN SYNDICATV


QVMPLVRIVM AVCTORVM,

Nempe

Baldi de Perusio,
Angeli de Perusio,
Cataldini de Boncompagnis,
Amedei Iustini,
Paridis de Puteo,
Augustini Dulceti.

Qui anteà sparsim vagabantur, nouè verò à D. GABRIELE SARAYNA, I.C. Veronensi in vnum congesti.

Quorum locupletissimum, tum rerum, tum verborum memorabilium indicem adiecimus.



VENETIIS,
Apud Hieronymum Zenarum, & fratres.
M D L XXVI.

TRACTATVS SINGVLARIS IN MATERIA SYNDICATVS,

Extractus è D. Baldi de Perusio Commentarijs in §. proficisci. l. obseruare. ff. de offi. procons. & leg. non tam vtilis quàm necessarius.

SVMMARIVM.

1 *Statutum dicens q. potestas teneatur pro sua familia, intelligitur tantum ciuiliter.*
2 *De quibus rebus syndicetur.*
3 *Libelli quarimoniarum debent infra octo dies offerri.*
4 *Iudex iurans seruare statuta, si non decidat causam infra tempus, an dicatur periurus.*
5 *Inquisitio an sit processus magis odiosus quàm processus accusationis.*
6 *Potestas in suo syndicatu fideiussorem non reperiens an debeat personaliter capi.*
7 *Officialem accusans nunquid teneatur in scriptis libellum offerre.*
8 *Potestas an possit transgredi leges & statuta.*
9 *Potestas an teneatur de alio quàm de dolo.*
10 *Iudex nolens audire allegationes vel probationes an faciat litem suam.*
11 *Familia ptãtis an possit pro syndicatu testificari.*
12 *Sententia quando est nulla, an iudex faciat litem suam.*
13 *Iudex male iudicans an dolo iudicasse videatur.*
14 *Iudex prætermittens formam statutorum an sit periurus.*
15 *Potestas in syndicatu totam familiam exhibere cogitur.*



OTA, quòd potestas tenetur pro omnibus, quos secum ducit, etiam si non sint præpositi alicui officio, sed prætextu officij domini delinquant, ut in Auth. de iudicib. §. ne autem. col. 6. Secus in aliis officialibus, qui non habent iurisdictionem in iudicando, quod dic, vt ff. de pubiic. l. 1. §. miliæ. si autem delictum non sit commune cum officio, vt quia berruarius facit homicidium, non tenetur potestas pro eo, extra de resti. spol. cum ad sedem. Et ad hoc adde secundum Dy. quòd si familia potestatis vulnerat aliquẽ, quòd potestas non tenetur soluere pœnam, si criminaliter agatur, ut hic no. in gl. Dy.
1 † Et licet statutum dictet quòd potestas pro sua familia teneatur, intelligitur ciuiliter non criminaliter, per illam gl. singulare. sed de iure communi potestas pro tali delicto non tenetur nec ciuiliter, nec criminaliter. si enim teneretur, non posset esse iudex de hoc crimine, cuius contrarium habetur ff. de off. præs. l. senatuscon sulto & de pœn. l. si quis forte. §. si quos comitum. secundum Bart. si autem delin-
2 quunt ratione officij, [a] tenetur potestas ad interesse partis læsæ ex facto suæ familiæ. arg. infra fur. aduer. nau. l. j §. serui in Auth. vt diffe. iud. §. si tamen. de public. l. 1. § familiæ. secundum Dynum. & ibi tenet Bart. q. officialis exhibendo familiam non tenetur. ¶ Sed quid si statutum dicit quod potestas teneatur repræsentare tempore syndicatus omnes suos officiales, & vnus fecit furtum, & aufugit? Respõdeo, & videtur quòd potestas non teneatur ad sibi impossibile, arg. de excusa. tutor. l. Titius. §. fina. q. casus fortuitus bonæ fidei viro obesse non debet, arg. de rei vendica. l. fina. §. à bonæfide. Cautius est quod ponantur in banno. nã tunc uidetur stare per ipsam rẽ publicã: cuius authoritate positus est in banno, ne sisti posit. ff. si quis cautio. l. si quis.

si quis. Itē si esset captus & traditus custodibus & aufugisset: si quidē custodes essēt de familia potestatis vr̄ teneri potestas, q̄a malos posuit custodes, si autem à republica erant deputati, nō tenetur potestas, sed ipsi tantum custodes puniuntur, vt C. de custod. reorum. l. ad commentariensem ¶ Sed si potestas expresè se obligat ad soluendum omnem pœnam ciuilem & criminalem pro familia sua? Respondeo, hoc intelligitur de pœna pecuniaria,[b] non de
b pœna corporali, quæ per alium pro alo solui potest, arg. ff. de interroga. actio. l. qui seruum. in prin. & quod nota. 23. q̄. 5. cū homo. Et quia hic congrue cadit tractare aliqua de syndicatu officialiū, quæramus de aliquib. quæstionibus. ¶ Primo quæro, qui sunt eorum iudices. Rn̄deo, de iure cōmuni est princeps. Item præfectus prætorio. item is, cui à præfecto prętorio committitur. item Episcopus, vt C. vt omn. tam ciuiles, quàm mili. l. j. in fi. & in Auth. vt iudi. sine quo. suffr. §. necessitatē. vbi de hoc. Sed de generali cōsuetudine & rationabili iurisdictio Episcopi apud nos recessit ab aula. Itē quia istos prefectos prętorio hodie in Italia non habemus, debet successor syndicare prędecessorem suum, nam finito officio potest coram loci ordinario conueniri. ff. de iud. l. pars litterarum. idest, corā eo, qui habet merum imperium, cū syndicator habere debeat gladij potestatem, vt d §. necessitatem. & hoc tenet Ioan. And. in additio. Specu. in tit. de syndico. Hoc verū, nisi lex municipalis det formam q̄ syndicēt p alios bonos viros nam pręter illos deputatos nullus potest se intromittere, argu. no. in l. 2. de execut. & appa. lib. 12. nisi quatenus esset requisitus à syndicatoribus. nā vnus officialis debet iuuare alium si sit ad hoc requisitus, sicut milites tenentur iuuare potestatē in suo officio exequēdo. de rei vendicatione, l. qui restituere. ¶ Secundò † quæro de quibus rebus syndicetur? Respondeo, de commissis prętextu officij, puta de sententijs malè latis, & de baratarijs, & similibus. Sinautē delinquūt extra officium, puta adulterando, dicit Guliel. q̄ hoc non pertinet ad syndicatores, sed proceditur contra eum tanquam contra quemlibet priuatum ibi delinquētem vsque ad viginti annos, non attenta meta nec ordine syndicatus, iuxta l. querelam. C. de fal. hoc no. Gul. C. quorum appella. non recip. l. nulli. allega. ff. nau. caup. stabu. l. 3. §. pen. Sed istud est verum de factis extra, puta, si conuenitur, quia ante promiserat ibi soluere, de const. pecu. l. eum qui. §. Iulia. Sed de eo quod factum est intra terminos loci & temporis officij, de toto debet syndicari, vt de furto & de iniuria, vt l. j. C. vt om. iu. tam ciui. quàm mili. & d. §. necessitatem. Item si finito officio delinquunt, hoc nō pertinet ad syndicos, sed ad potestatem, arg. ff. quod quisq; vniuer. no. l. item eorum. §. decuriones. versic. sed si.
3 ¶ † Tertio quęro? infra quod tempus syndicentur. dicit, quod intra 50. dies, & libelli quęrimoniarū debent infra octo dies offerri, & oblato libello debent infra viginti dies expediri, vt no. ff. ad legem Iuliā repetundarū. l. 2. sed deposito officio secundū distinctionem. no. ff. de iudi. l. pars litterarum. tamen si processus non expeditur infra eos dies, debet expediri postea, vt d. l. j. vt om. iud. tam ciuil. quàm mil. Et sic quòd istud infra tp̄s iubetur, postea nō prohibetur, & in hoc sic dicas. Aut tp̄s apponitur iuri proponendo, & elapso tempore legati nō pōt opponi, de excus. tut. l. scire oportet. §. consequens. & ideo si statutum determinat certum tempus ad querelandū contra syndicandos, querela proposita est ipso iure nulla, id est non tenetur respondere. Aut tēpus statuitur iuri intentato prosequēdo & probando: & tunc nō auditur postea, nisi impedimēto probato: si aūt auditus id est admissus est, videlicet quia pręsumitur, q̄ ex aliqua causa est admissus, vel q̄ in culpa fuerit admittens, ff. iudi. sol. l. iā tn̄. §. in hac. Aut tempus statuitur iuri diffiniendo, & tunc si non diffinitur, perit instantia, nisi lex vltra procedat, & statuat q̄d nō pereat, vt hic. ¶ Vel dic, aut tp̄s apponitur permissioni, & tūc p̄missum ad tp̄s postea vr̄ prohibitū, & sic perit instantia, vt l. properandū. in prin. C. de iudi. Aut tp̄s apponitur iussioni, & iussus ad tempus, tunc non vr̄ prohibitus postea, tn̄ punit̄ de contēptu legis. hoc enim casu nō est data me-

ra & forma potentiæ. & ideo non excludit eam: quia missio propriè in personā dirigitur. Nam instantia cum sit res inanimata, non recipit legem præcepti, quia nihil imperari potest nescienti, sed bene recipit temporis mensuram, si tempus apponatur, vt terminus instantiæ, vel vt terminus litis. & ideo si statutum est pœnale quod loquitur iudici, & in personam iudicis dirigitur, dicens, quòd apponat tempus personæ non liti. & ideo post tempus valet sententia, quia durat adhuc instantia. præterea nisi statutum expressè deroget iuri communi, iuri communi standum est, vt in cap. Ober. vers. strenuus. de feu. col. x. ¶ †Sed nunquid iudex qui iurat seruare statuta erit periurus, si non determinat causam infra tempus. dicit Iacob. Butr. quod sic. in l. properandum. in princi. C. de iudi. nam alia pœna non excludit reatum periurij, vt C. de transact. l. si quis maior. Sed contra videtur, quia pœna specialis derogat generali, vt l. sanctio legum. de pœnis. ergo sufficit specialis pœna absque pœna periurij. Sed ad hoc respondetur, quòd periurium nō est propriè pœna, sed est crimen, ex quo sequitur pœna, & veritas est quod est periurus: quia est in dolo, quia potuit & voluit, sed cessante dolo non est periurus, aliàs sequeretur, quod ex culpa quis foret infamis, quod est falsum, a pœna tamen pecuniaria non excusatur, nisi propter causam probabilem & necessariam. de verborum obligatio. l. continuus. §. istud. adde quod not. Innocent. de offi. deleg. cap. P. & G. ¶ Sed opponitur, tu dicis, ꝙ si statutum loquitur cum iudice non perit instantia, sed si loquitur cum instātia, quia si dicit, quod tantum duret, tunc perit. Contra, quod quomodocunque loquatur statutum semper instantia duret, donec durat triēnium in ciuili, vel biennium in criminali, vel secundum Canonist. in perpetuum. nam licet alias quādo vnum disponitur de vno tempore, videatur contrarium in alieno tempore statutū, vt l. statuliberū. §. fi. de legatis ij. tamen hoc est colligendo argumētum à cōtrario sensu, quod habet locum in his statutum, & si haberet locum in alio casu, non habet locum hic, vbi est contra ius commune. C. de conditio. insert. l. ii. & ideo videtur quod infra tempus præfixū a statuto procedatur vigore statuti, & eo elapso cessante statuto procedetur ex dispositione iuris communis. & hoc tenet quidam, nisi expresse statutum dicat, ꝙ instantia pereat, vel quod postea procedi non possit. Tamen quia præcedens distinctio probabilior est. Respondeo ad contrarium, quòd istud non est argumentū à cōtrario sensu, sed ex natura temporis limitati. C. de præscriptione quadraginta annorum. l. sicut. in fine. & ff. de pactis. l. si vnus. §. i. de vulgari. substitutio. l. ex facto §. item quæro. Item & si esset argumentum à contrario sensu, est hoc necessarium ex natura limitatorum verborū, & sic habet locum in statutis, quia videtur esse text. statuti. ff. de testi. l. qui testamēto. § mulier. C. de furt. apud antiquos, aliàs limitatio temporis nihil operaretur quod esset absurdum. arg. ff. de pact. l. epistola. §. fi. & de postula. l. Imperator. & C. locat. l. si cum Hermes. Et interdum tempus apponitur commissioni seu iurisdictioni, & tunc aut ordinarie & principaliter expirat instantia simul cum iurisdictione, aut delegatæ, vel subordinariæ, vt quia Episcopus præfigit metam vicario suo, tunc instantia non expirat, sed iste superior procedit, vel mandat procedi in ipsa, quia quo ad eum cui⁹ committitur iudicium soluitur, non quo ad superiorem. ff. de iudiciis. l. iudicium soluitur. Quod dixi de ordinaria iurisdictione intellige de temporali, quæ de nouo creatur, & non habet successorem. argum. extra de præben. capitu. dilecto. Si enim habet successorem, transit ad ipsum aliàs moritur cum subiecto, in quo est delegata. l. quod principi. cum l. seq. & facit qđ not. in l. tale pactum. l. fin. ff. de pactis.

¶ Quarto quæro, an potestas Florentiæ possit de ibi commissis in propria patria c conueniri, e vel accusari. Et videtur quod possit ratione originis & domicilij. ff. vbi de crimine agi opor. l. i. item est glo. ordinaria ff. ad l. Iul. repet. in fi. magnæ glo. In contrarium videtur multis rationibus. Primo, quia est elapsus terminns querelandi, post quem quis non auditur. de accusationib. l. Titio. C. qui accusa. non pos. si ea-

si ea. extra. qui matrimoniū accusare possunt. cap. cum in tua. extra de accusatio. c. licet. & quod not. C. vt nemo inuitus. l. i. Item quia iudex domicilii & originis est præuentus saltim per generalem inquisitionem, quam faciunt syndicatores. ff. de iud. l. vbi cęptum. C. de asser. tol. l. i. in fine. Item quia terminus absoluit aliquē sicut sententia. ff. de iniur. l. & si vnus §. si ante. & argument. ad Trebell. l. facta. §. si quis bonorum Item quia est absolutus super generali inquisitione, & ex tali absulutoria oritur exceptio rei iudicatæ super accusatione, quia de eodem delicto non debet sæpius disceptari. ff. nautæ caupones stabularii. l. licet. §. finali. Item quia debet cognosci in loco vbi gessit officium, non alibi, ut d. §. necessitatem. C. vbi de crimine agi oport. l. i. & videtur quod ipse potest petere se remitti ad illum locum, sed ibi nō potest amplius syndicari, ergo, &c. Et hoc credo verum sit ratione officii cōuenitur, sed si ex delicto in quo non prætenditur nomen officii, ut in homicidio, puto, conueniri posse quia nihil habet ius commune tale delictum cum ratione villicationis (vt sic dixerim,) & in generali absolutione non veniunt improuisa. arg de trāsactionil. Aquiliana ¶ Quinto quæro, nunquid contra potestatem ad syndicandum possit formari inquisitio generalis Et videtur quod non, quia in inquisitione debet apponi certus locus delicti & certū tempus, sicut in accusatione, cum
5 inquisitor succedat loco accusatoris. † Itē inquisitio videtur processus magis odiosus, quā sit ꝓcessus accusationis, qa magis est contra iuris ciuilis regulas. Si ergo locus debet confinari in accusatione, ergo multo fortius in inquisitione. ff. de accusationibus. l. libellorū. & ī generalibus nō potest poni locus certus, vt in c. Abbate. de re iudicata libro sexto, ergo generalis inquisitio non procedit. In contrarium videtur nam contra omnem officialem procedi potest per inquisitionem, licet dānati ex inquisitione non sint infames, qa grauantur præter legem, ideo lege subleuantur, vt l. iii. §. præterea ff. de suspectis tutoribus. Item in generali inquisitione non oportet ponere locum certum, vt notatur instituta de publicis iudiciis. in prin- cipio, sed in speciali sic. notatur Iacobus Butrigarius in stituta de actionibus i principio, solutio potest inquiri. ¶ Sexto quæritur nunquid ex receptis, idest probatis super inquisitione generali possit sequi sententia specialis sine aliqua inquisitione. Bartolus dicit quod non, quia inquisitio generalis est potius facti quā iuris, vnde est præparatoria non decisoria, cū fiat de omni delicto, vt ff. de officio præsidis. l. congruit. tamen specialis, quæ sub sequitur, non fier de omni delicto, sed de eo tantum, de quo potest inquiri, licet in hoc Bar. dicat cōtrarium, scilicet quod specialiter inquiri possit de omni crimine, ex quo ex receptis super inquisitione generali iudex est informatus de delicto, ꝗ non credo verum indistincte, vt in d. l. cōgruit. dicam. ¶ Quid ergo dicemus ī quæstione illa. Respōdeo cōsidero subtiliter, quod iudicia criminalia ad instar ciuiliū rediguntur. l. absentem. ff. de pœnis. & sicut in ciuilibus est dare generalem actionem domino cōtra suum gestorem, sic & reipublicæ contra suū rectorē, & sicut ex probatis super generali actione sequitur specialis condēnatio, ita & super inquisitione generali. Sed aduerte, rector ciuitatis tenetur generali iudicio domino suo, idest, vniuersitati seu ciuitati, particularibus aūt quos læsit tenetur singulari iudicio. quo ergo ad publicam pœnam procedit efficaciter inquisitio generalis, sed quo ad priuata commoda non ꝓcedit, nisi incidēter. hinc est, ꝗ (verbi gratia) condēnetur non culpa criminaliter ēt ad restitutionē, condemnabitur accessorie, ne fiscus suorum subditorū commoda negligere videatur ar. de fur. l. interdum. §. q furem. & d. §. necessitatem. & magis est hoc no. dignū in inquisitione, quam vbi concéditur recusando, cum inquisitio ad priuata iura non videatur extendi. extra de iureiurand. c. ad nostram. per Inn. & de accusa. c. cum oporteat. ꝑ eundem licet ergo sit probatum, quod sit debitor meus, tamen si hoc debitum non descendit ex maleficio, non potest sequi condēnatio, & ideo assessores & familiares prætis sint cauti, ꝗ petant sua salaria, cū generalis inquisitio eis non patrocinaretur, quod tene menti. ¶ Septimo quæritur nūquid tēpore in

syndicatus

syndicatus offendēs ptātē vel suā familiā puniatur, ac si offendisset eū tempore offi
d cii. Et videtur quod sic, d quia adhuc remanent reliquiæ officii, id est appendices. argu. C. vt cau. post pu. ad sit tu l. i. Quod verum credo si offensus sit ratione præteriti officii aliàs si statutū dicit, si quis offende ptātem, intelligo præsentem nō eū qui quondā fuit, vt l. cu eorū. §. ad ciuitates. ff. de postulat. ¶ Octauo quæritur, ptās fecit capi quendā insignem latronē, populus liberauit eū, & ptās indignatus fecit eum mactari, modo statuto cauetur, quod homicidia forēsis puniatur capite, sed ciuis in mille libris. quæritur qua pœna veniat puniendus. Respondeo pœna ciuium, quia est caput ciuium. & ideo debet eodem priuilegio gaudere, quo sui ciues gaudens. argu. C. de testa. milit. l. qđ constitutū. & quia ciuis est, donec in officio permanet, vt no. de Roffino Guasco ptāte Bononię. C. de incolis l. ciues. lib. x. Idem in familiaribus ptātis, quia gaudēt priuilegio domini. arg. de episcop. & cle.
6 l. i. de iudic. l. non aliàs. §. i. ¶ † Nono quæritur, nunquid si ptās in suo syndicatu non reperit fideiussorem debeat personaliter detineri. Dico quod non, sed committi iuratoriæ cautioni, nisi esset causa capitalis, vt d. l. i. vt omn. iudic. tam ciui. quam milita. Et inter maximas causas capitales est barataria, quia tunc tenetur crimine falsi, vt not. in l. i. in princip. ad legem Cornel. de fals. Aduerte tamen qui fecit iudici securitatem indemnitatis, nō dicitur falsum committere, vt ff. de fur.
7 l. si quis vxori §. si fugitiuū. p Bar. ¶ † Decimo q̄ritur, nunq̄d accusans officialē, vel de eo conquerēs teneat offerre libellū in scriptis, an sufficiat simplex, & verbalis facti narratio? Et dic vt no. C. de sent. ex peri. re. auth. nisi breuiores. & d. § necessitatē. & facit ꝙ no. 3. q. 4. quia ꝑsulatus. & cū cā debeat expediri infra. 30. dies, & sic res sit breuissimo, tp̄e peritura, nullę sūt feriæ ēt ī honorē Dei, vt ff. de feriis. l. 2. & 3. tñ lis dēt cōtestari, ſm gl. in d. l. i. vt oēs iudi. tā ciuiles ī añpen. gl. parua, q̄ dicit ꝑ cōtestationē, q̄ gl. bñ. no. ꝑ bationes aut cōtra officiales debēt eē euidētes, cū ꝑ eis multū ꝑsumat, vt. C. de offi. ciui. i l. si q̄s.
8 ¶ † Vndecimo q̄rit, nunq̄d sit licitū ptati

e bus terrarū interdū trāsgredi leges e & statuta? Et uidetur ꝙ non, iurauerunt enim ea obseruare de iureiu. veniētes. In cōtrarium no. Inno. de consti. c. j. & iō de hoc non debent syndicari. cum forte fecerint id per quod multorum salus procuratur. arg. C. de feriis. l. penul. de iniusto testa. l. si quis filios. nam absurdum est statuta facta pro publica vtilitate contra publicam vtilitatem interpretari. arg. ff. de transactio. l. cum. hi. §. ea. ¶ Et not. quod licet sit datum arbitrium potestati, non intelligitur datum super tempore instantiæ limitatæ, vt l. si in lege. in princi ff. loca. per Bartol. sed si occurrerit difficultas vide Cyn. C. qui accusa. non pos. l. i. in fi. C. de adul. l. fin. & Iac. Butriga. C. de senten. l. cum iudex. ¶ Duodecimo quæritur, potestas infra tempus appellandi misit furem ad furcas, accusat in syndicatu, q̄ritur an puniatur? Et vr ꝙ sic, quia abstulit ei legitimam defensionē appellādi. ergo punitur ac si occidisset innocentē, vt ff. ad leg. Iul. repetund. l. lex iulia §. hodie. In contrariū videtur. ff. de appel. l. non tantū. Solu si fecit hoc ex cā, quia erat confessus, & liquebat de crimine nō punit, q̄a mortε rei sententia transit in rem iudicatā. secus si esset appellatum. C. de appel. l. ad dictos. & ita seruat consuetudo. Præterea iudices faciunt ipsos confiteri. super quo vide Cyn. C. quorū appella non re. l. ii. & in dicta l. non tantū & gloss. tenet quod cōfessus etiam non auditur appellans, nisi alleget causam, sed certe in dicta l. non tātū erat confessus, & tamē recipitur appellatio cuiuscū que, adeo quod non potest renuntiare capitaliter condemnatus appellationi facit quod no ff. de pac. l. pactum inter hæredem. ¶ Decimotertio quæritur Agitur contra potestatem, qui fecit quendam per vim confiteri. duo testes ꝓbāt quod vi. & x. testes dicūt quod sponte q̄bus magis credit. Inno. quod deponētibus de vi. quia deponunt de actu corporali, & visibili, quia viderūt tormentari. & alii deponunt de actu mentali ꝑsumpto, & inuisibili, qui est soli deo notus. extra de renunciatione capitulo. super hoc. per Innocentius. & idem dico si instrumentum notarii dicit quod sponte nam reprobatur per duos testes. qō est

no. & adde quod no. Bart.ff. de oper. no. nuntia.l.de pupillo.§.si quis ipsi. Decimo quarto quærit, statuto cauet, ꝙ in syndicatibus ipsis nō seruetur aliquis ordo,mo do seruatis est ordo, an valeat processus. Et videtur quod non, quia recessum est à forma statuti. Dic contrarium quia hoc statutū non præfixit formam sed recedit à forma, id est,non dat formam, sed remittit & relaxat formam communis, & seruare formam non nocet. dicit Innoc.
9 extra de iud c.nouit.¶† Decimoquīto q̄ro, vtrum potestas teneatur de alio, quā de dolo.& quid de suis assessoribus.an teneatur de culpa assessorē. Sol. vt not.ff.ꝙ quisq.iur.l.ii.¶Decimosexto quæritur,Iudex inquisiuit contra Titiū,tandem absoluit eum, cōdemnatur in syndicatu ad expensas, quæritur quid iuris? Dic eum teneri, si temere inquisiuit.C. de execu. tut.& l. si seueriter.& C. sumptus iniun. mun.l.i.secus si non temere, quia præsumitur pro inquirente, si constat de fama, vel de indiciis.C. de offic.rec.prouin.l.iustissimos nec erubescere debet, si id quod male incohauit bene finiuit.ff.de iud.l.de
10 stitisse.¶†Decimo septimo quæritur, an iudex qui non vult audire allegationes, vel probationes faciat litem suam. Et dico,ꝙ sic.ff.de edend.l.argentarius.§. cum autem. idem si non admisit exceptiones iuridicas.C.de pac.l. si quis in conscriben
11 do.¶†Decimooctauo quæritur,an familia potestatis possit pro eo in syndicatu testificari. Et dico quod sic.si quæstio non tangit testificantes.C.de repu.l.consensu. §.super serui.nam in factis domesticis nō repellitur domestici testimonium. extra de testib c.veniens. in fin. ¶Decimonono quæritur, an refirmatus in officio debeat bis syndicari. Et dico quod sic,si sunt duo officia, secus videtur si est vnum ꝓrogatū,& tamen vnicum est tempus totum rationis reddendæ.arg.ff.ad car.l.ideoque Et not.quod non dicitur ꝓrogatum, nisi si eiusdem formæ & naturæ. vt in c. qui authoritate.de præbēd.libr.vi.¶Vigesimo quęritur,an pendente appellatione iudex qui tulit sententiam iniquam possit conueniri. Et uidetur quod non, nisi ad sumptus litis, ad hoc faciat quod notat ff ꝙ quisq.iur.l.prima in §.i. in gloss. ordina.

12 ¶† Vigesimo primō quæritur, si sententia est nulla, an iudex faciat litem suam. Dic quod non ex sola pronuntiatione, nisi accessisset executio facti, vt l. penulti.ff. de var.& extraordi.cog. per Bartol. ¶ Vigesimosecundo quæritur, an iudex soluens,habeat regressum contra partē, quę lucrata est iniuste. Dico quod non, nec etiam potest petere sibi credi iura.C. de serui.fugiti.l.mancipia in gloss.ordi.¶Vigesimotertio quæritur,an iudex qui fecit executionem iniuriosam faciat litem suā. Respond.aut fecit contra iustitiæ effectū, aut contra iustitiæ modum, id est, ordine prætermisso.Primo casu fecit litem suam. ff.de periculo. & cōmodo. rei vendit.l.lectos emptos.Secundo casu, aut executionem passo aliquid adest, vt liberatio, & tunc executio non debet retractari.l. fina.§.final.ff. quod metus causa. iudex tamen tenetur iniuriarū si dolo fecit. Aut executionem passo nihil adest,tunc debet retractari quod factum est de re iudica. si cum nulla.de euict.l.minor.in princip. extra de accusatio.c.qualiter.ff. de re iudica.quod iussit. extra de appellatio. cū cessante.ff.si vent.nomi. mul.in posses.l.i. §.necessario.& facit quod iniuriosa executio retractetur, si qualitas facti patitur.ff. de admi.rerū ad ciui. perti.l.i.§. graui. & extra de pig.c. ex literis.ff. de re iudic.l.à diuo Pio.§.si sup.C. ne vxor. ꝓ ma l. ob maritorum.ibi.nō retractat, qa vergit in iniuriam tertii,& sic hoc summarie, vt ibi patet,sed nihilominus iudex facit litē suā in expensis & dānis partis iniuste læsæ facto iudicis.¶Vigesimo quarto quęritur,si reuocatur tenuta, quia data de bonis cuiusdā tertii, an iudex qui dedit tenutam teneatur ad aliquid illi tertio. Dic quod non.Primo de iure vel de facto illius tertii iudici prius non cōstabat. Secundo.qa tenutā dedit.saluo iure tertii.& hac ꝓtestatione vtunt iudices, per q̄ cōstat ꝙ sē tētia nō trahit se ad illū tertiū, nec in eius detrimentū. istā ergo reseruationē semper ad cautelam facere debent, cum dant tenutas.¶Vigesimoquinto quæritur, datum est arbitrium iudici procedendi secū dū æquitatē,non attēto iuris vigore, vtrū per hæc verba poterit procedere summarie, & de plano, ita quod processus suus sit iuridicus

ſit iuridicus quo ad partes, & quo ad ipsū
iudicem, vt nō faciat liē̄t ſuam. Reſpond.
hanc q. mouet in ſimili Iaco. Butriga. C.
de iudic. l. properandum. in princip. in no
ua lectu. vbi ſic ait. no. quod tractus inſtā
tię habet ordinem in ſe, quia eius contra
rium ſcilicet abbreuiatio eſt fauorabilis.
Et eſt hic argumen. ad quæſtio. de facto.
Nam ſtatutum habemus, quod ſi aliqua
petitio porrigitur in præiudiciū alterius
debeat aduerſarius citari, & iudex habeat
pronunciare: an ſit æqua, vel iniqua, de
iure. modo quidam porrigebat petitionē
prioribus, quod in cauſa quam habet cū
tali procedi poſsit ſummarie, dicebatur
quod erat petitio iniqua, ſed certe per l.
properandum. videtur æqua. nam ſi eſt
contrarium ſcilicet prorogatio, eſt odio-
ſum & iniquum. ergo & abbreuiatio eſt
æqua & fauorabilis. ſed hoc verum, quā
do non peteretur nimis breue tempus,
quia omne nimiū eſt odioſum. lex enim
vult vt plene cognoſcatur, vt veritas inue
niatur: vt C. de iudic. l. iudices. C. de ap-
pellationib. l. eos in quibuſdam caſibus, in
quibus ſummarie proceditur, quia modi
cam læſionem continet. ff ad Trebellia-
num l. ille à quo. §. ſi teſtamento. & not.
de officio conſul. l. nec quicquam. §. vbi
decretum. iſta ſunt verba Iacobi Butriga
rij notabilia & vera. Et adde quod dicam
in dicta l. nec quicquam. §. fina.

¶ Vigeſimoſexto quæritur, iudici eſt da-
tum arbitrium contra turbatores ſtatus,
an poteſt ex hoc arbitrio etiam minuere
pœnam ordinariam. Et dico quòd ſic cū
cauſa, vt quia non fecit dolo, vt l. hodie.
ff. de pœnis. & l. i. in fine ff de ambige. Vel
quia hoc nō fuit ex ordine dato, ſed in-
conſulte. ff. de capitulis. l. ſi quis. §. in ciui
libus. & ideo per hoc non poteſt dici, ꝙ
iudex offenderit ſtatutum certam pœnā
limitans caueat tamen ne ſit nimis gra-
tioſus in arbitrarijs argumen. ff. de tran-
ſactionibus. cum ſimilibus. §. ſi prætor. &
not. in cap. de re iudica. libr. 6. in nouella.

¶ Vigeſimoſeptimo, quæritur, ſtatum dat
iudici poteſtatem ſub certa forma. & pri
uat ipſum iuriſdictione non ſeruata for-
ma, an ſi tale ſtatutum eſt contra liber-
tatem eccleſiæ, iudex ipſum ſeruans pu-
niatur? & dico quod nō, quia non eſt pec
catum in iudice, ſed in legiſlatore. nam ſi
vellet alterius reddere, non poſſet, quia
non habet iuriſdictionem. de epiſcop. &
cle. l. ſtatuimus. per Iacob. Butrig.

¶ Vigeſimooctauo quæritur, ſi ſententia
iudicis qui male iudicauit, à quo fuit ap-
pellatum, eſt confirmata, quia appellatio
eſt deſerta vel confirmata per aliam ſen-
tentiam, an primus iudex poſsit conueni
re, quaſi fecerit litem ſuam? videtur qđ
non. nam ſi deſerit appellationem debet,
conqueri de ſe non de iudice argum. ff. de
eden. l. argentarius. §. cum autem. Item ſi
nouus iudex ſententiam confirmauit, cō-
queratur de ipſo, cum prima ſententia
non mādetur executioni, ſed ſecunda. de
pact. l. tale pactum. §. qui prouocauit. So
lutio, dicit Innocen. quod per hoc non re
leuatur in aliquo primus iudex qui male
iudicauit, qui ſtatim in ipſa prima ſua
pronuntiatione deliquit. & ſic fuit funda
mentum & cauſa iniquitatis, vt no. Inno
cent. extra de appella. cap. ſæpe. & iſtud
eſt verum niſi iudex aquo fuiſſet citatus:
& in proceſſu cauſæ appellationis compa
rens ſuum proceſſum iuſtificauerit, nam
tunc vlterius conueniri non poteſt. expe
dit ergo ſibi comparet pro ſuo intereſſe
iudex tamē debet de neceſsitate citari, vt
defendat ea quæ facit ratione iuriſdictio
nis. extra de tranſactio. de cœtero. per In
nocent. niſi de eius pœna tractetur. de ap
pel. c. cum ſpeciali. per Innocen. & tunc ſi
non citatur, ſibi non præiudicat. ff. de in-
10 fa. l. Lucius. ¶ † Vigeſimo nono quæritur
an iudex qui male iudicauit præſumatur
iudicaſſe per dolum, an per ignorantiam.
Dico quod in dubio præſumitur per igno
g rantiaam, & vide ad Trebellia. l. ſeruo in-
uito. §. cum pretor. niſi qualitas facta nul
la poſſet palliatione velari. ff. de iudic. l. ſi
filius. §. iudex. ¶ Trigeſimo quæritur, agi-
tur contra iudicem de imperitia, ipſe ex-
cuſat ſe propter diuerſitatē opinionum,
an excuſetur? Et dic quòd hoc habēt ſyn
dicatores arbitrari. nam leuis & incollata
opi. non excuſat, ſed grauis & ponderoſa
ſic, vt inſti. de obl. quæ ex quaſi delicto. in
glo facit quod no. extra de conſti. cap. ne
innitaris. per Innocent. ¶ Trigeſimopri-
mo quæritur, an excuſetur qui pronun-
tiauit de conſilio ſapientis electi à parti-

bus?

h bus? & dico quòd non, h si cõsilium non sanum nec iuridicum, sit: nisi per pactum sit actum vel statuto cauetur quòd consilium sit omnino sequendum . de hoc in l. si conuenerit. ff. de re iudic. per Bart. vel dic quod excusatur, & imputent sibi eligentes argu. ff. de arbit. l. item si vnus. § principaliter . Si autem iudex elegisset eum sibi proprio motu , non excusaretur per hoc? vt no. Innocen. de officio delega. capitu. super quęstionum. & vide quod no. eod. titu. si pro debilitate. post Innocen. in nouella. ¶Trigesimosecundo, quæritur. Quidã in libello petiit sibi fieri iustitiam secundum formam legis & statutorum. modo iudex secutus est statutũ , & non ius commune , vel econtra , an fecerit litem suam . Solutio illa verba debent intelligi, quod ius fiat quod fieri debet si sed hoc factum iudex bene facit , aliàs facit litem suam . de hoc in l. rerum amotarum quidem . ff. rerum amota per
14 Bar. ¶† Trigesimotertio quæritur, nunquid semper cum iudex prætermittit formam statutorum sit pariurus & puniendus. Respondeo in leuibus non intelligitur per hoc præuaricator statutorum. argum. de vent. inspi. l. j. in fin. de condit. & demonst. l. quãuis. de ædil. edi. l. cui debes abest. sed in grauibus distingue, aut facit dolo, & est periurus, aut culpa, & non est periurus, punitur tamen de culpa ad interesse partis, sed si etiam culpa cessat, tũc non punitur , & eius factum tenet. ff. de transac. l. cũ hi. § causa. si secus diceremus sequeretur , quod omnes iudices essent , periuri, qa raro est qđ in aliquo ex multis non peccetur, periurium ergo requirit dolũ facit ꝙ no. ff. de reg. iur. l. nõ videt. §. qui iussu. & cũ est in dolo, tñ non est infamis ipso, iure sed per sententiam. Non ob. l. si quis maior . quia ibi est speciale , quando iuratur super contractu. facit qđ no. ff. de infa. l Lucius. in aliis ergo casib. nõ recedo à regula generali. ¶Trigesimo quarto quærit, si sunt tres ad syndicandum potestatem, & vnus non vult interesse cũ aliis, an alii poterunt omnia sine ipso peragere? Solutio vt ff. de reg. iur. l. duo ex trib. & ꝙ no ff. de arb. l. sicuti. cum simi . ¶Trigesimo quinto queritur, pone ꝙ statutum vult, ꝙ illę sniæ habeant ferri in psentia antianorũ ciuitatis, monãtiani volunt interesse, ꝙ fiet? Respondeo. satis est si requiratĩ ltĩme, q̃ cõtumacia est ꝓ psentia, vt ĩ aut. qua ĩ ꝓuincia. & arg. ĩ c. fi. de arb. lib. 6. & extra de elec. cũ in vete-
15 ri. ¶† Vltimo no. ꝙ ptãs totã suã familiã in syndicatu cogĩt exhibere, & su ꝑ his q̃ gesta ꝑ ptãtẽ ab eis poterit indagari vt Azo. in sum. C. de asses. vbi oĩno videas, & l. si post. eo. ti. & ꝙ no. ff. de test. l. nimis graue. Itẽ scias ꝙ officiales regũ & principũ qñcunq; principi placet syndicari debẽt, vt no. ĩ auth. vt iudi. sine quo. suf. §. si quis. in glo. durante. & hęc summula. sit tibi gemmula.

a ¶*Officij*] *Adde* Feln *in cap fina. quando circa fin.* 1 *columna de offic delegati & in ca. Petrus circa medium ij colum de homic d*

b ¶Pecuniaria] *Sed quid si post p ctum initũ tẽpere electionis cum syndico ciuitatis faciat in princ offiaij. preconizari , quod nullus contrahat au credat alicui de sua familia sine sui licentia: aliàs protestatur se nolle teneri dic quòd omnino non liberatur : vt per dominum* Barto Socin *in consi cvij in cap vt in quæst. versicu & tñ clarius circa mediũ in i parte .*

c ¶Cõueniri] *Vide tu* Pari *de* Puteo *ĩ trac syndicatus ĩ c offi ĩ char ij. ꝙ late dixi ĩ apostil .*

d ¶*Quod sic.*] *Adde* Par *de* Put. *in tract syndicatus in versicu an offendens & § officialis finito officio versicu* 1 *& infra dicitur autem colum* 1 *si habuerit manus mundas & bene gessit sed quid si quis offendat famulum potestatis non portantem diuisam potestatis vt moris est: an teneatur ad pœnam statuti puniẽtis offensorem familiæ ptãtis dic quod non ita* Flori *in l si putator . ff ad leg aquil.*

e ¶Leges] *Adde eundẽ* Bal *in l ius publicũ in fi supra de iusti & iur & q ibi dixi in apost.* Snã *sed ꝙ si tollit audire aduocatos partium, dic, q nõ tenet nec facit litẽ suã qa ꝓsumitur doctus, nec dicit tũc grauare ꝑtes* Inn. *ĩ c past. de cã poses & ꝓprie &* Bal. *in marga ver. iudex & ver. 66. tñ dic q se suspectũ facit etiã si cã erat clara* ſm Lanfranc. *in clemen. sæpe. ver de plano de verbornm significatio*

g ¶Per ignorantiam.] *Vide tu* Paris *de* Puteo *in tract. syndica. ver appella*

h Quod non] *Et an & quamdo teneatur vide* Fel. *in c pastoralis circa fi. de indi & in d c.* Si *ꝓ debilitate alleg hoc ꝑ* Bal *in prin ij. col.*

FINIS.

TRACTATVS DOMINI ANGELI DE PERVSIO, De Syndicatu.

SVMMARIVM.

1 *Iudex competens ad syndicandum quis dicatur.*

2 *Officialis de quibus debeat & posit syndicari.*

3 *Probatio quæ requiratur adversus officialem in syndicatu conuentum*

4 *Barataria dicitur, si iustitia per pecuniam distrahatur.*

Officialis an debeat syndicari de dolo tantum an etiam de culpa.

5 *Officiales iudici iniuriam irroganti non resistentes tenentur in syndicatu*

Potestas mittens aliquem ad carceres, & familiam suam ei deputans ad custodiam custodi remittere non censetur, carcerum custodiam.

6 *Officialis ad aliud officium electus potest nihilominus syndicari.*

Reuisores retionum possunt absenlem condemnare.

Iudex condemnans in maiori pœna quam debeat tenetur parti læsæ ad interesse.

7 *Iudex qui aliquem torsit sine indicijs quid facere debeat, ne in syndicatu teneatur*

quæsitio scrupulosa fit contra administratorem de negligentia syndicatum

8

Potestas facilius excusatur, quam ipsius assessores.

9 *Pœna arbitraria censetur in casu quo nec à lege nec à statuto taxatur.*

Potestas per sex menses electus per decem dies ad syndicatum stare debet.

10 *Iudex malefactorem condemnans in ducentis, quem condemnare debuerat in quingentis, quod remedium habere posit.*

1 
IRCA præfatam† materiam quæro quis sit
iudex competens, ad
syndicandum, & dic
aut quis, syndicatur
durante officio, & solus princeps vel delegatus ab eo, vel etiam
Episcopus, vt not. in §. necessitatem. in auth.
vt iudices sine quoquo. suffra. & ibi omnino
videas circa materiam syndicatus. & ff. ad leg.
iul. repe. l. ij. & iij. & ff. de asses. l. si post deposi
tum. & l. silentiarios, per Azo. & per doct. C.
vt cuique mili. l. j. Aut conuenitur non durãte officio, & tũc est iudex Episopus. vt in d.
§. necessitatẽ. & princeps vel delegatus ab eo,
& quilibet superior, qui cõmuniter est iudex
ĩ qualibet sua causa. Et ẽt ille cui cõmittit præ
fectus prętorio. vt C. vt omnes tã ciuiles quã
2 cri. l. j. ¶ † Itẽ q̃ro de q̃bus põt & dẽt syndicari officialis, q̃dã dicũt, ꝙ solũ de furto & bara
taria, q̃a tex. in d §. necessitatẽ. non exprimit
de alijs quòd i li syndicẽtur, imo & videt̃ cõ
tradicere in d. ti. vt iudices sine quoquo, suffr.
§. illud. & hoc videt̃ tenere Richa. Malũ. Sed
veritas est in cõtrariũ, q̃a imo de quolibet cõ
misso põt syndicari, vt d. §. necessitatẽ. i gl. ex
nõ scripto. & p Azo. C. vt omnes iud. tã ciui.
quã crimi. & ideo nõ est necessarius libellus
vt C. de sentẽtijs ex periculo reci. aut. nisi bre
3 uiores. ¶ † Itẽ q̃ro q̃ ꝓbatio req̃ratur? Respõ
deo qñ obijcitur iudici de furto vel barataria probatur ꝑ iuramẽtũ actori vt d. §. necessi
tatẽ in gl. ostẽditur, ꝙ intelligit Mar. q̃tũ pluris idẽ iurãt, sed i diuersis causis, ¶ Itẽ q̃ro q̃uo
intelligat̃ verbũ furti in ista materia? Respõdeo pro extorsione violẽnta. vt d. §. necessita
tem. & ff. ad leg. iul. rep. l. j. Item ꝓ pecunia clã
in nomine baratariæ accepta secũdũ Richard.
Malũ. & ita no. in d. §. necessitatem. in versi.
4 in prouincia. ¶ † Item q̃ro, ꝙ est barataria? Respõdeo, distrahere ꝑ pecuniã iustitiã seu officiũ suũ cũ pecunia ꝑmutare. ad le. iul. rep. l.
omnes. & ibi per Bar. ¶ Item q̃ro, qñ syndicatur officialis, an debeat syndicari de dolo tan-
tum

tum,an etiam de culpa? Et Bart.dicit quod de dolo tantum sed de culpa debeat via ordinaria conueniri.& hoc videtur probari in d.l.j. vt omnes iudic.tam ciuiles quam crim.& in auth.vt iud.sine quoquo suffra.§.illud.¶Item syndicatur,si dedit licentiam,quam dare non debuit,vt in l.j.de de sertoribus.in glo.etiam.
5 lib.xij.¶†Item scias quòd officiales si nō resistant iudici iniuriam facienti, ipsi tenentur in syndicatu.l.omnes .in fin.de decu.lib.x.¶ Itē scias quod si potestas cogit iudicem , vi ferat falsam sententiam ipse tenetur lege iulia de fica.¶Item quòd si familia potestatis interficit aliquem,qui se defendebat,dum familia eum capere volebat,& licite capere poterat,nec familia nec ptās tenet .arg.l.si seruus et ibi per Bar.de his qui ad ecclesias cōfugi.¶Itē no.ꝙ si potestas misit aliquē ad carceres,& postea dubitans misit familiam suam ad custodiam, certe per appositionem custodiæ nō videtur remissā custodia carcerum,cum nihilominus remaneat ipsa custodia. vt. ff. commodat. l.si merces.§.fin.& per Bartol.in l.si vt certo.§.si de meis.eo.titu.¶Item quòd si ab vno iudice aliquid petitur,& illud denegauit,non habet regressum contra eum,si ab alio iudi ce æque bene potuit petere.l.iij.§.si tam vicinum.ff.
6 de damn.infect.per Bar.¶†Item quæro quid si officialis dum est i officio eligatur ad aliud officium , vel refirmetur,nihilominus syndicari debet , vt est tex.in d.l.j.C.vt omnes iudic.tam ciuiles quam cri.secundum Bar.¶Itē nota quod reuisores rationum possunt condemnare etiam eum absentem.vt l.j.ff.de admi.rer.ad ci.perti.¶Item not. quod si statuto cauetur quod quis punitur tali pęna,& iudex condemnauit in maiori,tenetur parti,& nihilominus dicta pęna fisco debetur.lege finali in fi.C.de modo multar.& vide.24.q.j.& Bart. in l.ij .de admi.re.ad ciuita.pertinent.nam si sententia est nulla,debet fieri exactio.pęnę vide in l.j.C.de his quæ pœ.nomine. Item quā
7 do processus est nullus.¶†Item not.quod iudex liquidato crimine ponit reum ad torturam,& per hoc vt non possit redargui in syndicatu,habet remedium ,vt torqueat,vt mandatores & cōplices manifestet , & sic causam torturæ iustificet,& sic faciunt semper , cum aliquem ad torturam ponūt sine indicijs. hoc colligitur in l.si certum sit percussor.ff.ad Sil la.Item not.quod si iudex absoluit aliquem ab instantia iudicij,facit litem suam,licet non perimat,& non pereat ius partis.pro hoc alle. pro casu Bar in l.si quis in conscribendo.in fi.
8 C.de pact.¶†Item no.quod dicitur fieri scrupulosa inquisitio contra administratorē,quando syndicatur de negligentia,saluo nisi sit dissoluta.& dolo proxima.Ita seruat cōsuetudo per quam assessoribus multum fauetur,sed de mero rigore iuris ita debet syndicari de negligentia,sicut de culpa in faciēdo commissa C. de ser.fugi.l.mancipia.& d.l.si quos.de offic. preto.¶Item not.quod potestates terrarum facilius excusantur quam eorum assessores quia cum ignaro lex mitius agit,quam cum iure peritis.ff.quod quisque iuris.l.ij. & hoc. in iure,non in facto,vt not.Bald.in l.penult. in fi.C.de legat.debent enim tales potestates consilio apietis omnia deliberare , & non ex suo capite,vt not Bart.in l.legatos.C. de offi.
9 proconsul.& legat.¶†Item no quod si lex nō apponit pœnam,nec statutum,est arbitraria, vt not.gl.in l.nemo martyres.C. de sacrosan. ecclesi.& Baldus in l.legis verbis.de leg.¶Itē intra quantum tempus possint syndicari officiales,qui habent voluntariam iurisdictionē, vt sunt mensores & similes qui tenentur,vt si mensor fals.mod.dixe.per totum?Respondeo intra annum,vt l.qui grauatos.de agricol. & sit.lib.xj ¶Item pone quod potestas electus per sex mēses,debet stare ad syndicatum per decem dies.Quid si electus pro tribus mensibus,an minuatur tēpus in syndicatu ad instar temporis officij? Dicas quòd non , quia esset impossibile syndicatoribus reuidere omnia acta,cū forte illis tribus mensibus possent euenisse plures q.magni ponderis.ad hoc facit l. qui concubinam.§.vxori.de leg.iij.ibi , quāto libet tempore.pro hoc facit l.quolibet.& l.in singulis.C.de leg.& quod no.Bar.in l.si ser-
10 uus cōmunis.de stipulatio.seruorū.¶†Itē pone,quod iudex cōdēnauit aliquē malefactorē in ducētis,libris,cū debuisset cōdemnare in quingentis ex forma statuti,vnde functus est officio suo , per l.iudex postquā.de re iu. Quod remedio habebit? Dico ꝙ Barto.viua voce dicebat.& dicit Bal.ꝙ audiuit eum viua uoce dicētē,quod syndicus cōmunis petet restitutionem aduersus sententiā tanquā lęsus, & petet iudicē illud plus addere,& sic excusabitur a syndicatu,dicit,ipse ꝙ in dictis suis non reperitur. Bal.cōtra dicit,q a cōtra executionē pœnarum nō datur restitutio,vt d l.auxilium.de minoribus.vbi dicit quòd si minor omisit accusare intra terminū statutū,nō restituitur postea ad accusandū.Itē nō restituitur ad oppenendum crimen vel defectum.

FINIS.

TRACTATVS
IN MATERIA SYNDICATVS
SECVNDVM DOMINVM
CATALDINVM
De Boncompagnis,
I.V. celeberrimum Doctorem.

SVMMARIVM.

1 *Scientia quibus obstantibus non possit ab hominibus perfecta haberi.*

Sermo Dei nutu gratiam & doctrina perfectionem recipit & non ab alio.

2 *Agens qui iudici in syndicatu libellum porrigit, quod testes examinare neglexerit, quid probare debeat.*

Potestas aliquem retinens protestantem, quòd absque causa retinetur, & se relaxari petentem, caueat sibi, ne in syndicatu teneatur.

4 *Familia potestatis quando pro eo in syndicatu testificari possit.*

5 *Berruarij testes pro potestate possunt admitti, si desint alij qui possint testificari.*

6 *Officialis ob aliquem à se tortum timens in syndicatu molestari, quid agere debeat.*

7 *Iudex tortum relaxans facere debet vt se legitimè tortum fuisse fateatur.*

8 *Iudex qui negligens fuit in procedendo aduersus homicidam, si contra ipsum detur super hoc libellus in syndicatu, an possit detineri.*

9 *Officiles & magistratus de leuissima culpa tenentur.*

Officialis qui tempore syndicatus noluit stare cũ rectore, contra quem porrexit petitionem, debet ab illo expensas habere.

10 *Officialem conducens censetur illum in eundo, stando, & redeundo suis conduxisse expensis.*

11 *Officialis cui delinquens aufugit, an teneatur ad pœnam consimilem.*

Culpa leuis vel leuissima non punitur criminaliter, sed tantum ciuiliter.

Officialis aliquid de facto exigens non potest in syndicatu conueniri, si in cameram communis immiserit.

12 *Potestas cui detentus pro maleficio aufugit, quid facere debeat.*

Assessores an possint de negligentia syndicari.

13 *Officialis cum pacto electus, vt non teneatur stare ad syndicatum nisi pro furtis, baratarijs, & extorsionibus illicitis, an propter hoc verbum, extorsionibus, possit syndicari de omnibus quas tulit iniustis sententijs.*

Pactum an possit fieri cum aliquo officiali, ne ad syndicatum teneatur.

14 *Clausula quod si contingat &c. in contractu electionis posita, quid operetur.*

15 *Statutum puniens officialem offendentem, intelligitur de offendente officio durarante non eo finito.*

Officialis in syndicatu condemnatus, an teneatur ad salarium præteriti temporis reddendum.

Iudex in officio delinquens totum sallarium reddere debet.

16 *Syndicatores an possint cognoscere de delicto officialis commisso syndicatu finito.*

17 *Officiales an sint tanquam ciues tractandi.*

Potestas ob publicam utilitam, uel causam euidentem statuta non seruans, quando teneatur.

Potestas an debeat syndicari secundum status

quodã

18 *Poteſtas ob publicam utilitatem, vel cauſam euidentem ſtatuta non ſeruans, quando teneatur.*

Poteſtas an debeat ſyndicari ſecundum ſtatutum, quod poſtea factum eſt.

19 *Hæres aſſeſſoris, an ſtare debeat ad ſyndicatum.*

Hæres iudicis, qui male iudicauit, ad ſyndicatũ ſtare tenetur tantum, inquantum peruenit ad eum.

Iudex qui male iudicauit tempore ſyndicatus, conueniri poterit licet eius ſententia per iudicem appellationis confirmata fuerit.

20 *Poteſtas uel rector, non tenetur pro familia ſua, niſi delinquat ex imperitia.*

Officialis delinquens, officio durante inquiri poeſt, & impuniri.

21 *Oficialis forenſis offici o finito conueniri poteſt in loco domicilij.*

Officialis donum non debet recipere præter eſculenta & proculenta.

22 *Officialis, & ſi pro familia ſua delinquente teneatur, tamen ſi banniri fceerit eum, qui deliquit non tenetur in ſyndicatu.*

Proceſſus contra offiiciales ſit breuiter, & ſummariè

Poteſtas malè iudicas eſt poniendus.

23 *Poteſtas iuris ignarus in ſyndicatu tenetur, ſi ſententiam tulerit iniuſtam, licet ſuorum nudicum uſus fuerit conſilio.*

24 *Iudices ſyndicari non poſſunt per ſyndicatores de geſtis extra officium.*

25 *Sententia arbitri pecunia corrupti ualet, ſed non iudicis.*

Iudex proceſſum inceptum non expediens intra timpus à iure præſtxum tenetur in ſyndicatu.

26 *Iudex qui expediri debebat proceſſum intra tempus certum, ſi non expediuit non requiſitus à parte non tenetur ad pœnam.*

27 *Succeſſor in officio debet ex actis coram præceſſore geſtis iudicare.*

18 *Poteſtas qui ſententiam iniuſtam tulit, quam capitaneus iniuſtè confirmauit, ſi ſoluat intereſſe, an capitaneus liberetur.*

29 *Officialis in ſyndicatu condemnatus an repetat, quod ſoluit pro dicta condemnatione.*

30 *Officialis in officio refirmatus vel electus pro alijs ſex menſibus, an cenſeatur nouum habere officium.*

Iudex probationes admittere, & ſentertiare, litem ſuam facit, & conueniri poteſt.

31 *Authoritatem præſtans actui ipſo iure nullo, an teneatur ad intereſſe.*

32 *Poteſtas mandans aliquid in caſu non licito tenetur, & non hi qui mandatum exequentur.*

33 *Poteſtas qualiter familiam ſuam tractare debeat.*

Sententia contra ius legis lata ualet, legis intellectu ambiguo exiſtente.

34 *Lege plures intellectus habente ualet ſententia ſecundum alterum ſenſum lata.*

Iudices à ſyndicatu excuſantur de ſententijs malè latis propter diuerſitatem opinionum?

33 *Opinio communis & non ſiugularis tenenda eſt.*

36 *Textui & gloſſis ordinarijs inhærendum eſt, non autem capiti proprio.*

37 *Papa in ſuo pectore cenſetur omnia iura habere.*

38 *Iudex ſecundum formam ſtatuti ſententiam ferens non punitur in ſyndicatu.*

Statutum practicatum præualet reformationi ſibi contrariæ.

39 *Statuto potius ſtatur quàm reformationi in volumine ſtatutorum non inſertæ.*

40 *Procurator an poſſit interuenire pro eo, qui ſtat ad ſyndicatum.*

41 *Iudex grauiorem pœnam debitam imponens qualiter puniatur.*

Arbiter male arbitrans litem ſuam facit ſicut & iudex.

42 *Libellus contra iudicem porrectus concludere debet eum condemnandum quatenus ſyndicatorũ religioni videbitur æquum*

43 *Iudex ſenttẽtiã ferens de conſilio ſapientis non excuſatur propter conſilium.*

44 *Tempus præfixus non currit impedito aduerſarij facto.*

Reus in fine temporis dati ad expediendas criminales cauſas an poſſit dilationem petere ad ſe defendendum.

45 *Statutum ſtante quòd intra certum tempus omnes cauſæ decidantur, an ratione teſtium de partibus lõginquis producentium poſſit cognoſci poſt illud tempus.*

46 *Termini omnes cumulari poſſunt ratione breuis inſtantiæ.*

47 *Inſtantia non currit lite in cauſa inſtrumentorum non conteſtata.*

48 *Tempus inſtantiæ & ſi per pactum prorogari nequeat, partes tamen in ſe obligare poſſunt per pactum de non opponendo de peremptione inſtantiæ.*

49 *Iudex qui non expediendo proceſſum non fuit in culpa, non debet eſſe in pœna.*

Iudex

Iudex litem suam non facit si eius sententia à iudice appellationis reuocetur ex probationibus nouis
50 Iudex litem suam non facit non condemnatus in expensis in libello non petitis.
Quæstus turpis non præsumituri in iudice.
51 Sententia per precium lata est ipso iure nulla.
52 Donans aliquid iudici vt iustè iudicet, non est puniendus.
Iudicem conseruans indemnem si bonam causam habeat, non censetur eum corrumpere.
53 Remotus ab officio propter culpam salarium non debet habere.
Officialis cui salarium per rectorem non est constitutum, petere potest, quòd per syndicatores sibi constituatur
54 Statutum dictans potestatem posse de iure, & de facto procedere, si ad iudicem referatur non seruata iudiciorum solennitate, intelligitur.
Arbitrium potestati datum, quòd non teneatur iuris solennitatem iuris ciuilis.
55 Statutum dictans de facto procedendum, intelligitur non seruata iudiciorum forma.
56 Arbitrium iniquum nunquam censetur esse potestati datum.
57 Arbitrium de iure, & de facto datum à statuto, intelligitur in ventilando, & non decidendo.
58 Sententia lata iuris ordine prætermisso an valeat statuto stante, quòd valeat sententia lata omni iuris solennitate omissa.
59 Commissio alicui facta de liberè procedendo, qualiter intelligi debeat.
60 Factum rationabiliter, & honestè dicitur id, quod fit iustitia seruata.
61 Sensui alicuius si quid committatur, de sensu approbato intelligitur
62 Iudex veritatem ab his inquirere debet, quos credit eam scire.
63 Princeps potest iudicare inspecta veritate.
Statutum non valet, quod veritatis facultatem aufert.
Causa si commissa sit sola facti inspecta veritate, possunt seruari substantiales termini ad arbitrium boni viri.
64 Præceptum ex decreto dicitur, si causa de facto respectu ad veritatem & æquitatem habito decidatur
65 Iudex quantumcunque in procedendo liberum habet arbitrium non tamen tollere potest ius parti quæsitum de iure gentium.
66 Iudex temere inquirens ad expensas litis tenetur.
67 Pœnitentia locum non habet in barataria.
Miles qui de mandato potestatis aliquem iniustè decapitauit, an teneatur.
68 Tortura non datur si maleficium aliter probetur.
69 Potestas non tenetur de commissis per officialem extra officium.
Iudex consilium sequi non tenetur si de partium voluntate sit assumptus consultor.
70 Mulier in causa criminali non detinetur ob fideiussorum inopiam.
71 Officialis certis diebus absens cum licentia debet salarium habere.
72 Instantia non permittitur lite centum annis durante super mandatorum legitimatione.
73 Citatus competenter quis non dicitur si schedula citatoria ostio affixa statim amoueatur.
Blasphæmia an sit maleficium.
74 Fuga an & quando indicium seu semiplenam probationem faciat.
75 Fuga suspitionem inducit.
76 Fuga qualequale inducit indicium.
Indicia plenè per testes probari debent vel per vehementem præsumptionem.
77 Indicia sunt minus, quàm semiplena probatio.
Fama probationem non inducit, nec probationis partem.
78 Damnari nemo debet ex substitutionibus.
Absentia in dubio in bonam partem debet interpretari.
79 Statutum pœnale loquens de actu vero locum habet in ficto.
Pœnæ in quibus sint vulneribus exagerandæ.
80 Statutum dictans patrem debere soluere legitimam pro delicto filij: non ligat patres forenses.
81 Pater pro filio bastardo delinquente non tenetur legitimam soluere.
82 Bannitus qui non est de territorio bannientis nõ habetur pro confesso.
Contumax de iure communi non debet pro confesso haberi.
83 Statuta de potestate loquentia an possint locum habere in capitaneo.
84 Ius æquale si sit duobus, & præuentioni sit locus vno impedito impeditur socius.
Iudices si sint pares, & vnus alium præuenerit, factum ab altero valet super eodem negocio si non appellatur.

85 Ampu-

Delictum

126 Delictum an censeatur confiteri is, qui pacis producit instrumentum.

Pax & concordia valet per pecuniam facta.

127 Notario intra terminum pacem stipulante an possit post terminum pax ratificari.

128 Pater an possit pacem facere de iniuria filio facta.

Maritus pacem facere potest pro iniuria uxori illata.

129 Trāsactio an sit ualida sup adulterio facta.

130 Officialis an teneatur qui aliquem facere pacem cum aliquo compulit.

131 Blasphemans & confitens sacerdoti an habeat beneficiū si ex statuto pro pace ab offenso habita remittatur pœnæ pars certa.

132 Personalis captura fieri potest propter contumaciam in causa ciuili.

Potestas ab omnibus laudatus ad syndicatum stare non debet.

133 Iudex accusatum de crimine non potest cogere ut procedat saluis exceptionibus declinatorijs &c.

134 Iudex in causa fiscali, vel reipublicæ sententiam ferre potest nemine postulante.

Iudex qualiter plures condemnare debeat, ut quilibet ad totam summam teneatur.

135 Quilibet, dictio, cuilibet insolidum distribuit idem numero,

136 Accusatus pluries eodem libello an puniatur pluribus pœnis, stante statuto, quod &c.

137 Confiteri uolens qui prius negauerat an remissionem habeat statuto stante, quod qui delictum confitetur, remittatur certa pars pœnæ.

138 Carceratur an possit die feriato recommēdari, ut iudex in syndicatu non teneatur.

Vestimenta eius qui ad mortem damnatur officialis iudicantis efficiuntur.

139 Statutum disponens puniendum in centū pro qualibet uice eum qui delictum aliquod cōmittit, qualiter intelligatur.

140 Statutum puniens vnum delictum & aliud præsupponens illud non continet in quo delictum præsuppositum uerificatur.

141 Fur domum aliquam intrans ut furetur, an puniatur si non potuerit furari.

142 Iudex in quibus procedere possit ad populi tumultum.

Nuntio referente se non potuisse aliquem in tenutam ponere, ille habetur perinde ac si in tenutam positus fuisset.

143 Accusari timens, accusaturum se prius accuset.

Reus non est detinendus in causa capitali, si ex publico processu constet eum absoluendum.

144 Causa quando capitalis possit dici.

Concordia inter partes facta non tollit pœnam fisco applicandam.

145 Percussio tumorem causans absque sanguinis effusione, non venit vulneris appellatione.

Promittens aliquid sub pœna si non faciat & ad pœnam conueniatur cui incumbat onus probandi.

146 Probare aliquando quis censetur eo ipso, quòd contrarium non probatur.

147 Tortus semel non est denuo absque nouis indicijs torquendus.

148 Tortura dari non debet nisi personis honestis præsentibus.

Clericus per laicum, non est torquendus.

Quæstionis nomine veniunt tormenta corporis, dolores, & mansio dura.

149 Tortus leniter non est pro torto habendus.

Tortura ut legitimè detur, causa, ordo & indicia requiruntur.

150 Tormenta non sunt de facili adhibenda.

151 Tortura an possit probari per coniecturas & indicia.

Violentia per solam famam probari potest.

152 Testis dicens personam sibi notam & quod cognoscit uocis qualitatem sufficienter potest torturam probare.

Testis censetur metu testificatus hoc ipso quod probatur detentus.

Torto sine indicijs non creditur, etiam si in confessione perseueret.

153 Indicia uim plenè probationis obtinent si de actu occulto non possit plena haberi probatio.

154 Tortus quando dici possit spontè confessus.

Confessio torti non ualet nisi in loco remoto à loco torturæ perseueret.

155 Indicia minus, sūt quàm semiplena probatio.

Iudex admittens instrumentum quod non tenet quò ad probationes, non facit litem suam.

156 Rector seu potestas de delicto officialis mortui non tenetur.

Potestas pro officiali negligente quem ad officium deputauit, tenetur.

B Potestates

157 Potestates terrarum illiterati, assessores literatos secum habere debent.

Iudex sententiam nullam feren, non facit litem suam.

158 Iudex iustitiam administrare negligens qua sit plectendus pœna.

Potestas qui balistas ciuitati dare tenetur, dando pecuniam non auditur.

159 Sententia iniusta dicitur si dolose feratur.

Consilium sapientis in casu dubio peti debet, & non in casu manifesto.

160 Consilium multiplex in iure notatum reperitur.

161 Consilium si de forma mandati debeat peti non potest nec debet prætermitti

Appellari potest à sententia lata secundum consilium alicuius qui malè consuluit.

162 Statutum vel consuetudo non valet, quod in causis ecclesiasticis præcise stetur consilio sapientis.

Cogi potest quis quandoq; ad consulendum.

163 Consilium an euanescat si consultor moriatur ante quàm ad consulentem consilium perueniat.

Iudex consilium iniustum sequi nō tenetur.

164 Iudex sententiam ferens secundum consilium sapientis de consensu partium electi, poterit in syndicatu conueniri.

165 Appellari quando poßit à sententia secundum consilium sapientis lata de partium voluntate electi & num sequen.

169 Promittēs stare consilio sub quacunque forma consulatur non poterit appellare.

170 Iudex secundum allegata & probata pronuntiare debet.

171 Iudex maleficiorum in causa criminali recipiens fideiussorem minus idoneum obligatur.

Iudex non se interponens rixantibus, potest ab officio remoueri.

Iudex iniustam executionem faciens quando teneatur.

172 Officialis de gestis uel debitis præcessoris non tenetur.

Iudex quando sufficienter ad banchum stetisse dicatur.

173 Iudex qui condemnat in plus quàm debeat, parti læsæ tenetur ad interesse.

Inquisitio scrupulosa quando contra officiales fieri dicatur.

174 Ciuitates aliquæ si sint confœderatæ, & delinquens in una fugerit in aliam, in eadem conueniri poterit.

175 Successor qui certo die ad officium exercendum debet venire an si non venerit legitimè impeditus debeat salarium habere.

Potestas rem priuati accipiens qua indigebat respublica an teneatur in syndicatu.

176 Potestas cogens aliquem ad exequendam sententiam capitis vel furcarum, quando teneatur,

177 Iudici condemnanti aliquem in minorem pœnam, quam deberet quo subueniatur remedio ne in syndicatu teneatur.

Officialis ante officium finitum syndicatus, & ab officio remotus non potest salarium præteriti temporis petere.

178 Officialis negligens quando sit puniendus.

179 Priores arbitrium habentes potestatem absoluere non possunt à syndicatu.

Dominus an poßit per aliquod statutum teneri pro familia.

180 Officialis uel familiaris delinquens extra officium non punitur in foro syndicatus.

181 Detinere sub custodia differt ab eo, quod est in carcerem mittere.

Detentus, sub fida custodia quando quis dicatur.

182 Custos carcerum probare debet mortuum in carcere non esse mortuum culpa sua vel dolo.

183 Res si ad custodiam alicuius deputetur, torqueri potest custos, si res ipsa perdatur.

184 Officialis an poßit in loco originis conueniri post tempus præfixum ad syndicatum.

185 Offendens officialem tempore syndicatus punitur, ac si esset in officio.

Potestas tempore syndicatus cauere non valens iuratoriam cautionem præstare tenetur.

186 Libellus si contra potestatem porrigatur, & ipse neget in eo contenta, qua subueniri poßit cautela.



QVONIAM tractatus syndicatus officialium quotidianus & vtilißimus est satis, & circa eius practicā & materiam quotidie dubia oriuntur, ideo post illustrē doct. Bal. qui hāc materiā per xxxv. q. & nō plures explicauit in l. obseruare. in §. pficisci. ff. de

de offi.proconſ. & leg. Ego Cataldin.de Boncompag. de Viſo, poſt vtriuſq; iuris ſtudium longũ atq; diuturnũ in hac mea ætate ſenili, addẽdo dictis Bal.in hac materia aggredior præſens opuſculũ, Catonis eximij veſtigia imitatur. qui 86.agẽs annũ græcis literis poſt latinas appetijt erudiri, inde feſsiſque laboribus iugiter ſtuduit, vt iuris ciuilis peritiſsimus haberetur,
1 † vt ſic agẽdo vita breuis, ac incerta qua fruimur,ſenſuſq; hæbes,negligentiæ torpor, multimodaq; diuerſorũ occupatio nos paucula ſcire permittens, ac quæ plerunq; ſunt ſcita iugiter excutit, & euellit fraudatrix obliuio, & memoriæ inimica,per literarum vſum diuturnior apud poſteros conſeruetur, ad vtilitatem iudicũ,cæterorumq; officialiũ qui in hoc miſerrimo exercitio officiorũ oblectantur, & ad laudẽ & gloriã magni Dei, cuius nutu ſermo recipit gratiã, & doctrina perfectionẽ. Omiſsis igit q.Bal. in §. proficiſci,cuius dicta non refero, q̃a eſſet potius tranſcribere, q̃ ſcribere eius continuando materiam incipiam.

2 † Adde quòd ſi datur libellus iudici q.j. in ſyndicatu,quia neglexerit examinare teſtes, propter quod fecit litem ſuam, vt l.ſi quãdo.C.de teſti. quid det probare agens? Dico ꝙ habet neceſſe probare, quòd ipſe probauit teſtes perſonaliter in iudicio, & quòd fuit proteſtatus iudici, quod ipſos teſtes præſentes examinaret, & quòd non ſtabat per eum,aliàs non dicitur iudex negligens,iuxta not.per Bar. in l.damni.§. Sabini.de dam. infect. vide aliquid etiam de hoc per d. Pap.in titu. de op.contra teſtes.in glo.antep.in fi.Itẽ habet neceſſe probare coram ſyndicatoribus,quod illi teſtes probaſſent petita ꝑ partem, & ꝙ intereſt ipſos teſtes fuiſſe examinatos in tanta quãtitate: & hoc ẽt debet deducere in libello,aliàs iudex nõ tenetur in ſyndicatu.vt no.Bar.in l.in pecuniarijs.ff. de fe.alle l. qui cõmeatus.ff. de re mili. quod eſt notandũ pro defenſione officialiũ, & etiam ad offenſam.

3 ¶† Adde ſi poteſtas retinet aliquem q.ij. qui proteſtatur quòd retinetur ſine cauſa, & petijt ſe relaxari, officialis dubitans, ne teneatur in ſyndicatu.debet eſſe cautus,vt faciat hunc detentum deſcribi in teſtem ſuper aliqua inquiſitione in libro notarij maleficiorum, ad hoc vt in ſyndicatu poſsit ſe excuſare,& dicere quòd eum retinuit cauſa ab eo recipiendi informationem ſuper tali inquiſitione, vel maleficio. & ad hoc ꝓbandũ producat illum librum.& ita vidi de facto practicari,ac etiam practicaui me exiſtente capitaneo ciuitatis Aquiliæ, quod eſt benè notãdum:quia de iure magiſtratus detinens aliquem iniuſtè, tenetur ad intereſſe,vt eſt gloſ. nota. in l.ij.§.ſimili
4 modo.ff.ſi quis cautio.†Credo ẽt ꝙ officialia poſſet hoc probare per teſtes domeſticos, ſcilicet notarios vel berruarios, ꝑ ea quæ dicit Bald.in d.§.proficiſci.in 18. q.vbi dicit,quod familia poteſtatis poteſt pro eo ſyndicatu teſtificari, quando non tangit teſtificantes cuius opi.cõfirmatur, licèt ipſe non alleget per dictum Inno.in c.in literis de proba.vbi dicit,quod familiares non repelluntur a teſtimonio,ſi nõ ſunt ſubditi producentis. Debet tamen iudex aduertere conditionem perſonarũ ſecundum Innoc.& Io. ibid. Hoc idem tenuit clarius Barto. & Sal. in l.ij. C.de teſti.vbi dicit, ꝙ ſi iſti domeſtici familiares ſunt homines bonæ famæ & honeſtatis,admittuntur pro dominis ad teſtimonium per not.Inno.in d.c.in literis.quia iſti tales non ſunt deputati ad vilia,ideo in teſtimonium admittuntur.Bald. autẽ dixit quod non in d.l. ij. quia ſunt viles perſonæ.Salicet.ibid.tenet contra dicens quod immo recipiuntur, & poſſunt teſtificari pro poteſtate, ſi non ſtant amplius cum eo,nec receſſuri ſunt cum illo. quia aliàs familiares dici deberent, ſi eſſent cũ eo receſſuri, arg.C.ſi rector prou.l.j.& ſi
5 qua præd. pote.l. j. † Ego puto quod iſti berruarij tunc admittantur, quando nõ ſunt alij teſtes,& ſic in ſubſidium.14.q.ij. quanquam.facit.C. de repud.l.conſenſu. & quod ibi not.& quod nota de offic.de leg.c.inſinuante.in glo.j.de priuile. cap. licet.in glo.ſuper verbo,familiaribus. & de verb.ſignific.c.vlt.lib.vj.in quibus iuribus notatur, qui familiares ad teſtimonium admittantur, & qui repellantur. Illud non omittam quod berruarius cõpelli non poteſt,nec tenetur ad teſtificandum contra poteſtatem, propter reuerẽ

tiam quam sibi debet. dicit Baldus ff. de excusationi. l. ij.

6 ¶ Adde si aliquis fuit positus ad torturã:
q. iij. & officialis dubitat ne de hoc molestetur in syndicatu, qđ erit remediũ? Dico ꝙ potest talẽ describere in testẽ super aliqua inquisitione, & postea allegare quòd hoc fecit, quia nolebat testificari veritatẽ super dicta inquisitione, & curiã informare. Vel põt dicere ꝙ vacillabat examinatus: quia tunc potest ipsum torquere: vt dicit Bal. in l. presbyteri. C. de episc. & cleric. & no. in l. ex libero. in prin. & l. vnius. §. testes qui sunt. & C. de testib. l. nullũ. Faciat ergo officialis apparere in actis curię, qualiter fecit citari talẽ, & noluit parere: pro hoc. ff. de iniurijs. l. iniuria. §. si qs decreto. vbi contumax & non obtemperans iudici licite capitur, detinetur & tor
7 quetur. dicit ibi An. dñs meus † Et cautela est quòd in relaxatione alicuius detẽti vel torti facias ipsum cõfiteri per scripturam notarij ipsum fuisse legitime captũ seu tormentatum pro informando curiã de aliquibus maleficijs pertinentibus ad officiũ: & hoc multum vidi practicari. Et similiter qñ fuit tortus, faciat ipsum confiteri se fuisse legitime tortum: vel pro inueniendis maleficijs: vel quia impediuit officium dñi potestatis, & eius familiæ. Illud nota, ꝙ si detentus dat fideiussorẽ de se representando, eo ipso videtur confiteri se fuisse legitime tentum seu captũ. vt not. Bart. in qõne sua disputata, quæ incipit Lapus. vnde cautela est, ꝙ officialis in relaxatione faciat sibi dari fideiussorem de se representando quoties fuerit requisitus: quia tunc videtur approbata captura.

8 ¶ † Adde quòd si iudex fuit negligens in
q. iiij. procedendo contra homicidam, seu contra committentem aliquod crimẽ capitale, & ob id syndicatu datur contra eũ libellus, an erit iste libellus personalis, ita ꝙ debeat detineri? Dic quòd non: quia debet puniri pœna pecuniaria applicanda fisco, quando iudex est negligens. vt notatur in authen. de manda. princi. sit tibi. & quod notant ff. de legibus. l. j. Petrus Gulielmus & Bald. Nec obstat l. si. C. ne sanctum baptisma reiteretur. quia speciale est ibi in illo tam graui delicto, & ad prędict. l. j. C. vt intra certum tempus dicam de hoc in q. xiij.

9 ¶ † Adde etiam, quòd magistratus &
q. v. officiales tenentur de leuissima culpa. ff. de magistratib. conueniend. l. non simile. & l. magistratus. Tamen mitius agitur, adeò quòd syndicatores eorum possunt eorum arbitrio condemnare in quota, & non in tota, prout visum fuerit; vt not. institu. de obligati. quæ ex quasi delict. in princi. Et si non sunt soluendo, non propterea detrudentur in carcerem: sed tenentur solum inquantum facere possunt. Vnde dicit lex, quòd filiusfamilias qui non habet nisi peculium, non tenetur vltra peculium, vt ff. de iudic. l. si filius. Et ideò formatores libellorum agentes ratione culpæ leuis, vel leuissimæ contra magistratum, nõ debent certam petere quantitatem, nec bene formarent libellum: sed debent concludere ad condemnationem quantum bono viro æquum videtur, vt l. si iudex. ff. de var. & extraordinar. cogni. Et pro ista parte facit quod not. in l. ij. ff. quod quisque iuris. Alij dicunt aliter, de quo vide plene Bart. & Bald. in l. pignus. C. de pigno. actio.

q. vj. ¶ Adde, quòd officialis, qui non vult stare tempore syndicatus cum suo rectore, quia contra eum dedit petitionem, debet ab eo expensas habere glo. est in l. fina. de ordin. cognitio. & in c. ex parte. de accusatio.

10 ¶ † Adde, quòd qui conduxit officia-
q. vij. lem, videtur suis expẽsis cõduxisse in eundo, stando & redeundo, vt not. Bart. in l. super creandis. de iur. fisc. lib. x. facit de agric. & censi. l. domini horreorum. & C. locat. l. excepto. & Bald. C. de negot. gest. l. j. Super quo dubio doctor clarissimus dominus Petr. de Perusio consult. ad literam sic dixit. Rector tenetur conducere officialem ex pacto, quæritur vtrũ finito officio, si officialis nollet redire ad locum conuentum cum rectore, rector teneatur dare sibi æstimationẽ illius quod officialis in tali reditu esset impensurus. Et quòd teneatur non videtur dicere: Primò propter conuentionem quæ est seruanda. l. j. §. si conuenerit. ff. deposi. quia etiam ad id circunscripto pacto tenetur:

netur: vt not. plene in l.j.§.si tabernarii. ff.de var.& extraord.cogn. & quod not. Odof.in l.si duo §.item cum quidam.ff. loca.& l.j.in fi.eo.tit. Nec obstat, si dicatur, rector tenetur conducere, & reconducere, & sic ad factum, nō ad ęstimationem tenetur. Quia dico quòd si factum non potest probari, quòd tenetur indistincte: cum in obligatione facti succedat obligatio ad interesse, si factum non præstatur. l.si quis ab alio.ff.de re iudi. & l.i.ff.de actio.empt.cum simi. Et ita etiā de facto fuit decisum in ciuitate Castelli, per Pet. de Peru. Nec miretur quis si ad contextum verba dicti consilii explicaui: quia sic faciam quando occurret: quinimò super qua consultum reperiam in terminis. q.ad habendam notitiā pleniorem.

11 ¶ †Adde quòd quando delinquens aufu-
q.viij. git ab officiali, videtur teneri ad similem pœnam, etiam corporis. l.ad commētariensem. C.de cust.reo.& l.ii.& l.milites.ff.eo.tit.

q.ix ¶ Adde quòd statutū vel rescriptum si officialis absoluit, vt nō debeāt syndicari: tñ si aliquid remansit penes eum de rebus cōis, vel fisci, debent de hoc syndicari, vt no. Bar.in l.i.§.fi.ff.de pecu.leg.

q.x. ¶ Adde quòd leuis vel leuissima culpa non punitur criminaliter, sed ciuiliter, secundum Cynum in addi.in l.si quis nō dicam rapere. C.de episco.& cleri. in fin. additio. quod not. pro defensione officialium, & adde quod not. Bald.in l. mancipia. C.de seru.fugi.

q.xi. ¶ Adde quòd si officialis aliquid exigat de facto, & immittit in cameram cōmunis, non potest conueniri in syndicatu. Bar.in l.ij.§.fin.ff. de administratione rerum ad ciuita.pertinen.

12 ¶ †Adde quòd cautela est, quòd quan-
q.xii. do detentus pro maleficio aufugit potestati, quod faciat procedi per capitaneū contra custodem cui assignauit, & si ponetur in banno, excusabitur, si non potest ipsum exhibere tempore syndicatus Bar.in l.si cū exhibuissent.ff.de publi.

q.xiii. ¶ Adde an assessores syndicentur de negligentia, & sic contra eos fiat inquisitio scrupulosa, vt l. si seruus vetitus. de legat.j. dic, quòd non est conueniens, vt de negligentia syndicentur, nisi sit dissoluta & dolo proxima, & ita seruat consuetudo, per quam assessoribus multum fauetur. Sed de mero rigore ita syndicari debet de negligentia, sicut de culpa in faciendo commissa, vt l. mancipia. C. de seru. fugit.& l.si quis in conscribendo. C. de pact.& C.de decur.l.iudices.& vide supra in q. iiij. Sed aduerte, quia tunc est necesse, quòd officialis fuerit requisitus, & neglexerit: vt not. Archidia. in c.j. de iureiur.in prin. & Bart. in l.damni.§.Sabini.de damn. infect. & vide per Specu. in titu.de inquisitione.versicu. sed pone iudex &c.& glo.iij.q.viij.can.qui fine. & vide Ang.in l.si vacantia.super versi.pręses aut. C.de bonis vacant.

13 ¶ †Adde si officialis est electus Perusij
q.xiiij. cum pacto, vt non teneatur stare ad syndicatum, nisi pro furtis, & baratarijs, & illicitis extorsionibus, an propter prægnantiam huius verbi, extorsionibus, syndicari poterit de omnibus iniustis sententijs, quarum vigore aliquid est exactum? dic quod sic, quia exactio, extorsio appellatur, quæ fit ab inuito, quantuncunque iustitia suadente. plenus est enim significatus huius verbi, extorsio, vt l. si seruo. in ver.extorquere.ff.de hære. insti. & ibi per Ang.& Imo.in l.mora solut.matri.

q.xv. ¶ Adde an possit fieri pactum cū aliquo officiali, ne teneatur stare ad syndicatum: Nam tex.in l si vnus.§. illud nulla.ff de pact.facit quod non, quis videtur quasi remitti dolus futurus. Item pactū est inuitatoriū ad delinquendū, redditur enim audacior ad delictum, ex quo scit se non teneri reddere rationem ergo &c. l.conuenire.ff.de pact.dota. In contrariū facit l.Aurelius.§.Caio ff.de liber.legat. & l. si quis rationes. de leg. primo.

14 †Vnde potest esse cautela, quòd in contractu electionis addatur clausula, quòd si contingat eundem officialem occasione doli vel culpæ condemnari debere, quòd ex nunc omne id & totum in quo deberet condemnari titulo donationis inter viuos conferunt, vt in fin. præallegata l.si seruus vetitus docet. de leg. j.& d.l.si quis rationes. Tamen negari nō potest, quin sit inuenire viam fraudibus, contra regulam d.cto §.illud nulla. dum

dicit, pactione nulla fieri potest. De hac quæstione vide Bald. in l. cum necessitatem. C. de fideicommiss. vbi dat aliam cautelam, quòd non eligatur syndicus: quia potest per statutum fieri quòd non eligatur syndicus. Subdit tamé quod in dubio per verba generalia officialis liberatus à scrupulosa inquisitione, censeri debet liberatus ab illa culpa, quæ non potest apparere nisi per subtilitatem iudici: sicut est culpa leuis & leuissima. Lata autem culpa non pertinet ad scrupulosam inquisitionem: quia de facili apparet. Dolus etiam licet pertineat ad scrupulosam inquisitionem, non videtur remitti. vt d. l. si seruus vetitus. coniuncta l. dolum. C. de dolo.

q. xvj. ¶ Adde q̃ licet ex forma statuti officialis non debeat syndicari: hoc debet intelligi, nisi de reliquis, secundum Bar. ff. de pecul. dominus Sticho. §. seruus qui.

15 ¶ † Adde quòd statutum puniens offen-
q. xvij. dentem officialem, intelligitur durante officio, non eo finito. ff. de testam. mil l. Titius. & l. tribunus. & ibi per Ang. qui hoc intelligit, nisi in ciuitate permanetet intra tempus in quo recessus est sibi prohibitus, puta quia tenetur stare ad syndicatum, & syndicatu finito intra illud modicum tempus quo pro sarcinulis componendis moram trahere oportebat sicut dicimus in legatis, vt l. ii. §. omnes. ver. plane. ff. de iudi. in glo.

q. xviij. ¶ Adde an potestas qui est condemnatus in syndicatu, debeat reddere salarium præteriti temporis. Videtur quòd non, quia satis est quòd puniatur vt debet, salarium enim cum hoc nihil commune habet. ar. ff. de mino. l. Papi. exuli. In contrarium facit C. de ser. fugit. l. mancipia. Prima pars est vera, secundũ Bald. quia huiusmodi culpa non remouet vtilitatem officij à generali actu, & ideo nõ punitur, nisi quantum deliquerit, vt l. rescriptum. de his quibus vt indig. Adde quòd not. Bar. ff. de dona. l. absenti. Et alibi habemus, quod quando iudex deliquit, totum salarium reddere debet. Ita videtur in l. iudices. C. de anno. & tribu. lib. x. de quo per Iac. de Are. in l. quidam. in prin. ff. de excu. tuto. & in l. Mæuiam in prin. ff. de annu. leg tangit glo. in l. diẽ functo. ff. de offi. assessor.

16 ¶ Adde, si potestas vel aliquis ex sua
q. xix. familia finito tempore syndicatus committit aliquod maleficium: nunquid ratiocinatores seu syndici habebunt de hoc cognoscere, an nouus potestas. Responsio videtur quod nouus potestas, nõ illi: quia ratiocinatores tm̃ habent cognoscere de illo, quod officio durãte cõmiserunt: vt patet. ff. ad leg. Iul. rep. l. lege Iulia. & l. seq. Vel dic, quod illud est qđ pecuniã tm̃ iniustã accepit in officio. aliud fortè si deposito officio in syndicatu deliquit, & de hoc debet à ratiocinatoribus syndicari: cum adhuc durarent reliquiæ officij & dignitatis: licet deposuerit administrationẽ. arg. ff. de offi. proconsu. l. pro consule. & nomine rectoris appellantur à lege, etiam post depositum officium, durante tñ syndicatu, vt l. j. C. vt omnes tã ciui. quã crimi. iudi. & ideo appellatur potestatis vetus vulgariter, & officialis potestas veteris: vnde puto, quod ratione dignitatis non debeant coarctari, nisi cõmiserit crimen grauissimum, puta læsæ maiestatis, vel aliud simile capitale, vel fortè homicidium. ff. de custo. reo. l. alias. l. j. & l. diuus. Fran. Accur.

17 ¶ † Adde an officiales debeant tractari
q. xx. tanquã ciues: & an statuta ciuitatis de ciuibus loquẽtia in eis locum habeant: Et videtur q̃ non. C. de summa trini. l. j. & de incest. nup. l. fin. q̃ da. tut. pos. l. nequis. Contrarium tamen est verum: cum quilibet rector cum sua familia sit velut ciuis durante officio, & etiam durãte syndicatu. Nã ciues appellãtur municipes, & ecõtra. ff. ad municip. l. j. & potestas vel municeps appellatur magistratus municipalis. arg. C. ad municip. l. magistratus. §. Lucius. l. filij. & l. Senatores. & l. municipes. C. de incol. l. ciues. & l. fi. in gl. quid de rusticis. Francis. Accursius.

q. xxj. ¶ Adde quòd si iudex affirmauit se doctorem, cum non esset, qua pęna puniatur. dic vt l. eos. ff. de fal.

¶ Adde an talis iudex qui dixit se doctorem, debeat etiam suum salarium perdere, & in hoc potestati teneatur. Videtur quod sic. argu. optimum in l. j. C. ad leg. iul. sed cogita.

18 ¶ † Adde, quòd si ex iusta causa vel eui-

denti

q.xxij. denti vtilitate publica poteſtas non ſeruauit ſtatuta, an teneatur, & poſſit ſyndicari. Et non puto: arg. ff. de muner. & honor. l. nõ puto. & §. extra. de conſti. c. j. per Inno. ff. de ſerui. l. iij. §. cum diuinæ. & de in ius vocan. l. quãuis. de capti. l. hoc edicto. & inſti. de re. diui. §. appellatur. & argu. ff. ad leg. aquil. l. ita vulneratus. ff. de pœnis. aut facta. in fin. ff. de ſi ca. l. qui cedem. & C. ad leg. iul. rep. l. ij.

q.xxiij. ¶ Adde, quod ſi ſyndicatores in pari numero ſint abſoluentes & condemnantes, valet abſolutio. ff. de re iudi. l. inter pares. & l. Arrianus. de actio. & oblig.

q.xxiiij. ¶ Adde, quod ſi in ciuitate eſt ſtatutum, quod dat certam formam ſyndicandi, & eligendi poteſtatem: ſi poteſtas iurat ſeruare omnia ſtatuta præſentia & futura: ſi poſtea fiat aliud ſtatutum aliam formam imponens ſyndicandi, ſecundũ quod poteſtas debeat ſyndicari? Et conſuluit Vbertus de Bobio quod ſecũdum antiquum, & quod forma iuramenti nõ eſt referẽda ad id quod ſpecialiter eſt promiſſum. l. doli clauſula. de verbor. obligation. de pœn. l. ſanctio legum. & l. alimenta. §. baſilicæ. & l. Stichus. de alim. & cib. legat. Nec poterũt recedere a prima forma ſine ipſius conſenſu, cum ſit contractus & pactio quoad illud expreſſum. Vbertus.

19 ¶ † Adde an hæres aſſeſſoris teneatur

q.xxv. ſtare ſyndicatum? Nam text. videt quod ſic. vt. l. dies cautioni. §. fi. de damn. infect. in fin. Quod eſt verum in caſu illius. §. & in alio i corpore. vt ſcenicas mulieres. circa fin. colum. v. vbi tex. not. dixit quod bona aſſeſſoris ſunt obligata ꝑ quaſi delicto, alias non tenetur ſtare hæres ad ſyndicatum. caſus eſt in l. vel autẽ. ff. de iudi. Regulariter autem hæres non tenetur ſtare ad ſyndicatum officialium, cum iuriſdictio ad hæredem non tranſit, vt l. ſi filius. & ibi Bal. ff. de iudi. De hac q. an hæres aſſeſſoris teneatur ſtare ad ſyndicatum. vide Ang. in l. iiij. §. hoc autem de dam. infect.

¶ Adde. qđ hæres iudicis qui male iudicauit non tenetur ſtare ad ſyndicatum, niſi conueniatur in quantum ad eum peruenit. l. Iulia. & ibi Angel. de iudic.

q.xxvj. ¶ Adde & nota bene, & attende, quod vbi iudex male iudicauit etiam ſi eius ſententia fuerit cõfirmata ſemel vel bis per iudicem appellationis, conueniri poteſt tempore ſyndicatus. Idem ſi fuit appellatum, & appellatio eſt deſerta, ſecundum Innocentium, & Ioan. Andreã de offic. delegat. capitul. paſtoralis. in glo. iniuſta. la ij. ad fin. & per eundem in capitul. ſępe de appellat. in gloſſ. peremptorio. verſi. ſed nunquid iudex. vide bene Bal. in x. colum. de pa. iuram. firm. cap. iudices. & adde Imol. in l. prima. ff. de appel. circa princip.

q.xxvij. ¶ Adde, quod ſi officialis aliquid cõmittit, ibi puniendus eſt vbi deliquit. C. vbi ſena. vel cla. l. j. C. ad legem iuliam repetundarum. l. j.

q.xxviij. ¶ Adde quod officialis debet cedere ſucceſſori, & non procedere in officio: alias punitur. l. Iulia. l. iij in fin. ff. ad legem iulia. maieſt. not. Guliel. in l. imperium. ff. de iuriſdi. omn. iudic.

20 ¶ † Adde, quod poteſtas vel rector te-

q.xxix. netur pro familia ſua, vt not. in l. j. C. vt omnes iudic. tam ciui. quam crim. circa princ. & in authentic. de iudi. §. hi qui. columna ſexta in gloſſ. not. quod iudex. & hæc niſi imperitia delinquat.

q.xxx. ¶ Adde quod etiam durante officio poteſt inquiri & puniri officialis qui furtum, barattariam & illicitam extorſionem in officio cõmittit. text. & ibi Ange. hoc not. in l. datur. ff. ad leg. iuliã repet. De his baratariis vide quod not. Cy. in l. auia. C. de iure dot. & ibi eſt tex. quod lucrum non eſt pręferendum famæ: imo fama, & honor ſemper debet præferri lucro: vt. ff. ſi quis omi. cau. teſt. l. Iul. de primo vide glo. in l. ij ff. de in ius voc. & C. ad leg. iul. repe. l. iubemus adde de hoc infra in q. ſeq.

21 ¶ Adde † quod officialis forenſis poſt fi-

q.xxxj. nitum officium, etiam in loco ſui domicilij conueniri poteſt, dicit Bartol. in l. j. ff. ad leg. iul. reperun. Sed ratione baratariæ eſt tex. eo. tit. l. datur. vide de hac q. d Bald. C. quorum app. non reci. l. iij. ff. naut. caup. ſtabu. l. iii. §. eo. modo, & dicit Angel. in d. §. j. ſe vidiſſe hanc q. de facto in Ioanne Galioli, qui durante officio fuit de barataria inquiſitus, ſed euaſit ex conſilio collegii Peruſini: quia

iudex inquirens habebat officium limi-
tatum ſyndicandi officiales tantum,quo
rum officium finierat. pro quo vide qđ
not.glo.in cor.vt iudi.ſine quoquo ſuffr.
§.neceſsitatem.

q.xxxij.¶Adde,quòd officiali nō licet acci
pere domum,niſi eſculenta & poculen-
ta,niſi à conſanguineis:& hoc ſecundum
iura vetera. hodie autem quid iuris ſit:
Dic vt not.in l plebiſcito de offic.præſi.
in regno tamen Siciliæ per conſtitutionē
Frederici Imperatoris,ſemel in cauſa li-
citum eſt accipere eſculenta, ſecundum
Ant.Pro hoc tamen vide omnino quod
no. Bar ff.ad leg.iul.repe.l.Iul.§.apparet.

22 ¶Adde † quòd licet officialis teneatur
q.xxxiij. pro familia ſua, vt eam exhibeat
aut ſoluat,ſi familiaris commiſit delictū,
& eum poteſtas banniuit,non tenebitur
in ſyndicatu,vt eſt bona cautela pro re-
ctoribus.vide Bald.qui hoc dicit in l.fi-
deiuſſor.§ qui vero pro condemnato.ff.
qui ſatiſda. alias eſt lex, ſi deceſſerit.in
fin.eo.titu.

q.xxxiiij. ¶Adde, quod notarij & alij qui
ſua negligunt officia,tenentur, non autē
obligant ſuos magiſtratus. inſti. de ſatiſ.
tu.§.fi.in glo Romanos.

q.xxxv.¶Adde quòd contra officiales pro
ceditur breuiter & ſummarie,vt in auth.
niſi breuiores.ſecundum Bal.& ibi Cyn.
hoc not.vide Bar.in l.licitatio. de publi-
ca.& Ant.de But.in c j. de lit. conteſt. in
ij.col.vbi dicit,ꝙ in ſyndicatu nō requi-
ritur libellus.vide in q.iiij.& v.ſupr.& ꝙ
contra officiales procedatur,etiam die fe
riato in honorem Dei,vide infra.

q.xxxvj. ¶Adde ꝙ poteſtas qui male iudi-
catur,punitur.Item aſſeſſor & iudex qn̄
non vult iudicare.ij q. ij.hoc etiam.in au
then.de quæſto.§.ſub hoc.

q.xxxvij.¶Adde quod non punitur qui dat
iudici, vt iuſtè iudicet, ſecundum cano-
nes,ſecus ſecundum Laicos. xj. q.iij. qui
rectè.in gl.not.

23 ¶ Adde, †quod poteſtas, qui eſt iuris
q.xxxviij.ignarus,tenetur in ſyndicatu, ſi
tulit ſententiam iniuſtam,licèt de conſi-
lio ſuorum iudicum,quia iudices ignorā
tes conduxit, ſecundum Ang.in l.j. ff.de
var.& extraord.cog.Sed pōt dici ꝙ non
tenetur poteſtas,ſed iudex ſub cuius exa
mine & conſilio talis ſententia lata fuit:
caſus videtur.ff.quod quiſque iur.l.ij. ꝓ
hoc facit bonus tex.C. de his qui latro.l.
j.ibi;ſub examine iudicis.& ibi Ang. idē
tenet,ad idem l.ſi illi.de decur. & ibi etiā
Ang.& in corpore de litig.§ omnē not.
Plus dicit Guido de Suza. quod ſi vica-
rius erat ad banchum dum ſententiā pro
ferebat poteſtas,& nō contradixit, præ-
ſumitur ei conſuluiſſe,& ex hoc punitur
ſicut ſi in ſententia contineretur, quòd
eſſet lata de conſilio ſuo, per l.qm̄.C. de
appel.Vnde caute faciunt iudices,qui nō
aſſociant poteſtates ad tribunalia, quan-
do ſentiunt vel putant, quòd ſententia
quam vult proferre poteſtas, eſt contra
ius:quod ſæpe vidi de facto.

24 ¶†Adde,an poſsint iudices ſyndicari per
q. xxxix. ſyndicatores de his quæ non ſunt
geſta in officio,nec officij contemplatio-
ne.Bald.tenet quod non. C.vbi de ratio.
agi oportet.l.ii.& in l.ex hoc edicto §.
eo.ff.naut.caupo.ſtabul.

q. xl. ¶Adde,ſi poteſtas eſt abſolutus in
ſyndicatu ſuper inquiſitione generali,an
poſsit condemnari de ſpeciali.Bald.in l.
fi.C.de peda.iudi.tenet,quòd ſic: quia de
illa ſpecie non intelligitur inquiſitus per
verba generalia.

25 ¶ † Adde,quòd licèt non valeat ſenten
q.xlj. tia iudicis corrupti pecunia, vt in d.
l.fina.de pœn.iudi. tamen ſententia arbi
tri corrupti pecunia valet, ſed obſtat ex-
ceptio doli.C.de arbit.l.iij.no.Innoc.in
cap.cum ab omni.de vita & honeſta. cle-
rico.licet Ioan. dixerit contrarium.ij. q.
vii.diffinitiuā.& in verbo venales, ſecus
ſi contineat expreſſum errorem,quia eſt
nulla ſicut ſententia iudicis, vt not. in l.
diem.§ ſtari.de arbit.

q.xlij. ¶Adde,quòd ſi iudex non expediuit
proceſſum inſtitutum ſecundum formā
ſtatuti,& intra tempus à ſtatuto præfi-
xum, ſed ſucceſſori reliquit, tenetur in
ſyndicatu ſecundum Bartol. & Bald. in
l.j.§.ſciendum.ff.de magiſtr.conue.facit,
quod dicit Bartol. in extrauag. ad repri
mendum,in verb.procedatur.vide Bart.
in l.prouidendum.C.de decu.lib.x.Illud
tamen not.quòd quātuncunque debeat
iudex intra certum tēpus proceſſum ex-
pedire,nunquā tamen cogitur iudex ex-
pedire

pedire, nisi intra finem tẽporis. dicit Bar. in d. extrauaganti. in ver. procedatur. & Bal. in §. pena grauior allega. l. j. §. expilatores. ff. de effrac. & expilato.

26 ¶ Adde, quod si iudex debet expedire q. xliij. processum intra certum tempus, & labatur tempus instantiæ, iudex non tenetur ad pœnam, si nõ expediuit intra dictum tempus, & poterit postea expedire, quia non poterat actum expedire, nisi ad partis petitionem. de iure deliberan. l. si curatoris. in glo. no. & l. pen. eod. tit. & ita consuluit do. Nic. Alexan. per casum notab. quem ad hoc allegat. C. vt intra certum tempus l. properandum. in princi. per do. Lanfran. in auth. nauigia. C. de fur. & vide Bald. in cap. iudices. de pace iura firman. vbi etiam dicit, quòd si iudex non expediuit causam intra tempus, tenetur de negligentia, quando pars petit: aliàs non. Et vide eundem Bal. in l. statutis C. de sententijs ex pericu. reci. Et quid si propter difficultatem probationis causa non potest expediri: vide infra in iij. char. in ver. adde, ꝙ si causa.

q. xliiij. ¶ Adde si statutum dicit processum debere expediri intra mensem, si primus iudex processit, & supersunt sex dies mẽsis, intrauit alius officialis successor: quantum tempus habere debeat, an illos sex dies, an mẽsem, an suppleatur à lege plus temporis. In hac quæst. dicit Francis. de Alberic. in quodam suo cõsilio, quod incipit: Super quibusdã dubitationibus, &c.

27 † quod successor in officio debet ex actis primis iudicare, dummodo secundus iudex non habeat ad cognoscẽdum & diffiniendum causam prædictam post præsentationem actorum, seu restitutionem actoris sibi factam minus tertia parte tẽporis dictæ instantiæ, & si minus haberet, intelligi debet à iure sibi suppleri. argumento. C. de iudi. l. properandum. §. sin autem. in medio, cõiuncta l. diuortio. § quid si in annos. ff. soluto matrimonio & iura municipalia sunt supplenda ad similitudinem dispositionis iuris communis in similibus terminis. Et dicetur interpretatio extensiua, maxime quando iura municipalia patiuntur, quia in eis communis dispositio operatur secundum similitudinem terminorum iuris. Nam iura communia super omnibus indifferentibus terminis quandoque emergentibus prolata esse intelliguntur. ff. de leg. l. iura non sunt in singulis. & l. non possunt. & l. ideoque. & l. nõ est nouum. & ad legem Falcidiam l. j. §. lex Falcidia. de muner. & honor. l. j. § j. Ex dispositione ergo iuris communis dictum tempus intelligitur esse suppletum secundo iudici prædicto modo per significationẽ casuum & identitatem rationis. Franciscus de Alber.

28 ¶ Adde, † quòd si potestas tulit senten- q. xlv. tiam iniustam, quam postea capitaneus confirmauit iniuste, vtrum interesse solutum per potestatem læso liberet capitaneum? Dicit Griffo de monte Politia in suo consilio, quod incipit, potestas tulit quandam sententiam, &c. quòd quando plures aliquid faciunt, ex quo obligantur alicui ad interesse insolidum cæteri liberantur vno exacto. vt ff. de duobus re. l. iij § fina. de eo per quem factum erit. l. j. §. si plures. sed quando non est ex eadem causa, sed ex diuersis causis vel factis obligantur insolidum ad interesse, vno exacto alij non liberantur, vt ff. ne quis eum qui in ius vocatus est vi exim. l. fina. & l. penultima. §. hoc iu. & de tabu. exhibend. l. locum. §. penultimo. Sed in proposito primus, scilicet potestas, tenetur, quia perperam condemnauit, & sic primo suo quasi delicto & ex prima causa. Secundus vero scilicet capitaneus, quia perperam confirmauit, & sic ex prima sua causa. vnde exacto potestate, non liberatur capitaneus & econtra. vt est casus ad leg. Aquiliam. l ita vulneratus. circa medium. & ista solutio & distinctio fit per gloss. ordinariam ff. de interro. actio. l. qui seruum. circa princip. Griffo.

29 ¶ Adde † an officialis condemnatus in q. xlvj. syndicatu repetat, quod soluit pro dicta condemnatione ab eo, pro quo & cuius occasione propter administratam sibi iniustitiam, condemnatoriam reportauit. Angel. in l. Stichum. §. si mandato. de solutio. tenet, quòd sic. facit, quod not. Salicet. & ibi domi. Alexand. in l. properãdum §. siue autem alterutra. C. de te iudica. in versic. quærit hic Sali. & dicit

& dicit, quòd cedendę sunt actiones per commune contra ipsos condemnatos. & dicit esse casum in l.missi opinatores. C. de exact. tribut. lib. x. Nec obstat secundũ eum l.mancipia. C. de seruis fugiti. quæ in contrarium allegatur pro casu, secũdũ vnam lecturam, quia ibi iudex faciendo litem suã non condemnatur in eo, quod alius soluere debebat, sed in alio prorsus, & ideo cum sui delicti pœnam ferat, non sunt sibi actiones cedendæ, secũdũ Ang. in d. §. si mãdato. Alibi autem idem Angelus videlicet in l. si quis dolo. §. si quis creditorem. ff. de re iudica. tenuit contrarium, & condemnatum in syndicatu non recuperare ab eo, pro quo & cuius occasione fuerat condemnatus. mouetur per glo. sing. in ver. sed dic contra. & in d. l. si quis creditorem. & respondet ad l. missi operatores. quòd ibi opinator negligens in exigendo tributum soluit illud pro debitore, & ideo liberat eum & repetit. Sed in quæstio. præposita reus erat per sentcentiam absolutus, vnde iudex qui soluit, non soluit pro eo, sed causa sui delicti. Et hanc opinionem tenuit Bald. in l. sancimus. C. de iudic. & idem videtur sentire in d. l. mancipia. idem tenet etiã Bal. in c. iudices. de pace iura. firman. x. col. vide glo. in l. omnem honorem. C. quando prouoc. non est neces. Ang. tamen in d. l. mancipia. in glo quæ incipit, nonne. nota optimum arg. quòd officialis soluens aliquid culpa sua, nõ repetit ab eo cuius contemplatione deliquit. Non ergo potest officialis petere, vt sibi cedantur iura ab eo, cui soluit litis æstimationem. quod est verum, secundum Ang. ibi, vbi soluit ratione doli commissi, secus si non fuit in dolo, sed alias per culpam vel imperitiam male iudicauit. ff. de rei vendicatio l. is qui dolo. coniuncta. l. si culpa. eod. tit. & vide ad hoc bonum text. in d. l. missi opinatores.

30 ¶ †Adde, quòd si officialis est refirma-
q.xlvij. tus in officio, vel electus pro aliis sex mensibus, an dicatur idem officium vel nouum? Bart. ponit in l. dies cautionis. vide glo. sing. in cap. hi qui. de præbend. lib. vj. & ibi per Archidiaconum, & dicit ibi Ioannes And. quòd tunc est vnum officium, quando prorogatio est eiusdem naturæ & formæ, non alias. vide de hac quæstione per Baldum in l. si à te. C. de pact. inter empto. & an talis officialis debeat semel vel bis syndicari, not. Bald. in l. si voluntate. C. de donatio. ante nupt.

q.xlviij. ¶ Adde, quòd si iudex noluit probationes admittere, vel sententiare, & similia, an conueniri possit, & faciat litẽ suã? Certè sic. vt not. per Bartolum in l. si iudex. de var. & extraordin. cogni. & per Bald. in l. præscriptionem. C. si contra ius vel vtil. public.

q.xlix. ¶ Adde, si iudex admisit instrumentum, quòd non tenet quantum ad probationem, an faciat litem suam? Innocentius dicit, quòd sic, extra de cõsuetu. cap. venerabilis. & Bal. C. si certum pet. l. super chirographis.

31 ¶ Adde† an ille qui præstat authoritatẽ
q.l. actui ipso iure nullo teneatur ad interesse dicit Bal. ꝙ non, in l. j. in prin. de tutel. & rat. dist.

q.lj. ¶ Adde, si iudex inquirit ad promotionem syndici, & iudicat perperam, an faciat litem suam, sicut si proprio motu? Bald. dicit, quòd sic, in l. j. §. si præses. de magistratibus conueniendis.

q.lij. ¶ Adde, quòd si per negligentiam iudicis ius partis deperditur, facit litem suã in totum vel in partem Bal. C. de testib. l. si quando. in prin.

q.liij. ¶ Adde si potestas tenetur inquirere de maleficio, excusatur, & non punitur, si non denuntiatur sibi, nec est notoriũ dicit Bal. ff. de magist. conue. l. j. §. magistratus.

32 ¶ Adde, †quòd si potestas mandat ali-
q.liiij. quid in casu non licito, tenetur potestas & non berruarij obedientes, vt fuit Florentiæ de facto. Bald. in l. excusatur. ff. famil. erciscun. per illum tex. facit q̃d not. Dyn. de regu. iur. cum quis mandato. lib. vj. & per hoc fuit laceratus quidã libellus porrectus in curia executoris Florentiæ, quia concludebat quòd fecerat de mandato superioris, secundum Bald. ibi, pro hoc bene facit. ff. de iniur. l. iniuriarum. §. si quis. vbi dicit Ang. quòd officialis potestatis, vel aliquando de sua familia si facit aliquid, licet iniustum de mãdato rectoris, non tenetur, sed rector

ipse

ipſe mandãs,& dicit ibi eſſe caſum.& idé
deciditur in l.non videtur.§.qui iuſſu.in
glo.magn.ff.de reg.iur. & dicit ꝙ cautus
debet eſſe rector,vt de libello dato, de ca
ptura,vel tortura alicuius indebite facta
contra aliquem eius officialem vel fami-
liarem lapſo tépore ad dandum petitio-
nes cõtra ſeipſum,faciat reũ conuentum
articulare & probare,quòd hoc fecit pro
officio exercendo: & erit familia ſecura,
& ipſe poteſtas,quod not.
33 ¶Adde,†quòd poteſtas debet tractare fa
q.lv.miliam,& maxime iudicem bene,ſicut
berruarios in cibo, potu, & honore, &
alijs commoditatibus ipſorum,vt l.medi
cos.in prin.de oper.liber.Nam licet pote
ſtas det ſalarium vicario, & alijs iudici-
bus & expenſas,nõ propterea dat de ſuo
nec eſt eius officialis, ſed eſt officialis cõ-
munis.Aliud in vicario Epiſcopi. vt de
offic.vicar.c.ij.lib.vj.
q.lvj.¶Adde, quòd quando iudex tenetur
in ſyndicatu,ſi iudex tulit ſententiam ſe
cundum vnam opinionem,vide Bar. in
l.de eo.de pœna iudi.qui male iudic.
q.lvij.¶Adde,ꝙ ſi intellectus legis eſt am-
biguus,valet ſententia lata contra ius le-
gis,& ſequendo opinionem aliquorũ,qui
non ſane intelligunt illam legem conue
niri poteſt tempore ſyndicatus,mitius ta
men punitur.C.de re iudica.l. cum pro-
latis.quòd Ant.ibi fatetur ſi cõtraria opi
nio erat approbata,ſed ſi neutra,tũc non
peccat iudex qui in vltimam ſententiam
inclinauit, ſecundum Innocentium de
conſti.ne innitaris.
q.lviij. ¶Adde, ꝙ error ex cauſa probabili,
facit,quòd iudex in aliquo non teneatur
parti læſæ,vt no.gl.xj.q.iiij.temerarium.
34 ¶Adde,†quòd quando lex habet plures
q.lix.intellectus,valet ſententia ſecundum
alterum ipſorum.Bal.in l.ſicut.C.quan-
do prouo.non eſt neceſſe.
q.lx.¶Adde,quòd iudex non tenetur ſequi
opinionem alicuius propriam, ſed iuris
conſcientiam,nõ facti.Hoſtienſis in ſum
ma.de reſcrip.§.& de ipſius.ver. hoc in-
tellecto.fol.10.
q.lxj.¶ †Adde,quòd iudices excuſantur de
ſententiis promulgatis ad pœnam ſyndi
catus propter opinionem doctoris, inter
dum per eos ſecutam. vt ſupra dictũ eſt
in ſententiis diſſonantibus opinionibus
promulgatis. Ideo aliqua ad hanc mate-
riam conferentia reſerabo,quæ non de-
bent extranea & inutilia reputari, infe-
rendo inferius plurima bona dicta, vide-
licet,qñ dubitatur de intellectu iuris ſeu
legis,ſi aliqua ſunt exẽplaria magis cla-
ra,vnum ex alio declaratur.xxii.q.ii. nõ
eſt.illa opinio eſt eligẽda,quæ maiori ni-
titur æquitate.glo.xv.q.vij.Epiſcopis ſa
cerdotibus.& quæ maiori & probabilio-
ri nititur ratione,vt ff.de vſur.l.ij.& ex-
tra de fer.c.capellanus.de reſtitu. ſpol. c.
literas.& vbi ſunt diuerſæ opin.ſtandum
eſt ei, quæ plurimorum teſtimonio com
probatur. dicit Bald. de offic. præſid.l.j.
35 †Opinio communis non ſing.& peregri
na aliquorum Doct.tenenda eſt,Bald.ff.
de ſena.l.ij.in fi.opinio magiſtralis in nõ
diffinitis legi, pro lege ſeruanda eſt. vbi
opinio multum eſt ſeruata.de deci.cap.j.
Vbi ſunt opin.de iure ciuili ſeruanda eſt
opin. quæ reperitur per ius canonicum
approbata, & ſeruari debet in foro ciuili
etiam in terris imperij.dicit Io. Imol.in
l.Centurio.ff.de vulg.& pup.alleg. c. per
venerabilem.qui fil.ſint legit.& in c.licet
ex ſuſcepto.de foro cõpet.& in l.quamq̃.
C.ad leg.Falcid. Mediocris opinio eſt ſe
quenda.& opin.ſequẽda eſt probabilior
& modernior.tex.in clemen.j.de ſumma
trinita. Illa opin.magiſtri eſt ambigua,
quæ non confirmatur authoritate. text.
in l.ſi duo ſunt.non enim credendum eſt
opin.magiſtrali, niſi quatenus authorita
te probetur,vel ratione conuincatur, vt
ibi.In dubio vltima opin.magis videtur
approbata.Bald.ff.de conſti. princi. l.j.in
prin.Opiniones magiſtrorum recitandæ
ſunt dicit Io.And.in c.omnes. de maio.
& obe.& defenſandæ per diſcipulum, ſe
cũdum eum ibi. & glo. xxiii. q. j. cũ bea-
tiſsimus.& in c.j.de deci.in gl.magiſtro-
rum.& excuſatur quis ab expẽſis in ſyn
dicatu,licet opi.ſing. magiſtri ſui ſequa-
tur dicit Old.in l.quæſitũ.§.ſed in inſtru
mento de fun.inſtr.& ita ipſum reſpon-
diſſe auditores ſui referũt, licet nemo ſe
qui debeat in ſentẽtiãdo opi. ſingulares.
ff.de ſenat.l.j.& ibi Bal.& l.fi.C. de pœ-
36 na iudic.† Nec ex noſtro capite forma-
mus opi.ſed ex tex.& gl.ordi. quibus in-

hærere

hærere Caroccio: vt no. in l. omnis diffinitio. de regul. iur. & ficut doctor nauis inhæret timoni. dicit Bal. i l precibus. C. de impu. & aliis fubfti. opiniones doct. reddunt ius dubium & obfcurum. C. de leg. l. leges facratifsimę argum. C. de non nume. pec. l. indubitati iuris. & de iudic. l. certi iuris. Ideo error talis iuris videtur excufare a vitio nullitatis. vt C. de appel. l. j. argu. de iur. & fact. ignor. l. ij. §. fed & fi res. & de bonor. poffefs. l. in bonorum. & vide materiã, de refti. fpol. c. literas. de celeb. mif. cum Marthæ. de fer. c. capellanus. & in d. c. capellanus. c. j. de iudi. in vj. & ibi Ioan. Monac. & in cle. ne Romani de electio. & ibi. Guil. de Monte Laud. & quod not. in q. iiij. c. non valet. Dictũ Docto. non eft neceffarium, nec arctat de neceſsitate. ix. diftinct. noli. & c. ego. & c. neque etiam fi effet Papa. dum tamen tanquam magifter loquatur. vt not. Hoftiẽf. de deci. c. paftoralis. Tamen probabile eft vt no. C. de legib. l. j. ideo habet iudicem in fyndicatu excufare. quia opin. Docto. defendenda eft quantum pofsit falua veritate. argu. ff. de arbitr. qualẽ. x. diftinct. neque. & fauendũ eft. de deci. c. j. & quod ibi no. Hoftien. & Inno. eod. tit. c. paftora-
37 lis. † Vnde & Papa qui habet omnia iura in pectore. C. de tefta. l. omnium & de cõftit. c. j. in vj. vbi videt opin. probabiles, putat dubium, nec libenter ei detrahit. de reftitutio. fpol. c. literas. de celebratio. miffar. cum Marthæ. & quod no. Hoftiẽf. in d. c. paftoralis. Nam vt dicit lex ciuilis, noftrorum fcriptorum fententia fequenda eft. ff. de dam. infect. l. in hæredibus. imo difficillimum reputatur maiorũ noftrorum fententias reuoluere. 35. q. ix. veniam. Et ideo in tali probabili dubio quilibet eligere poteft opinion. quam voluerit. vt no. Innocẽ. de confti. ne innitaris. & ibidem Hoftien. & plenius in fumma de maledi. §. fin. verfi. grauior. & Specul. de appellatio. §. nunc dicamus. verfi. circa. & de expenf. §. j. in princip. Nam probabilis dubitatio excufat a culpa. de poftulatio. prǽlator. c. i. in vi. & de electio. ftatuimus. eod. lib. Nec illud filentio omittam, quod opi. Inno. licet fuerit Papa, nõ debet ꝑ iure feruari. & hoc dicit Hoft. fe audiuiffe ab Inoocen. quod eius opi. non debebat pro iure feruari. de fenten. excõmunic. cap. non licet. lib. vi. in verfi. non negetur. Reuertor modo, (ne parenthefim faciam longiorem) ad materiam in qua fumus.

38 ¶ † Adde quod officialis qui tulit fen-
q. lxij. tentiam fecundum formam ftatuti: licet talis fententia fit directo contra reformationes factas, fi hæ reformationes nõ fuerint fibi afsignatæ, nec illas habet, non tenetur in fyndicatu: iuxta not. per Inno. in. c. i. de conftit. vide Angel. in authenti. de conft. in fin. vbi dicit quod officiales non obferuantes reformationes eis non traditas non tenentur, quod nota pro officiali, qui debet habere ftatuta, & reformationes.

q. lxiij. ¶ Adde quod præualet ftatutũ femper practicatum, licet reformatio appareat contraria ftatuto. dicit Bald. C. eod. de fuccef. authent. omnes peregrini. in fi. & in l. rem non nouã. C. de iudi. in fi.

q. lxiiij. ¶ Adde quod dicit Archidiaco. iiij. diftinction. cap. i. in iftis legibus. quod fi conftitutio non eft more vtentium approbata, illi qui eam non obferuant non dicuntur tranfgreffores: vt d. cap. in multis. & fic debet intelligi Bart. Gof. & Innocent. de treug. & pac. cap. primo. Facit pro hoc cap. fatis plane. 28. diftinctio. §. ecclefiam hanc. verficul. illud autem. in princ. ibi, vel quia illa ecclefia. &c.

39 ¶ † Adde, quod potius ftatur ftatuto q̃
q. lxv. reformationi: quando non eft inferta in volumine ftatutorum. Bartol. in l. omnes. in fin. de petitio. bonor. fublata. libro decimo afsignat rationem, quia ꝑfumitur pro ftatuto contra reformationem, quod fit facta ad requifitionem & inftantiam aliorum, fecundum eum. & vide omnino quod nota. Bartol. in l. cũ prolatis de re iudic. &c.

q. lxvj. ¶ Adde quod fi officialis mediante B. fecit baratariam cum aliquo an ille B. poterit effe teftis in fyndicatu contra illum officialem de huiufmodi baratariæ? videtur, quod fic. per c. j. de teftib. in vj. Quod verum eft quando agitur ciuiliter propter pecuniã datam dicta occafione, fecus fi criminaliter, quia cũ fit particeps delicti, non admittitur. ibi remittitur ad notata de fimonia, cap. pertuas. & c. fi.

¶ Adde

40 ¶† Adde an ille qui stat ad syndicatum
q.lxvij. possit respondere per procuratorẽ? Dic quòd sic: vt not. glo. magna in l. in bonæfidei. ibi finito, officio. C. de iureiurando. quod not. quia vidi in curia generali in marchia in dubium reuocari.
q.lxviij. ¶ Adde, quòd si filiusfamilias qui videt se debere tempore syndicatus ratione imperitiæ: alleget se non debere cõdemnari vltra vires peculij, & quod in peculio est: & sic deludat contra eũ agentes. per l. si filius. de iudic. vbi Ant. hoc tenet. Tu dic, quòd tunc poterit capi, vt notat Bar. in l. iij. §. sed vtrum. de mino. & sic non proderit sibi.
41 ¶† Adde qualiter debet puniri iudex qui
q.lxix. grauiorem pœnam imponit, quàm deberet? Dic vt not. C. ad legem Iuliam repetundarum. l. iubemus. & est casus in l. præcipere. eod. titu. Plus not. quod etiã in patria propria potest conueniri finito officio syndicatus per rectores pro extortis per eum in officio. tex. est coniuncta: glo. in l. ij. ad legem Iuliam repetundarum.
q.lxx. ¶ Adde, quòd sicut iudex facit litem suam, & ita & arbiter, vt l. si quis in conscribendo. in fin. C. de pact. Sed non ita in arbitratore, nisi sit in dolo vel culpa, ad instar agrimessoris. glo. est in l. fin. de contrahenda emptio. In tabellione autẽ qui debet esse peritus: idem dicas, quòd in iudice. casus est in l. fina. C. de magistrat. conueniend.
42 ¶† Adde, quòd si formetur libellus con-
q.lxxj. tra iudicem, cum agitur ex capite inimicitiç. Concludi debet, quòd condemnetur per syndicatores eius, quatenus eorum religioni videbitur esse ęquũ. instituta de obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur. in principio. & l. si iudex. ff. de varijs & extraordinarijs cognitionibus. Cum autem conuenitur ex capite doli, debet contra eum concludi ad certum quid, scilicet ad totam summam quam in sententia declarauit: vt l. si iudex. ff. de iudicijs. & d. l. si iudex. de varijs & extraordinarijs cognitionibus. Et si sententia non continet dari sed fieri, oportet, quòd æstimetur factum, & illud tanquam interesse. Et si continet damnum in persona vel membris, similiter oportet, quòd concludatur in omni eo eum condemnari, quod bannitus voluisset perdere de suo, antequàm sustineret sententiam dicti banni. argumento. ff. de iniurijs. l. iniuriarũ. in glo. & hoc tenet Innocen. in cap. super eo. quod metus causa.
43 ¶† Adde, quòd si iudex tulit sententiam
q.lxxij. de consilio sapientis, non excusatur propter consilium, quia non tenetur ipsum sequi, quia iudex asserit se peritum. l. ij. ff. quod quisque iuris. & imputet sibi, quia secutus fuit vt l. ij. in princ. & § fina. ff. mandati. & hoc tenet Iacob. Butriga. idem voluit Bart. in l. si conuenerit. de re iudicata. & adde, quod consultor non tenetur iudici. ita dicit Ang. in l. si filius. ff. de iudicijs.
q.lxxiij. ¶ Adde, quòd licet causa deducta in libello dato tempore syndicatus non finiatur intra tempus duorum mẽsium, intra quod debet stare ad syndicatum, tamen adhuc postea durat: licet rector non teneatur stare in ciuitate.
q.lxxiiij. ¶ Item, quòd quando statuitur tempus iudici intra, quod debet causam terminare: licet intra illud tempus non terminetur, non est perempta instantia, sed iudex punitur, secus si tempus est præfixum instantiæ, vt dicit Bart. in l. nemo. C. de offic. diuer. iudic. de hac quæstio. vide Bart. & Bal. in l. properandum. in principio. C. de iudicijs. & per Ioannem Andr. in Speculator. de iudice delegato. §. restat. versi. quid si in statuto. & quod notatur per Bart. & alios in l. scire oportet. §. sequens. de excusationibus tutorum.
44 ¶† Adde, quòd si causa debet expediri
q.lxxv. intra certum tempus, illud tempus non currit ei qui facto aduersarij impeditur: secundum Cyn. in l. libertatem. C. de adulterijs. facit. ff. de excusationibus tutorum. l. si cum ipse. & l. intra vtile. de minoribus. & an possit postea expediri, vide ꝑ Bal. in auth. clericus. de epis. & cle.
q.lxxvj. ¶ Adde an reus in fine temporis, quod datur ad expediendas causas criminales, possit petere dilationem ad defensam. vide Cyn. in l. ij. C. vt intra certum tempus. & per eundem in l. j. C. qui accusare non possunt.

¶ Item

q.lxxvij. ¶Item adde quid si causa intra
tempus statutũ expediri non potest pro
pter difficultatem probationum, an po-
terit expediri postea. Bal.in authen. cle-
ricus. de episcopis & clericis .& in l.intra
vtile.de minoribus.
45 ¶Adde, ꝙ si statutum dicat, quòd infra
q.lxxviij. tres menses omnes causæ decidã
tur,quòd si aduersarius causa testiũ pro-
ducendorum qui sunt in longinquis par
tibus, petat dilationem, quæ vltra tres
menses protenditur, an non obstante sta
tuto audietur,& sic post tres menses de
causa cognoscetur? dic quod sic, secun-
dum Dyn.& Cyn.in l.fi.C.de adulte.
ij ¶Adde,quod not.de offic.deleg. de cau-
sis.per Inno.Sed istud, quod dicit Dyn.
habet locum quando terminus præfigi-
tur liti: secus si meta præfigitur iurisdi-
ctioni: nã tunc non potest prorogari per
huiusmodi dilationem. Quod intelligo
verum quando altera pars contradicit,
sed vtraque parte consentiente potest
prorogari de tempore ad tempus, vt no.
in l.ij.ff.de iudi. ad prædictã l.intra.& l.
si cum ipse. de excus. tuto. vbi impedi-
to propter factum iudicis vel aduersa-
rij,non currit dilatio legalis.& est solen-
nis lex.l.intra vtile.ff. de mino. & C. de
tempor. in integ.resti.pet. quę leges lo-
quuntur in causa ciuili: idem tamen in
causa criminali. C.de adulter.l. fina. quæ
est not.ad hoc & dic per Cyn.l.j.in pen.
& vlti.q.C.qui accusa. non pos. hęc Bal.
ponit in l.si cũ ipse.de excusa.tuto.
46 ¶† Adde,quòd propter breuem instan-
q.lxxix. tiam possunt omnes ferè termini
cumulari.secũdum Bal.C.de iudic.l.pro-
perandum. in princi. vbi dicit, quòd iu-
dex potest tunc statuere terminos in cau
sa ad articulandum, ponendum & proba
tum habendum,& ad instrumenta pro-
ducendum, ad excipiendum , replican-
dum & similia, nec currit tempus indu-
cendi intra quod instantia debet finiri,
per illum tex. ibi, qui possit inuito iudi
ce &c. facit extra de excep.c.pastoralis.
q.lxxx. ¶Adde quòd instantia non currit,
si testes accusantur de falso: secundum
Cyn.in l.j.C. qui accus.& Bald.in l. fin.
C.de fid.instrum.
47 ¶†Adde quòd vbi lis non contestatur,
q.lxxxj. si est in causa instrumentorum nõ
currit instantia:secundum Ang.in l.liti-
bus.in fin. ff.de agri. & censit. allegando
tamen dicit & Bal.in auth.qui semel.C.
quomod.& quando iud.vbi dicit quòd à
die vltimæ citationis currit,imò dicit qñ
incipit tractare in meritis causæ: secun-
dum Doct.in l.properandum.§.& si qui
dem.C. de iudic. vide ibi Bart. & Cyn.
Bald. & Sali. in princi. illius legis. & ibi
latè domi. Alex.
q.lxxxij. ¶Adde an sententia lata post pe-
remptam instantiam valeat, & præiudi-
cet.vide Bald.in l.fin.C.vt intra certum
tempus. Tu dic vt per gl.& ibi Bar.& do.
Alex.in l.properandũ.in prin. C. de iud.
q.lxxxiij. ¶Adde instantia est apposita &
etiam pœna iudici, si non expediat cau-
sam : ex facto partium potest terminus
prorogari:secundum Bal. in l. petẽdę.C.
de tempo.in integr.restitu.peten.
48 ¶†Adde, quòd licèt non possit per pa-
q.lxxxiiij.ctũ tempus instantiæ prorogari,
secundum veram opin.Cy.Bart.& Bald.
in l.properandum in prin. possunt tamẽ
partes se obligare per pactum sub certa
pœna de non opponendo de peremptio
ne instantiæ, & valet obligatio, vt not.
Bart.in l. Seius & Augerius.ff. ad legem
Falcidiam.
q.lxxxv. ¶Adde, quòd tempore instantiæ
principalis non deducitur tempus com-
promissi, nec potest fieri prorogatio de
partium voluntate, licet secus sit in tem
pore instantiæ appellationis: secundum
Io.And.& Spec.in titu.de iudic.deleg.§.
restat versi.sed nunquid de tempore da
to ad prosequendum appellationem , an
possit prorogari.vide Cyn.& Bal. in au-
then.ei qui.C.de tempo.appella.
q.lxxxvj. ¶Adde vbi iudex non fuit in cul
pa propter breue tempus sententiare po
test reseruando exceptiones, quod not.
Bald.in l. peremptoriam.C. sent. rescin.
non pos.
49 ¶† Adde, quòd vbi iudex non fuit in cul
q.lxxxvij. pa nõ expediẽdo processum, nõ
debet esse in pœna, & excusatur iudex
qui non potuit causam expedire intra tẽ
pus statutum.Bald. in l.si ideò.C. de his
quib.vt indi.
q.lxxxviij. ¶Adde quid si iudex peccat in
sub-

subtilitate iuris, & quādo impeditur pro pter difficultatem iuris vel probationis, an excusetur, vide Bal. in l. ab eo. C. quo mo. & quando iudex. in iiij. col.

q. lxxxix. ¶ Adde, quòd licet sit concessum arbitrium potestati, tamen debet expedire processum intra terminum statuti. Bal. in l. j § ait prætor. ff. de iure deliberā di. ff. locat l. si in lege. & ibi Bar. & idē tenet Ang. in l. j. ff. de testamen. milit.

q. xc. ¶ Adde quòd iudex non facit litē suā, quando sententia ex nouis probationibus reuocatur quæ sunt in causa appellationis: nō enim dicitur iniustè iudicasse, vt de fide instrumen. cum Ioannes hęremita in fin.

q. xcj. ¶ Adde quòd rectores possunt aliquos retinere, vt manifestent socios, vel mandatores, vel aliud faciant, quod de iure debeat, & est iusta causa carcerādi. ita dicit Bar. in l. ij. § diuus. de iur. fisci.

q. xcij. ¶ Adde quòd iudex qui non admittit probationes debitas, ipse tenetur. Bal. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtilitat. publi. Item & iudex facit litē suam qñ nō examinat testes. l. si qñ. C. de test.

50 ¶ † Adde quòd iudex non facit litē suā,

q. xciij. si non condemnat in expensis, nisi petantur in libello. c. fi. extra de rescrip. in glo. j. circa medium. & non est alibi secūdum Nic. de Sicilia. vide Bar. in l. nun quid. de iudi. & Bart. in l. properandum. §. si autem alterutra. C. de iudi. in fin. & ibi do. Alex. latè & in l. iiij. §. hoc autem iudicium. de dam. infect. vide glo. in l. fi. C. commun. de leg.

q. xciiij. ¶ Adde quòd in iudice cessat præsumptio turpis quæstus, secundum Bal. in l. nominibus. C. qni accusa. non poss. & in l. fi. C. de fideicommis. liber.

q. xcv. ¶ Adde quòd licet iudex propter dolum aduersarij causam ante tempus nō potuerit expedire tamē tempus nō prorogatur. Bald. in l. cum non ex eo die. C. quando prouoca non est necess.

q. xcvj. ¶ Adde quòd nō videtur corruptus pecunia ille, qui à fœneratore gratis pecuniam accepit. Bal. in l. venales. in fi. C. quando prouocare non est neces.

51 ¶ † Adde quòd sententia lata per pre-

q. xcvij. tium est ipso iure nulla xj. qō. iij. quatuor. in gloss. & in d. l. venales. quod intelligitur in sententia iudicis: secus in sententia arbitri. vide gloss. in cap. cum ab omni de vita & honestate clerico. & vide gloss. in l. ita demum. ff. de arbit. in glo. fi.

¶ Item quòd sentētia lata per gratiam vel dolum, licèt feratur per gratiam vel odium: tamen tenet, vt d. cap. quatuor. sed tunc datur restitutio, vt d. l. venales. & vide in l. seruo inuito. §. cum prætor. ff. ad trebel.

q. xcviij. ¶ Item an soluens pecuniam iudici, vt iustam ferat sententiam, posit illam petere. vide xiiij. q. v. cap. fin. Et vide tex. & glo. ibi in l. ij. §. j. ff. de condi. ob turp. cau. & ibi est bona glo.

Item an liceat dare pecuniam iudici, vt ex expediat causam. vide glo. in l. fin. §. j. ff. de condiction. ob causam.

52 ¶ † Item ꝙ secundū canones non punitur qui dat iudici vt iuste iudicet: secus secundum leges. xj. q. iij. qui rectè. Item & pro iustitia consequenda potest quis se redimere ab iniquo præside. xiij. q. v. non sane. Item quòd iudex qui male iudicauit, ex eodem processu potest puniri ciuiliter & criminaliter. Bal. in l. venales. C. quando prouoc. non est necesse.

q. xcix. ¶ Adde, quòd ille qui conseruat iudicem indemnē, si alias habet bonam causam, non intelligitur ipsum corrumpere, nec barattariam committere: cum ipsa iustitia ipsum indemnem conseruet. Bart. in l. si quis vxori. §. si fugitiuum. de furt. Et an pars eum conseruans indemnem cadat à lite. dicit Ang. quòd sic: per l. ij. cum l. sequen. de conditio. ob turpem causam. & species corruptelæ est. & idē dicit Bal. in l. j. C. de pœna iudi. qui male iudi. si dedisset sibi pignus. Tu vide gloss. in l. ij. de condi. ob turp. causam. in versi. sed hic, quia tunc cum res interuenit, dicitur iudicem corrumpere. arg. ff. de arbit. l. litigatores. §. j. & ij. & quod ibi not. Item quod si potestas ex forma statuti tenetur recipere idoneos fideiussores ab accusato, vel inquisito sub pœna & ipse nō recepit eos excusatur si est idoneus principalis, alias secus. ita dicit Bal. in l. j. §. magistratus. ff. de magi. cōuē.

53 ¶ Adde, quòd remotus ab officio pro-

q. c. pter culpam, non debet habere salariū. dicit

dicit Bal.in l.Nesenius.in fin. de excusa. tutor.in versi. remouẽdus.& in l.Mequia. ff.de ann.leg.secũdum Iacob. de Aretio, & quod notat.in l.mancipia. C.de seruis fugitiuis.

q.cj. ¶ Item,quòd potestas qui maiorẽ partem processuum reseruauit sucessori punitur: quia non expediuit processus.dicit Bal.in l.j.§.sciendum.ff. de magistrat. conuenien. per illum textum qui nõ est alibi.& vide l. prouidendum. C.de decurion.lib.x.

q.cij. ¶ Item,quòd officialis cui non est constitutum salarium per rectorem, potest petere quòd per syndicatores constituatur tempore syndicatus.dicit Bartolus in l.j. ff. de variis & extraordinariis cognitionibus.

q.ciij. ¶ Item quod metus factus per familiam potestatis, non præsumitur. factus de conscientia potestatis. Baldus in l. ad inuidiam. C. quod metus causa.

q.ciiij. ¶ Item quòd electio officialis anteq̃ syndicaretur,non valet.Barto.in l.rescripto.§.si debitores.de muner. & honor.

q.cv. ¶ Item quod qui habet liberam potestatem in aliquo fiendo, est absolutus a solemnitate iuris.Bart.in l.alio.ff.de adimend.lega.

q.cvj. ¶ Quid autem importent illa verba, plenum & liberum arbitrium,dic, quod significant liberam volũtatem extractã a regulis iuris, secundum Bart. in l. si fidentia.§.sicut.de leg.iij.

54 ¶ † Adde si statutum dicit, quod pote
q.cvij. stas posit procedere de iure & de facto, quod dictum statutum relatum ad iudicem intelligitur non seruata solemnitate iudiciorum,dum tamen per viam iudicii procedatur sub forma iurisdictionis.vnde non potest totaliter processum omittere,sed potest omittere modũ procedendi,quia non tenetur seruare solemnitates.dicit Bal.in l.j.in fine de euictio.

q.cviij. ¶ Adde quod licet detur arbitriũ potestati quod nullam solemnitatem iuris teneatur obseruare,quod intelligitur de solemnitate iuris ciuilis,nõ naturalis vel gentium, vt notat Bartolus in l.si filius familiàs.ff.de donationib.& l.j. de testamen.milit. vnde non posset propter depositionem testium inimicorũ condemnatoriam vel absolutoriam ferre . Quinimo dicit Bald.quod non posset ad sententiam deuenire ex dispositione testiũ non iuratorum.l. presbyteri. C. de episcop.& cler.& l.solam. C.de testib.in fin. Illa enim verba liberi arbitrii importãt vt videatur remissa solemnitas iuris ciuilis, nõ naturalis vel gentium, vt patet in titulo de testamen.milita.vbi permittitur militibus,vt possint testari quomodolibet, & quomodo possunt, quæ sunt arbitraria,& important liberum arbitriũ & tamen non videtur remissa nisi solemnitas iuris ciuilis,& nõ solemnitas iurisgentium,vel naturalis, secundum Angelum in dicta l.filiusfamiliàs,& vide Baldum in l.vbi pactum. C.de transactioni. quòd si potestas habet, arbitrium procedendi de facto super maleficiis non põt condemnare reum,nisi quantum iustitia

55 dicit † alibi,quòd stãte statuto quod pro
ij cedatur de facto, intelligitur etiam non seruata forma iudiciorum, tamen iustitia deesse non debet.ff. de testamen.militar.l j. Sed si statutum non dicat quòd de facto procedatur,vbi est præfixus certus ordo a iure communi, est procedere inciuiliter & male.l.minor.ff.de euictionib.l.fi.§.j. ff quod metus causa.l.j. cum similibus. ff.de feriis. Vnde dicit Baldus quod cognoscere iuris ordine non seruato,est ius alterius auferre.allegat.cap.statutum.de rescript.in ij. hoc dicit in cap. iniuria de pac.iuramen. fir.

iij ¶ Item etiam dicit in l.si quis in tantam. C.vnde vi.in pen. colum. quod vltra officium facit qui facit ordine iudiciario non seruato.

iiij ¶ Item q̀ quãdo statutum dat arbitriũ liberum condemnandi vel absoluendi,& dictum statutum tendat in præiudicium tertij,debet intelligi de ea libertate,quæ continet in se æquitatem,non quòd possit præferre iniquum æquo, secundum Bar.in l.si quis maior.C.de transactio.& vide quod not.Cyn.de dot. promissi.l.si eo.& alibi dicit Bald. q̀ iudex qui habet arbitrium punitur,si enormiter lædit partem.C.de pedan.iudic.in rub. Et ideo si sententia feratur ex abrupto sine debita causæ cognitione,non habet vim sententiæ, & ideo in rem iudicatam non transit,

etiam

etiam si non appellatur ab eo: secundum Innocen. de restitutione in integ. cap. ij. in glo. quæ tamen videtur contradicere in cap. ex literis. post princ.

56 q.cix. ¶ † Adde, quod nũquàm iniquum arbitriũ datum intelligitur potestati l. creditor. in fi. ff. mand siue detur à lege siue ab homine: vt ff. de pœn. l. hodie. nec intelligitur tunc cognitio remota licet detur arbitrium procedendi, sed videtur subtilitas remissa, secundum omnes, vnde vigore dicti arbitrij voluntarie non posset absoluere condemnatum, nec condemnare absolutum. ff. quod met. caus. l. si cũ excep. §. habet. & § sequenti. Nec posset prætextu dicti arbitrij potestas aliquem condemnare de crimine, nisi de crimine constet vt iudici, & nisi data copia defensionis, vt in cap. pastoralis. de re iudi. & in l. iij. §. ad diem. ff. de re iudi. ita dicit Bal. in l. milites. C. de testamen. militar. hoc idem glo. in clemen. sæpè. de verb. signi. quæ dicit, quòd potestas cui datum est arbitrium liberum, non potest contra iura & iustitiam condemnare, & voluntate vti, vt l. si quando. ff. de inoffi. test. & de condi. indeb. l. si procu. ff. de dona. l. si filius. de pec. l. qui peculij. ff. mãdat. l. creditor. § Lucius. ff. de pact. l. contra iuris. & in clem. pastoralis. in fi. de re iudic.

57 q.cx. ¶ † Adde si datur à statuto vel rescripto potestas & arbitrium de iure & de facto, intelligitur in ventilãdo, non in decidendo. Bal. in l. qui procura. Nec potest aliquid facere contra iustitiam in decidẽdo. idem Bal. in l. si procura. de condi. indeb. Nam liberum arbitrium non tollit ea quæ sunt iuris naturalis. glo. & Imol. in clemen. pastoralis. de re iudic. Item, quòd habens arbitrium procedendi de iure & de facto in maleficijs: non potest condemnare eum, qui offendit bannitũ, quem licebat offendere ex forma statuti. Bal. in l. vbi pactum. C. de transact. & vide Bald. in l. neganda. C. qui accus. non pos. vbi dicit plura de huiusmodi arbitrio dato officiali, & quotuplex sit arbitrium. Bal. in l. j. de sacrosan. eccles.

58 q.cxj. ¶ Adde quando statutum dicit quòd valeat sententia omni iuris solennitate omissa, an valeat prætermisso ordine. Bal. quod sic. in l. prolatam. C. de senten. Et ibi quid si dicat omni substantialitate omissa: quid operentur dicta verba. Quid autem sit solennitas, & quid substantia, vide. Bald. in l. etiam. C. de execu. rei iudica. & in d. l. prolatam. Et nota quòd aliud est de solemnitate aliquid, aliud de substantia: secundum Innocen. in cap. quod sicut. de elect. Et quod licet potestati in procedendo & sententiando detur liberum arbitrium, non posset tamen facere & expedire in vna die totum processum iudicij, vt l. sed & si per prætorem. §. quoties. ff. ex quib. caus. maio. & factus non valet: secundum Cyn in prima constitu. dige. §. itaque. quasi nõ possit esse ponderatum quod est nimis festinatum. Et licet celeritas sit seruanda in sententijs: non tamen talis quæ excludat causa cognitionem, alias sentẽtia est nulla. de re iudi. cap. enim. & vide cap. cum ex literis. de resti. in integ. & glo. in cap. cum Bertholdus. de re iudi. & quòd causæ cognitio sit de ordine & forma sententiæ glo. extra de appel. cap. qua fronte. & vide Bar. in d. l. prolatam.

59 q.cxij. ¶ † Adde quod interdum committitur, quod libere procedatur: & intelligitur contradictione vel appellatione non obstante, vt de vsur. cum in ciuitate.

ij ¶ Interdum dicitur, pro suæ arbitrio voluntatis, & tunc videtur significare voluntatem iuris non regulatam. de excess. præla. c. nimis.

iij ¶ Interdũ dr̃, prout tuæ discretioni & prouidæ deliberationi videbitur, & importat de discretione & deliberatione prouida & honesta. de accus. sicut olim.

iiij ¶ Interdum dicitur, fideliter, faciatis. & important, quod iuste secundum bonam cõscientiam de appel. c. cũ speciali. Host.

v ¶ Interdum, secundum discretionem à Deo traditam tex. in c. latoris. de cleri. excommu. ministran.

vj. ¶ Interdum dicitur, iudicio alicuius. & intelligatur de rigore iuris informato, vt in c. illud. de cleri. excommu. de transla. præla. c. inter. ad fin.

vij. ¶ Interdum remittitur misericordiæ alicuius. & intelligitur misericordia æquitate non à rigore informata.

60 viij. ¶ † Interdum dicitur, rationabiliter & honeste, & tunc dicitur rationabiliter

& honeste fieri, quod sit seruata iustitia. de exces. præla.c.j. De istis verbis, prout tibi expedire videbitur: vide tex.de purga.cano.cap.ex tuarum. quia tantũ important, ac si esset ad arbitrium iudicantis recursum ibidem.

ix. ¶Interdum dicitur, facias prout vis, id est, prout velle debes.glo.j.dist.humanũ.

x. ¶Interdum dicitur facias, quod est regulare.i.quod est rectum & iustum, & non iniquum: vt d.c.j.

xj. Interdum dicitur, propria voluntate, quid dicitur fieri, quod fit ratione non regulata.xj.dist.c.consequens.

xij. ¶Interdum dicitur, prout visum fuerit.i.videri debet, attenta iustitia.xj.dist. catholica.& vt bono viro: secũdũ Bar. in l.si fideiussor.§.in omnibus.ff.manda.

xiij. ¶ Interdum remittitur aliquid ingenio alicuius.vide iiij.dist.denique.

xiiij.¶Interdum dicitur, à iustitia nõ discedas. intelligitur nisi discedat ex iustitiæ discretione.xj.dist.per totum & c.j:

xv. ¶Interdum dicitur, committimus tuæ liberationi.xxj.dist.submittitur.

xvj.¶Interdũ dicitur, facias ad tui libitum. vide xxiiij.dist.nulli sacerdotum.

xvij. ¶Interdum dicitur, facias vt volueris, vel tibi placuerit. vide xlvj. distin. cum beatus.

xviij.¶Interdum dicitur, prout tibi libuerit. vide.lxiij.dist.c.plebes.

61 ¶†Interdũ dicitur, facias tuo sensu, in-
q.xix.telligitur de sensu approbato.l.interpretandę.lxxvij. dist. vtinam. intelligitur de sensu canone non contradicente, vt no.ibi Archi.

xx. ¶Interdum dicitur, facias ad tui arbitrium.intelligitur, secundum regulatum ij.q.v.præsbyter.

xxj.¶Si committitur iudici vt faciat, prout viderit expedire, ab eo quod facit, nõ poterit appellari. Io.And.de iura.calum.c.ij.in vj.in nouella.

xxij.¶Si committitur vt simpliciter & pure nulla veritate inspecta procedatur, intelligitur inspecta veritate, omissa iuris subtilitate & rigorositate. quod not. Debet tamen sequi veritatem, & iuris ęquitatẽ. vide Bal.in l.nemo.in fi.C.de sentẽ. vbi dr̃, ꝙ intelligitur de veritate, cui ius patrocinatur, & vide quod non sufficit veritas rei, nisi concurrat veritas conscientiæ.xxij.q.ij.homines.in gl. Et Bal. dicit in l.magis puto.§.ne passim.de reb.eorũ.
62 in ver.instituat. †ꝙ iudex debet semper inquirere veritatẽ ab his, quos credit eã scire ꝓbabiliter, nec debet esse nimis credulus. Et quando causa committitur veritate inspecta potest iudex etiam in facto supplere, vt in authen. qui semel.C. quomo.& quando iud.not.Bar.in l. ampliorem.C.de appel. Et adde quod veritas iuris veritati facti præponderat, quia veritas quæ instrumentis legalibus non iuuatur, non dicitur veritas, vt dicitur in l.duo sunt Titij.de test.tute.& idem Io. And.in c.ordinarij.in ver.eo ipso.de offi.ordi. in vj. Iudex enim debet iudicare secundum regulas iuris, vt in prima constitutione digesto. §. j. ibi iuris regulis seruatis.

63 ¶†Adde ꝙ princeps potest iudicare ve-
q.cxiij.ritate inspecta. Esto quod alias ordo iudiciarius seruatus non sit. c. ad petitionem.in fi.de accusatio.

q.cxiiij.¶Adde ꝙ non valet statutum tollẽs facultatem veritatis, de hac clausula & superioribus vide per do.Ang.instit. de acti.in §.in bonæfidei.circa fin.

q.cxv. ¶Adde quando committitur causa sola facti veritate inspecta terminis non seruatis possunt termini substantiales ad arbitrium boni viri, alias iudicis, moderari, & alij substantiales omitti. Imo potest iudex incipere ab articulis, quibus probatis statim procedatur ad sententiã. Ioan. Monac.in c.fi.de hære.in vj.in ver. figura.& tenent domini de Rota eorum conclusione decis.xxiiii.quæ incipit & tunc quando committitur causa. Quinimo dicunt ꝙ terminus põt assignari ad dicendum contra articulos ad primã diem ad producendum omnia etiam ad primam diem, & ad dicendũ contra producta ad secundam diem multitudinẽ productorũ.& prædictũ monitoriũ producẽdi inuenit primo Vrbanus quintus ad imponẽdũ finem litibus, ne fierent immortales, & partes fatigarẽtur laboribus & expensis.c.finem.de dol.& cont. & de offi. ord.vt litigantium. in vi. & c. frequens eo.lib.Dominus vero Aegidius credebat, quod eo casu si vnus terminus communis

nis

nis assignaretur peremptorius partibus ad proponendũ, ponendũ & probandum omnia quæ vellent in causa, quòd processus valeret: quia totus stylus & rigor iuris, secundum eum, sublatus est, quia dicta verba in cõmissione fuerint expressa. Nota bene, quia quotidiè fit huiusmodi commissum. Quid autem si dicatur vt de fact. & absque iuris ordine procedatur? dic quod si paratur plenum præiudicium debet fieri probatio. Spec. de of. iu. §. postremo. versicu. hoc quoque præter-
64 mittendum non †est. Quid autem si ex forma statuti. vt est. Anconæ, officiales possunt causas terminare de veritate & æquitate, & de facto habito respectu ad veritatem & bonam æquitatem causam decidant, non debet appellari sententia, sed præceptum ex decreto. Inno. in. c. cõstitutum. de appel. el ii. cum lata fuerit sine figura iudicii, & iudiciario ordine non seruato. Nam in his, in quibus nõ requiritur iudicialis indagatio. proceditur vniformiter, & ordine conuerso, & incipitur a captura. de nou. oper. nunt. l. de pupillo. §. meminisse. & not. C. de actionib. & obligationib. l. elegãter. de iure deliberandi. l. iii. de acquirenda hæreditate. l. iii. simile cum venia ætatis impetratur. ff. de in ius vocand. l. sed si hac. §. pen. imo nisi procedatur sine figura iudicii, potest ad compulsionem perueniri absque alia pronuntiatione. C. ad trebel. l. penultim. & interdum illa verba exponuntur sine figura iudicii, id est manu militari: vt l. qui restituere. de rei vendi. Plus dicit Iac. But. in l. si vt certo. §. custodiam. ff. commo. quod si datur arbitrium potestati, ꝙ de plano & sine figura procedat, quod nõ debet admittere eo casu exceptionem altiorem indaginem requirentem Item dicit Bald. in l. iudices. C. de iudi. quod in summariis sufficit præsumptiua probatio. dicitur enim summaria cognitio per quam iudicans ad præsumptionem instituit. & interdum sufficit iuramentum. l. thesaurus. ad exhib. & in auth. de exhib. re. §. si vero quidam.

65 ¶ † Adde quod vbi iudex ex forma sta
q. cxvj. tuti vel rescripti habet plenissimam potestatem procedendi & terminandi, prout sibi placuerit vel voluerit, nulla seruata dispositione legis vel statuti, tamen nõ potest tollere ius quæsitum parti ex iure gentium vel ciuili vel ex statu. o: vnde non potest tollere ius quæsitum ex præscriptione. Operatur ergo solum illa potestas in solemnitate processus & sententiæ his quæ procedãt principaliter ex officio, vt in dilatione & huiusmodi. vnde supplere debet ex officio etiam parte non petente, ita dicit Barto. in extrauagan. ad reprimendũ. in verbo, videbitur.

66 ¶ † Adde quod iudex tenetur ad sum
q. cxvij. ptus litis, si temere inquirat. C. de iudi. l. sancimus. per Cyn. & Bal. in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expẽ. & in aut. generaliter. de episcop. & cleric. vbi etiã dicitur, quod tenetur ad interesse partis vel reipublicæ, si malum fideiussorem accepit. De primo vide tex. in. l. sciat. C. de exact. tribu. & tenet Bald. in rubric. C. de pœna iudi.

q. cxviij. ¶ Adde si statutum dicit, quod extra ordinem possit cognoscere iudex: intelligitur extra ordinem, id est nullo iuris ordine seruato, & ꝙ ab executione incohetur, quod intelligo quando processit cognitio. glos. in l. v. de admi. tuto.

67 ¶ † Adde quod in barataria non habet
q. cxix. locum pœnitentia. Bal. in l. & generaliter. ff. de calum. & communiter barataria fit etiam in vno nummo, secũdum eum. in l. furti. §. pactũ. ff. de infa. Est autẽ barataria inter maximas causas capitales l. i. §. i. ff. de fals. quia ipso iure priuatur officio. l. iudices. C. de digni. lib. xij. not. Bal. in rubr. C. de pœna iudi. vide glo. & Bal. in l. i. §. hæc verba. quod quisque iur. quę incipit, not. in fi. glo. vbi dicit ꝙ in causa baratariæ sufficit sola promissio. & idem in crimine assassinatus.

q. cxx. ¶ † Adde quod si miles potestatis de eius mandato aliquem decapitauit iniuste, an puniatur ipse miles. De potestate certum est, quod tenetur. in l. iusiur. in fi. ff. ad leg. iul. repe. & fuit determinatum quod non tenetur, quia mandatum in forma iudicii eum excusat, & libelli oblati contra militem in syndicatu reiiciendi sunt. facit quod not. Dy. de regul. in cap. quod quisque mãdato in vi. & quod not. in l. vtrum. ff. de parrici. & illud verum est licet contrarium videatur, quia exe-

cutor si videt sñam iniustã, nõ debet exe qui in causa criminali. not. est Innoc. de offic. deleg. c. pastoralis. in glo. & eo. titu. c. cum in iure. cogita.

68 ¶ † Adde quando de maleficio constat
q.cxxj. per alias probationes, non potest ad torturam deueniri, & assessores qui maleficio liquidato torquent, possunt puniri in syndicatu. Torquendus est. n. malefactor nõ liquidato crimine, sed prę cedentibus indiciis. ff. ad Sillanianũ. l. ij. §. occisores. in glo. Possunt tamen torquere, vt indicent mandatores & complices, & hanc causam possunt captare iudices ne redarguantur in syndicatu, & sic faciant vt euitent periculum. vide Ang. in l. & si certum. ff. ad Sillanianum. & Bald. in l. j. C. de iuramento calumniæ. vbi ponit an posset torquere illum, contra quẽ est plane probatum, & quid pro tortura indebitè facta, iudex tenetur iniuriarum pro motu iudicis puniendus: non autem similitudine torturæ. Bald. in rubric. de pœna iudi.

q.cxxij. ¶ Adde qua pœna puniatur iudex, qui neglexit facere iustitiam: quia facit litem suam. & si iudicat per dolum, gratiam vel inimicitias, punitur in veram litis æstimationem, & dicitur negligere, si pars instet & petat: alias nõ. Quod nota ad statuta quæ imponunt pœnam iudici, si non expediuerit intra tempus: q; intelligitur si pars petat. domi. Antonius de Butr. in cap. cum sit. de foro competen. Idem Bart. in l. properandum. §. sin autẽ alterutra. de iud. & in l. quatuor. §. hoc autem. de damno infect.

69 ¶ Adde, † quod potestas non tenetur
q.cxxiij. de eo quod committit officialis extra officium: nisi per statutum alias disponatur. Bar. in l. debet. naut. caup. stab.

q.cxxiiij. ¶ Adde, quod sententia lata dolose dicitur iniusta, & tenetur iudex insolidũ. Si verò feratur per imprudẽtiam, dicitur iniqua: & tenetur quatenus religioni iudicantis videbitur. Angel. in l. j. in princ. ff. de iniur. & vide Baldũ in l. hac lege. C. de sentent. ex pericu. recit. an & quando iudex possit compellere partes ad eligendum cõsultorem, & deponẽdũ salarium.

q.cxxv. ¶ Adde quod iudex non tenetur sequi consilium, si de voluntate partium sit assumptus consultor. Ioannes Andr. in c. nullus ex consilio. de regu. iur. & Specula. de requi. consilij. versicu. quid si iudex. tu vide Barto. in l. si conuenerit. de re iudic.

q.cxxvj. ¶ Adde si non inuenitur aliquis qui vellit suspendere cõdemnatum: an possit aliquis cogi? glo. quod sic: in authen. de monach. §. monach. C. qui latro. l. j. & ij.

q.cxxvii. ¶ Adde quod tempus præfixum à lege vel statuto ad syndicandum terminandum causas syndicatus, non potest prorogari de consensu partium. Barto. in l. ii. de re iudica. & vide Bald. in l. j. qui satidar. cogan.

70 Adde, † quod mulier in causa criminali
q.cxxviij. ratione sexus releuatur, vt non detineatur propter inopiam fideiussorũ. Sed solum eorum iuramento cõmittitur, vt in auth. sed nouo iure. C. de seruis fugiti. si tamẽ statuta dicant aliter, seruãtur ¶ Item mulier in quacunque causa ciuili vel criminali, personaliter ad iudicem trahi non debet.

q.cxxix. ¶ Item adde Bald. in si tutor. ff. qui satisda. cogan. Si famulus domini potestatis emit carnes: an hæ soluentur per potestatem vel familiarem, alio non docto quod iuerit de mãdato potestatis, vel fuerit per eum transmissus.

q.cxxx. ¶ Adde an valeat sententia la parte præsente & non citata. vide Io. Andr. de elect. c. si. in vj. in ver. alias. tu vide quod no. Bar. in l. i. ff. de in ius vocan.

71 ¶ † Adde Bal. in l. si ea. C. de cõdi. inser.
q.cxxxj. quod officialis qui fuit absens cum licẽtia certis diebus, debet salariũ habere. ¶ Adde Ioan. Andr. in titu. de accusatio. §. sequitur. versi. promisit. in additio. vbi dicit, quod si quis promisit iudici præsentare reum ad suam voluntatem sub pœna: ille reus fuit captus per iudicem, & deinde manũ eius aufugit. an fideiussor sit liberatus? & dicit, quod sic, si captus fuit pro ea causa, secus si pro alia: quia tunc esset liberatus, nisi fideiussor comparuisset coram iudice, & protestatus fuisset quod habet ipsum pro præsentato. Sufficit enim illa præsentatio, ex quo actualiter præsentari non potest: quia positus est in carcerem. quod est no. & habui de facto Rhegii marchi.

72 ¶ Adde † Bald. in l. post edictum. ff. de
q.cxxxij. iudi. quod si lis aliqua durat centum annis super legitimatione mandatorum non perimitur instantia.

q.cxxxiij. ¶ Item quando sunt plures eiusdem nominis: & vnus citatur, & nescitur de quo Bal. in l. cũ quẽ temere. de re iud.

q.cxxxiiij. ¶ Adde quod consuluit Bald. in ciuitate Asisij, quod si ex forma statuti leuantes rumorem si non possunt certã pœnam soluere, debeant capitaliter puniri. Si vnus alium suum inimicum percussit, ex quo incidenter secutus est rumor, quod non habeat locum pena statuti, qa ille principaliter non intendebat offendere rempublicam, leuando rumorem l. ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capti.

73 ¶ Adde, † quod si schedula citatoria est
q.cxxxv. affixa ostio de mandato iudicis citari facientis, & statim est leuata, non dicitur competenter citatus. Bal. in l. sed & si pupillus. §. pręscribere. de instito.

q.cxxxvj. ¶ Adde, quod statutum duplicãs pœnas in maleficiis, an habeat locum in verbis iniuriosis, vel aliter maledicẽdo? Bartol. in l. aut facta. in princ. ff. de pœn. quod not. quia statutum duplicans pœnas in maleficiis, nõ habet locum vbi nõ delinquitur. de hac quęstio. not. Paul. de Eleaza. in cle. ii. de pœn. & re. Sed caue quod certa blasphemia & verba iniuriosa debent maleficium appellari, quia glo. dicit, quod verbis fit meleficiũ. instit. de obli. quæ ex delict. nascũ. in glo. quæ incipit, sed nonne in fi. q̃ dicit, ꝙ iniuria quæ fit verbo, dr̃ maleficium. concor. glo. in l. ex maleficiis. in prin. de act. & obli. & cũ quidã vellet se tueri ex dictis Bart. vix euasit in syndicatu, quod blasphemia sit delictum, probatur in corpore. vt nõ luxu. contra naturam. prin. in tribus partibus illius text. Item est crimen, qa procedit ex animo. vt not. in l. i. C. si aduers. deli patet hoc ad sensum, quod blasphemia sit maleficiũ, quia aliquid quod in facto consistit, nõ cadit in Deum, qui non potest offendi factis, sed verbis, vide & adde quod notat Bal. in l. ignorantia. in fi. C. de crimi. stellio. vbi reprobat dictum Bart. de quo supra.

74 ¶ Adde † an & quando fuga faciat indi
q.cxxxvij. cium, vel semiplenam probationem. refert Bart. in l. lege. ff. ad Silla. vbi videtur sentire ꝙ faciat iudicium seu semiplenam probationem. idem Spec. de probat. §. fin. vers. vlti. Quod limitat idẽ Bart. verum esse. si aufugiat ante formatum processum, secus si post. l. j. de bon. eo. qui mor. sibi consci. Dyn. vero in l. impuberibus. de suspect. tut. dicit, quod si crimen est tale, ad cuius damnationẽ sufficit sola præsumptio, fuga sola sufficit. d. l. impuberibus. & l. cõsiliarios. C. de assesso. in glo. lib. xi. l locorum. de omni agr. & in d. l. §. si vero. Sinautem ad damnationem criminis requiritur plena probatio, & non sufficit sola probatio. ff. de requiren. re. l. i. de custo. reo. l. diuus. C. de rapt. virg. l. i. §. i. facit de iura. calum. l ii. §. quod si actor. & . §. sinautem. Oldrad. dicebat, quod si ponitur fuga ꝓ crimine, tũc sola sufficit, vt in desertore. l. de sertorem. de re milit. & l. qui cum vno. §. qui post. & sic posset intelligi. l. eos. de custo. reo quæ de fuga carcerari loquitur. Sinautem non pro crimine, sed pro crimine prioris probationis imponitur fuga, tunc procedit dict. distinctio. Dyn. in d. l. di-
75 uus. dicit, † quod fuga inducit suspitionẽ sed ex suspitione non debet quis damnari. ff. de pœn. l. absentem. dicit tamen propter suspitionem posse eum subiici tormentis. vt l. iii. §. si autem. ff. ad Sillan. ꝙ Iaco. de Bel. non placet. in d. §. si vero ꝑ l. i. in princ. ff. de quęstio. & l. milites. C. de quæstio. per quas potest requiri, & ad torturam indicia impleri, ideo fuga non respicit directo delictum, sed tutionem personæ. ista fuerunt verba Ioan. Andr. in §. speciei. Bal. in l. bonefidei. de iureiurã. concludit, quod quãdo de proprio domicilio quis transfert se ad alienũ ꝙ tunc facit aliquale indiciũ satis suspectũ nõ semiplenam probationẽ: & quia in hoc articulo varie scribit. Nam Bar. in l lege Corne. ad Silla. dicit quòd fuga facit indiciũ & semiplenã probationem. Specu. de proba. §. fi. versic. vlti. dicit quòd per fugam fit probatio semiplena. & alibi idem Bar. dicit, quòd fuga suspitionem inducit. l. j.
76 ff. de his qui mort. &c. Bald. † dicit, quòd fuga facit qualequale indicium, sed nõ semiplenã probationẽ. Ideò puto dici posse prædicta ꝓcedere qñ ille, q aufugit,

erat alias malæ famæ,cõditionis, & vitæ.
Vbi autem inquisitus esset bonæ famæ,
fuga non faceret indicium sufficiens ad
torturam:per not.per Archidia.in que-
stio.ix.decernimus.quia in dubiis inter-
pretamur in benigniorẽ partem,vt dicit
Bal.in d.l.i bonæfidei.videlicet, quòd nõ
pro delicto,sed ex alia causa se absentet.
& pro hac decisione est qui bene viuit,
bonus reputatur. Bonus debet in dubio
apud iudicem reputari,& econtra secun
dum Archid.xxxv.dist.qualis.& probatĩ
xvi.q.i.nec mirũ de pœn.dist.i. nunquã.
Illud addo quod debet etiã eo casu fuga
esse certa & manifesta, vt patet ex not.p
Archid.in d.c.decernimus. & de illa con
stare per testes,quia cũ fuga facit indiciũ,
indicia debent plenè probari per testes,
vel per vehementẽ præsumptionẽ,iuxta
no.per Archi.in cap.cum contumacia. de
hære.in vj.& fuit de mẽte Arch. in d.c.
decernimus.Et aduertendũ, quia nõ om
nis præsumptio sufficeret eo casu, sed de
bet esse vehemẽs,vt dicebã, id est, fortis,
& grãdis.& sic exponit Archid.istud ver
bum bene in d.c.contumacia.sic exponi
tur de purg.cano.c.cum inter solicitudi-
nem.ver.attendentes.& de si.c.insinua-
tum in fi. & in c.literas vestras. in gloss.
Imo ex leui præsumptione,probatio ac
77 cipitur.xxii.q.j. dicit dñs. † Istud addo
quod indicia sunt minus quã semiplena
probatio,vt not.glo.sing.in l. lege cũ pro
batio.ff.de probat.& tenet Bal.in l. non
est verisimile.ff.quod met. cau. In quo
autem differat indicium à suspicione, &
præsumptione quantum ad maleficia, re
fert Spec.in tit.de noto.crimi.§ vt autẽ.
& plene Io.Cald.in c. nostra. de cohabi.
cler.& mul.ii.q.§.expeditus. Nec illud
prætermittendum est,quòd fama ex ab-
rupto mota,non dicitur fama, sed viua
vox populi,vt dicit Bal.in l.proprietates
C.de probat.& est casus in l.decurionũ.
C.de pœn.& gl.de consecr.dist.iii.c. diẽ.
dicit,ꝙ fama non inducit probationem,
nec partem probationum. Et quomodo
probetur quem esse bonæ famæ, vel ma
læ famæ,& conditionis,not.in auth.qũo
opor.Episco.§.quanta. Item fama nõ fa
cit probationem, nec partem probatio-
nis.de testib.veniens.c.præterea.de præ
sump.illud.§.pęn.de noto.crimin.§ fa-
ma.ver.quid si agantur.Item propter di
cta paucorum,iudex illum infamatũ re-
putare non debet,cuius læsa opinio non
existit.dicit tex.in c.inquisitionis. in fi.
78 de accusa. † Nec est quis ex suspitioni-
bus damnandus.ff.de pęn.l.absentem.ii.
q.j.i prin.imo suspitio nihil operatur.ff.
quod met.causa.l.metum.C.eo.ti.Qui-
nimo bona fama inquisiti suspitionẽ con
trariã euacuat & infringit, quia persona
tollit suspitionem.l. eum qui probabilẽ.
C.de epis.& cler.& c.fin.de cohabi.cleri.
quia vna præsumptio tollit aliã.l.diuus.
de resti.in integ.Illud non omitto,quod
suspitio quæ ex fuga inducitur,purgatur
per iuramentum.ita dicit Cyn.C.de re-
qui.re.l.j.ad fin. quod est notãdum. Et
aduerte: quia absentia alicuius in dubio
semper debet interpretari in bonam par-
tem,dicit Bal.in l.in bonæ fidei.& l.non
omnis.§ a barbaris.de re mili.& l.quid si
fugitiuus.§.apud labeonem. C.de ædil.
edict.pro hoc bonus tex.in l.si cum.§.si
ex iusta.ff.de fideicõmiss.libe. vbi absen-
tia semper iusta,& ex iusta causa præsu-
mitur, nisi probetur contrarium, vt ibi
tene menti.
79 ¶ Adde, † ꝙ statutum pœnale loquens
q.cxxxviij. de actu vero,habet locum in fi-
cto de temp.ordi.c.literas. de cleri. non
resi.c.ad audientiam & vbi est eadem ra
tio in ficto,quæ in vero, statutum trahi-
tur ad casum fictum.dicit Bar.in l. Gal-
lus §.quid si is.de libe.& posthu.
q.cxxxix. ¶ Adde quòd statuta sæpe exag-
gerãt pœnas in vulneribus illatis,ex qui-
bus fit cicatrix perpetuo remansura, &
dicitur cicatrix corporis deformatio tex.
est in l.locũ.in fi.de vsufruct. ibi, nec cor
poris cruciatibus deformare. de tali ta-
men difformitate debet intelligi,quæ fit
ibi perpetuo remansura.Sicut .n. in exag
gerantibus talibus cõsiderantur, vt pro-
batur.ff. de iniur.l.prætor.§.atrox.& pro
batur apertius.in l.fi.§.quoties.ff.de ędil.
edict.& extra de corpo.viti.cap.ij.& in l.
quæritur.§.fi.ff.de ædil.edict.& in l. fi. ff.
de ser.fug.Et per hoc dicebã in quæstio.
facti apud sanctũ iustum, quod nunquã
inquisitus potest condemnari de cicatri-
ce perpetuo remansura,ex processu con-

tra alium instituto, alias de hoc non con stito nec etiam confessato, nisi constet, quòd medici retulerint iudici iudicando illam esse cicatricem perpetuo remansu sam, vt l. semel. & quod ibi per Bar. C. de re milit. lib. xij. & ff. de vent. inspi. l. j. §. j. & in proœ. digest. §. j. extra de homi. c. si gnificasti. Non sufficit ergo, quod iudex intentauerit in processu cicatricē ex vul nere perpetuo remansuram, nisi hoc con stet ex relatione medicorum iuratorum seu referentium. Plus dicebam, & de hoc non staretur dicto vnius medici, nisi esset de publico deputatus. Sed debent medici esse plures vt patet ex no. per Bar. in l. si rixa. & l. fi. de sicca. & in l. ij. C. de pon. & au. illa. lib. x.

80 ¶ † Adde, quòd stante statuto, quod pa-
q. cxl. ter teneatur soluere legitimam pro delicto filii delinquentis, huiusmodi statutum ligat solummodo patres ciues, nō autem forenses, qui habent alibi domicilium, licet in loco delicti facti per filium pater domos habeat, & sic consulendo te nui apud Maceratam. pro hoc, quod not. Bal. in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & quod not. Bald. in l. in pro uinciali. de verb. signi. Ad materiam huiusmodi statuti, quod tempus debeat inspici ad videndum valorem patrimonij, & quid si post solutionē bona sunt aucta.

j ¶ Item quāta portio possit assignari, cū possint plures. & quid si soluit nō astrin gente statuto? vide Bal. in l. si quis in tan tam. C. vnde vi. & adde, quod tale statutū loquens in patre, nō habet locū in auo, secundum Dyn. & Ray. in l. Iulia. §. hoc capite. ff. de rit. nupt. per illum tex.

ij ¶ Item adde, quod si statutum dicit, q͞d pater teneatur soluere condemnationē filii, nō tenebitur soluere condemnationē nepotis. Bal. in l. fi. C. ad Maced.

81 ¶ Item, quod tale statutū non habet locū
iij in filio bastardo condemnato. Bald. in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substi. Quod autem tempus inspicitur, quando soluit in computanda legitima. Bal. in l. quanquam. C. ad leg. Falcid.

iiij ¶ Item si personaliter semel assignet legitimā, non tenetur plus assignare. Bald. in auth. si captiui. de epis. & cleri. Et aduerte, quod satis est contra patrem, vt teneatur soluere condemnationem pro filio, dictante statuto, quòd filius confitea tur delictum, nisi pater reuocet eius con fessionem, & probet contrarium, quod potest, vt est glo. not. in l. ij. ff. si ex nox. caus. agat. in ver. & forte.

v ¶ Illud no. quòd quando pro delicto filij fit executio, potest personaliter suo nomine per se & per procuratorem omnes exceptiones opponere. secundum Bald. in l. seruum quoque. §. publice. de procu rat. not hæc omnia, vt in practica nō con tingat errare.

82 ¶ † Adde, quod statuta Italiæ quæ volūt
q. cxlj. bannitum contumacem pro confesso haberi, non comprehendunt ibidem delinquentem extrinsecus existentem, vnde si bannitus est extra territoriū in diciis bannientis, nunquam habetur pro confesso virtute dicti statuti. ita dicit do. Ant. de But. in c. proposuisti. de foro com peten. quod est not. assignat rationem quia talem fictam confessionem nō possunt statuta extorquere ab existente extra territorium, per not. de foro compe. c. postulasti. & in c. Romana §. contrahē tes. eo. tit. in vj. Pro quo facit, quia contumacia non potest dici vera confessio, sed ficta, vt not gl. in c nullus de præsum ptio. vnde talis ficta confessio non debet posse extendi vltra quam se extendat iu risdictio bannientis. l. extra territorium. & quod ibi not. de iurisd. omn. iu. & in c. ij. de consti. in vj. Nam contumax de iure communi non habetur pro confesso, sed debet delictum examinari dicit Bar. in l. i. ff. de requi. re. & l. diuus. & de cust. reo. quinimo licet statuto caueatur, quòd contumax habeatur pro confesso, debet intelligi per trinam citationem, nec suffi ceret vna pro omnibus. Bald. in l. ij. C. de consti. pecu.

83 ¶ † Adde, quòd sæpe statuta loquūtur in
q. cxlij. potestate, & de eo solum faciunt mē tionem, quæritur an habeat locum etiā in capitaneo. ista quæstio debet ad mate riam nostri tractatus vtilis iudicari, ne in syndicatu capitaneus, seu eius officiales possint impediri de aliquo per eos fa ctum, cum statutum de capitaneo, & eius officialibus non loquantur, sed solum de potestate. Bar. in hac quæst. in l. siue in-

genus. §. equidem.ff.de tortu. dicit per illum text.in versic.senatu. quod statutum licet loquatur in potestate, tamen habet locum etiam in capitaneo:cũ idem habeat eandem potestatem seu iurisdictionem quam habet potestas. Sed posset attentari forte contrarium. quia statuta sunt stricti iuris, nec fit extensio de vna persona ad aliam.ff. de verbo. obligatio. quicquid. Sicut videmus in rescriptis quæ sunt stricti iuris. de rescrip. cap.ij. in quibus non fit extensio de vna persona ad aliam. de offic.deleg. cap. de causis. Sed teneo cum Bal. & ab eius decisione non recedo, ex quo vna & eadẽ est iurisdictio, authoritas, & potestas cõdemnandi, vt sic consideremus authoritatem & iurisdictionem, non autem nomina personarum, ex quo eædem & coæquales sunt iurisdictiones. Sic videmus in procuratore, præposito, œconomo, vicedomino, & vicario, quorum nomina licet sint diuersa, tamen quia coęqualis est iurisdictio consideramus authoritatem & iurisdictionem. Vnde, quod fit à procuratore censetur fieri à viceeconomo, prę posito, vicedomino, vt supra probatur. j. q.iij.saluator.de procur petitio. Secus videtur quando sunt duo, quorum vnus habet vnam iurisdictionem, & alius aliã, & iurisdictiones sunt separatæ, & diuersæ, & diuisæ adinuicem, ex eo quia vna iurisdictio est super certis determinatis causis, & alia est super alijs causis separatis a primis, sicut est in pedaneis iudicibus, qui habent iurisdictionem super certis causis separatis à iurisdictione aliorum ordinariorum. Sicut videmus in iurisdictionibus quo ad temporalia & spiritualia.de iudi.decernimus. & c. quanto & hoc casu condemnatus per habentem iurisdictionem, non potest dici condemnatus per habentem aliam iurisdictionem dissimilem & separatam à prima. Vbi autem plurium personarum est coæqualis iurisdictio, licet nomina dignitatum & officiorũ sint diuersa, tunc quod fit de vno censetur factum de alio.

84 †Adde, quòd quando duo habẽt ęqua q.cxliij. le ius, & est locus præuentioni, si vnus est impeditus, impedit socius, vnde si in ciuitate est potestas & capitaneus & quilibet habet æqualem iurisdictionẽ in maleficijs, est locus præuentioni, & vacante officio potestatis, alter cognoscere poterit, vt dicit Bar.ff.de adult.l.si maritus.in prin.

q.cxliiij. ¶Adde, quod si sunt pares iudices, & vnus cognoscendo præuenit alium: quod factum ab altero super eodem negotio valet, nisi appelletur Innocen. in cap.cum M. Ferrariensis.de cõsti. in ver. certe si essent.facit de testi. Ad hæc. & videtur casus in l. j. de offic.consu. versic. sane. Punietur tamen in expensis primi iudicis not. Bart.de rescrip.ex tenore. de purg.cano.cum dilectus. secus vbi iudiciũ esset cœptum per litis contestationẽ, parte petente se remitti, quia ibi finem recipere debet.l.vbi cœptum.de iudi.ff.de iuris.om.iud.l.pen. sed & si post susceptã. Sed si pars non peteret, puto verum, qđ ibi not. Inno. quasi tacitè sit renunciatũ primæ instantiæ de consensu vtriusque, tamen expresse posset: vt l.postquàm liti. C.de pact. & quod valet in tacito, valet in expresso.ff si cert.pet.l.cum quid. Nõ obstat l.magistratus & quod ibi not. ad municip.quia ibi plures magistratus sustinent vicem vnius, vnde simul debent cognoscere & iudicare.ff.de arbit.l.sicuti.& ibi not. Sed certe.l.j. de officio consul.videtur dicere cõtrarium in ordinariis iudicibus, vt nouus iudex non possit, quod alter cœpit prosequi & finire, nisi ex causa: vt in ead.l.versic.sane. subaudi nõ prosequendo iudiciũ inchoatum corã vno iudice, sed dando nouum libellum: alias si prosequor corã alio, quod inchoatum coram vno esset, inuito aduersario non posset per l.j.de offic. consul.nisi ex causa, vt in d.versi.sane. Sed dando nouũ libellum, videtur quod possim repelli p auth.qui semel.cum habeam necesse persistere in veteri querela. & ita intelligit Odof.& Accur.glo.not.in l.filius.§. multomagis.in gl.ibi posita.ff. de inof.testa. Item debet obstare exceptio litis pendẽtiæ, vt extra, vt lite penden. per totum. & quia interest nostra litibus & sumptibus non vexari, quod euenire potest propter varios processus. ff. de minoribus.l. minoribus.ff. vt legatorum nomine caueatur.l. etiam.

¶Qualiter

q.cxlv.¶ Qualiter dicatur membrum debi
litatum, vide Bart. in l.j.§. is autem. ne
quid i loco public.alias in flumin.public.
Cyn.& Bald.in l.si fugitiui.C.de seruis
85 fugitiuis. † vbi dicit, quòd amputatio
membri est debilitatio totius corporis.
Sed debilitatio vnius membri est impe-
ditio principalis & proprij officij ipsius
membri. vnde oculus non dicitur debili
tatus, si quis videt vt prius: licet propter
ictum sit aliqualiter deturpatus. allegat.
ff.de ædilitio edicto. l. item si filius. pro
hoc facit: quia nunc membrum dicitur
debilitatum, quãdo effectus membri pri-
mæui non est: sed cessauit: alias secus. l.
non solum. de rei vẽdicatione. vide quod
notat Ang.in l.nominationem. C.de de-
curionibus in textu ibi, seruus debilita-
tus facit, quod not. C. de vacatione mu-
ner. l.iiij.§.corporis debilitas. quibus le-
gibus patet, ꝙ mẽbrum dicitur debilita-
tum, non solum vbi membrum reman-
sit aridum ex toto, sed etiam virtus mẽ-
bri diminuta est.

¶ Quę autem dicantur membra homi-
nis. Bartol. not.in l.ij.ff. de publi.iud. &
Bald. in l.data opera. C. qui accus. non
pos.& in authen.sed nouo iure C.de ser.
fugi. & in l.non sunt liberi. & ibi etiam
Bar.ff.de ædil.edict & in l.reos.C. de ac-
86 cus.in ij.col † vbi etiam dicit, quòd mẽ-
bra generationis sunt mẽbra quæ habẽt
proprias & distinctas operationes, imo
secundũ eum dicuntur esse membra val-
de notabilia: & per quæ saluatur species
humana, dicens, quòd mutilans illa puni
tur tanquam inimicus naturæ, & eo mo-
do quo puniretur si offenderet. l.iij.ff. de
sicca.tu vide tex. lxvj.q. si quis semetip-
sum abscindat. not bene, quia vidi alias
dubitari in ciuitate Racanati, cum qui-
dam sclauus sibi præputium abscidisset.
& vide. l. omne delictũ. §. qui se vulne-
rauit.ff.de re iudica. & ff. de pecul.l. sed
& si damnum.§.sed & si ipse.

¶ Quid autem de oculo, naso, nare, lin-
gua & mammillis mulierum, an sint mẽ
brum. Bald. in d.l.reos. tenet, quod sic:
quia ibi non loquitur. & ibi etiam de
barba. De duplici barba habetur instit.
quib.mod. tut. finitur. in princip. vnde
si accusator dicit, quòd percusisti in bar
ba: intelligitur de pilis in dubio, nec com
prehenditur sub statuto, quod loquitur
de facie. dicit Ang.in l.item apud Labeo
nẽ.§ generaliter.de iniur. De labijs, den
te, & digito, & vide eundem Ang. in l.ij.
de publ. iud. Et an frons dicatur facies.
Bal. qđ sic.in l. si qs in metallũ. C.de pe.
¶ Item an collum dicatur de capite. Bal.
dicit ꝙ non.c.de capite. nec deberet pœ-
na percusionis in capite in l.j.§. idẽ exi
gitur.de dolo. Et not. quòd facies dicitur
quid est discoopertum. dicit.c.de iudi.li-
ber.non prosequor vlterius, sufficiat ali-
quibus superadditis remisisse.
87 ¶ † Adde, quod statuta loquuntur de vul
q.cxlvj. nerante aliquem, quod dicatur vul
nus. Bal in l.prætor.§ atrocem.de iniur.
vide tex.in l. si seruus.§. rupisse. ad leg.
Aquil.& alibi dicit gloss. quia vulnus etiã
sine sanguine esse potest.in c.j. de conse-
crat. eccle. vel altar. Et si sanguis exiuit
in modica quantitate, non præsumitur
de percusione cum sanguine, sed arbi-
trio iudicis. glo.in c. cum illorum. Ioan.
And. in addit. Specu. in titu. de accusa-
tio. Illud no. quod modicum vulnus nul
lum habet in se delictum. l. id autem.§.
proinde leuis.ff.de ędil. edict. Et an vul-
nus sit grauis offensa Bal. in l.magnum.
C.qui accus.non possunt.
q.xlvij.¶ Adde, ꝙ iudices maleficiorũ in eo
rũ ꝓcesibus institutis dicũt, ꝙ talis cõtra
aliũ fecit insultum, impetũ, & aggressurã,
quid hæc verba importẽt, necessario est
videndũ, ꝑꝑ ea quæ infra subdã. Insultus
enim varie exponitur in iure: & Doct. in
hac materia variauerunt. Interdum.n.cõ
tra aliquem irruentẽ ius vocat insultãtẽ.
l.fi.C.de iudic. Qńq; aggressorem. C. ad
leg.Corn.de sicca.l.is qui aggressorem. l.
qui de crimine.C.de accusa. Quandoque
vocat appetentem, & sic patientẽ vocat
appetitum, vt l.& percussor.§ appetitus.
ff.ad Sillania. quod ibi exponit glo idest
inuasus & sic qńq; dř inuasor.C.vń vi.l.
Inuasor. Qńq; patiẽs ẽt dř insultatus l. itẽ
apud.§.pe. de iniur. & hinc descendit no
men verbale, quod vocatur insultus. &
in hoc dicit Bartol.in l.respiciendum.§.
delinquunt.de pœ. qđ insultus est in aliũ
saltus. alleg. d.l.is qui aggressorem. & l.
j.§ cum arietes.ff.si quadrup.paup. fecis

dicatur.Sed in §.cum arietes. dicit.quòd insultus est motio de loco ad locum. & in §.delinquunt. concludit ꝙ si existens tecũ in itinere vel in mensa, vel in alio loco,deuenit tecum ad rixam, non dicitur insultum facere, sed potius proditorie fecisse, vt C.de dilation.l.j.lib.xj. Et certe ex prædictis videtur aliqualem cõtrarietatem insurgere. Si enim insultus est in alium saltus, non verificatur in eo qui sine saltu,siue contra alium se mouet de loco ad locum.Cuius contrarium dicit Bar.in d.c.cum arietes.Sed aduertendum,quia primo modo dicitur secundũ allusionem vocabuli.Secundo modo secũdum diffinitionem,& ideo si quis insultã do aliquem fecit in eum saltum,facit insultum secundum allusionẽ,& etiã secundum diffinitionẽ tm̃, & tunc puniri debet de insultu: quia diffinitio præualet allusioni qñ sunt contrariæ,vt l.ij.§. appellata.si cer.pet.ff.de tutel.l.j.de testam. l.j.de acquir.possess.l.j.per Bar. & dicitur interdum facere impetum,vt d.§.delinquunt.sed tunc aliter punitur, vt ibi hr̃.

88 †Vnde autem dicatur insultus,an possit fieri pedes & eques & quantum est necesse ꝙ se approximant,vt dicatur fecisse insultum vide Bal.in x.col. quibus mod. feud.amitt.§.vel si.cum simi.ver. dic qđ ad hoc quod factus dicatur insultus ad domum siue ad castrum,tunc dicitur factus assaltus,qñ appropinquat se tm̃ domui vel castro,qđ põt proijcere iaculum & expugnare.Vt tñ omnis cesset dubietas, inquirentes ponunt in eorum inquisitionibus, quod deliberate & appensate mouendo sede loco ad locum, fecit insultum,impetum & aggressurã. quæ tñ ex abundantia apponuntur,vt patet ex prædictis. An autem insultus cõfundatur cũ ꝑcussione.Est quæstio satis certa, de qua per Bart & Cyn.in l. de crimine.& Spec. de senten.§.ij.ver. sed pone licet. & per Bart. in l.nunquã plura. de priua.delict. per Io.And.in Spec.de homicid.in prin. & ideo nõ prosequor, quia non expedit. An si plures insultantur ab vno vel pluribus,vtrum ex persona cuiuslibet insultantis punibilis vel insultati resultet insultus per statutum,vide Bar.de sepulcr. viol.l.iij.§.si ad plures.ff.ad leg. Iul.pec.

q.cxlviij. ¶Adde quia vidi dubitari qñ iudex inquirit contra aliquos de vulneribus in alium vel in alios illaris. Et addit quod vnus alteri, & alter alteri præstitit auxilium,consilium,vel fauorẽ. An dicta inquisitio procedat.Bald.in l.ancillæ.C. de fur.dicit quod fuit iudicatum qđ nõ. ¶Adde ꝙ idem Bal.no.C.de donat.caus. mor.l.j sic & non põt contra eundẽ procedi de delicto,auxilio & fauore. Bar.in l.qui seruo.§.si duo.ff.de furt. vide ibi.

q.cxlix.¶ Adde quod licet non teneatur stare ad syndicatũ officialis,nisi de furtis,barataria,& illicitis extorsionibus? si condemnauit quendã qui euidenter ex actis non debebat condemnari, & ipsam condemnationem exegit.poterit in syndicatu puniri. Et sic fuit Perusij practicatũ. Angel.in l. si quis.§. cum autem.ff. rem ratam haberi.

89 ¶†Adde si statutum arctat iudicem ad
q.cl. diffiniendum causam intra certum tẽpus,certe secundum Iaco. Butr. si iudici non liquet de causa, & statutum arctat eum,potest dicere,condemno, si probauerit & absoluo, si non probauerit. Vel condemno,si ex actis apparet condemnãdus & absoluo si non apparet condemnãdus. Et hoc fecit Perusij quidã collateralis,qui dicit,absoluo absoluendum, & cõdemno condemnandum, prout ex actis apparet.Ita not.Iac.But.C.de sent. l. cũ iudex.vide Bart.in l.ait prętor. §.j. ff. de re iudic.Sed Bal. dicit ꝙ iudex nõ debet timere illud periculum, si sibi nõ liquet de causa nisi se arctasset.ar.l. intra vtile. de mino. & dicit quòd ista negatiua sibi nõ liquere de causa, probatur per eius iuramẽtum.facit.ff.de re iud.l. Põponius. alias si vni Bal.in l.si de meis.§ recepisse. de arbitr.& per illum tex. melius remediũ est qđ iure sibi de causa nõ liquere.

90 ¶†Adde quòd statuta cõiter mitigant
q.clj. pœnas propter pacem habitam, quid si pax facta fuit,& probetur per testes,nõ autem per scripturã seu instrumentum? dicebam quòd sic,quia nõ est de casibus in quibus requiritur scriptura,de quibus in Specu.de instrumento. edit.§. restat. ver.sed si vnum.per glo.in c.j.de censit. in vj.per notata in l.iij.§.pen.de condict. ex leg.per Bal.in l.j.ff.de pact.& videtur

casus

casus in l in ipsius C.famil. ercis.& ibi p Guliel.licet Spec.de homicidio in ver.& illud.in duobus verbis videatur sensisse contrarium per cap.pactum.de verb.sig. quod non obst.vt ibi no.per gl.quia non faciliter posset fieri fraus. Communiter per statuta prouidetur, quòd de pace debeat extare publicum instrumentum: & tunc Bal.dicit quòd producens tale instrumentum non debet detineri,sed statim relaxari,in l.neq; in fi.de in ius voc.

q.clij.¶ Item an pax posit fieri absente parte nemine recipiente pro ipsa. Bald.dicit, quod pax nō solemnis,qualis est illa quę in foro pœnitentiali fieri potest, ista pôt fieri. pax vero solemnis non nisi interueniente præsentia, vel medio organo. ita dicit in l.ii.C de liber.& eorum liber. Et idem tenet in l athletæ.in prin.de excusatio. tutor. potest dici quod si pax esset necessaria vtriq; parti, quia ex omni parte sunt factæ iniuriæ & tunc talis pax est de natura pacti.l.i. ff. de pactis. Et pactū non pôt fieri inter absentes, ita nec pax. Si vero pax requiritur solum ab vna parte,quia ex altera parte tantum fuit illata iniuria & tunc non requiritur promisio siue concordia: sed solūmodo requiritur simplex remisio facta a passo ei, qui intulit, secundum Speculatorem in titulo de treuga & pace.versi.Item si ex altera & ideo cum ex forma statuti requiritur pax scd'o mō.i.remisio iniurię ab offenso.dicédū vr̃ idē esse qđ in remisione seu liberatione dicitur, quæ valet facta, vt notat glo.in d.l.non solum. Contrarium videtur velle glossa quam sequitur Bartolus in l.idem in duobus.§.fin.ff.de pactis. Puto tamen quod si fiat remisio alicui recipienti pro absente, valeat, & acquiratur illi actio,si cedatur non aliàs iuxta notata in.l.huiusmodi .de legatis pri mo. Et hoc casu quæratur excomunicato ipso iure.l rescriptum.in fine de pact. per notata per Bart in d § si liberationis verba.& in l.tale pactum ff de pact.

91 q.cliij. † Adde de syndicatore officialium,an posit exercere merum & mixtum imperium: & corporales pro maleficiis pœnas imponere officialibus, qui dicuntur deliquisse. Ioan.Andreas quod non, sed potestas succedens debet hoc facere. in additionib.Specu.de syndico in rub.

q.cliiij. ¶ Adde, quod mulier grauida non potest occidi,vel tormentari. Bald.in,l.interpositas.C.de transact.

q.clv. ¶ Adde quando iudex dat saluum cōductum inquisitum assecurando illū ab aliis cōdemnationibus & procesibus cōtra eum factis.vide Bald.in l.qui reus:de publicis iudiciis.& per Angelum in quæstione sua Bononiensis. per Ioan. And. in titu.de accusation b §.sequitur.versi. quid si quis bannitus. per Bar. in l.sed si hac.§. sed si per pœnam.de in ius vocād. de resti.spoliat. ex transmissa. & not. in auth.de manda.princip. §. sed neq;.in l. conuentionum. ff.de pact.& in l. Papinianus exuli.de minor.& in l.j.ff.ad leg.Iul. & per Cyn. de his qui ad eccles.confug. l.pręsenti.22.q.j.Noli.32. q.ii.siue de appell.ex parte.ff de iud.l.si locus.Et de saluoconductu partis quando posit, & debeat illum dare.vide Inno.in c.i.de offi. deleg. vbi dicit quod si habes inimicum capitalē, qui stat in castro forti, nec possum assumere vltionem:si accuso eum,vt habeat necesse coram iudice comparere, vt sic posim in via eum occidere. Si ille petat saluum conductū debere partē ad mandatum iudicis sibi dare de nō offendendo.Not.tamē quod licet quis habeat saluumcōductum,non tenetur ire,& exponere se inimicis capitalibus. de restit. spolia.ex transmissa. vt lit. non contest. c.accedens.el ii.de rescript.c.statutum §.

92 j. in glo. statutum.in vi. † Et nota quia securitas perpetua non potest dari, nisi a principe , vel habente in loco ius principis l.relegati.ff. de pœn.Tempe talis autem dari potest nō solum a principe, sed a lege.simile.ff.de lega.ii & etiam a duce belli.vt d.l conuentionum. Item ab illis, quibus ex forma statuti tacite vel expresse conceditur,vt not Bart.in l.fin.de decret.ab ord.faciend.

q.clvj. ¶ Adde quod habens saluum conductum vt non posit a creditoribus impediri,a principe,& fortius ab alio inferiori.tenetur tamen satisdare de stando iurī dilatione cū termino saluiconductus expirata:& finita casus est in l.vniuersa.C. de precibus Imperatori offerendis . vbi dicit textus, quod habens dilationem a

principe

principe tenetur satisdare de soluendo. Et ibi Baldus dicit quod cautum esset vt in huiusmodi saluicōductibus & dilationibus poneretur, quod nec etiam satisdatio peti possit ipsa dilatione concessa, & saluoconductu durante. Et dicit etiā ibi, quod nisi in rescripto moratorio ponatur clausula, non obstāte tali lege, nūquā per dilationē moratoriam concessam per principis rescriptum satisdatio remissa videtur? per glo. in d. l. vniuersa. Quinimo habens moratoriam dilationem per rescriptum principis, vel quòd aliter conueniri non posit, tali beneficio non gauderet, imò posset capi & carcerari, nisi satisdet de soluendo finita die ipsius saluiconductus seu dilationis concessæ, vt patet ex not. per Bart. in l. si debitori. de iudic. Vt ergo gaudeat beneficio saluicōductus debet interim satisdare si ab eo fuerit satisdatio petita, vt d. l. vniuersa. Esset enim iniquum si non satisdaret, qa posset debitor pendente tempore saluiconductus aufugere, secundū Bart. in d. l. si debitori. Ad hoc l. si longius. eo. tit. cū nemini sit cum damno alterius consulendum. de electionib. c. ii. in glo. ij. Ne quis debeat locupletari cum damno & iniuria
93 aliena, vt ī regula, locupletari. in vj. † Est prætérea regulare, quòd debitor in diem satisdare tenetur, si incipit bona sua dilapidare, vel si alias de dilapidatione suspectus sit, secundum Cy. in l. j. C. de hæreditate vel actione vendita. & videtur expressum in l. in omnibus. ff. de iudic. vbi tex. clarus, quòd qui tenetur ad diem, potest conueniri ad præstandū cautionem hoc idem tenet Cyn. in l. pen. C. de oper. libert. & Dyn. de leg. j. cum res. §. sic itaque. & gl. ff. de condict. ob causam. l. iij. & Bart. ff. de priuileg. creditor. l. si creditores. & ff. solut. matrimo. l. ij. & l. diuortio. §. interdum. eo. tit. Aduertendum autem quod talis satisdatio fideiussoria esse debet & non nuda, secundum Cyn. Bart. & Bald. in l. vniuersa. ne sit vanum consiliū illius. l. vt dicit Bart. in d. l. si debitori. & Cyn in d. l. ij. C. de hæred. vel actio. vendit. & ita de facto dixi consulendo in ciuitate Firmana. in q. saluiconductus concessi, per dominum Camerarium domini Papæ Loysio de Florentia, cum impediretur corā curia potestatis à certis eius creditoribus. Tenui enim quod nō posset iudex in syndicatu impediri, si habentem saluum cōductum cogeret ad satisdandum creditori dilatione saluiconductus finita.

94 ¶ † Adde quòd in corpus mortuum nō
q. clvij. fit executio. Cyn. in l. ij. qui testa. face. poss. Vnde si ille qui debebat suspendi, fecit se toxicari: corpus suum mortuū non debet mitti ad furcas, secundū Cy. ibi, sed dic ibidem ꝙ est in arbitrio iudicis, quia illud est corpus pœnæ. facit qđ not. in cle. j. de pœnit. & remiss. Adde ꝙ idem dicit in l. j. C. qui accusa. non poss. vbi dicit ꝙ corpus mortui non potest furari, nec in eum habet locum pęna furti, nec potest vulnerari nec percuti, vt habeat locum pœna de vulnerato: quia corpus hominis mortui ad nullum est vsum vt ff. de in lit. iur. l. in actione. & l. plane.

95 ¶ † Adde ꝙ si percutitur aliquis volés,
q. clviij. an potestas posit procedere. vide tex. in l. lex Cornelia. §. plane. ff. de sicca. & l. qui cetu. §. si ad leg. iul. de vi pu. & in l. j. §. vsque ad eo. de iniur. vide omnino Bal. in x. col. de lege corn. C. si inter pares. vbi mirabiliter loquitur an quis posset se committere in aduersarium. vide ibi & not. hoc propter pacem quæ fit Romæ. vbi offendens se ponit in manibus offensi, vt de eo recipiat satisfactionem, & vindictam. de qua pace not. Ang. in l. sed si vnus. §. prætor ait. de iniurijs. c. contingit. el j. de sent. excom. vbi non potest quis se ponere in manibus inimici, quin ipsum percutiens si est clericus sit excommunicatus.

96 ¶ † Item an vulnerans seipsum puniatur
q. clix. pęna pecuniaria statuti imponētis pęnam ei qui aliquem percutit. vide in Spe. de pęn. §. j. ver. ij. quæro. & ibi plene per Io And. in addi. & vide quod idē Ioan. not. de senten. excom. contingit. el j. vbi ponit an feriens in seipsum pœnam incurrat. de percutiente seipsum, vide in l. omne delictum. §. qui se vulnerauit. de re milita. & in l. ij. §. sic autem. de bon. eo. qui mor. sibi consci. ff. de pecul. l. sed si damnum. §. sed si ipse. de ædil. edict. l. cū autem. §. excipitur. de corp. vitia. c. ij. & c. ex parte. xlv. dis. cap. si quis absciderit. vide

vide Bart. in l. si seruus. §. si. de pœniten. Quid autem se ipsum occiderit, an bona debeant esse hæredis vel fisci. vide plene per Cyn. C. qui testa. face. poss. l. j. & ibi qualiter puniatur si præuentus non potuit se occidere? Et circa hanc materiã vide. xxiij. quæstio. v. cap. placuit, & ibi habes quòd non sunt sepeliendi, nec pro illis est orãdum. vide xlv. dist. si quis abscīderit. & cap. seq. & c. non est.

97 ¶ † Adde quod licet quis non possit de q. clx. delicto, nisi in loco vbi forum sortitur, puniri. C. vbi de crimi. agi opor. l. j. & ij. Tamen propter furtum factum in vno loco vbi existit deprehensus, si alibi quã plura furta fecit, poterat ibi puniri, quia furta alibi facta aggrauãt delictum, vt tã quam publicus & famosus possit suspendi, secundum Dyn. & Bar. in l. si cui. §. si. de accusa. & Bald. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugit. allegat pro hoc Bartol. de episcop. aud. l. iij. circa princip. vbi delicta iterata grauius puniuntur. C. ad leg. iul. de vi. l. seruos. ibi pluralitas delictorum etiam diuersis temporibus commissorũ auget pœnam: ad idem l. j. C. de superin dicto. in ver. psueret. lib. x. & C. de ser. fugit. l. quicunque. de pœn. l. capitalium. §. solent. & j. q. j. cito. xv. q. viij. is qui, vbi dicit glo. quod delictum iteratũ grauius punitur, præsertim furtum. Sic iteratio delicti inducit iterationem, seu multiplicationem pœnæ, in clemen. j. de priuil. in glo. super. versi. vel aliquid. & in Specu. de senten. §. ij. versi. sed pone in statuto. Ad idem facit quod famosus in vno loco, vbique est famosus. ff. de posthu. l. ex ea causa. de capi. dimi. l. tutelas. per Cyn.

98 Sic † excommunicatus vel suspensus in vna ecclesia, est excõicatus vbique. q. v. vnde hæc qualitas. furtũ alibi cõmissum aggrauare. 4. videtur, vt possit vbique suspendi sicut infamatus de eo genere delicti, puta de furto, vel baratraria, secus si de alio genere, puta de homicidio: quia homicidium non aggrauat furtum, nisi fiat simul cum furto. & talis furca suspenditur. C. de accusat. l. si quis homicidij. pro hoc facit quia ille, qui post pœnitentiã deliquit, ita priuatur gratia post sequẽs delictum, ac si nulla peccata dimissa fuissent, de pœn. distin. j. fratres. Sed certe hæc opin. Bartol. cui etiam allusit Bal. est plurimum rigorosa, & iudex debet potius seruare misericordiam, quam rigorẽ. xlv. dist. disciplina. de transactio. c. fina. Sunt præterea plures casus in quibus rigor temperatur, de quibus in fi. de sen. excom. in gloss. rigor hoc. Præterea hoc dictum aliorum doct. habet authoritates discordes, de quibus Bar. & Bal. non habuerunt recordium, quoniam Io. And. tenet contrarium in Specu. de furt. in additione quę incipit, famosa est.

99 † Alia ipsius quæstio, vbi dicit quòd qui fecit in duabus ciuitatibus duo furta sine pęna, aliud furtũ fecit ĩ alia & capitur: an puniri debeat vt famosus, & dicit qđ non, cum in illa ciuitate commiserit solũ vnum furtum non potest dici famosus, vnde. debet potius fustigari, iuxta not. in authentic. sed nouo iure. Hanc eandem opinionem secutus fuit Iacob de Bel. in auth. vt nulli iudi. §. si quis vero comprehensorum. vbi dicit quod si aliquis est accusatus hic de aliquo crimine, & confessus est se alibi commisisse plura eadẽ crimina extra territorium iudicis, coram quo accusatur de illis criminibus extra territorium commissis: & propter delicta alibi commissa non poterit hic puniri. Profecto hæc opinio æquior visa est iure tam grandi, vbi de vita hominis disputatur, quia vbi sunt opiniones illa est eligenda quæ maiori nititur pietate: xv. quęstio. vii. episcopus sacerdotibus & Bal. dicit quod vbi sunt opin. magistrorum standum est illi, quæ sapit æquitatem potius quam rigorem. ita dicit Bal. in l. i. ff. de offic. quæsto. Fortificatur hæc decisio ratione, quia pro vno furto non dicitur quis famosus. l. capitalium. §. famosos. de pœn. sed debet aliter castigari, vt dicit glos. in c. inter alia. de immu. eccle. versicu. nisi publicus fuerit latro. & not. in auth. sed nouo iure. Quinimo dicit Ang. in dict. §. famosos. quod † ipse

100 non intelligit famosum latronem, licet furetur assidue, nisi cum armis aggrediatur, aut vi auferat, per l. empto. §. aduersus. de sepulchro vio. Plus dicit Bald. in const. de pace iura. firm. § si iniu. quod ꝑ multis paruis furtis non debet quis tanquã famosus suspẽdi. allegat glo. & Cy. C. de

C.de furt.l.apud antiquos.in glo.fin.Fateor tamen quòd pro illis furtis paruis posset furti conueniri, vt dicit Bald.in d.l.apud antiquos.in fi. sed tamen pro huiusmodi furtis non efficeretur quis famosus, vt possit furca suspendi, secundũ Bald.in d.§.iniuria. Vnde aduerte bene tu iudex maleficiorum in formandis ꝓcessibus:quia debes dicere quòd violenter,& cum armis,& palam rapuit vt quis dicatur famosus. Vnde si dicatur simpliciter quòd furatus fuit: pœna huius delicti non est capitalis,secundum Fran. de Alber. in quodam suo consilio quod incipit: Primo reuoco in dubium &cęt. allegato in authentic.vt nulli iudi. §. fi. C. de furt. l. fina. Nec obstat secundum eum de pac.iura.firman. §. si quis quinque solidos. vbi videtur dici, quòd pro furtis quinque aureorum quis videtur suspendendus.accipiendo solidũ pro aureo: vt l.quoties.C.de suscep. & archa. q̃ illud est verum in eo qui furatur rumpẽdo publicam pacem.& ita debet intelligi ille §.ratione subiectę materiæ tituli sub quo positus est, vt in j.constitutione.C. §.quibus.ff.de in diem addict. l. imperator.quia legum correctio est euitanda:& vbicunque potest aliter dici non est inducẽda.l.correctio:vt no.in l.j.§. si is qui edicto. ff.de dam.infec. Prætereà si ille §. intelligeretur aliter, adhuc dici potest ꝙ ei sit derogatum per contrariam consuetudinem totius Italiæ longissimis tem-
101 poribus obseruatam, † quoniam pro furto primo alia pœna quàm capitalis imponitur, maxime in furto paruæ quantitatis. Et quando consuetudo habet ante se ipsam contrariam consuetudinem qualiter fuit & est fieri consuetum, tunc consuetudo derogat legi: vt in cor. quib. mo.na.effi.sui.§.pen.not.in proœm.inst. & in l.rem non nouam. C. de iudi. & in decre.j.dist.leges.in glo. Illud quod dicitur, quòd publici & famosi latrones sunt furca suspendendi, est verũ quando agit̃ de latrocinio. nam latrocinium est illud propter quod ita acriter punitur: non solùm personæ conditio. Et ita loquitur.l. capitalium. §.crassatores. & §.famosos. Sed cùm nullum latrocinium objicitur: tunc secus dicendum est. nam latrociniũ est prius latere,deinde palam & vi rapere,vt dictis iuribus, vt not. in d.l.hostes de verb.sig. Et licet aliquando glo. dicãt, ꝙ multiplicitas delictorum reddit furem famosum & publicum, ita quòd facit esse latronem. Tamen deuiant à veritate, nisi quando delictorum multitudo ita objicitur, quòd de eis simul & semel venit puniendus, & ita intellexit Odofre. & scripsit in tit.qualiter fiat accusatio, sed quando non objicitur multiplicitas furtorum,quòd de eis veniat puniendus vt famosus. Et fuerunt hæc verba Fran. de Albe.in dicto suo cons.ex quibus patet responsum ad dictum Barto. in d.l.si cui.§.fi.& Bald.in auth.sed nouo iure. & sic dicebam de facto ad liberationem cu iusdam capti pro furto,qui aggrauabatur ex confessione aliorum furtorum alibi cõmissorum.& tandem euasi. tene mẽti.

102 ¶ † Adde quòd assessores ducentes te-
q.clxj. stes vel malefactorem ad funem, nõ aliter ligando, dicuntur eos leuiter terrere.l.ita apud.§. quæstionem. in ver.leuis territio.ff.de iniur. vbi dicit Ange.ꝙ postquã sunt ad funem,putat esse terrorem cadentem in constantem virum, & sic confessio diceretur tunc metu tormẽtorum extorta. l.interpositas. C.de trãsac.sufficit enim iste terror ꝓximus.l.ij. C.de iniur.& not. bene quòd sicut non licet retinere & denegare alimenta vt cõfiteantur, vt no.glo. in d.§.quæstionẽ. secundum Franci. & Cyn.Et probat iste tex.quòd qui pugnis percutit, nõ dicitur verberare. & sic non incidit in pœnã statuti de verberante.

103 ¶ † Adde quòd carcer dicitur mala
q.clxij. mansio:& appellatione quæstionis continetur:vnde si ille qui fuit de prioribus,non potest torqueri ex forma statuti, vel potestas sine licentia prioris non potest quem torquere ex forma statuti, nec poterit poni in carceribus sine dicto consensu:nec carcerari is qui fuit de prioribus. & hoc tenuit Vbertus de Bobio, quem sequebatur Rayner. ita dicit Angel.in d.l.apud.§.quæstionis. per tex.ibi, malam mansionem. quod intelligit verum, quando carceratur cum denegatione victus, vel si victis ponit̃ in carcere loco pœnæ: vnde nimirum si continetur appel-

appellationis quæstionis. Secus si solum ponitur in carcere ad custodiam, quod apparet quia non est incipiendum à quæstionibus, & tamen incipi potest à positione in carcere, ergo non est quæstio secundum Angel.

q.clxiij. ¶ Adde quia statuta communiter puniunt certa pœna blasphemantes & maledicentes Deum vel sanctos, & super hoc quæstiones variæ sæpe occurrunt, vt non contingat iudicem errare, & in syndicatu teneri.

104 † Primo sciendum est, quòd quandoque est differentia inter male dicere & blasphæmare. Nam proprie blasphæmia est omne id sinistrum quod alicui optatur in futurum. Maledictio est de præteritis & præsentibus vt patet in l.item apud.§. ait prætor.in tex. vbi autem maledictum de quo per Bart. in l. ea. § conuicium. in versicu.ex his apparet. Itẽ sciendum est quòd Deum blasphæmant qui faciunt scelerata iuramenta, & debent capite puniri, nisi de alia pœna prouisum est per statutum. Bal.in l.iureiur. Item sciendum quod quicunque dicit verbum iniuriosum vel contumeliosum contra Deum, dicitur blasphemare. Bald. in l.j. C. si quis impera. maledixe. vbi dicitur non solum blasphæmia, sed omne verbum importans contumeliam. An autem dicatur maledicere vel blasphæmare ille, qui dicit, de asina de Dio. dicit Bald. in quodam suo consilio paruo posse dici prima fronte quòd sic, in auth. vt non luxu. contra naturam. & in ij.de maled. & not. in l. j. C. si quis imper. maledixe. xxv. dist. qualis. Contrarium tenetur ex communi vsu loquendi, & quòd ista verba sunt potius verba iniuriosa & contumeliosa quam maledicere probatur.ff. de hæredi. instit. l. quoties. §. si quis nomen, secundum intellectum Roge. Non omnis ergo contumelia est blasphemia, vel maledictio, maxime secundum communem vsum loquendi. Ita dicit Bald. in consilio & non plus.

105 ¶ † Secus tamen puto si quis diceret per la potta; o per lo culo, quæ diceretur blasphemia, & qui blasphæmat maledicere videtur, secundum Bart.in d.§ prætor ait. & in auth. vt non luxu. contra naturam. §. & quoniam quidem. Amplius dicit Petrus de Perusio in quodam suo consilio paruo, quomodo sumatur blasphæmia quòd quando statutum non exprimit specialiter per quæ verba inducatur blasphemia, oportet recurrere ad ius cõmune. secundum quod blasphæmia sumitur multis modis. Primo quando Deus contemnitur.xxxiij. questio.v. cum apud. Secundo sumitur pro maledictione, secundum quod Mo.not.alibi.vt à maledictione puri esse debeamus.34.q.4.si igitur per quem text. constat quod blasphæmare & maledicere ponuntur pro eodẽ. Item blasphemus dicitur prout habetur.23.quæst.3.cap. quando vult Deus. & alibi. Et de pęna blasphęmantium Deum, beatam Virginem, & sanctos, recurrendum ad cap.j.& ij.de male.& ibi quod omne maledictum de Deo & de sanctis est blasphemia. Et per illum text. manifeste apparet quòd maledictio Dei sumatur pro blasphæmia. & alibi scriptum est. si quis in spiritumsanctum blasphemiam dixerit, neque in hoc seculo neque in futurum remittitur ei. 25. distinctio. qualis. Et alibi dicitur.blasphæmus qui Christum blasphemat.de iudæ.c.i.& ij.& cap.cum sit. Ex quibus iuribus euidenter apparet, ꝙ maledicere & blasphemare sumuntur vniformiter. licet ergo statutum non exprimat per quę verba blasphemia inducatur, tamen generalia verba statuti loquentis de blasphemãte & intelligimus & interpretamur secundũ ius cõe. Pet.de Perusio in dicto suo consil.

106 ¶ Adde, † ꝙ ex maledictione quis infamatur.23. quæstio.3. qui negligunt. nam maledicti regnum Dei nõ possidebunt.21. distin. denique. Et maledictum reddit super eo, qui misit illud.11.quęstio.4.illud. De iure ciuili pœna blasphemantis est vltimum supplicium vt in authen.vt non luxu. contra naturam.§. & quoniam quidem. de iure canonico vide de maledi.cap.fin. & 22.quæstio.l.si quis per capillum.vbi dicitur, quòd blasphemans Deũ, vel Virginem Mariam, seu sanctos arcetur ab ingressu ecclesiæ cum corrigia ad collum, & non habet pallium neque calciamentum, & debet quorumlibet duorum vel trium saltẽ vnum recipere pauperem, & si non potest cõmutabitur in aliam pœnam. Si autem pœnitentiam non vult facere, punitur pecuniariter. Quid autem sit blasphemare vide 23. quęstio.v. qui caput. & vide quod not. Bald. in l.prius.C.qui accusa. non poss. vbi dicitur quod blasphemans Deum est hæreticus. & an possit fieri pax de blasphemia, vide consilium Bart.quod incipit, minister fratrum minorũ. & vide in conclusionibus Bald.fol.31. in fin. vbi aliter tenet. pro quo consilio Bart. vide quod scripsit Ioan. And.de instru. edit. §.nũc vero aliqua.in additio.Spec. in ver. item pone cum quidam.

107 ¶ Adde † an iudex teneatur de mortuo in tor-

q.clxiiij. tormentis: vide quod not. Bar. in l. de quæstionis. de quæstio. vbi distinguit an iudex excessit modum consuetum qui debebat adhiberi secundum qualitatem personæ, & tenetur: alias secus. & vide Cyn. in l. grauius. C. de adult.

q. clxv. ¶ Adde quòd iudex qui non potest supplere in aliquo casu: si non supplet non facit litem suam; potest tamen appellari. Specula. de offici. iudic. §. impedit. versicul. quid si iudex. ita dicit Bald. l. non quicquid. de iudic.

q. clxvj. ¶ Adde quòd iudex maleficiorum qui coegit fideiussorem ex eo quod non poterat habere principalem, potest posteà reum cogere ad reddendam pecuniam fideiussori. casus in l. cum eorum. C. de sentent. secundum Bald. & est casus secundum Guil. in cap. cum vendente. C. vbi causæ fisc. & ita tenet Bald. ibid.

108 ¶ † Adde, quòd iudex potest, moueri
q. clxvij. etiam ex his quæ non apparent ex processu, si viua voce ipse audiuit per glo. in l. quoties. §. fi. ff de prob. ita dicit Bald. in l. j. C. de indi. liber.

q. clxviij. ¶ Adde quòd iudex non tenetur, si denegat aliquid quod poterat ab aliquo æque commode postulari. l. iij. §. si tàm vicinum. de damn. infect. per Bartolum.

q. clxix. ¶ Adde quòd illa verba iudicis, admitto inquantum de iure debeo; & similia, nihil operantur. Bald. in l. si quando. ff. de leg. j. vide Bald. de negot. gest. l. j. in fin. vbi dicit, quòd idem est dicere, non admitto, quòd, reijcio vel denego. Et adde circa hoc quod not. Bald. in quodam suo consilio qui quærit si iudex dicit, non admitto nisi inquantum de iure debeo: an dicatur admissum, vide Ioan. de Imol. in l. si quando. de legat. j. quòd dicta verba bene operantur.

q. clxx. ¶ Item quòd in pœnis iudex debet sequi consuetudinem, sicut legem, scriptam. Bald. in l. & si seuerior. C. de infami.

q. clxxj. ¶ Item adde quòd si iudex non potuit facere integraliter punitionem; quia non habebat iurisdictionem; an superior posit pœnam supplere? Bald. in l. j. C. de spor.

109 ¶ Item † an iudex qui non habet iurisdi-
q. clxxij. ctionem vel cognitionem, nisi vsque ad certam summam, possit delinquentem coram se vltra illam quãtitatem punire? Baldus in l. j. de spor. vide Innocen. de offic. delegat. cum simil. vbi dicit, quòd si iudex vltrà suam iurisdictioné procedit, & nihil sibi opponitur; videlicet sententia nisi esset error expressus.

q. clxxiij. ¶ Adde quis iudex cognoscit de delicto commisso in confinio duorum territoriorium. Bal. in l. ij. C. vbi de crimi. agi oport. & in l. si quis ad declinãdã. de episcop. & cleri.

q. clxxiiij. ¶ Adde si iudex qui de decem tãtum, poterat cognoscere, & iudicauit de viginti an valeat sententia in decem, vide in regula ea quæ fiunt. de regul. iur. in vj. & ibi remis. & vide Bald. in l. certa ratione. C. quo. app. non recip. & vide in sim. Bar. in l. græce §. illud. de fide instru.

110 ¶ Adde, † quòd iudex ratione casuum emer
q. clxxv. gentium potest leges transgredi. Innocen. de constit. capit. j. & Bald. in l. & si seuerior. de infamib.

q. 176. ¶ Item quid si vni committũtur causæ pupillorum, alij causæ à x. libris, supra si pupillus habet causam à decem libris, infra quis iudex debet cognoscere? Et quid si committuntur vni iudici omnes causæ cuiusdam hospitalis? vide Bald. in l. j. §. vbi autem. C. de cadu. tol. & Bar. in sacris. C. de proxi. sac. scri.

q. 177. ¶ Item si iudex aliquid facit in casu in quo statutum dicat: Si iudici videtur, non potest appellari ab eo, quod iudex facit; vt not. Innocen. in cap. fin. de ferijs & Bald. in l. cessante. C. quomodo & quando iudex.

q. 178. ¶ Item quòd iudex debet moderare salarium notariorum & aduocatorum. de re scri. statutum in versicul. officium. in vj.

q. 179. ¶ Adde quòd si iudex capit delinquentẽ in alieno territorio iudex in cuius territorio, fit captura, põt repetere reum captum. de verb. sig. ex parte. el j. & in l. quid sit fugitiuus. §. item apud. cum glo. de ædil. edict.

111 ¶ Adde, † quòd si iudex viderit & sibi con-
q. clxxx. stabit de subornatione testium vel eorũ vtilitate, nõ debet sequi eorum dicta, etiam si nõ excipiatur. Innocen. de re iudi. c. causam.

q. clxxxj. ¶ Adde, quòd quando iudex inquirit ad promotionem, vel querelam alterius contra alium de delicto, & iudex inquisitum propter legitimas defensiones vel propter probationum penuriam absoluat, vel alia de causa, semper debet ad illum ad cuius promotionem, instigationem, vel querelam fuit inquisitio instituta, in expensis condemnare. not. de dolo & contuma. cùm dilecti. in gloss. fina. quæ dicit quod in causa criminali siue agatur per viam denuntiationis, siue accusationis, siue inquisitionis, locum habet condemnatio expensarum. Nec videtur sufficere pœna talionis, quia condemnatio expensarum nõ est pœna seu interesse respectu rei familiaris, vt not.

not.de rescript.c.fin.de elect.c.j.in vj.versic.
hanc pœnam. in fin. Et sic propter causam
criminis, vna per aliam non impeditur.
C.quando ciuil.actio.l.j.
112 Item † pœna talionis infringitur propter
calumniam, & sic propter extrinsecam cau
sam: & sic propter diuersam causam: & ex
eodem delicto punitur dupliciter. ad quod
de crimine fal.capitul.j.quod verum intelli-
git & fatetur Antonius de Butr.in dict.capi.
cum dilecti.inquantum glos.dicit ibi condem
nationem expensarum locum habere in cau-
sa inquisitionis, verum est aliquo specialiter
prosequente inquisitionem, cuius intersit, vt
not.Specula.in titul.de expens.§.j.secus si iu
dex ex officio suo procedit infamia præceden
te, quia tunc ex debito officij inquirit etiam
de necessitate. ad hoc de officio delegat.ad
arbitr.in vj. Et quod ibi not.in vltim.gloss.ad
hoc. C.qui accusa.non poss.l.j.vbi tutor per
necessitatem officij accusans, excusatur à pœ
na calumniæ, & quia non debuit ius reipubli
cæ dimittere indefensum, quòd timore forte
expensarnm dimitteretur.l.illud de petitio-
ne hæreditatis. Item quia metus propter
famam habuit iustam causam litigandi, quæ
excusat à condemnatione expensarum.c.j.in
fine.de electio.in vj. Et sic consului in ciui-
tate Firmana pro ser Francisco, inquisi-
to de diffamatione ad querelam alterius, quia
iudex debebat querelantem in expensis con-
demnare, si delictum non probetur. tene
menti, ne si iste casus contingeret in syndica
tu valeas impediri.
113 ¶ Adde † si statutum punit accusatorem
q.clxxxij certa pœna, si in probatione accusatio
nis deficiat, an dicta pœna habeat locum in
denuntiante? Et est vtile scire propter in-
quisitiones, quas faciunt iudices de delicto ad
denuntiam alterius. An si dicta denuntia-
tio non probetur, veniat denuntiator punien
dus pœna statuti, ac si accusasset. In hoc ar-
ticulo videtur probabilitier dici posse, quòd
non. quia statutum loquitur solum de accu-
satore non probante. per textum, in l.qui
cum maior. .accusasse.de bonis libertorum.
vbi litera dicit: accusasse eum dicimus qui cri
mina obijcit, & causam perorari vsque ad
sententiam efficit. cæterum si ante quieuit,
non accusauit.concor.eodem titu.l.in seruitu
tem. §.petijsse. & facit in ratione sui.capi.
si tutor vel curator, vel magist.l.j. Potest
enim iudex ad solam denuntiam nulla insti
tuta accusatione procedere.l.ea quidem. C.
de accusat. C.de custo.reo.l.in quacunque.in
princi.C.de sepulchro viola.l.antepenultim.
non enim potest denegari quin denuntiatio
differat ab accusatione, quia prima in scriptis
non exigitur, secũdum Cyn.in dict.l.ea qui-
dem.& Bart.in l.diuus.de custo.reo. Secun-
da sic, vt patet.ij.quæstio.viij. quia scripsit.
in c.qui crimen. Contrarium est verius, & de
iure dicẽdum videtur pœnam pręfixam per
statutum non probantibus accusationem in-
stitutam, locum habere etiam in denuntia-
tore.& ita fuit de facto terminatum in ciuita
te Rhegij per Guliel.de Suza. & Roman.
de Romangis attestantur in eorum q.statu-
torum per l.cum patronum.§.j.de iure patr.
vbi est text.expressus, quòd qui detulit, dici-
tur accusasse, cũ idem sit effectus quo ad puni
tionem delicti.ff.quod quisque iur.l.j.in fi.et
l.fi.§.docere.ff.ne quis eum, qui in ius voc.&
huic decisioni adhæsit expresse Ioan.And.in
addi.Specula.de denunt.§.j.in addi.j.vbi ean
114 dẽ refricat quæstio. Item ille, † qui in de-
nuntiatione probanda defecerit, calumniari
præsumitur sicut accusator. extra de accusa-
tio.c.cum dilectus.de calum.c.j.ff.ad Turpil
lia..l.j.§.calumniari. & bene facit. C.de calum.
l.si quis se ibi, dum dicit, adeat potestatem aut
libellos offerens, aut querelas suas apud acta
deponens.ad idem.C.de sepul.vio.l.pen. vbi
querela contra alium instituta vim accusatio
nis dicitur obtinere. Propterea dicebat Bart.
in l.in senatus.§.an ad eos. ad Turpill. quòd
ille cuius instigatione iudex inquirit, pœna
Turpil.tenetur.ad idem.l.j.§.incidit.eo.titu.
Tene menti tu iudex vt denuntiãtem & non
probantem, secus si accusasset, punitas auda
cter pœna statuti loquentis de accusatore nõ
prnbante, ne in syndicatu valeas impediri.
q.clxxxiij. ¶ Adde quòd in superioribus duabus
qõnibus proximis mentionem feci de inqui-
sitionibus institutis per iudicem ad querelam
alterius, ideo quia huiusmodi verba & similia
videlicet ad ꝓmotionem talis. ponuntur sæ-
pissime in processu, quandoque dicitur in
processu seu in inquisitione ex officio facta,
115 & ad denuntiã talis, &c. † Qualiter debeat
exponi illud verbum cum dicitur, ad quere-
lã alterius. Ab ipsa igitur etymologia vocabu
li conducendo & prosequẽdo materiã scien-
dum est, quòd querela nihil aliud est quàm
quædam querimonia, de restitutio. spolia
to.cap.j.in princip.de electio.c.querelã. C.de
non nume.pecun.l.in contractibus.§.in om-
nibus. Dicta autem est querela à que-

relando siue à cõquerendo. omnis enim actus per quem quis de aliquo conqueritur, siue ali quid petit, dicitur querela, siue in iudicio siue extrà petatur, secundum Paulum de Eleaza. de fide instrumento. capitul. cum dile ctus. in princip. versicul. quæstioni. Omnis er go actus per quem quis recurrit ad iudicem aliquid petendo, siue de actu valido, est quere la, secundum Bald. in l. si minoris. de admini stra. tuto. & hoc videtur tenere Ioan. And. in capit. j. de electio. in nouel. in vj. vbi videtur tex. quòd omnis causa sit querela.

116 ¶ Illud no. † quòd aliud est querela, aliud ap pellatio, vt patet de offic. delegat. c. j. vbi lega tus iure legationis potest tàm per appellatio nem, quàm per querelam quascunque quæ stiones cognoscere. hoc etiam not. glo. ix. quæ stio. iij. §. si autem aliquis. & aduerte in l. j. C. vt in poss. legat. quòd in querela nullus libel lus exigitur, sed simplici verbo exponitur coram iudice postea in actis redigenda. & sic differt ab accusatione quæ requiritur in scri ptis, & cætera solennia. de quibus in l. fin. C. de accus. & pro hoc videtur, quòd quãdo quis debet accusare de delicto: vt in adulterio, non sufficeret, quòd exponat querelam co ram iudice. & vide Bald. in d. l. j. quid impor tet quando statutum dicit, quod procedatur per simplicem querelam. Quid autem iuris sit quando inquisitio est facta ad promotio nem alterius, & hęc verba ponuntnr in in quisitione? & Bald. in l. per hanc. C. de tem po. appel. versicul. quęro nunquid inquisitor. sentire videtur, quòd promotor inquisitionis sit loco accusatoris habendus, & potest testes inducere, & omnia facere quæ poterat ac cusator. Et quando inquisitio est facta ad pro motionem alterius, iudex non facit se aduer sarium principalem, sed promotor, sic allegat. ff. ad Turpil. l. j. §. incidit. & quod Innocen. in cap. cum clamor. in gl. j. vbi dicitur contrariũ.

117 † Tenet enim ibi aperte, quod promotor in processu inquisitionis non videtur ius habe re, cum possit iudex post publicatum proces sum testes de nouo inducere, vbi per viam in quisitionis proceditur, etiam si incertus sit in quisitionis minister seu promotor. secundum Innoce. ibidem & promotor seu inquisitionis prosecutor ius non habeat in processu, tenuit idem Innocen. de accusat. olim. ad fin. in glos. hoc collectiuæ. Fatetur tamen, quòd iudex prudenter facit, si cum vocet vel mittat, vt per eũ instruatur, hinc est, quod si promotor inquisitionis posset exceptione repelli, tamen iudex potest in inquisitione procedere, vt di cit Innocen. de accusat. cum oporteat. in glos. fin. & de iudi. exhibita. in gloss. ex hoc vide tur. Ego puto tunc demum promotorem in quisitionis ius habere in processu, si suam vel suorum iniuriam prosequatur, & super inquisitione ad eius probationem testes indu cat. & sic intelligo glo. not. in l. ob hæc verba. ff de infam. quę de promotore loquitur. sic in telligo Innoc. in d. c. olim. ad finem. de accusa tio. vbi dicit, quòd promotor inquisitionis po test à lata sententia appellare. per capit. cũ spe ciali. de appellatio. cum iura sint specialia isto casu, quando quis suam vel suorum iniuriam prosequatur, testes super inquisitione promo ta induxit, vt patet ex not. per Hostien. & Io. And. in d. cap. cum clamor. faciunt not. C. de accusat. l. neganda canonizata in q. ij. negãda pro hoc, quod not. Bartol. in l. is qui reus. de publi. iudic. & C. de accusatio. l. j. per Bald. Et ita dico in hoc articulo de instigatore inquisi tionis, vt habeat ius producendi testes in pro cessu alieno. Bal. dicit, ꝙ nõ in d. l. hæc verba. allegat no. ff. de inoffi. testam. l. si suspecta. De hortatore an puniatur, vide text. instit. de oblig. quæ ex male. §. ope. De persuadente. ff. de dolo. l. cum quis. De suggestore vide Bal. in l. j. §. si cui. ff. de magist. conue.

118 ¶ † Adde quãdo plures pœnæ imponuntur q. clxxxiiij. per legem ratione cuiusdam delicti, vtrum istæ pœnæ concurrant in origine tan tum, an vero in condemnatione & executio ne? vide Bald. in §. pœna grauior. & bonã glo. in c. fraternitatis. 33. distinct. & ibi, quando di uersæ pœnæ imponuntur à iure, vel statuto pro eodem delicto, quæ illarum sit imponen da? & dicit, quòd est in optione iudicis quam velit. et idem dicit, gloss. 21. quæst. ij in sum. & quia in hac quæstio. contingit sæpe errari per iudicem. & Bal. in d. §. pœna grauior. locu tus est imperfect. Est igitur plenius distin guendum. nam aut pœnæ apponuntur accu mulatiue, aut simpliciter, aut alternatiue. Si ac cumulatiue, aut vna pœna est diuersa ab alia, & tũc aut vna includit aliã, vt quia ꝑ vnã legẽ imponitur pœna suspẽsionis ab officio, & per aliã remotionis ab ordine, et tũc sufficit, quòd imponatur maior, vt not. glo. in q. vj. appella tione. & gl. 23. q. v. relegantes. Aut vna non includit aliã, vt quia per vnã imponitur pęna bonorũ, ꝑ aliã pęna ꝑsonalis, vel alia dissimi lis, tunc vtraque pœna imponitur, vt est casus in c. fœlicis. de pœni. in vj. & in gloss. quæ allegat iura. Ad hoc text. de regul.

iur.

Iur.cap.j. in vj. & facit, quod not. Lapus, & Abb. in c.ij. de consti. in vj. Aut imponitur pœna pro eodẽ delicto, sed ex diuersis causis: & tunc vtraq; imponitur, dum tamen causæ concurrant. ita potest intelligi glos. antepen. in c. licet Cano. de elec. in vj. & gl. in cle. j. de off. vica. Aut pœnæ non sunt diuersæ, sed similes: vt puta, quia vna imponit pœnam certam: alia imponit pœnam legum: & tũc imponitur vtraque: tamen soluendo minorem remanet obligatus tantum in residuo: vt not. Io. And. post Archid. in d.c. fœlicis. in glo. pen. Aut pœnæ sunt pares per omnia, & tunc refert quæ imponatur secundum prædictos in d.ca. fœlicis. allegat de fide instrum. c. pastoralis. facit tex. & quod ibi not. glo. 23. quæst. j. rele-
119 gantes. ¶ † Secundo casu principali quando pœnæ non apponuntur cumulatiuè sed simpliciter: tunc aut vtraq; pœna prosequitur interesse partis: & sunt similes: & ambæ imponuntur, sed vna cõfunditur in aliam, & vna soluta debet tantum soluere id, in quo alia excedit: vt not. Io. And. in d.c. fœlicis. Aut vtraque imponitur ad vindictam, & tunc vna electa, alia imponi non potest. argu. de postul. plat. c.j. in vj. & de elec. vt qui duas. cod. libr. quia non debet quis bis puniri pro eodem delicto. de iudi. at si clerici. de accus. de his. & not. Io. And. in d.c. fœlicis. Tertio casu quando imponuntur pœnæ alternatiuæ, & tunc aut vna includitur in aliam, & excedit & vnam & aliam tantum quo ad quantitatem numeri: vt puta, quia statutum dicit, quod puniatur in centum vel quinquaginta, & tunc punitur illa de quinquaginta. & ratio: quia cum illa concor. vtraque pars alternatiue. vt in c. sicut. de homicid. in glo. fi. facit de arbi. cap. j. in vj. Aut vna non includitur in aliam nec sunt similes, sed diuersę, & tunc aut in lege vel statuto exprimitur, quod altera illarum imponatur secundum merita personarum delinquentium, & tunc oportebit iudicẽ imponere illam, q̃ erit magis congrua qualitati personę. Non aũt potest imponere alterã quã velit, & iste est casus secundũ quod intelligit ibi Hugo. 35. distinc. non omnia. Aut statutum disponit super modo pœnæ imponendæ, sed loquitur simpliciter alternatiue: & tunc si iudex videt, quòd delinquens magis timebit vnã quam aliam: & tũc illa imponere debet, quam putat magis timeri. extrà, vt lite non conte. c. quoniam. & not. glo. in c. de causis. de off deleg. & not. Archi. 23. q.
¶ Alius casus est quando partes sciunt & habent notitiam de forma consilii, sed ignorant an consilium sit iuste latum, & sunt imperiti literarum: & isto casu est opus appellare. Et est ratio quia iudex nõ tenebatur iniustum sequi consilium in iudicando, certe si partes scirent de forma consilii, & etiam scirent iniustum sequi consilium, & expresse consentirent, quod iudex iudicet secundum illud consilium, tunc ab illa sententia appellari nõ posset, quia partiũ consensus purgat iniquitatem sententiæ, sicut omissio appellationis. de offic. ordi. c. pastoralis. & facit C. de appella. l. hi qui.

169 ¶ † Quartus casus principalis est quando partes promittunt stare consilio, sub quacunque forma consulatur, & tunc ꝓmittunt stare sententiæ ferendæ secundum formam consilii, & tunc videtur, ꝙ appellari non possit per rationes supradictas. dicit enim Specu. de requisit. consil. §. i. ver. si iudex. consilium esse contra ius &c. quod si consiliarios elegit, spreto consilio secundum ius pronunciet, alioquin faciet litem suam. vt supra. non. n. prætextu consilii excusatur, imo magis excusaretur. vt inst. de obligat. quæ ex quasi delict. in princ. ff. de var. & extraor. cogni. l fi. & melius in authentic. vt iudic. sine quoquo suffrag. §. eos. Debuit enim declarare, vtrum sibi expediat consilium sequi. vt ff. mandati. l. i. in fin. facit ad hoc extra, de consuet. capit. ad nostram. ff. de his qui in testa. delent. l. proxim. ibi, remotis. &c. extra de arbitris. c. olim. de electio. ne pro defectu. & cap. cum in veteri. & 16. dist. deinde. versic. quæro. 68. distin. c. cor Episcopi. Si autem de partium consensu electi fuerint consultores dicũt quidam, quod iudex debet secundum eorũ consilium ferre sententiam. argumen. d. l. si conuenerit. & extra, de offic. delegat. l. si conuenerit. & extra, de offic. delegat. super quæstionum. versic. verum.

¶ Contrarium credo. vt d. capit. ad nostram. ad idem. ff. de administratio. tuto.

170 l. pater tutelam. † debet enim iudex secundum allegata & probata pronuntiare. ff. de offic. præ sid. l. illicitas. §. veritas. iii. q. vii. iudicet. cum sui. concordiã. Non obstat. l. si conuenerit. quia ibi exponitur quid, idest super quo. Non obstat. ff. de administration. tutor. l. Titium & Meuium primo responso. verba illa, quod sine eo fit, ratum sit. &c. tollunt contrarium, & consentiunt, quod iuxta consilium pronuntietur. & idem fit in æstimatoribus a partibus electis, videtur vt diffinitioni eorum a partibus stetur. dicebat Bartol. in d. l. si conuenerit. quod si iudex de voluntate partium commisit quæstionem consulendam cuidam, & dedit sententiã secundum consilium, contradicente eo, cõtra quem lata est, demũ tempore sui syndicatus conueniebatur iudex, qui male iudicauit, certe poterit conueniri, quia non tenebatur stare consilio. vt d. l. quidam decedens. §. pater. & l. Titium & Meuium. in princ. Et licet partes cousentiãt, quod admittatur consilium, tamen non consentiunt, quod sic ferat, si male consuluit. & subdit idem quod ad hoc, vt iudex non possit conueniri, & non faciat litem suam, quod in commisione quæ fit consultori super consilio ferendo, ponantur hæc verba videlicet quod partes ex nunc consentiunt, quod secundum consilium talis consultoris feratur sententia: & tũc iudex non potest conueniri. per d. l. si cõuenerit. quod not.

171 ¶ † Adde quod si iudex maleficiorum q. cclv. recipit minus idoneum fideiussorem in causa criminali, quem ex forma statuti tenetur recipere, obligatur. l. quoties. ff. qui satisd. cog. & l. Iulia. in princ. ff. de actio. & obligat. l. non est necesse de probation.

q. cclvj. ¶ Adde quod si iudex videt aliquos rixantes, & prælíantes, & se non interponit, poterit ab officio remoueri. secundũ Petr. & not. Cyn. C. de noxa. in l. si seruus. Idem est si esset multum crudelis. vt l. ii. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ꝑ Guliel. & Cyn. Et idem pro nimia negligentia. vt. l. mancipia. C. de ser. fug. & l. si quis. C. de offic. præfect. prætor. vbi propter longam infirmitatem, vel aliud vitium remouetur.

¶ Adde

q.cclvij. ¶ Adde, quòd ſi cauſa eſt commiſſa cõſulẽda tribus, & duo cõſulunt vnũ, & tertius contrarium, & iudex vni adhæreat, & iudicat: an ex hoc ſolo dicatur grauare partem? dic, quòd ſic, ſi tenetur ſtare conſilio: ſecus ſi non tenetur. vt not. Io. Andr. in cap. nullus ex conſilio. de reg. iur. in vj. addi.

q.cclviij. ¶ Addè, quòd ſi iudex fecit iniuſtã executionẽ: ſi ab ea forma ſtatuti appellari nõ poteſt, tenetur in ſyndicatu, arg. l. ab executione. in fi. C. quorũ appellat.

172 ¶ † Adde, quòd officialis non tene-
q.cclix. tur de geſtis vel debitis præceſſoris. l. prouidendum. C. de decur. libr. 12.

q.cclx. ¶ Adde, quòd ſi poteſtas inducit officialẽ, vt falſum ferat teſtimonium tenetur. leg. Cornel. de ſic. ſecundum Bart. in l. j. in prin. ad leg. Cor. de ſic.

q.cclxj. ¶ Adde, quòd ſi familia poteſtatis interficit aliquem, qui ſe defendebat, dũ familia eũ capere volebat, & licitè eũ capare poterat, quòd non tenetur, nec debet puniri. vt l. ſi ſeruus. & quod ibi not. Bartol. C. de his qui ad eccle. confug. & l. fi. C. quando liceat ſine iudice ſe vin.

q.cclxij. ¶ Adde quòd ſi ex forma ſtatuti iudex tenetur ſtare aliquibus diebus ad bãchũ ad hoc vt dicatur ſteriſſe, faciat omni die ſcribere vnũ notarium, & ſufficit ſecũdum Bartol. in l. j. de ſtatuis. & imagi.

173 ¶ † Adde, quòd ſi iudex condemna-
q.cclxiij. uit aliquem in plus, quàm deberet, tenetur parti ad intereſſe, & tamẽ fiſco debetur tota cõdennatio. vt C. de modo mul. l. fin. in fin.

q.cclxiiij. ¶ Adde, quòd iudex qui abſoluit aliquẽ ab inſtãtia cõtra ius, facit litẽ ſuã, licèt non perimat ius partis. alleg. Bart. pro canon. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & ibi vide.

q.cclxv. ¶ Adde qñ dicatur fieri ſcrupuloſa inquiſitio cõtra officiales? & dic qñ ſyndicãtur de negligẽtia, vt l. ſeruus. in prin. de leg. j. iuxta fi. quod no. ꝑ aſſeſſoribus, ꝙ tũc de negligẽtia debẽt ſyndicari, quãdo eſſent negligẽtia ſoluta, & ſeruata cõſuetudo quę officialibus multũ fauet, ſed de merito rigore iuris, ita debet ſyndicari de negligentia, ſicut de culpa in faciendo cõmiſſa. C. de ſer. fug. l. mãcipia. & de pact. l. penult. & de decur. l. iudices.

174 ¶ † Adde, quòd ſi ſunt duæ ciuita-
q.cclxvj. tes ad inuicẽ cõfœderatæ, & vnus cõmittit maleficiũ in vna ciuitate, & fugit ad aliã, ibi põt cõueniri, tex. in l. nõ dubito. verſi. caueat ff. de captiu. & vide de hac q. C. ſi ſeru. fugit. l. inſtar. in pen. & vlti. col. & vide quod not. idẽ Bald. in l. executorẽ. C. de execu. rei. iud. An autẽ huiuſmodi ligæ & confederationes ſunt permiſſæ, vide Bar. in l. ſodales. ff. de collæ. illic. & Inno. in c. dilecta de exceſ. prælato. vbi dicitur. quòd ligæ & confœderationes non ſunt permiſſæ ſine conſenſu principis.

q.cclxvij. ¶ Adde quòd geſta per poteſtatẽ finito officio, etiã per alium officialem, tenetur, donec ſucceſſor veniat, quem expectare tenetnr vſque ad aduẽtum & interim geſta per eum valent. text. & glo. not. eſt in l. meminiſſe. ff. de offi. Procon. & lega.

175 ¶ † Adde quòd ſi ſucceſſor debet
q.cclxviij. venire certa die ad officiũ exercendum, & tempeſtate vel vi latronum venire nõ potuit, an hoc ſibi noceat, quĩ ſalariũ conſequi poſsit? & dic quòd non quia omni reſpectu ſalariũ venit, rectori, vt caſus fortuitus ei noceret, quòd tenementi. Et in iſto tempore quod ſtatuitur ad inchoationem officij mora non purgatur, quia rectores qui habuerũt certam formã ſub die non potuerunt aliter curare. vt dicit Bal. ĩ l. itẽ illa de cõſt. pe.

q.cclxix. ¶ Adde ꝙ poteſtas qui recipit rẽ priuati, ex eo, quòd reſpublica ĩdigebat, an teneatur ĩ ſyndicatu, puta, recipit Mulã vel aſinum pro iuſtitia facienda? dic eum teneri, ſi pretium pro vectura non dedit, ſed ſi dedit, non tenetur, vt dicit glo. in l. ſi locus in fi. quod ſerui. admittãtur & rei vendi. in l. item ſi verberatũ. §. j. ad le. Aquil. quodam. §. magiſtratus. nec obſtat, quòd iudex à prouincialibus nil debet recipere, vt in auth. demand. princip. §. illud. nam hoc verum ꝑ ſe, ſed pro executione officij ſic, ſecundũ Bart. & Bal. & Cy. in l. fi. §. Lucius. ff. de pign. actio. Cyn. tamen in addi. in l. fi. tenet ꝙ poteſt capere a ruſtico beſtiam ſuam, vt mittat aliquem ad ſuſpendendum, & idem Bal. & Guli. de Cu.

q.cclxx. ¶ Adde ſi officialis non inuenit ali-
quem

quem, qui velit suspendere condemnatum, an posſit aliquis cogi. gloſſ. ꝙ ſic, in auth. de monach. §. monachus. & C. qui latro. l. prima & ſecunda.

176 ¶ † Adde quòd ſi poteſtas cogit aliquem,
q.cclxxj. vt exequatur ſententiam capitis, vel furcarum, an teneatur? dic quòd non, ſi eſt vilis perſona, vt in authen. de ſanctiſ. epiſc. §. ſi vero. ſecundum Doct. in d. l. fin. §. Lucius. de pign. actio.

q.cclxxij. ¶ Adde ꝙ iudex qui condemnauit aliquē ad mortē, puta illū qui rapuit mulierē ſibi deſpōſatam, ꝙ nō tenetur. C. de rapt. vir. l. j. & idem ſi mulier deſponſata rapuiſſet ſponſum, quia tenetur eadem pœna dicit gloſſ. in d. l. j. ſuper verbo ſponſam. & non eſt alibi, ſecundum Ang.

177 ¶ † Adde quòd ſi iudex cōdemnauit aliquē
q.cclxxiij. in minorē pœnā, quā deberet, poſtea perpēdens ſe erraſſe, vult petere remediū in ſyndicatu, ne puniatur. Dic ꝙ remediū eſt, ꝙ ſyndicus cōis petat reſtitutionē in integrum: cuius vigore poterit addi pœna fiſcalis, per illū iudicē. ad quod facit. ff. depoſit. l. j. § de qua re. & ita cōſuluit Bar. ſecūdū ꝙ dicit in l. quid ergo. § pœna grauior. ff. de infa. Sed in contrariū videtur. ff. de minor. l. auxiliū. §. in delictis vbi nō reſtituitur minor ad accuſandū, ſi omiſit accuſare intra terminum, nec reſtituitur ad opponendum crimina, vel defectus. cogita tamen pro ſaluando dictum Bart.

q.cclxxiiij. ¶ Adde quòd ſi officialis ante finitū officiū ſyndicetur, & propter ſua demerita remouetur, non pōt petere à cōi ſalariū illius tēporis, quo ipſe ſeruiuit. per l. nemo. ff. de annu leg. vbi plene per Dyn. & Bar. de officiali, familiari, vel ſcriptore, ſi non ſeruiuit, ſi dominus pro certa mercede poterit conſequi ſalarium totius anni, per l. Gaio Seio. ff. de ann. leg. Quæ autem ſint res, per quas officialis poteſt ab officio remoueri, vide in l. ſi quos. de off. præf. præt.

178 ¶ † Adde an officialis negligens ſit pu-
q.cclxxv. niendus: dic quòd ſi eſt officium perpetuum, non debet deponi, niſi culpa depoſitionem inducat, vt quia deliquit in officio. vt C. de ſuſcepto. & archa. l. ſi aliquid. in gloſſ. & ff. de infamib. l. ij. §. miles. & tunc ad dictum officium non poteſt redire. vt not. in authen. de armis. colum. vj. Quoddā eſt officium ad tempus, vt poteſtatis, & tunc propter enorme delictum caſſari poteſt. vt l. fina. ad legem Iul. pecu. hoc tamen non poteſt facere niſi ſolus ſuperior. vt not. in authen. de defenſo. ciuit. §. interim. Pro alijs vero culpis non deponitur ab officio, ſed punitur tempore ſyndicatus. vt C. vt omnes tam ciuiles quam criminales. l. ij. in authen. vt iudices ſine quoquo ſuffr. §. neceſſitatem. & §. oportet. Et ſi eſt condemnatus in ſyndicatu, nunquàm redibit vlterius, nuntij autem communis de facili ab officio remouentur. C. de ſportu. l. ij. Item procurator abſentis, vel pupilli, vel vilis perſona, ſi ſunt ſuſpecti, poſſunt remoueri à iudice, quod eſt mirū. C. de procu. l. cum qui res.

179 ¶ † Adde quòd priores habentes arbi-
q.cclxxvj. trium, non poſſunt abſoluere poteſtatem à ſyndicatu, cum princeps non poſſit, niſi dicat non obſtante tali lege, ſecundū Bal. in d. l. mancipia. de ſeru. fugit.

q.cclxxvij. ¶ Adde quòd ſi officialis in principio ſui officij inuenit aliquem carceratum, nec apparet de qua cauſa ſit carceratus, facto quodam generali proclamate, poteſt ipſum relaxare, nec in ſyndicatu tenetur, ſecundum Bart. in l. ſi quis vxori. ff. de furt.

q.cclxxviij. ¶ Adde an per ſtatutum poſſit fieri, quòd dominus teneatur pro familia. dic quòd ſic per l. omnes. de iuſt. & iur. & debet probare duo, qui agit contra officialem de delicto familiæ ſcilicet ipſum de familia eſſe, & præpoſitum tali officio. & probatur eſſe de familia, eo ipſo quòd cum alijs famulis eſt aſſociatus, licet alia ſcriptura non appareat per text. in l. ſina. C. de præpo. ſacro. ſcri. & eſſe præpoſitum alicui officio probatur eo ipſo quod probatur illud officium exercuiſſe ſciente domino. vt l. prima. §. magiſtratum. de exercit. Sed quid ſi aliquis de familia occidit vel verberauit aliquem, an rector teneatur. not. de reſtitu. ſpoliat. cum ad ſedem. vide de incen. rui. & naufr. l. ne quid. & hoc ſi agatur criminaliter. l. obſeruate. §. nemo. de offic. proconſ. & hoc quando ſtatutum dictat, quòd rector teneatur pro ſua familia. De iure autem communi, de tali delicto an teneatur, dicendum vt ff. de offic. procon. l. ſenatus. & de pœnis. l. ſi quis forte. §. qui conuitium. ſecundum Bald. Si autem ſtatutum dicit quòd poteſtas teneatur tempore ſyndicatus familiam præſentare, adhuc non tenetur ſi aufugit, quia ad impoſſibile nemo tenetur, nec ad caſum fortuitū. Cautum tamen eſt quòd ponatur in banno. vt l. ſed & ſi quis. ff. ſi quis cautio. tunc non videtur ſtare per ipſum ſed per rempublicā, cuius authoritate poſitus fuit in banno.

180 ¶ † Adde quòd si officialis vel familiaris
q.cclxix. deliquit extra officium, puta adulteran
do, non punitur in foro syndicatus, sed in
foro communi coram potestate, secundum
Guli.in l.nulli.C.quor. appell.non recip.sed
Bal.dicit, quòd syndicatur de furto, & aliis cō
missis in loco officij. vt l.j.C. vt om.iud.tam
ciuiles.& in authen.vt iud. sine quoq. suf. §.
necessitatem.

q.cclxxx. ¶ Adde quòd si officialis delinquens
esset captus, & aufugeret propter defectum
familiæ potestatis eiusdem, tunc potestas tene
tur, aliàs secus.facit de cust.reo.l.ad commen
tariensem. facit l.in personā.& quod ibi not.
de ser.fug.

q.cclxxxj. ¶ Adde quòd accusatur officialis, qui
non tantam custodiā adhibuit in eo, qui debe
bat absolui, sicut in eo qui debebat condem-
nari.ar.l.si sub conditione.§.fi.de cond.insti.
& vide glo.in l. si pecuniam.§. sed si accepe-
rit.in glo.fi.de cond.ob caus.

181 ¶ † Adde quòd aliud est mittere in car-
q.cclxxxij.cerem, & aliud sub custodia retine
ri, secundum glo.in l.vlti.C.de decu.libr.xij.
& ibi per Bartol.

¶ Item dicitur sub secura & fida custodia de
tineri, qui de eius manibus non aufugit, vt est
nonus textus in x.colum.de pace tenenda. in
l.si iudex.§.secure. ¶ Adde quòd ille dicitur
sub fida custodia detineri, qui detinetur li-
gatus, adeò quòd si aufugit, commentarien-
sis excusatur.ff.de ser. fug. l.j.§.fin. in gloss.
super verb.permittitur, de quo no.Innocen.
de sent.exc.nuper.in j.& ibi qualiter dicatur
sub fida custodia detineri.

¶ Item quod carceratus dicitur ille cui pro
carcere locus est assignatus, ita quòd illum
locum exire non potest, & ire quo vult.

182 ¶ † Adde quòd custos carcerum tenetur
q.cclxxxviij. probare, quòd non dolo nec cul
pa sua mortuus est, quem custodit. vt l.
cum ita.§.species.de le.ij.

q.cclxxxiiij.¶ Adde quòd si aliquis detinetur
à potestate vel capitaneo iniuste, quòd ipso
aufugiente, non tenetur potestas. ita dicit
Bartol in l.ius eius.C.de proba.

q.cclxxv. ¶ Adde quòd non tenetur custos car
cerum, qui captiuum dimittit de mandato re
ctoris, secundum Bartol.in l.si quis vxori.§.
si fugitiuum.ff de fur.

q.cclxxxvj.¶ Adde an confessio facta in carce
re ualeat, vel debeat confitens vinculis es-
se solutus. vide ff.ad Sylla. in l.iiij.& ibi
per Angel.

183 ¶ † Adde vbi res est ad alicuius custodiam
q.cclxxxvij. deputata, si constant eam perditam
potest ad custodis torturam deueniri. vt est
text.in l.iij.§.j.ff de offi. prę. vig. facit quod
not glos.in l.si quis ex argentarijs.§. j. ff. de
eden.& in l. cū ita.§.species.de leg.ij.& vide
Io.Andr.in capitul.j.de vsur.& quod not. ff.
de re mili.in l.qui commeatus.

q.cclxxxviij. ¶ Adde quanto tempore possit
stari ad syndicatum, & quanto tempore pos-
sint dari querelæ.tex.est in l. j. C. vt om. iu.
tam ciu.facit quod not.in l. pars literarum.
ff.de diui.

q.cclxxxix.¶ † Adde quòd si iudex non deter-
minat causam intra tempus præfixum licet
non esset perempta instantia, est periurus &
infamis, si potuit & noluit, alias secus, quia
cessat dolus, sed à pœna pecuniaria non excu
satur pp probabilē causam & necessariam, vt
ff.de verb.obli.l.continuus.§.illud.facit quòd
not. Inno.in cap.cum P.de offic.deleg.

184 ¶ † Adde an officialis possit post tempus
q.ccxc. præfixum ad syndicatum conueniri in
loco originis, & facit quòd sic.ff.vt om.tam
ciu.l.j.ante fi. In contrarium facit, quia tem-
pus querelandi est elapsum, vt l. si ea.C. qui
accu.non pos.itē quia iudex terrigena est pri
uatus per generalem inquisitionem.ff.de iud.
l.vbi cæptum. Item quia terminus absoluit,
prout sententia.vt ff. de iniu.l.sed si vnus.§ si
ante. Item quia est absolutus super generali
inquisitione ex, tali absolutoria oritur exce
ptio rei iudicatæ.ff.nau.caup.stabularij. .pen.
§.fina. & sufficit generalis inquisitio quoad
reum.arg.eorum quæ dicūtur de nego. gest.
sed quo ad priuatas personas non. vt l.inter-
dum. §. qui furem. ff. de furt.& d.§. necessi
tatem.facit extra de iureiur. capitul. ad no-
stram.& ideo cauti sint officiales in petendo
debito tempore sententiam ferri super gene
rali inquisitione.tu vide glo.in l.j.in fin. glo.
magnæ.ff.ad leg.Iul.repe.

185 ¶ † Adde quod offendentes officialem
q.ccxcj. tempore syndicatus puniuntur ac si fuis
set in officio, sub ratione vel occasione officij
fuisset offensus.ad quod facit C. quod causæ
post pub.adsit tuto. Et si dici statutum, quod
forensis occidens aliquem, pœna puniatur
corporali, ciuis autem pœna pecuniaria,
potest aliquem interficiens debet puniri vt
ciuis, quia caput ciuium est, & ideo de-
bet gaudere priuilegio ciuium arg l.quod cō
stitutū.ff.de re milita. quia ciuis est donec in
officio durat.vt no.i l.ciues.C.de episc.& cle.

Adde

q.ccxcij. ¶ Adde quod si tempore syndicatus potestas non potest cauere, tenetur dare iuratoriam cautionē. vt C. de episc. & cle. auth. generaliter. & ibi per Oldra. & alios, nisi esset causa capitalis. vt l. j. C. vt omnes tam ciuil. inter quas baratatia etiam computatur, quia tenetur crimine falsi. vt l. j. post prin. ff. de fal.

q.ccxciij. ¶ Adde quod sufficit proponere querelam contra officiales verbotenus. vt not. C. de sent. ex peri. reci. authen. ni
2 si breuiores, & potest etiam procedi die feriata in honorem Dei. arg. l. i. & ii. ff. de fer. tamen lis debet contestari. vt d. l. i. C. vt omn. tam ciui.

186 ¶ † Adde quod quando contra pote-
q.ccxciiij. statem vel aliquem de sua familia porrigitur libellus seu simplex petitio: & ipse potestas vel iudex negat cōtenta in d. l. libello, seu petitione: cautela est vt protestetur in causa reconuentionis de iniuria & infamia ipsius in casu quo ille non probet, & alleget se nobilem & probum virum, iurisperitum, vel doctorem & optimæ famæ: quibus attentis reconueniendo ipsum dictus iudex æstimat infamiā & iniuriam suam centum libras vel mille ducatos, attenta eius qualitate: & offerat se probaturum quod pro dicta quantitate noluisset recidere vel sufferre tantam iniuriam seu infamiam & protestetur de damnis expensis & interesse ipsius. Et adde quod ille qui porrigit petitionem contra officialem, non potest retrahere eam absque eius licentia.

F I N I S.

TRACTATVS SINDICATVS CVM EXPOSITIONE INQVISITIONIS generalis, & querelarum porrectarum contra Officiales, & eorum defensiones,

COMPOSITVS PER D. AMEDEVM IVSTINVM de Castello, militem & doctorem in prætura Asculana præsidentem, Anno M.cccclxij. Ad Laurentium filium Equitem, & Doctorem.

SVMMARIVM.

1 *Principium cuiusque rei pars potissima censetur.*
Finis ab omni agente principaliter intenditur.
Finis his quæ ad finem sunt nobilior creditur.
2 *Magistratuum prato um, & aliorum officialium cura, in quibus uersari debeat.*
Iudicium quæ peruertant humanum.
3 *N agistratus & cæteri officiales nedum coram Deo cordis penetralium rimatore sed in hoc seculo coram sindicatoribus rationem suæ administrationis debent reddere.*
4 *Inquisitio generalis qua forma fieri debeat.*
5 *I lectus qui dedit aliquid electoribus, ut ipsum ad aliquod officium uel dignitatem eligerent, incidit in legem Iuliam ambitus.*
6 *E lectus ad aliquod officium quid in principio officij iurare debeat.*
7 *Potestas qui tempore officij negligens fuit in puniendis delictis est puniendus.*
8 *Notarius inquiritur in fine officij si negligens fuit in faciendo inquisitionem generalem aduersus quoscunque delinquentes.*
9 *Domicilij & berruarij de quibus inquirantur in fine officij.*
Potestas iudices & officiales alij: de quibus sint inquirendi in fine officij
10 *Iudex & potestas inquiruntur si capi detineri, aut torqueri fecerint indebite, & iuris forma non seruata.*
Potestas & iudex ac cæteri officiales, inquiri debent & puniri si extorsiones contractus illicitos & alia delicta commiserint.
12 *Officialium inquisitorum responsio negatiua qualiter scribi debeat & proponi.*
13 *Fideiussio pro olim potestate, & alijs offi-*

cialibus inquisitis qualis.

14 Potestas & olim officiales qualiter licentiam syndicis prebeat procedendi in inquisitione.

15 Captus iniuste & carceratus aut tortus qualiter querelam proponere debeat coram syndicis.

16 Tortus iniuste & membro debilitatus aliquo qualiter conqueri possit.

17 Fuga carcerati qualiter cum querela debeat proponi.

18 Iudex qui innocentē condemnauit aut nocentem absoluit qualiter puniri petatur.

19 Querela qualiter formanda sit super barataria a iudice vel potestate facta super absolutione eius qui condemnare debuerat.

20 Negatio querelarum aduersus officiales inquisitos propositarū qualiter proponenda.

21 Inquisitio de maleficijs, cognoscitur tribus modis.

Inquisitio speciales quid sit.

22 Inquisitio generalis quadruplex est & earum quælibet qualis.

23 Effectus inquisitionis generalis qualis sit.

24 Inquisitio generalis quò ad personas & specialis quo ad delicta qualis

25 Inquisitio facta per syndicos contra officiales est ius procedendi per officium ad puniendum facinorosos

26 Officialis censetur reus læsæ maiestatis qui aufugit ante tempus officij finitum

27 Actio criminalis pro baratarie intentari potest

28 Inquisitio generalis qualem habere possit effectum

29 Inquisitio generalis quando ad commoda priuata extendatur & quando non.

30 Inquisitio ad sui substantiam quinque requirit: & quæ.

31 Locus & tempus quando in inquisitione poni debeant.

32 Conclusio nec in inquisitione nec in accusatione detur necessaria esse

33 Syndicorum verba dicentium hoc modo, quæ fit & fieri intenditur quid importent.

34 Iudicum gradus quot sint & qui.

35 Syndicus & defensor et ratiocinator dicitur.

36 Confessio officialis facta coram vno syndicorum an sibi præiudicet.

37 Miles a malo dicitur, quod malum milites carcere soleant.

Militibus quot & quæ sint concessa priuilegia.

38 Militia an sit nomine dignitatis censenda.

Milites nostri temporis in quibus præferendi sint alijs.

39 Nomina propria agnomina & cognomina, ad quid sint in inquisitionibus exprimēda.

40 Stipulatio inepta non vitiatur si stipulatio non requiratur

41 Olim dictio in inquisitione syndicorum posita tempus præteritum significat et officium finitum.

42 Officiales an possint durante officio syndicari aut conueniri

43 Officiales in quinque casibus durante officio possunt reuocari ab eo

44 Officialis ob culpam, vel delictum proprium remotus ab officio priuari debet suo salario.

45 Officialis officio durante conueniri potest si ipse. & is cui iniuria infertur eidem domino subijciantur.

46 Electiones nostri temporis hoc pacto vallantur. quod finito officio de comissis vel commissis ad syndicatum electi teneantur.

47 Verba ex mero eorum officio posita in inquisitione quid operentur.

48 Inquisitio specialis famam publicam præcedentem requirit.

Inquisitio generalis non requirit famam publicam præcedere.

49 Fama publica præcedens non requiritur si contra præsentem & non opponentem procedatur.

50 Fama dicitur opinio communis, quæ voce manifesta ex suspitione prouenit.

Fama est communis opinio, eorum scilicet, ad quos scire pertinet

51 Fama in maleficijs initium habere debet à personis fidedignis.

52 Fama probatur per duos testes, statuto non requirente plures.

53 Fama sufficienter probata an plenam, an vero semiplenam inducat probationem.

54 Fama non probat, sed probationes iam factas confirmat.

55 Fama quando probet in causis breuioribus.

56 Fama qua quis contra aliquem vult uti debet ad tribunal iudicis produci.

57 Fama quotuplex sit, & qualibet qualis.

58 Rumor quid proprie dicatur.

59 Manifestum quid sit.

Occultum

60 Occultum est illud quod nulla ratione probatur.
61 Notorium quotuplex sit, & quid sit notorium facti.
62 Notorium iuris dicitur dum aliquis in iudicio uel confitetur uel condemnatur.
Notorium præsumptionis quid sit.
63 Verba per modum notorij in inquisitione posita, quid operentur.
64 Maleficium per testes probatum debet reus confiteri ad tollendum omne dubium.
65 Rectores, & officiales electi ad suffragia populi, incidunt in pœnam legis Iuliæ ambitus.
66 Potestas & cæteri officiales in principio sui officij, secundum formam à iure, & statutis traditam iurare debent.
67 Iurans illicita, impossibilia, & inhonesta, largo modo est periurus ipso facto.
68 Potestas, & eius iudices diebus iuridicis in bancho iuris sedere debent pro iure reddendo unicuique.
69 Negligentia in quibus consistat: & quando de negligentia teneantur potestas, & eius officiales.
70 Officiales de neglectis in administratione reipublicę, tenentur, sicut tutor, & curator in administratione tutelæ.
Dolus, & culpa leuis, & lata uenit in contractibus gratia utriusque celebratis.
71 Iudex & potestas probationes, & defensiones non admittentes, quando teneantur.
Potestas & iudex negligentes accusationes, uel querelas sibi porrectas recipere, faciunt litem suam.
72 Iudex non faciens furtum restitui, & damnũ resarciri, insolidum tenetur.
73 Iudex nollens audire partes, & non admittens legitimas exceptiones, tenetur in syndicatu.
Iudex tenetur, uictum in expensis condemnare omittens.
74 Iudex negligens causas ciuiles intra terminũ à statuto prefixum terminare in syndicatu tenetur.
75 Iudex interpellatus non expediens causam instructam, censetur esse in negligentia.
76 Tempus instantię non currit impedito per factum iudicis.
77 Iudex de negligentia tenetur processum causæ criminalis tempore debito non expediens.
78 Iudex negligens inquirere de maleficio notorio, uel sibi denuntiato de neglegẽtia tenetur.
79 Potest dictio, quando necessitatem importet.
80 Potestas uel alius officialis in dolo præsumitur, qui non facit id, ad quod ex officio tenetur.
81 Iudex intra quantum tempus negligens dicatur.
82 Negligẽtia iudicis, uel alterius officialis qualiter probetur.
83 Officiales, qua pœna sint afficiendi ob negligentiam in officio commissam.
84 Officialis salarium perdere debet pro tempore quo negligens fuit.
85 Iudex punire debet denuntiantes maleficia, et non probantes ea.
86 Potestas non tenens officiales & equos in numero competenti suo officio perdit salarium pro illo tempore, quo non tenuit.
Potestas qualiter probetur tenuisse familiam decentem suo officio.
87 Milites socij potestatis, portantes arma uetita inquirere debent, & ludentes ad ludos prohibitos.
88 Armorum appellatione quid contineatur.
89 Gladius quo panis inciditur non uenit armorum nomine.
Arma portans in itinere, nec capi nec puniri debet.
90 Arma portare non dicitur quis inuentus, nisi sit captus, & apprehensus.
91 Officiales communis impunè possunt arma portare.
Ludi qui sint de iure prohibiti.
92 Ludus non prohibetur in quo hominis industria, & ingenium uersatur.
94 Ludentes ad ludum prohibitum qua debeant pœna puniri.
Contractus inter ludentes factus est ipso iure nullus.
95 Domus in qua luditur confiscari debet.
96 Ludus si alicubi permittatur tunc uincens ad restitutionem non tenetur.
Milites socij pernoctare debent ne furta, aut alia maleficia fiant.
97 Milites socij attendere debent quibus carceratorum sit custodia commissa, ne scilicet aufugiant.
98 Custos carcerum qualiter excusari possit de fuga carcerati.
Potestas cui carceratus aufugit contra se habet specialia.
99 Potestas caueat cui carceratorum custodiam committat: quia nihil periculosius accidere

potest quàm fuga & mors carcerati.

Carcerato murum frangente parcitur custodi, si aufugerit carceratus.

100 Miles uel alius officialis executionem faciens contra aliquem, an possit eum occidere, uel uulnerare resistentem.

101 Officiali iniustè exequenti licitè potest resisti.

102 Notarius extraordinariorum statuta ad suũ officium pertinentia scire & obseruari facere debet.

103 Notarius maleficiorum citationes & processus de maleficijs scribere debet, & partibus communicare.

104 Domicelli & berruarij qui sint, & qualem habeant potestatem.

105 Potestas & eius officiales residentiam in loco officij sui debent facere continuam.

106 Officialis fugiens crimine lęsæ maiestatis tenetur.

Receptans officialem fugiẽtem tenetur in quadruplum eius, quod à subditis subtraxit.

107 Salarium an debeatur in integrum officiali ante finitum officium morienti.

108 Potestas in officio nec uxorem ducere debet, nec retinere.

109 Potestas & eius officiales detinentes, uel torquentes, innocentes & nocentes relaxantes sunt puniendi.

110 Potestas innocentem sine indicijs pro causa criminali capiens, supplicij tenetur similitudine.

Potestas & eius officiales pœna capitis plectẽdi sunt, qui dolose & sine causa aliquem torqueri faciunt.

111 Iudex torquens non torquendum sine dolo, actione iniuriarum tenetur.

112 Iudices & potestates tortum semel sine nouis indicijs ad torturam reponentes tenentur in syndicatu.

Potestates & iudices quando teneantur, si reus in tortura moriatur.

113 Iudex ex arbitrio syndicorum punitur, si sine dolo suo, sed cum aliqua culpa sua reus in tortura moriatur.

114 Reo in tortura mortuo quis teneatur, si an dolo, culpa uel causa factum sit nesciatur.

115 Iudex per testes probare debet se reum in tortura mortuum, indicijs legitimis præcedentibus moderatè torsisse.

116 Iudex pœna pecuniaria punitur, si is quem in palatio torsit, in tortura moriatur, statuto stante quòd &c.

117 Potestas seu iudices aliquem iniustè torqueri mandantes tenentur, & non milites eorũ mandatum exequentes.

118 Potestate, et officialibus quem tortum fuisse negantibus, qualiter probabitur tortura.

119 Potestas non faciens capi, detineri aut carcerari nocentes, aut carceratum nocentem relaxans, est puniendus.

120 Iudex condemnandum ad mortem pro pecunia absoluens, uel innocentem absoluendum ad mortem dãnans, capite plecti debet.

121 Iudex aliquem damnans ad maiorem pecuniæ summam fisco applicandam, parti lęsæ tenetur ad interesse.

122 Iudex per imperitiam ferens sententiam iniquam, parti lęsæ tenetur ad interesse.

123 Iudex qui singularem sui præceptoris opinionem sequitur in syndicatu excusatur.

124 Potestas iuris ignarus, sententiam secũdum consilium suorum iudicum imperitorum ferens, ad damnum parti læsæ tenetur resarciendum.

Iudex tenetur sub cuius examine iniqua sententia fertur.

Error facti excusare potest sed non iuris.

125 Consultor à partibus electus, de malo consilio parti lęsæ tenetur.

126 Sententia sine consilio sapientis lata est nulla, statuto stante quod requiri debeat.

127 Iudex, uel potestas, qui in culpa leui uel leuissima reperitur, non insolidum tenetur, sed quantum syndicis, & syndicatoribus æquum uidetur.

128 Actio non criminalis, sed ciuilis intentatur, si de leui uel leuissima culpa agatur.

129 Iudex qui dolo ductus sententiam tulit iniquam, grauius puniri debet, quàm si culpa etiam lata.

130 Iudex errans in iure statutario, quando in syndicatu teneatur: & an etiam si in iure consuetudinario?

131 Similia sunt quæcũq; unius qualitatis sunt: eadem uerò quorum substantia una.

132 Statuto de similibus ad similia procedendum dictante, recessum censetur à pœna iuris communis.

133 Iudex malè iudicans, parte non appellante tenetur in syndicatu: sed an teneatur parte appellante, ipse cogita.

134 Iudex in syndicatu tenetur, si sententia iniqua, à qua appellatum fuit, per desertionem

tionem confirmetur.
135 Sententia appellationis iudici à quo non citato non præiudicat.
136 Iudex qui iniquam tulit sententiam ad expensas non tenetur, si ex nouis actis infirmetur.
Iudex non tenetur si plures sententiæ conformes reperiantur.
137 Syndicato es quid acturi sint pendente appellatione à sententia, quam querelans dicit iniquam.
Iudex in syndicatu ad expensas tenetur si ex primis actis sententia iniqua reperitur.
138 Iudex litem suam facit, qui sententiã tulit, à qua non appellare inter partes conuenit.
Iudex in sententia absolutoria causam inserere debet.
139 Iudex maleficiorum temerè inquisitionem faciens nullis præcedentibus indicijs ad interesse & expensas tenetur.
Iudex cautus testes examinare debet antequã inquisitionem formet.
140 Iudex sententiam ferens ipso iure nullam, an & ad quid teneatur.
141 Iudex cui à statuto aut superiore concessum est arbitrium an teneatur si modum debitum in procedendo, aut iudicando excesserit.
142 Concessio facta iudici quod etiam de facto procedat intelligi debet quod procedat præter legem sed non contra legem.
143 Statutum dictans in aliquo negotio procedẽdum esse de facto intelligitur, manu regia iuris ciuilis solennitate omissa.
144 Iudex habens arbitrium in procedendo, & sententiando, totum processum una die nõ potest expedire.
Iudex cui conceditur arbitrium condemnandi & absoluendi, non potest iniquum æquo præferre.
145 Arbitrium nunquam alicui concessum censetur absque causæ cognitione.
146 Iudex plenissimam habens potestatem procedendi ad beneplacitum suum tenetur tamen admittere exceptionem præscriptionis, & alias exceptiones legitimas.
Iudicantis arbitrio si quid committatur de iudicante discrete semper intelligitur.
147 Arbitrium quare iudicibus quandoque concedatur.
Iudex arbitrium habẽs interpretandi in syndicatu tenetur, si in casu non dubio interpretetur.
148 Iudex uel potestas iniquam faciens executionem parti læsæ tenetur ad interesse.
149 Iudex concedens creditori tenutam in bonis debitoris non tenetur tertio de cuius bonis nuntius accipit.
150 Iudex in syndicatu tenetur subditos compellens ad ligna sibi portanda.
151 Iudex qui in syndicatu ad pœnam pecuniariam tenetur, si non habet in ære debet in corpus luere.
152 Iudex cogens offensum pacem facere cum offendẽte ante solutionem pœnæ tenetur ad interesse.
153 Iudex in foro conscientiæ tenetur qui iustam sententiam tulit nõ amore iustitiæ sed odio inimicitiæ.
Iudex maleficiorum debet facere ut condemnandus sententiam audiat.
154 Officiales puniuntur, qui interfecerunt eum, qui ad furcas ducebatur, ne ab eis auferetur.
Iudex sententiam ferens parte non citata in syndicatu tenetur.
155 Iudex non admittẽda admittens, litem suam facit.
156 Iudex de homicidio condemnans uulnerantem tenetur quando uulneratus medicum non adhibuit.
Iudex non debet ferre sententiam ante horam partibus assignatam.
157 Iudex sententiam ferre non debet cõtra absentem, quem sciebat legitimè citatum, sed absentem.
Sententia contra mortuum lata est nulla.
158 Iudex tota ope niti debet ut ueritas eruatur.
Iudex per se ipsum sententiam legere seu recitare debet.
Iudex in subditos non debet uerbis excandescere.
159 Officialis tenetur qui iniustũ mandatum potestatis exequitur.
Iudex de delicto coram se commisso cognoscere tenetur.
160 Iudex corporaliter punitur qui condemnationem de se facta soluere non potest.
Iudex actiones illicitas facere non debet sed facientibus resistere.
161 Iudex secundum allegata & probata iudicare tenetur.

Iudex potentioribus populares opprimentibus resistere debet.

Iudex subditis audientiam non debet denegare.

162 Iudex debitori communis carcerato non debet alimenta denegare ut citius soluat.

Iudex condemnans in minori summa eum quē debuerat condemnare in maiori tenetur: nō obstante clausula saluo semper, &c.

163 Officiales baratariam committere dicuntur, cum à priuato aliquid recipiunt ut faciant non facienda, uel omittant facienda.

Iudicium siue iustum siue iniustum uendi non debet.

164 Iudex baratarius dicitur qui pecunia, uel aliter corrumpitur.

165 Barataria quid sit, & unde dicatur.

Iudex baratarius qua sit pœna afficiendus.

166 Iudex incidit in legem Iuliam repetundarum, qui annuit promittenti sibi aliquid, ut pro se sententiam ferat.

Iudex baratariam committit pecuniam recipiens à fœneratore & in eius fauorem sententiam ferens.

167 Officialis baratariam attentans an puniatur, etiam si non perficiat.

Iudex baratariam cōmittens in eodem processu ciuiliter, & criminaliter conueniri potest, & condemnari.

168 Barataria qualiter probetur.

Testis esse non potest qui libellum dedit aduersus officiales.

169 Officialis quando baratariam committere dicatur.

Condemnatus de barataria non censetur pœna falsi condemnatus.

170 Pœna condemnati de barataria quando sit fisco applicanda.

Syndici an cognoscant de delictis familiæ potestatis non commissis in spectantibus ad officium.

171 Consules artis de pertinentibus tantum ad artem cognoscere possunt contra artifices.

172 Pœna furti qualiter debeat imponi potestati, & alijs officialibus.

173 Fur pro furto non manifesto ad pœnam dupli teneatur: & quadrupli pro furto manifesto.

174 Potestas, uel alius de familia aliquod delictum committens, punitur secundum statuta loci in quo functus est officio.

175 Officiales ad tempus iurisdictionem habentes non possunt cum subditis contrahere, aut mutuum dare: secus si perpetuum habeant officium.

Officiales forenses quare cum subditis contrahere prohibeantur.

176 Officialis contrahens cum subditis in rebus uetitis qua sit mulcta coercendus.

177 Locus & tempus, mensis, & annus, sunt de substantia actus.

178 Potestas, & alij officiales an possint post syndicatum in propria conueniri patria.

179 Laicus clericum offendens, cuius cognitio ad utrunque forum spectat, an si praeuentus fuit per episcopum, poterit etiam puniri per iudicem secularem.

180 Inquisitio facta per syndicos quali claudatur conclusione.

181 Clausula emergentibus, & connexis & prorsus extraneis in inquisitione speciali posita quid operetur.

182 Clausula in inquisitione posita generali ad quid utilis sit hoc modo, inchoata & formata fuit &c.

183 Termini omnes ob instantiæ breuitatem possunt cumulari.

184 Potestas & alij officiales de ueritate dicenda iurare debent formata generali inquisitione syndicatorum mandato.

185 Iudex euitat periurium qui sine dolo & per ignorantiam omisit seruare statutum.

Potestas & officiales responsione facta non debent carcerari, sed fideiussoribus datis possunt relaxari.

186 Probationes quæ requirantur in syndicatu contra potestatem & eius officiales & familiam.

187 Iuramentum in supplementum probationis non defertur officialibus in syndicatu.

Officialis ante syndicatum aufugiens præsumitur baratariam commisisse.

188 Testes duo de actu corporali & uisibili deponentes sunt decem testibus præferendi deponentibus de actu mentali seu inuisibili.

Confessus sponte dici non potest qui tortus probatur.

189 Tortura & uiolentia per uociferationem & famam probatur.

Testis probatur per metum deposuisse hoc ipso

quod

quod probatur eius detentio.
190 Testis esse non potest contra officialem, is qui per eum aliquando carceratus fuit.
Inimicus capitalis repellitur à testimonio ferendo contra eum cui inimicatur.
191 Inimicitia capitalis probatur ex uerbis minatorijs.
Consanguineus querelantis non est pro eo idoneus testis.
192 Minor annis uiginti non erit testis in causa criminali.
Officiales & famuli potestatis quando pro ipsius innocentia & defensione poßint in syndicatu testificari.
193 Berruarij quando poßint pro potestate testificari.
194 Potestas ad quid totam familiam suam syndicis exhibere teneatur.
Testis domesticus multa honestate praeditus quandoque admittitur.
195 Dictũ cuiuslibet testis e tensè scribi debet.
Relationi unius statur statuto stante quod relationi familiae credatur.
196 Potestas nedum pro delictis proprijs tenetur sed etiam de delictis officialium, & familiarium suorum.
197 Statutum dispones potestatem teneri pro delictis officialium suorum & familiae qualiter sit intelligendum.
198 Potestas obligans se ad omnem poenam soluendam pro suis officialibus intelligi debet de poena pecuniaria & non corporali.
Potestas qui uxorem ducere non debuit tenetur pro ea ad interesse partis, si ducens in officio deliquit.
199 Potestas nedum pro suis tenetur officialibus, sed etiam pro uxore & aliis secum morantibus nulli officio praepositis.
Statutum dictans potestatem de delicto officialium & familiae teneri, intelligitur si ciuiliter agatur.
200 Potestas quando filium proprium delinquentem in syndicatu praesentare teneatur statuto stante quod &c.
201 Potestas pro delictis officialium & familiae obligatus, quando liberetur delinquentem exhibendo.
202 Potestas in principio sui officij faciens proclamate annuntiari, ne aliquis alicui de sua familia credentiam faciat, an eo casu officio finito teneatur pro debitis suorum familibrium.
203 Bannum per potestatem factum, quod creditores officialium intra decem dies compareant aliàs non audiendi, non praeiudicat ipsis creditoribus intra dictum terminum non uenientibus.
Potestas seu iudex qui soluit ĩ syndicatu quia in plus aut minus condemnauit iuxta sui assessoris consilium an contra ipsum consultoram poßit habere regressum.
204 Iudex quando poßit querelam porrigere contra collateralem male consulentem.
Potestas soluens in syndicatu pro aliquo suorum officialium an contra eum poßit habere regressum.
205 Officialis cum suo rectore tempore syndicatus nolens stare, nihilominus debet expensas habere.
Iudex uel collateralis conductus à potestate, debet ab eo expensas & precium consuetum habere.
Potestas in cibo & potu debet bene officiales tractare.
206 Potestas non tenetur in syndicatu pro officialibus officia sua negligentibus.
Potestas & officiales fideiubere debent, & nõ carcerari.
207 Potestas Florentinus administrans efficium in alieno territorio si aufugerit, non debet remitti ad locum administrati officij.
Potestas & officiales cõdemnati, an prius quã eorum fideiussores debeant discuti.
208 Fideiussor in obligatione fideiussoria renuntians priuilegio excusionis, poterit excuti prius quàm principalis.
209 Syndici latè debent capere fideiusfionem potestatis & officialium.
210 Iudex in causa merè pecuniaria tenetur relaxare offerentem idoneum fideiußorem.
Fideiubere potest unus pro alio in causa pecuniaria dum plures tenentur pro eodẽ facto.
Iudex & notarius recipientes minus idoneos fideiussores parti laesae tenẽtur ad interesse.
211 Citatio partis & si communiter in quolibet iudiciario actu requiratur, tamen partes facere possunt iudicium ualere sine partis citatione.
212 Monitio syndicorum facta potestati & officialibus habet uim citationis peremptoriae.
213 Potestas in causae syndicatus potest se defendere per procuratorem.

Iudex

Iudex executionem faciens personalem mittendo furem ad furcas intra tempus appellandi, non tenetur.

243 Iudex non tenetur, qui inquisitionem contra aliquem fama & indicijs legitimis precedentibus formauit, quem tamen innocentem repertum absoluit.

Potestas uel iudex ex causa pœnali legis uel statuti transgressus non tenetur.

244 Iudex de facto procedens in leuibus sine processu, & forma statuti omissa non tenetur in syndicatu.

Iudex de facto, & sine processu faciens solui aliquam pœnam communi applicandam, in syndicatu non tenetur.

245 Iudex ex euidenti causa publicæ utilitatis nõ seruans statuta excusatur.

Potestas de mandato illicito tenetur, sed officiales & familiares illud mandatum exequentes non tenentur.

246 Iudex non tenetur, si sententia quam tulit probationibus nouis reuocetur.

Iudex aliquem in carceribus detinere potest, ut socios criminis manifestet.

Iudex pro accusato uel inquisito recipiens fideiussores minus idoneos non tenetur, principali inquisito existente idoneo.

247 Iudex non tenetur à cuius sententia fuit appellatum, & expressè appellationi renuntiatum.

Iudex pro culpa leuissima ciuiliter tantum tenetur, & non criminaliter.

Iudex de fuga carcerati non tenetur, si post fugam fecerit eum poni in banno.

Iudex quando non teneatur, si alicui aliquid facere denegauerit.

Officiales non syndicantur de negligentia nisi dissoluta, & dolo proxima.

248 Potestas, uel iudex faciens decapitari eum, qui homicidium commisit in terra confœderata illi, in qua officium administrat, non tenetur.

Iudex priuatum compellens ad uendendum terram pro furcis erigendis ad suspẽdendos latrones, non tenetur.

Iudex non condemnans uictum uictori in expensis, non tenetur, si hoc petitũ non fuerit.

Iudex peritus non tenetur si allegationes audire recusauerit.

249 Iudex uilem personam cogens ad sententiam exequendam, non tenetur in syndicatu.

Iudex non tenetur faciẽs carceratũ relaxari, si nesciatur ex qua causa fuerit carceratus.

Iudex ex rationabili causa errans non tenetur.

Iudex constitutionem utentium more non comprobatam non seruans non tenetur.

Iudex non faciens illud, quod lex uel statutum posuit in sua potestate non tenetur.

250 Potestas nõ tenetur pro delictis familiæ suæ extra territorium officij sui commissis.

Iudex uel potestas non tenetur si statuta illicita, impossibilia, & ecclesiasticæ libertati contraria non seruauerit.

251 Iudex quando sine culpa sententiam ferre possit die in honorem Dei feriata.

Iudex non tenetur si captum pro crimine, & confessum in compedibus poni fecit.

252 Potestas seu iudex non tenetur ea pœna qua fugiens tenebatur, si fugerit custodis negligentia.

Iudex non tenetur si uestes ad mortem damnat non confiscauit.

253 Iudex beneficium confessionis non admittens illi, qui primo negauit, non tenetur.

Officiales condemnatum ad mortem donantes Cardinali non tenentur.

Iudex non tenetur si carceratus in carcere se occiderit.

254 Potestas in syndicatu soluere nõ tenetur salarium famulis ante tempus recedentibus.

255 Iudex sententiam ferens die feriata excusatur si iurisdictio sua expiret.

256 Iudex non tenetur si mitius condemnauerit militem in corpus quàm plebeium.

Iudex officio finito nõ tenetur de eo, quod promisit officio durante pro republica.

257 Offendens officiales in syndicatu an puniatur ac si non offendisset officio durante.

258 Potestas & eius familia officio syndicatus durante an sint ciues ciuitatis, in qua officium gesserunt.

259 Iudex faciẽs aliquem torqueri, debet in actis facere, ut appareat ipsum citatum, & contumacem.

260 Potestas qui ex forma statuti tenetur pœnã soluere, aut officialem delinquentem exhibere, facere debet procedi per capitaneum, & ponere fugientem in banno.

261 Iudex qualiter euitabit pœnam, si in minori pœna condemnat, quàm debuisset.

Cautela tutior & honorabilior est iudici ad euadendum in syndicatu, ut quotidie cum collateralibus, & officialibus reuideat & examinet processus pendentes.

PROOE-

PROOEMIVM DO. Amedei Iustini, in suum tractatum de Syndicatu, ad Laurenrium filium equitem, & doctorem.



1 TSI in rebus agẽdis cuiusque † rei potissima pars, dicatur esse principium. l. j. ff. de origi. iur. Tamẽ omnis agens secundum rationem, vt ait Philosophus, agit propter finem: Et omnis humanorum actuum laus, non ex principio, sed ex fine cõprobatur. quia vt attestatur idẽ Philosophus, Finis est nobilior his, quæ sunt ad finem, finem autem bonum dicimus, aut credimus, licet plurimi in eius boni cognitione aut electione fallantur. Nã si quis interroget alcatores, aut latrones, & huiusmodi, ad quem finem ludũt, furantur, aut delinquunt, alicuius lucri gratia, vt voluptuosè viuunt, quod bonũ putant id agere affirmabunt: in quo tamen magnopere decipiuntur. † At si nos
2 prætorum & officialium finem diligenter consideremus, omnis magistratuum cura in boni cognitione, & amplissimæ virtutis iustitiæ executione versatnr, nisi imperitia, odio, amore, pretio, aut timore decipiantur. Quæ quatuor iudicia peruertebant humana. 11. quæstione tertia. capitu. quatuor. Vnde non sine ratione, verbum illud Biantis dictum, & ab Aristotele & Cicerone relatum puto. magistratus virum ostendit, vt ostenderet si ritè & rectè gesserit, id est seruato iuris ordine, & si iustè iudicauerit, præmia digna ferat. Si verò non ritè, aut rectè administrauerit, debitis pœnis subijciatur. † Verũ quia magistratus, & offi
3 ciales, non solum apud tribunal æterni iudicis, quia cuncta cordis penetralia rimatur & videt, extra de sententia & re iudicata. capitulo cum æterni. lib. sexto. Sed etiam in hoc seculo, de gestis & administratis per eos redditurí sunt rationem coram syndicatoribus, & iudicibus in fine officii deputandis. C. vt omnes iudices tam ciuiles quàm criminales. l. prima & in authent. vt iudices sine quoquo suffragio. & in authentica de admi. in principio. Quia iuxta prouerbium vulgare, omnis laus in fine canitur.

Exitus acta probat careat successoribus opto
Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Idcirco ego Amedeus Iustinus, qui ferè omnem meam ætatem in gerendis magistratibus consummaui ad vtilitatem tuã mi Laurenti, cum intelligam te nouellum tyronem, & ad defensionem aliorum officialium: post Francisc. Accur. Bald. Angel. & nonnullos alios modernos, seriosius, & copiosius materiam syndicatus tractare decreui, cum maxime alii minus copiose, alii vero moderni nimis diffuse, idem sæpius replicantes, scripserunt.

¶ Aggredior igitur ipsum tractatum & materiam, in quo hunc ordinem seruabo.

¶ Primo ponam formam generalis inquisitionis.

¶ Secundo, subdam formam aliquarum specialium petitionum, & querelarum.

¶ Tertio subiiciam declarationem generalis inquisitionis, declarando quo tempore: quo loco, coram quibus, quo ordine, & de quibus officiales teneantur & syndicẽtur. Et quę probationes pro eis, & contra eos sufficiant, & requirantur.

¶ Quarto, pro quibus personis, & qualiter potestas teneatur pro suis officialibus, & familia, & vxore, & aliis quos secum ducit.

¶ Quinto, addam declarationem specialium querelarum, & quo ordine super his procedatur.

¶ Sexto ponitur forma sententiæ absolutoriæ.

¶ Septimo: vtrum à sententia lata contra officiales iu syndicatu possit appellari, & ad quem appelletur.

¶ Octauo: ponuntur multi casus: de quibus officialas non syndicantur, & de quibus non teneantur.

¶ Nono, vtrum offendentes officiales in syn dicatu teneanẽ ac si essent in officio.

¶ Decimo & vltimo videbitur de quibusdam cautelis ad defẽsionem officialium.

Forma

Forma Inquifitionis generalis.

HAEC eft quædam inquifitio quæ
4 fit, & fieri † intenditur, per fpectabiles & egregios viros, Antonium Ioannis, Petrũ Simonis, & Quiriacum Martini, fyndicos electos, & deputatos à magnifico cõmuni ciuitatis Anconæ, ad fyndicandũ magnificum & generofum militem do. Ioan. de Magalotis, de ciuitate Caftelli, olim poteftatem ciuitatis Anconæ, pro fex menfib⁹ proxime decurfis, inchoatis in Calendis Maij proximè præteriti, & vt fequitur finitis, & eius iudices, officiales, & familiam, ex mero eorum officio, cõtra & aduerfus do. Io. olim poteftatem p̃dictum, dominum Senẽfem de Afsifio eius collateralem, dominum Dionyfium de Caftello eius iudicem maleficiorum, Ser Dominicum Nicolai, fer Gafparem, fer Angeli de Caftello, eius milites focios: fer Ludouicum de Callio eius notarium ad extraordinaria, fer Paulum de Tuderto, & fer Andream de Caftello notarios ad maleficia. Et contra omnes domicellos, berruarios, & totam familiam, quorum nomina particulariter defcribantur fuper infrafcriptis maleficijs, fceleribus, baratarijs, furtis, extorfionibus, & negligentiis per dictũ olim poteftatẽ, officiales & familiã cõmifsis & omifsis.

5 ¶† In eo, de eo, & fuper eo, quòd fama publica præcedente & clamofa infinuatione referente, non quidem à maliuolis & fufpectis, fed potius ab honeftis, veridicis, & fide dignis hominibus & perfonis, non femel tantum, fed fępe & fępius ad aures & notitiam dictorum fyndicorum, & per modum notorij auditu peruenit, quòd dictus do Ioannes, dictum officium poteftariæ & electionem de eo factam habere procurauit, datis aut promifsis, per fe vel alios, clam & occulte, electionariis qui eum elegerunt, ducatis decem, pro quolibet, & contra legem Iuliam ambitus, obtinuit & impetrauit, & contra formam iuris & ftatututi dictæ ciuitatis & contra bonos mores.

¶Item in eo, de eo, & fuper eo, ꝙ dictus dom. Ioannes, officiales & familia non fe præfentauerunt ad dictam ciuitatem ꝑ tres dies ante principium fui officij ꝓut tenebantur, fecundum formam dictæ electionis, & ftatuti dictæ ciuitatis.

6 ¶† Itẽ in eo, de eo, & fuper eo, ꝙ dictus do. Ioã. & eius collateralis, iudex & officiales, in principio eorum officij nõ iurauerunt in forma iuris: & p̃fertim ꝙ nulli dederunt, neq; dabunt, nec promiferunt occafione dictæ electionis & officij, ꝓut iurare tenebantur, fecundum formam iuris & ftatutorum dictæ ciuitatis.

¶Item in eo, de eo, & fuper eo, ꝙ dict. do. Ioan. & eius collateralis, & iudices, durãte tẽpore eorũ officij, nõ federunt ad bãchum iuris ad ius reddendũ: diebus & horis debitis & confuetis, ꝓut tenebantur & obligati erant ẜm formã fuæ electionis, & ftatutorum dictæ ciuitatis.

¶Itẽ in eo, de eo, & fuꝑ eo, ꝙ dictus olim poteftas, & eius iudices, durãte dicto tꝑe, fuerunt negligentes in capiendo, inquirẽdo, & puniẽdo malefactores, & delinquentes in dicta ciuitate, comitatu & diftrictu: & in capiendo bãnitos & cõdẽnatos, & prout tenebantur ẜm formam iuris & ftatutorum dictæ ciuitatis.

7 ¶† Itẽ ĩ eo, de eo & fuper eo ꝙ olim ptãs durante dicto tꝑe in dicto officio non retinuit oẽs officiales, familiares, & equos prout tenebãtur fecundum formam fuæ electionis: fed retinuit ieius palatio vxorem & filios & alios quos retinere nõ poterat fecundum formam fuæ electionis & ftatutorum dictæ ciuitatis.

¶Itẽ in eo, de eo, & fuꝑ eo, & ꝙ dicti milites, & focij fuerunt negligentes & remifsi durante dicto tꝑe in eundo per dictã ciuitatẽ die & de nocte, ad inquirendũ delinquentes: & p̃fertim portantes arma vetita, & ludẽtes ad ludos prohibitos, & euntes ꝑ dictã ciuitatẽ noctis tempore fine lumine & licẽtia, & alia delicta cõmittentes: ac ẽt fuerunt negligentes in exigendo, capiẽdo, & detinẽdo cõdẽnatos bannitos, & alios debitores cõis, & priuatarum perfonarum. prout tenebantur fecundum formam fuæ electionis & ftatuti dictæ ciuitatis.

8 ¶† Itẽ in eo, de eo, & fuper eo, ꝙ dictus olim notarius extraordinariorũ, durante dicto tꝑe, fuit negligẽs & remiffus in eũdo per dictam ciuitatem, & in faciẽdo generalem

neralem inquisitionem contra quoscūq; delinquentes, & præsertim contra vendentes panem, vinum, carnes & alias res non bonas, & cum ponderibus & mensuris non iustis. Ac etiam fuit negligens in faciendo mundari vias & stratas dictæ ciuitatis, & in puniendo inobedientes & delinquentes prout tenebatur secundū formam suę electionis & statutorum dictæ ciuitatis.

¶Item in eo, de eo, & super eo, quòd dicti notarij deputati super processib⁹ maleficiorum fuerunt negligentes remissi in scribendo processus & acta, & in dandis copijs petentibus, & expediendo dictos processus, & alia omittendo, ad quæ tenebantur, secundum formam dictæ electionis, & statutorum dictæ ciuitatis.

9 ¶†Itē in eo, de eo, & super eo, ꝙ dicti domicelli & berruarij durante dicto tempore fuerunt negligentes & remissi in prosequendo, capiendo, & detinendo malefactores, bannitos, & condemnatos in dicta ciuitate comitatu, seu districtu. Et etiam debitores reipublicæ, & priuatarū personarum. Et alia omiserunt ad quæ tenebantur, secundum formam dictæ electionis & statutorum dictæ ciuitatis.

¶Item in eo, de eo, & super eo, ꝙ durāte dicto tempore dictus olim potestas, iudices, officiales, & familiares, non fecerūt continuam residentiam in dicta ciuitate & palatio: sed recesserunt de ciuitate & comitatu, sine licentia dominorum & consilij, contra formam electionis & statuti dictæ ciuitatis.

¶Item in eo, de eo, & super eo, ꝙ dictus olim potestas, & eius collaterales, & iudex, durante dicto tempore, non expediuerunt processus & causas criminales & ciuiles, intra tempora instantiæ, ordinata per formam statutorum dictæ ciuitatis.

10 ¶†Item in eo, de eo, & super eo, ꝙ dictus olim potestas, iudices, officiales, durante dicto tempore populares capi, detineri, carcerari, & torqueri fecerunt: qui de iure, secundum formam statutorum dictę ciuitatis, capi, detineri, carcerari, & torqueri non poterat: & plures alios relaxauerunt, qui detineri carcerari, torqueri & condemnari debebant, secundū formā iuris & statutorum dictæ ciuitatis.

¶Item in eo, de eo, & super eo, quòd durante dicto tempore dictus olim potestas, collateralis, & iudex, plures condemnauerunt innocentes, quos absoluere debuerunt. Et plures absoluerunt nocentes, quos condemnare debebant, secundum formam iuris, & statuti dictę ciuitatis.

11 ¶†Item in eo, de eo, & super eo, quòd dictus olim potestas, collateralis, iudex, officialis, domicelli. & familiares, durante dicto tempore, scienter, dolosè, & appensate, multas & diuersas baratarias & extorsiones; contractus illicitos, furta, & diuersa delicta commiserunt. Et cum haberent salarium de publico, plura xenia & esculenta & poculenta à subditis receperunt, contra formam iuris & statuti dictæ ciuitatis.

¶Item in eo, de eo, & super eo, ꝙ dictus d. potestas, collateralis, iudex, officialis, domicelli & famuli durante dicto tempore, inter se vnus cōtra alterum, plures rixas & delicta commiserunt, & ad ludos prohibitos inter se luserunt: Deum & gloriosam virginē & sanctos & sanctas eius blasphemauerunt: & subditis mala exēpla dederunt contra formam iuris & statutorum dictę communitatis.

¶ Potest etiam addere alia capitula, prout disponitur per alia statuta, seu capitula dictæ electionis.

¶ Et predicta, & quolibet predictorum commissa, & perpetrata fuerunt per dominum olim potestatem, collateralem, iudicem, milites socios officiales, domicellos & familiares: singula singulis referendo, durante tempore dicti officij: & in suprascripto palatio: contra vtique bona dicti communis contra formam dictę electionis; & contra formam iuris & statutorum, & laudabilem consuetudinem dictæ ciuitatis & contra bonos & laudabiles mores.

¶Super quibus omnib⁹ & singulis & dependentib⁹ emergentib⁹ & connexis. & prorsus extraneis; dicti domini syndici procedere intendunt; & repertos culpabiles punire & condemnare; secundum formā iuris dictę ciuitatis. Inchoata & formata fuit dicta inquisitio; per dictos dominos syndicos. die 1. Nouemb. 1462.

Respon-

Responsio officialium cum negatione.

12 ¶ SVPRADICTVS † olim potestas, & officiales, & famuli supra nominati, sponte & ex certa scientia & non per errorem, lecta eis dicta inquisitione, & per me notarium, infrascriptum vulgarisata, & delato eis & cuilibet ipsorũ iuramẽto per dictos syndicos & per ipsos corporaliter præstito, de veritate dicenda super dicta inquisitione, & contentis in ea, negauerunt omnia singula in ea contenta vera esse & fuisse loco & tempore, modo & forma, in dicta inquisitione contentis. ¶ Vel melius dicas negauerunt narrata, prout narrantur vera esse, loco & tempore, modo & forma in dicta inquisitione contentis.

¶ Qui olim potestas, iudices, officiales, & famuli promiserunt parere mandatis supradictorum dominorum syndicorũ, & soluere omnem condemnationem de eis vel aliquo eorum ferendam, & personaliter comparere coram dictis syndicis, toties, quoties fuerint requisiti personaliter, vel ad domum.

Fideiussio.

13 ¶ PRO † quo olim potestate, officialibus, & familia, Antonius Petri, & Bartholomeus Francisci de ciuitate Anconæ, & quilibet ipsorum solemniter fideiusserũt &c. iurauerunt &c. renuntiauerunt &c. obligauerunt &c. ¶ Sed aduertendum, quia in aliquibus locis statuto cauetur, vt est Senis, ne ciues damnum patiantur, quod non possint in syndicatu fideiubere pro officialibus: ideo non dãtur fideiussores. Sed depositarius communis, vel alius cõfitetur habere in depositum, omnia arnesia dicti olim potestatis, & vltimam terzariam.

Licentia.

14 ¶ SVPRADICTI olim potestas, officiales & famuli dederunt licẽtiam dictis dominis syndicis, procedendi super dicta inquisitione, ad omnes & singulos actus necessarios & oportunos, vsque ad sententiam inclusiue, protestatione præmissa, quod voluit citari in singulis actis &c. Et tunc dicti syndici monuerunt dictũ potestatem, & officiales, & familiam, quod intersint singulis diebus & horis, ad videndum, & audiendum singulis actus, qui fient in dicto processu. ¶ Qui dominus potestas, constituit dictum olim collateralem iudicem, milites socios, & officiales, procuratores insolidum &c. Deinde dicti domini syndici commiserunt bãnitori, quod publice banniat, si quis vult aliquam querelam exponere cõtra dominũ olim potestatem, collateralem, iudicem, milites, socios, officiales, & famulos, compareat intra tres dies: alias non audietur elapso termino. Qui preco, iens & rediẽs retulit bannisse &c. prout habuit in mandatis. In termino comparuit coram dictis dominis syndicis, Ser. Iacobus Nicolai, tanquàm vnus de populo, & syndicus communis prædicti, & produxit contra dictum olim potestatem petitionem, seu querelam infrascripti tenoris.

Querela capturæ, carcerationis, & torturæ iniustæ.

15 CORAM vobis spectabilibus † viris dominis syndicis, electis & deputatis per magnificũ cõmune Anconæ, ad syndicandũ dominũ Ioan. de Magalottis olim potestatem dictæ ciuitatis, & eius officiales, & familiã, agit, narrat & exponit Ser. Iacobus Nicolai, syndicus dicti cõmunis, & tanquã vnus de populo dictæ ciuitatis, contra & aduersus dominũ Ioannẽ olim potestatẽ prædictũ, quod de anno præsenti, & mense Iunij dicti anni, dictus dñs Ioan. tunc potestas, sine aliqua cã, saltem iusta, capi fecit, & carcerari, & sine aliquibus legitimis indicijs iussit torqueri, in palatio suæ habitationis, contra vtique bona dicti cõis, per eius officiales & familiam, Antonium Ioannis de Ancona: ex qua tortura dictus Antonius mortuus fuit & est. Quare petit dictus Ser Iacobus, per vos dominos syndicos, dictum dominum Ioannem olim potestatẽ condemnari & puniri, secundum formam iuris & statutorum dictę ciuitatis: petens sibi in prædictis & quolibet prædictorũ, ius & iustitiam ministrari, omni meliori modo &c. Si vero tortus nõ sit mortuus sed aliquo membro debilitatus tunc nomine suo concipiatur libellus, hoc modo.

Querela super membro debilitato, occasione torturæ.

16 ¶ † CORAM vobis &c. Antonius Ioannis de Ancona, agit, narrat, & exponit contra & aduersus dominum Ioannem de Magalottis olim potestatem dictæ ciuitatis, qualiter de anno præsenti, & mense Iunij dictus dominus Ioannes olim potestas scienter, dolose, & appensate sine aliqua causa, saltem iusta capi fecit dictum Antonium, & in carceribus, & in compedibus poni, non declarato aliquo maleficio per dictum olim potestatem & oblato fideiussore per dictum Antonium. Et demum noctis tempore sine aliquibus legitimis indiciis, & petita per ipsum Antonium copia indiciorum, & per ipsum olim potestatem denegata, & nulla præcedente fama, accusatione, inquisitione, seu denunciatione, fecit dictũ Antonium grauiter iniuste, & enormiter torqueri in palatio residentiæ dicti olim potestatis, contra vtique bona dicti communis, propter quam torturã dictus Antonius fuit debilitatus brachiis per duos menses, adeoquod non potuit artem suã agriculturæ exercere per duos menses, & vltra. Quare petit dictus Antonius per vos dominos syndicos dictum dominũ Ioannem condemnari ad pœnam iuris & statutorum dicto communi Anconæ, & dicto Antonio ad damna & interesse sibi debita, & perditione istarum operarũ, & iniuriæ sibi illatæ, inquãtum vestræ religioni videbitur conuenire & in expensis legitimis, petẽs sibi in prædictis & quolibet prædictorum ius & iustitiam ministrari omni meliori modo &c.

¶ Si vero agatur pro fuga carcerati, fiat querela seu libellus hoc modo videlicet.

Querela super fuga carcerati.

17 ¶ CORAM vobis &c. agit, narrat & exponit dictus Ser Iacobus syndicus, & tanquam vnus de populo contra dictum dominum Ioannem & dictos olim milites socios, qualiter de anno præsenti, mense Iunij cũ in palatio residentiæ dicti olim potestatis: contra vtique bona dicti communis, detinerent captum Ioannẽ Francisci de Ancona pro homicidio per dictũ Ioannem commisso in persona Antonij Petri de dicta ciuitate anno & mense prædictis. idem Ioanes homicida de dicto palatio aufugit dolo, seu culpa & defectu dicti olim potestatis & militũ quibus erat cõmissa custodia carcerũ & captiuorũ dictæ ciuitatis & dicti homicidæ. Quare petit dictus syndicus per vos dominos syndicatores, dictum dominum Ioannem & milites socios personaliter detineri, condemnari, & puniri eadem pœna, qua debebat puniri dictus Ioannes homicida secundum formam iuris & statutorum dictæ ciuitatis omni meliori modo &c.

¶ Vbi vero ageretur contra potestatem, & collateralem qui absoluerunt nocentem, aut condemnauerunt innocentem, sic dicas.

Querela super sententia iniusta condemnationis innocentium, vel absolutionis nocentum.

18 ¶ † CORAM vobis &c. agit, narrat, & exponit dictus syndicus contra & aduersus dictum do. Ioannẽ, & eius collateralẽ, qualiter de anno præsenti & mense Iunij dictus olim potestas cum consilio dicti olim collateralis scienter dolose, & appensate, iniuste, & inique condemnauerunt Andræam Matthæi, de dicta ciuitate, innocentem, in amputatione capitis, & confiscatione omnium bonorũ, sumpta occasione asserti homicidij, vt diceretur commissi per dictum Andræam in personam Siluestri Thomæ, ex dicta ciuitate contra omnem veritatem & iustitiã. Quare petit dictus syndicus per vos dominos syndicatores, & vestram sententiam, dictum dominum Ioannem, & eius collateralem condemnari, & puniri in eadem pœna, qua condemnauerunt dictũ Andræam secundum formam iuris & statutorum dictæ ciuitatis, omni meliori modo &c.

¶ Et similiter formatur libellus, si absoluerunt nocentem, mutatis mutandis.

¶ Si autem cõueniatur ipse potestas, vel collateralis iudex vel officialis pro barataria, sic formatur libellus.

Querela super Barataria.

19 ¶ † CORAM vobis &c. agit, narrat, & exponit dictus syndicus contra & aduersus dictum dominum Ioannem & eius

eius collateralem iudicem,seu officialẽ,quali
ter de anno pręsenti,& mense Augusti cũ de
tinerent captum Bartholomęum Dominici,
pro crimine adulterij per ipsũ Bartholomeũ
commissi dicto anno & mense in persona
Bertæ vxoris Iacobi Petri in domo habita
tionis dictæ Bertæ,posita in dicta ciuitate,cui
à duobus,viæ communis scienter, dolose, &
appẽsate,corrupti pecunia,& per baratariam
receperũt à dicto Bartholomeo ducatos xxv.
pro quolibet in camera dicti potestatis,sita
in dicto palatio, contra vtique bona dicti
communi, & ipsum Bartholomæum cul-
pabilem & nocentem per baratariam absol-
uerunt,& liberauerunt & relaxauerunt, con
tra formam iuris & statutorum d.ciuitatis.
Quare petit dict.syndicus per vos dominos
syndicatores,& vestrã sententiam,condẽnari
dictum dominum Ioannem,& eius collatera
lem iudicem & officiales,ad pœnam iuris &
statutorum,dicto communi Anconę & in ex
pensis legitimis,omni meliori modo &c.

¶ Sic etiam poteris secundum cõtingentiam
casuũ formare alias petitiones,si tulit sentẽtiã
iniquã per dolũ,vel per errorem, seu imperi
tiã,dũmodo quãdo per dolũ petatur cõdẽna-
natio in certa quãtitate vel summa,si per er-
rorẽ vel imperitiã fiet petitio inquãtũ religio
ni syndicatorũ videbitur,vt latius dicetur in
fra in declaratione supradictorum libellorũ.

¶ Supradicti domini syndici dictas querelas
& petitiones admiserũt,si & inquantũ de iu-
re tenẽtur,& decreuerũt dictis procuratori-
bus præsentibus,& petẽtibus dictas dictarum
petitionum & querelarum,cum termino ad
primam diem ad opponendum.

Negatio querelarum.

20 ¶ † IN terminos cõparuerunt dicti pro
curatores,& negauerunt omnia narrata pro
vt narrantur vera esse,& petita prout petun
tur de iure fieri debere,non tamen animo li
tem contestandi. Qui domini syndici,statue
runt terminum triũ dierũ,dictis querelãtibus
ad probandum & probatum habendum per
omnimodum probationis.

¶ In termino cõparuerunt dicti procurato-
res,& accusauerũt cõtumaciã dictorũ quere
lãtiũ nihil probantur,& petierũt se absolui à
dicta inquisitione generali,& à dictis quere
lis,& conuentis in eis, & partes aduersas in
expensis condemnari, omni meliori modo.

¶ Qui dñi syndici,mouerũt partes hincinde
ad primam diem in vesperis ad audiendum
sententiam.

Materia inquisitionis.

21 ¶ HAEC est quædam † inquisitio: tribus
modis cognoscitur de maleficijs, per accusa-
tionem vt in toto ti.C. & ff.de accusa.per de
nuntiationem alicuius officialis vel syndici
de qua plene per Cyn.& Bald.in l. ea qui-
dem.C.de accus.& per. Bartol.in l.diuus.ff.
de cust.reo. Tertio modo per inquisitionem
vt in extraua.ad reprimendum.in versic.per
accusationem, denuntiationem:& inquisitio
nẽ. Et est duplex inquisitio,vna specialis, alia
generalis Specialis est quoddam ius proce-
dendi per officium ad puniendum delinquẽ-
tes nominatum inquisitos de certis delictis
diffamatos, vt colligitur ex verbis.Bar.in l.
ij.§.si publico.ff.de adult.& Ang.in l.si vacã
tia.C.de bon.vac.lib.x.& Bald.in dict.l. ea
quidem.C.de accus.

22 ¶ † Inquisitio generalis est quadruplex,vna
est cum iudex generaliter inquirit, quo ad
psonas,& quo ad delicta ad purgãdũ ꝓuinciã
suam malis hoibus, de qua in l.cõgruit.ff.de
offic. præsi. Et sup ea fundatur practica reo-
rũ, qui in principio sui officij,faciũt fieri ban
nimentageneralia, contra oẽs homines malæ
cõditionis & famæ, specificando proditores,
adulteros, homicidas, blasphematores, falsa-
rios & subijciendo clausulam generalẽ,& cõ-
tra omnem aliam personam,qua aliquid fece
rit,aut dixerit contra formam iuris & statuto
23 rum ciuitatis. † Et erit effectus talis inquisi
tionis & banni,quia si malefactores aufugiũt
timore talis banni prouincia purgatur malis
hominibus, si non aufugiunt poterit iudex
vigore talis inquisitionis & banni procede-
re ad inquisitione specialem, contra om-
nes speciales personas, aliquod speciale
crimen committentes,de his quæ sunt spę
cificata in banno, & inquisitione generali,
vel etiã similibus aut maioribus.arg.l.si quis.
§.q̃situ.ff.si quis.cau &c.generaliter.de pro
cur.in vj.licet alias de iure cõi esset tale deli
ctũ de quo nõ posset per inquisitionem pro
cedi.l.rescripto. §. si quis accusatorem non
habẽs ff.de munc.& ho.& l.iiij.§ j.ff.ad l.iul.
pecu.alias talis inquisitio generalis & bannũ
videtur frustratorium, vt videtur de men
te Bartol.in l.ij §.si publico ff. de adulterijs
in versi.iij.regula.& Saly.in d.l.ea quidem.
licet Ang.dixerit cõtra in d.l.si vacãtia.ver.
venio ad secundum arti. & hæc generalis

inquisitio diffinitur secundum eum in dict. l.si vacantia.quod est ius procedendi per offi cium,per inuestigationem omnis facinorosæ personæ, existentis in territorio. facit quod not.Innocen.in c.bonæ.de elect.

24 ¶ † Secunda inquisitio dicitur generalis quò ad personas,& specialis quo ad delicta: vt cũ iudici constat de facto vel homicidio, sed ignoratur quis fecerit, & hæc diffinitur, quod est ius procedendi per officium, ad inuestigandum personam, quæ maleficium iam repertum commiserit, de qua in l.iiij. §.man.ff.ad leg.iul.pecul.& l.iiij.§.si tibi.ff. de condi.ob turp.caus.

¶ Tertia dicitur inquisitio generalis contra personas de vniuersitate,vt si inquirit de ali quo maleficio,contra aliquam ciuitatem, & homines ipsius ciuitatis, seu contra vniuersi tatem alicuius ciuitatis, de qua in l. aliud.§. refertur.de re iudi.

¶ Quarta dicitur inquisitio generalis quò ad delicta, & specialis quo ad personas,vt est in quisitio,quæ fit à visitatore alicuius ecclesiæ, contra personas speciales existentes in ecclesia,generaliter de delictis per eas commis sis,de qua in c cũ per inquisitionẽ.de accusa.

25 ¶ Item † inquisitio nostra facta per dictos syn cos est specialis quo ad psonas potestatis officialium & familiæ,& generalis quo ad omnia delicta per eos cõmissa, & hæc diffinitur quod est quoddam ius procedendi per officium ad puniendum & condemnandum facinorosos homines, de territorio inquirentis de aliquo crimine,non à maliuolis diffamatos, vt colligitur ex verbis Salic. in d.l.ea quidem, & Angel.de Aretin. in tract. suæ inquisitionis in versicu. hæc est quædam inquisitio.

¶ Aduerte tamen, quia forma nostræ inquisitionis cõtra officiales,non est inuenta à iure communi,sed à statutis & communi obseruantia, & practica totius Italiæ. Nam de iure communi, officiales finito officio debent stare in loco administrati officij per quinquaginta dies,& in eo loco publice omnibus se ostendere, vt omnibus volentibus liceat querelas exponere.

26 ¶ † Officialis aufugiẽs de loco officij ante finitum tempus,dicitur reus læsæ maiestatis.

¶ Nec aliquo colore,vel causa,ante finitũ officium inde discedere,alias dicitur reus maiestatis,& debet mulctari pœna quinquaginta librarum auri, & debet capi, & ad eum locum remitti, permãsurus per sex mẽses, vt dicit text.in l.j.§.j.& per totam l.C.vt omnes iudic.tàm ciu.quam mili. Et vbi per statuta non datur forma,de iure communi debet libellus specialis dari,lis contestari, & de calũnia iurari, alias processus non tenet.l.prolatam.C.de sen &c.quoniam cõtra.de prob.

27 ¶ Et si † agatur pro delicto, puta barataria, potest agi criminaliter.l.Iulia repetundarum l.lege Iulia.in fin ff.ad leg.iuliam repetunda. licet vt plurimum agatur ciuiliter, non criminaliter, vt refert Francis. Accur.in tractatu quem fecit de syndicatu, qui ita di cit fore obtentum,de longa consuetudi ne totius Italiæ, à qua non est recedendum.l. de quibus.§.inueterata.& l.minime,& l.diuturna.ff.de legib.Sed si agatur criminaliter per accusationem erit necessarius libellus. l.libellorum.ff.de accus.& d.l.j.in fin ibi,accusatione super criminibus facta per inscriptionem libellorum. C.vt omnes iudi.tam.ciui. quàm mili.& in c.qualiter & quando.extra de accu. Si autem per inquisitionem eo casu quo de iure communi potest inquiri, debet fieri specialis inquisitio.vt no.in d.l.ij.§. si publice.ff.de adult. Et prædicta vera de iure cõmuni,nisi sit causa leuis quo casu siue agatur ciuiliter,siue criminaliter,potest summarie, & sine libello, & substantialibus iudicij expediri. l. leuia. & ibi nos. ff. de accusa.& in authentic.nisi breuiores.C.de senten.& in §.necessitatem in authentic. vt iudic.sine quo.suffr. Et eo casu possint syndica tores summarie interrogare de eo negotio, de quo agitur.l.vbicunque.ff.de interro.act. Et si officialis confitetur, mandat restitui id de quo facta est confessio, quia confessus habetur pro iudicato.l.j C.de confes.& l.j.ff. eod.Sed si negat, debent recipere testes, & aduerte quòd non sint suspecti, nec maliuoli officiali, quia talibus non creditur,vt in cap. inquisitionis.&c. qualiter, & quando.el ij. de accusa.

De effectu generalis inquisitionis.

¶ SED cum inuenta sit à statutis & communi obseruantia, practica suprascriptæ inquisitionis generalis, contra officiales, ideo

28 † quæro quis sit effectus dictæ inquisitionis an factis probationibus super ea,sequi possit condemnatio,absque alia inquisitione specia li? Bar.in d.l.cõgruit.& in d.§.si publico. videtur tenere, quòd inquisitio generalis sit præparatoria ad specialem, & quod sine speciali

ciali non possit fieri condemnatio, ex probationibus factis super generali. Sed Bal.in l.obseruare.§.proficisci. in vj.q.ff. de off.præsi.tenet contrarium, quia iudicia criminalia sunt redacta ad instar ciuilium.l absentem.ff.de pœn. Sed in ciuili si proponatur actio tutelæ, vel negotiorum gestorum, generaliter & in processu fiant probationes super aliqua re speciali, potest fieri condemnatio absque alia petitione l.j.& ibi not.ff.de eden. & l.licet.C.de iud.ita in criminali,& in ꝓposito nostro: cum officiales teneantur in syndicatu vniuersitati, & reipublicæ, generali iudicio ad reddendum rationẽ administrationis:sed particularibus personis iudicio speciali facta inquisitione generali ad interesse reipublicæ principaliter, & factis super ea probationibus, absque alia inquisitione speciali, potest sequi condemnaaio,licet quo ad commoda priuata non possit sequi,nisi inciden-
29 ter,& accessorie. † Vnde factis probationibus super furto, barataria, vel alio crimine, condẽnabitur officialis principaliter ad pœnam,& interesse reipublicæ, & accessorie ad restitutionẽ priuatæ personæ: ne fiscus videaẽ negligere commoda subditorum suorum. arg l.interdũ. §.qui furẽ.ff.de furt.& d.§.necessitatem. aliàs inquisitio generalis nõ extẽdit ad cõmoda priuata:vt in c.ad nostram.de iureiur. secundum Bal.sed dictum Bar.debet intelligi in inquisitione generali:de qua in l. congruit, quæ est præparatoria specialis: & super qua iudex recepit testes, ad informandum,sine alia litis contestatione & partis citatione, & alijs substantialibus iudicij:merito non põt sequi cõdemnatio sine alia speciali inquisitione. ¶Sed in proposito nostro, & inquisitione s̃.formata,sunt citati officiales, & familia,lis cõtestata per eorũ negationẽ,& moniti super probationibus recipiendis, & data per eos licentia ꝓcedendi ad oẽs & singulos actus,vsq; ad sententiam inclusiue:igitur potest sequi condemnatio, nec Bar.isto casu contradicit.Pro qua cõclusione videtur tex.in §.iubemus.in auth.de colla.& tenet Ange.in d.l.si vacãtia.& Bal.in l.edita.in repe.ij.quã fecit Paduæ.C.de edẽ. & ita seruaẽ ĩ practica.

¶Aduerte tamen, quia generalis inquisitio nõ prodest, quò ad debita priuata nisi descendant à maleficio. vt d.§.qui furẽ. & ideo si officialis pro suo salario,vel alius subditus pro aliquo debito, nõ dedit petitionẽ pdãti intra tẽpus statuti,nõ debet postea audiri, nec sententia pro eo ferri,propter generales inquisitiones.secundum Bald.in d.§ proficisci. quod tene menti perpetuo.

Quinque requiruntur ad substantiam inquisitionis.

30 ¶Svccessive † quæro, quot requirantur ad substantiam inquisitionis? Respondeo,quinque. Primum,quòd iudex inquirens,sit cõpetens:hoc est,quod possit de crimine cognoscere, & habeat iurisdictionem:aliàs inquisitio nõ tenet. l.j.& per totum.C. si a non comp.iudi. ¶Secundũ, ꝙ inquisitus sit subditus ratione originis, vel delicti. l.j. & in auth. qua in ꝓuincia.C.vbi de crimi.agi opor. ¶Tertiũ,ꝙ sit tale crimen, de quo possit inquiri de iure cõi. hoc ideo dico:quia secundum glo. Dy.& docto. antiquos regulariter de delictis non potest procedi per inquisitionem.l.rescripto.§.si quis accusatorem non habens.ff de mu.& ho. Fallit in septem casibus enumeratis per glo. in d.l.ij.§.si publico.ff. de adult. secundũ Bar.ibi, post Nico de Matta. aliter dixit ponendo quinque regulas. Prima est, ꝙ iudex potest inquirere ad denuntiationem syndici vel officialis.l.ea quidem.C. de accus.& l.diuus.ff.de custo.reo.Secũda est, ꝙ potest inquirere propter incidentem cognitionem.l.ii.C.si aduer.lib. Tertia,propter præcedentem inquisitionem generalem: quæ est præambula ad spãlẽ d.l.cõgruit. & l.cõgruit.& l.iiii. § i. ff.ad l.Iul.pec. loco cuius succedit hodie bãnũ gñale,dictũ fuit supra.Et cõsequenter poterit hodie iudex de oĩ delicto cõprehẽso in bãno,vel maiori,vel simili, ad spãlẽ inquisitionem ꝓcedere. Quarta regula est,ꝙ põt inquirere de omni delicto commisso corã ipso iudice.l.i.C.de calũ. & l. nullũ.C.de testi.& l.pen.C.de ꝓb. & no. in l.eos.de fal. Quinta est,ꝙ põt ꝓcedere propter immanitatem criminis. l.si quis hoc genus.C.de epis.& cle.

¶Item in crimine læsæ maiestatis, vel hæresis.l.ii.& iii.ff.ad l.Iuli.ma. & l.apostata. C.de apostat. & ideo concludit quod etiā de iure cōi, iudex in inquirendo habet laxas habenas.licet ex forma statutorum Italiæ sit etiā cōcessum, quod de oī delicto iudex possit & teneatur inquirere.

¶Quartum, quòd requirit de substantia inquisitionis de iure cōi est, quòd præcedat fama publica à psonis fide dignis, nō semel tm̃, sed sæpe, & sæpius, vt in cap.cum oporteat. & c.qualiter. quō & qñ &c. ad petitionem.de accusa. & dicetur infra in ver.publica præcedente.

¶Quintum speciale est, quod inquisitio habeat debitā formā, vt in c. inquisitionis. de accus.& d.c.qualr. & facit l.j.si mē.fal. mo.dix. nā iudex inqrēs, succedit loco accusatoris: licet non dēat se subscribere ad pœnā talionis. s̃m Bar.in §. si publico.

Locus & tempus est de substantia inquisitionis.

31 ¶An autem † debeat poni in inquisitione locus & tempus? Bar post Iac. But. in d.§.si publico.firmat quod sic: quia iudex in inquisitione tenet vices accusatoris: pter quàm in subscriptione: ergo dēt apponere ea ad quæ tenetur accusator: cū sit eiusdē naturæ.ff.de actio. l.libellorū. argu.l.j.§. hæc actio.ff.si quis test.lib.esse ius.fue.licet glo.insti.de pub iud.in prin. & Inno.in c.fi.de pur.cano.dixerint contra quem Bart. intelligit in inquisitione generali quo ad delicta, & speciali quo ad personas: quæ fieret ad remouendum alīquem prælatum, non autem ad puniendum criminaliter: quo casu non licet cū alieno dispendio in tanto crimine vagari: ideo requiritur locus & tempus.l.prætor edixit in prin.de iniur.

Conclusio nō est de substantia.

32 ¶Conclvsio † tamen in inquisitione & accusatione, non est necessaria, nec de substantia. vt d. l. liberorum. s̃m Bar.in d.§. si publico. licet loco conclusionis de consuetudine ponatur illa clausula, de qua supra. Super quibus omnibus & singulis intendunt procedere, & repertos culpabiles punire s̃m formam iuris & statutorū. Vel pōt simpliciter dicere, s̃m formā statutorum: quia sicut in accusatione potest se restringere ad certā legem, ita in inquisitione, s̃m Bar.in d.§.si publico. Cætera ad materiam inquisitionis, vide p Ang.in d.l.si vacātia.& p Bar. in d.§.si publico.& p Ang.de Are. in ver. hæc est qdam inquisitio. Vnum tñ non omittas, quod de iure antequam iudex formet inquisitionē, debet assignare terminum iniuriato, si vult accusare: aliàs tenetur in syndicatu. glos.est.ij.q.v. c.psbyter si à plebe. Bal.ponit in l.senatus. de accus.alle.l.ii.§ senatus.eo.ti.licet hoc in practica non seruetur.

Qvae *fit & fieri intenditur.*

33 ¶Hac † verba in tali inquisitione generali operantur, & declarant intentionem syndicorum, quòd intendunt inquirere, non solum generaliter de his quæ de p̄senti narrant infra scripta inquisitione: sed etiā de his quæ in futurum in specie apparebunt: quia cum officiales obligent generaliter reipublicæ, ad reddendum rationē administrationis, & gestionis omnium gestorum per eos in officio, merito dicti syndici in generali inquisitione intendunt, & possunt cōprehēdere omnes species in processu deducendas. sicut in simili dicimus, in generali & vniuersali iudicio ciuiliter intentato, vt legi.& not. in l.j.in prin.ff.ff.de eden.& C.de transa. l.sub ptextu.& de iudi. l. licet.cum simi.

Per *spectabiles generosos viros.*

34 ¶Iudicium † gradus sunt plures. primi dicuntur illustres, medij spectabiles, alij clarissimi. vnde versus. Illustris primus, medius spectabilis, imus. Assumpto clarum cœpit habere gradum. De quibus plene per Doct.in j.constit. C. & in proœmio ffrum. & institu.

Syndicos *& syndicatores.*

35 ¶Syndicus † græce & latine dicitur defensor, dicit tex.in l.munerum. §.defensores.ff.de mu.& ho & hoc quia rempublicam, collegium, vel aliam vniuersitatem defendit, vt est textus cum glos.in l. prima. §. fina. ff. quod cuiusque vniuer. nomi.& in Spec.de syndi.§.j. Vocatur ēt ratiocinator: quia rōnem gestæ administrationis cognoscit.l.ii.C.vbi de rati.agi opor.& si iniustè cōdemnat officialis debet puniri, & processus per superiorem reuideri, vt in c.ea q̄.§.sequentes. de stat.

monach.

monach.facit l.tutor.§.fin.de fideiuſ.ideo in multis locis ſyndicatores reſyndicantur, vt Nurſiæ, & Accumuli.& licet ſyndicus pro prie conſtituatur ab vniuerſitate, ad inſtar procuratoris conſtituti à priuato ad agendum & defendendum, ſecundum Bald. in d.l.j.& in Specul.de ſyndi.in princip. Tamẽ in propoſito noſtro, ideò dicitur ſyndicus, quia iudicat & cognoſcit de cauſis officialium quaſi ſingulorum dicens cauſam, ſecundum Bald. in d.l.ij.C.vbi de ra.agi oport. & ſicut ſyndicus ad agendum & defendendum alias cauſas vniuerſitatũ conſtituitur ab vniuerſitate,& conſilio,ita ſyndicus ad reuidendum rationem geſtionis, & iudicandum officiales eligitur & deputatur à conſilio, & communiter imburſatur, & forte extrahitur ſecundum formam ſtatuti.

36 ¶ † Sed pone, quod ſunt plures ſyndici, & officialis confitetur corã vno,an talis confeſſio præiudicat confitenti? Dic quod ſic, quia licet ſententia lata non teneat,niſi feratur ab omnibus.vt not.Bar.in l.magiſtratibus.ff.ad muni.& Spec.in tit.de iudi.deleg.§.fi.ver.cõſulens.ſed per ſtatutũ cõmuniter prouidetur, quòd ſentẽtia lata à maiori parte alijs vocatis valeat.vt no.in l.duo ex tribus.ff.de re iudi.

¶ Ad *ſyndicandum.*

¶ Id eſt,ſingulorum cauſas dicendum,vt no. Bald.in l.ij.C.vbi de ratio.agi oport. & quãuis priores decreuerint,quòd poteſtas nõ debeat ſyndicari, nihilominus dicitur ſtare ad ſyndicatum, ſecundum Bald.in l. mancipia. C. de ſer. fug. niſi ſit ſolenniter abſolutus à prioribus & conſilio, & licet poteſtas exerceat officium gratis & ſine ſalario, tamen debet ſyndicari. l.licet.§.j.ff.nau.caup. ſtab. & ibi dicitur, quòd non tenetur,de delicto viatorum,quos habuit in domo.

¶ *Magnificum & generoſum militem.*

37 ¶ † Miles dicitur a malo, quod arcere milites ſolent, vel à malitia, id eſt,duritia, quam pro nobis ſuſtinent, vel à mille, quia eligitur vnus ex mille. l.j.§.fin.& ibi not.ff.de re mili.& ad hoc, vt quis ſit verus miles armatæ militię,ſunt neceſſaria quinque. Primo,quod iuret non euitare mortem pro republica. Secundò, quòd cingatur ei enſis. Tertiò,quod ſignetur ſtigmate in brachio. Quartò, quod ſcribatur in matricula militum. Quintò, quòd examinetur,ſi eſt idoneus ad militiam. vt not.glo.& doc.in l.pe.ff.ex quib.cauſ.ma. Et his militibus ſunt conceſſa à iure nouem priuilegia concernentia ſolennitatem teſtãdi & tria concernentia perſonam militis teſtantis, & tria alia in fauorem militis inſtituti, vel legatarij, & ſeptem concernentia ſubſtantiam teſtamẽti.& ſic ſunt 22.ſpecialia, de quibus plene per Bar.in l.neque enim.ff.de teſt.mil. Sed prædicta non habent locum in militibus noſtri temporis,ſed ſolum cingitur eis enſis,& calcari mittũtur, & iurant ſibi cõmiſſa fideliter gerere,& gaudent priuilegijs, vt præferantur in nuptijs,& funeribus mortuorum.vt not. Sal.in l.pe.C.de teſta. mili. vide Cyn.in l. j. C.de iur.& fact.igno.& gloſſ.in authen.de mand.princi.§.fina. Item huiuſmodi milites noſtri temporis eliguntur in prætores,& maiores magiſtratus maiorum ciuitatum Italiæ, ad quos non poſſunt eligi, qui non ſunt milites,ex forma ſtatutorum,& capitulorum electionis.

38 ¶ † An autem militia ſit dignitas videtur, quòd non quia libertus poteſt eſſe miles.l.fi. C.de lib.& eo.lib. Et tamen nõ poteſt habere dignitatẽ.l.omnes.C.de meta.lib.12.ideò militia & dignitas ponuntur tanquã diuerſa.l.fi. C.qui mili.non poſſ.& l.j.C.de equeſt.dig. libr. 12. Non tamen poteſt negari, quin ſit honor,& dicit tex.in l.qui cũ vno.§.ad tempus.ff.de re milit. Et quòd ſit dignitas, facit tex.j.diſt.c.ius militare.& 23.q.j.c.militare. Quod tamẽ habet locũ in militibus antiqui tẽporis qui habẽt multa priuilegia,de quibus in l.j.ff.de teſt.mili.l.j.C.de iur.& fac.ignor. Sed milites noſtri tẽporis,vt dictum eſt, præferuntur ſolũ in funeralibus & electionibus maiorum ciuitatum Italiæ.

¶ Dominum *Ioanem de magualotis de ciuitate Caſtelli.*

39 ¶ † Nomina propria,agnomina, & cognomina exprimũtur in inquiſitione, ad recognoſcendum perſonas inquiſitas.C.de inge.& manu.l.ad recognoſcẽdas.& no.in l.j.C.de muta not.& not.Bar.in l.demonſtratio.ff.de condi.& dem.vbi dixit,ꝙ ſi conſtat de pſona ex ſola appoſitione nominis proprij, non eſt neceſſe,ꝙ per cognomina,& agnomina exprimãtur,quod procedit ſine dubio,ſi inquiſi habet nomẽ ſingulariſsimum, vt dicit gloſ.de Gallo preſſo bidello Accuſij.l.hac conſultiſſima.C.qui teſt.fac.poſſ. Et ſi agnomen caſatæ exprimat falsũ in inqſitione, non vitiatur inquiſitio,ſecundum Bar.in d.l.demõſtratio. quia ſi exprimitur id quod nõ eſt neceſſe apponi licet falſum, non vitiat actum. ſicut in ſimili dicimus in libello inepto, vbi libellus non requiritur,proceſſus non vitiatur.vt no.

40 glos. in l. vinum. ff. si cert. petatur. † Et similiter stipulatio inepta non vitiatur, vbi stipulatio non requiritur. l. j. §. j. C. de rei vxor. action. Sic etiam non vitiatur processus si iudex inquirens errat in nomine patris inquisiti, si inquisitus non opponit, imo etiam si est contumax, & præcedit diffamatio, vel fuga processus non vitiatur, secundum Bar. in d. l. demonstratio. Quinimo etiam si sit erratū in nomine proprio, & cōstat de corpore, & persona delinquentis, processus non vitiatur. C. de testa. l. si in nomine. instit. de testa. §. si quis in nomine. Et eodem modo non vitiatur inquisitio licet sit erratum in terra originis, vel parœcia delinquentis, dūmodo constet de delicto & corpore, siue persona. l. quoties. ff. de hære. instit. & refert Ioan. de Imol. in l. his verbis. §. final. ff. de hær. instit. sic etiā non vitiatur, si sit erratūm in officio, siue artificio. l. qui habebat. ff. de reb. dub. & ponit Bald. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. j. Et eo magis non vitiatur processus & inquisitio nostra, siue sit erratum in nomine proprio, siue etiam patris, siue casatæ & originis dicti do. Io. & aliorum inquisitorum, quia procceditur contra eos ratione officij, quod gesserunt. vnde attenditur an sit verum, quòd male administrauerit officium, quia pro mala administratione cōtra eos inqritur, ideo licet erretur in alijs demōstrationibus, processus et inquisitio nō vitiatur. vt no. Bal. in l. qui habebat. ff. de reb. dub. p illū tex. quod nō. Similiter non vitiatur processus, si sit erratū in mala grāmatica. vt in c. ad audientiam. de resc. vel syllaba, vel in litera l. qui habebat. ff. de manu. testa. Fallit tamen in literis Papæ, in quibus error literæ vitiat, quia transeunt per tot manus, quod non est verisimile, quod in eis sit error, secundū Inno. in c. ex parte. de resc.

¶ Olim *potestatem dictæ ciuitatis.*

41 ¶ † Hæc dictio, olim. significat tempus præteritum, & officium finitum, in nostra inquisitione. vt in authentic. vt iud. sine quo quo. suff. circa princip. & l. sed & milites. ff. de excus. tuto. licet quandoque ponatur non solum pro præterito, sed pro præsenti, & futuro. l. j. §. j. & ibi not. ff. de oper. no. nun. Regulariter enim officiales finito officio debent syndicari, & non eo durante. l. j. C. vt omnes. iud. tam ciui. quam mili. & l. j. & ij. C. vbi de de rat. agi oport. Duplici ratione. quia nemo auderet, durante officio dare querelam. item quod de gestis post syndicatum factum durante officio non syndicaretur. Et aduerte: quia si potestas finito officio non dat locum successuri, tenetur. l. Iul. maie. secundum Guil. in l. imperium. ff. de iur. om. iudic. per tex. in l. iij. in fin. ff. ad leg. Iulia. ma. sic etiam tenetur si non expectat successorē. l. meminisse. ff. de offic. procon. & leg.

An officiales possint durante officio conueniri.

42 ¶ † An autem durante officio, officiales possint syndicari, vel conueniri? dic quod quidam sunt magistratus sola dignitate, sine administratione, qui vocantur comites, marchiones, & similes, & hi possunt quandocunque conueniri. l. ij. C. vbi sena. vel cla. & not. Bar. in l. nec magistratibus. ff. de iniur. Quidā habent dignitatem seu officium cum administratione, aut sunt minores, & possunt durante officio conueniri. vt not. gloss. in l. j. de in ius voc. & not. in d. l. nec magistratibus. & coram ordinario loci, siue agatur de debitis & delictis cōmissis ante officiū, siue durāte officio, siue, post finitū officium, etiam non pertinentibus ad officium. l. nulli. & ibi gloss. C. quor. app. Quidam sunt maiores, & tunc aut sunt perpetui, & possunt conueniri durante officio coram superiore, vt Episcopus coram Archiepiscopo. vt not. Bartol. in l. de pupillo. § si quis ipsi prætori. ff. de no. oper. nun. vnde princeps agit, & conuenitur per procuratorem. l. ij. ff. de of. procur. Cæsa. Item ciuitas quæ habet merum & mixtum imperium. l. j. §. quibus. & §. fin. ff. quod cuius. vni. no Itē habet officium ad beneplacitum, quod æquiparatur perpetuò, secundum Bartol. in l. iuris peritos. per illum text. ff. de excus. tut. Aut sunt temporales, vt consul, præfectus, procōsul, & cæteri magistratus, & prætores habentes merum & mixtum imperium, & gladij potestatem, & isti non possunt regulariter durante officio conueniri, nec alios cōueni re. d. l. ij. in prin. iunct. l. iij. §. j. de iuris. omn. iudic. & l. sed si prætorem. ij. respō. ff. est quib. caus. ma. & l. qui accusare. §. ij. ff. de accus. & l. si reus. ff. iudi. sol. & l. pars literarum. ff. de iudi. nisi actio sit tempore petitura, quia tūc lis contestatur, vt actio perpetuetur. l. senatuscon sulto. ff. de of. presid. Quod procedit sine dubio, si conueniantur de gestis extra officium. d. l. pars literarum. idem de gestis in officio regulariter, vt dictis iurib. possent tamen citari verbaliter, vt compareant finito magistratu. vt not. Bartol. in d. l. ij. de in

de in ius voc.arg.in l.tẽmpus.ff.de hære.
inſt.Fallit primo dicta regula,ſi cõmittat
baratariã in ponẽdo vel remittendo pœ-
nam per pecuniã, vel furtũ,vel enorme,
vel maius delictũ in officio rõne officij.
Quo caſu pñt ẽt durãte officio cõueniri,
& ab officio remoueri.l.iubemus.ibi,ad-
miniſtrante eo.C.ad l.Iul.repet. & no.in
l.ij.in prin.ff.de in ius voc.& in authẽ.vt
iud.ſine quoq ſuff.§.illud. & in §.neceſsi
tatis.& l.fi.ff.ad l.Iul.repe.& in authẽ.de
defen.ciui.§.interim.& no.in l.mancipia.
C.de ſer.fug.& in auth.vt dif. iudic. §.ſi
vero.& §.ſi tñ.Et ita fuit obſeruatum de
facto in ciuitate noſtra Caſtelli, in col-
laterali do.Io.de Firmo,tunc poteſtatis:
qui per pecuniã & baratariã promiſerat
abſoluere do.Franciſcum de Canaulibus.
Et ẽt Florẽtiæ contra do.Franciſcum de
Taliagozzo tunc capitaneũ,pro baratariã
facta cum hæbreis, qui durante officio
fuerunt capti & torti,& in carceribus mã
cipati & puniti.Secundo remouentur ab
officio, & durante officio ſyndicantur,
propter aduerſam & longã corporis in-
firmitatem.Tertio ꝑꝑ nimiã negligentiã
per l.ſi quos iudices. C. de off.ꝑfec ꝑtor.
Quarto ſi videat aliquos rixantes, & ſe
nõ interponit,debet remoueri ab officio.
ſm Cyn.in l.ſi ſeruus.C.de noxa. Quin
to propter nimiam ſæuitiam.l.ij.ff.de his
qui ſunt ſui vel alie.iu.& no.Ang. in ad-
di.quas fecit.in tract. Bal. in §.proficiſci.
in q.44.Sextò ſi non tenet integrã fami-
liã,pro qua recipit ſtipendium. l. j. & iij.
in v.col.& in l.in nomine domini. C. de
offic.præfect.præt.Affric.

Remotus propter eius culpam vel delictum, non debet habere ſalarium.

44 ¶ † Et aduerte:quia ſi remouetur ab offi-
cio,propter eius culpã,vel delictum, non
debet habere ſalarium:ſecundum Bal. in
l.Neſennius.ff.de excuſa. tut. & Iaco.de
Are.in l.Mæuia.ff.de annuis lega. & Bal.
in d.l.mãcipia. vbi idem dicit in officiali
remoto propter ſuſpicionem.& no.Ang.
in dictis addi.q.71.Item põt ſyndicari du
rãte officio,de eo,quod aliis dedit, vt ha
beret offm̃. vt in §.ſi quis aũt.in auth. vt
iud.ſine quoq.ſuff.Poterit ẽt durante of-
ficio ſyndicari:qñ durãte primo ſemeſtri
eligit̃ pro alio ſemeſtri:ita ꝙ ſint duo of-
ficia,& nõ vnũ cõtinuatũ & ꝓrogatũ: ſm
Bal.in l.ſi cõſtante.C.ſol.mat.no. Bar.in
l.dies cautionis.ff.de dam.infec.licet Bar.
dixerit,ꝙ antequã ſyndicetur,non tenet
noua electio:per reſcripto §.debitores.ff.
de mune.& hono. ſed de cõſuetudine ſer
uatur contrariũ: quia cõiter rectores eli-
guntur durante primo ſemeſtri, & poſt
factã electionẽ de ꝑterito ſyndicantur.

In quibus poſſunt durante officio conueniri.

45 ¶ † Similiter poterit officialis durante of-
ficio cõueniri: qñ ipſe officialis, & is cui
infertur iniuria,ſunt ſubditi eidem dño:
ita ꝙ per talẽ cõuentionẽ nõ eſt opus,qđ
officialis ſe abſentet à loco ſuæ iuriſdi-
ctionis:ſicut videmus qñq; in aliquibus
terris Marchiæ, in quibus ſunt aliqui ꝓ-
uinciales in officio, qui ſunt ſubditi eiuſ-
dem domini,cuius ſunt illi, quibus inferẽ
iniuria:vt in ſ.dicit gl.i d.§.neceſsitatis,
ꝙ corã principe põt durãte offõ cõueniri.
¶ Itẽ poterit durãte officio cõueniri, ſi ꝓ
ceſsit de voluntate cõuenientis, qa cũ ſit
inductũ in fauorẽ ſubditorũ,ꝙ finito offõ
cõueniant̃.d.l.nec magiſtratib⁹.ff.de iiur.
& d.l.ij.ff.de in ius voc. pñt tali fauori ꝓ
ſe introducto reuũtiare. ar.l. ſi quis in cõ
ſcribendo.C.de pact.cum ſimi quòd ta-
46 men hodie non † procederet: quia cõ-
muniter in electionibus apponitur capi-
tulum & pactum ſpeciale, quòd omiſsis
& commiſsis teneatur ſtare ad ſyndica-
tum finito officio. Vnde officialis non eſt
obligatus ante:cum tranſiuerit in contra
ctum.l.Ceſar.ff.de public. & l. donatio-
nes. C.de donat. inter vir. & vxo. & ſic
agens durante officio ageret ante diem:
quod fieri non poteſt. l. niſi finita. ff. de
tute.& rat.diſtrah.& hoc verum, niſi de
voluntate officialis & communitatis, ꝙ
ipſum elegit:quia poteſt talis communi-
tas remittere ſindicatum,ſicut tutori re-
mittitur redditio rationis. l.quidam de-
cedens.ff.de admin.tut. ergo fortius po-
teſt ordinare, & ꝙ durante officio ſyn-
dicetur.argu.authen.multomagis. C.de
epiſcop. & cleric. Et aduerte, quia ſicut
non poteſt regulariter durãte officio cõ-

ueniri, ita non potest alium subditũ conuenire, si habet merum & mixtum imperiũ, & coram alio iudice, secundum Ang. in d.l. pars literarum. quia presumitur subditis esse nimis terribilis durante officio, & multomiuus coram se ipso: quia non est competens in causa propria. l.j. C.ne quis in sua causa.

Vbi proceditur ex mero officio nõ datur copia inquisitio.

¶ *Ex mero eorum officio.*

47 ¶ † Hæc verba important & operantur, ꝙ inquisitio procedit sine aliqua diffamatione præcedente: & procedit absque eo ꝙ copia inquisitioni detur reo inquisito: q̃ duo requiruntur, vbi non proceditur ex mero officio: ſm Ang. in l.si vacãtia.C.de bo.vac.lib.x.ver.v.no. in ver. itẽ fallit.per c.qualiter & qñ.el ij.& c.inquisitionis.de accus. alleg.c.j. de off.ord. Sed certe ille text. non vr̃ hoc probare: quia dicit ꝙ episcopi hebeant liberã potestatem adulteria & scelera inquirendi, ſm quod canones cẽsentur.canones aũt expresse exponunt ꝙ iudex non p̃cedẽte diffamatione ab honestis & fide dignis, non possit inquirere: vt d.cap.qualiter & quando.& c.inquisitionis. & c.cum oporteat. igitur &c. igitur cogita.

¶ *In eo, de eo, & super eo, quòd fama publica præcedente.*

48 ¶ † Licet regulariter de substantia inquisitionis specialis requiratur, quòd p̃cedat fama publica, non semel tñ, sed pluries à personis honestis & fide dignis, & non à maliuolis & suspectis. Et ꝙ si tanta, ꝙ scandalum generet, & sine periculo tolerari non possit: vt in c.j. & cũ oporteat. & c.ad petitionẽ. & c.inquisitionis. & c. qualiter & qñ. el ij.de accusa.

¶ Tamen in nostra inquisitione generali non requiritur quòd p̃cedat fama publica, sicut non requiritur in inquisitione generali quæ fit contra caput & membra alicuius ecclesiæ, vel loci, de delictis in genere: vt in c.j.de off.ordi.& in c.irrefragabili.& c.excõicamus.de præb.& no.Host. in summa in d.c. qualiter & quando. & Ang.in d.l.si vacantia.in versic.de quinto artic.& ver.& per hoc patet ꝙ syndicatores potestatis &c, Itẽ non requiritur in inquisitione generali quò ad personas & delicta: de qua in l.congruit.ff.de offi.

49 p̃si. † Itẽ nõ requirit̃ vbi procedit cõtra p̃sentẽ & nõ opponentẽ: vt in c. de acti. in vj. Quarto nõ requirit̃ qñ proceditur contra confessum crimen, de quo iuquiritur, vt in c.i.de accu.in vi. Quinto non requiritur tanta diffamatio, quando inquiritur ad remotionem p̃latorum regularium, vt ĩ c.qualiter.el ii.de accu. Sexto vbi inquirit̃ ad denũtiationem publici officialis. C.de accus. l.ea quidem. & ponit Hosti.in d.c.qualiter & qñ.de accusa. Septimò vbi inquiritur ad vtilitatem publicã, in cã mere ciuili & pecuniaria: vt in casu l.si vacantia.C.da bo.vac.lib.x.& l.si quis post hoc.C.de bon.proscri. Octauo vbi inquiritur ad vtiltatem priuatã, vt insti.de Atti.tut.§.sed hoc iure.licet in causa suspecti tutoris, quia agitur ad crimen puniendum requiratur, quod præcedat diffamatio.l.hoc enim.ff.de suspe.tu. Nono cũ iudex inquirit ex mero officio, vt in c.i.de of.ord.licet hoc ibi non p̃bet̃ vt dictum fuit.s̃.in ver.ex mero officio. Decimo vbi vertit̃ periculũ animarũ, vt in c.neque.de clan.desp. Vltimo non requiritur diffamatio, vbi procedit iudex ex necessitate officii. vt no.Hosti.in cap. qualiter & qñ.& Ange.in d.l.si vacantia. vers.quarto requirit̃.quod no. quia statuta cõiter prouident nõ solũ ꝙ iudex possit, sed quòd teneatur inquirere de delictis, quia tunc procedit inquisitio, etiam si non procedat diffamatio. quod not.& tene menti perpetuo.

Definitio malæ famæ.

¶ Sed quia recte hic cadit videri de fama. Quæro primo quid etit fama? rñdeo secundum Bal.in l.de minore.§.tormenta.

50 ff. de q̃stio. † quòd fama est cõis opinio voce manifesta ex suspitione proueniẽs. Communis opinio dicitur ad differentiam opinionis singularis.l.cum quidã.§. quod dr̃.ff.de acq.h̃rdi. & l.quod Labeo. ff.de supp.lega. Voce manifesta, ideo dicitur secundum Vgutionem: quia fama dicitur à fando id est à loquendo, vt ipse dicit super verbo, fama. vñ non dr̃ fama, nisi sit locutio. Ex suspicione proueniens dr̃ ad dr̃iam manifesti, & notorii, quod

dicitur

dicitur esse certum.l.ciues & incolę.& ibi no.C.de app.& l.si vero.§.qui ꝑ rei qualitate.ff.qui satis.cog. Et intellige, ꝙ fama est cõmunis opin.scilicet eorum,ad quos spectat hoc scire:vt nõ.glos. in d.§.quod dicitur. vnde si dicitur ꝙ sit fama: quod aliquis sit doctus: hoc spectat scire ad sapientes & doctos, non autem apud vulgares & indoctos: & in magnis negotijs requiritur fama totius ciuitatis:& in paruis sufficit fama viciniæ,vt no. gloss.in dicto.§ quod dicitur.& Bar.in d.§. tormenta.vbi quòd id quod dicitur, quòd fama est communis opinio,debet intelligi,omnium vel maioris partis hominũ illius ciuitatis,ad quos spectat:puta,si est factum quod spectat ad decuriones vel consiliarios, oportet ꝙ sit fama apud maiorẽ partem consiliariorũ, non autem mulierum, vel puerorũ. Si tale factũ quod non spectat ad principales,sed ad mulieres,sufficit quòd sit fama apud maiorem partem mulierũ.Et ideo non recte dicũt qui affirmant, quòd x.aut xx. homines faciunt famam:quia oportet quòd sit cõmunis opinio hominum,vel maioris partis illorum qui sunt in ciuitate , ad quos spectat scire illud, de quo dicitur esse fama, ita videtur velle Innocen. in cap. veniens. de verbo.signi.

51 ¶ †Et aduerte vt supra dicitur in inquisitione:talis fama in maleficijs debet habere originẽ à fide dignis, non à maliuolis & suspectis,vt dicit tex.in d.c.qualiter & quando.el ij.& l.miles.§.pe. & ibi not.ff. de adul.vnde oportet nominare authores famę, vt sciatur quæ personæ sint, & an possint reprobari.l.si quis decurio.C. de fal.& in auth.hodie C.de repu.Et ista fama quãdoque oritur ex aliqua iusta causa,quæ præcedit ipsum malæficium, quia erat aliquis,qui nõ erat consuetus furari,& conuersatus est in domo, in qua factũ est furtũ:ex istis antecedentibus oritur rumor & fama contra eũ. Quãdoque oritur in ipso maleficio, quia deprehẽditur quis in furto , vel adulterio : oritur fama & rumor cõtra eũ, et si deprehendatur à famulo vel alia vili persona:quia tũc fama non habet ortum à persona, quæ inuenit eum,sed ab ipso facto.Quandoque fama oritur ex causa emergẽte post factũ maleficiũ: quia forte post hominẽ occisum & derobatũ, inueniunt res ipsius derobari apud aliquẽ.ex ista causa oritur fama cõtra eũ de occiso, & robaria, arg.l.iij.ff.ad maced.¶ Alias si iusta cã nõ esset,fama modicũ operaretur.d.l.miles.§.pe. qa vbi non præcedit iusta causa nõ debet dici fama, sed vana vox populi q̃ non est audiẽda.l. decurio.de pœ.Cõclude ergo, ꝙ fama habet ortũ ex aliqua iusta causa de ꝑterito, ꝑsenti,vel futuro, vt ĩ exẽplis sup.positis.

De probatione famæ.

52 ¶ † Qualiter autem probatur fama,& per quot testes.glo.in l.iij.§.eiusdẽ.ff.de test. dicit ꝙ sufficiunt duo testes:ꝙ Bar. dicit verum nisi statutum requirat plures.ff. de test.l.vbi numerus.quia testes debent deponere,quòd de facto est fama:& reddere causam scientiæ per sensum corporeum:puta,quia publice audiuerunt dicĩ a maiori parte hominum ciuitatis, alias nõ probãt,secundũ Bar.in d.§.tormenta. ver.qualiter probetur fama. & debet testis interrogari, & respõdere a quibus audiuit dici: cum debeat habere originẽ ab honestis & fide dignis , alias non posset sciri,vnde habeat originẽ.& dictũ fuit supra.& ponit Inno.in c.qualiter & quãdo. & Spe. in tit. de inqui.§.nunc tractemus, vbi dicit , quòd si testis interrogatus à quo audiuit, dicit se non recordari, non probat famam,si nullum nominauit: sed si nominat aliquem , & dicit audiuisse à pluribus alijs de quibus non recordatur, tunc bene probat : quia memoria hominum est labilis.l. peregre.ff.de acq.pos.Similiter etiam probat , si vnus testis nominat aliquos,& alius alios, vel dicit audiuisse in vno loco: alius in alio loco , vel alio tempore , quia per hoc testimonium super fama non vitiatur,& valet, vt no. in l.ob carmen.§ fin.ff.de testib.& Inno. in dicto cap.veniens.& Spec.in d.§. fina. & Bartol. in dict. §.tormenta. Et potest probari non solum affirmatiue sed etiam negatiue:puta,quia testes dicunt famam esse,Titium non fecisse tale maleficium. ff. de probatio. l. si arbiter. Et si aliqui testes probant famam esse, alij famam non esse stabitur dignioribus : & si sint æquales in numero & dignitate , stabitur

bitur illi famæ quæ processit ex verisimilioribus præsumptionibus d.l.ob carmen.§.fi.& Innoc.in d.c.veniens.Et ope. in tit.de no.cri.§. fama. Et probata infamia vnius temporis,& innocentia,alterius tẽporis,præualet vltima l.ij. in prin. ff. quis ord.in bonor.pos. Sed si fama in vno loco probaretur bona: puta, in castro:& in alio loco:puta, in ciuitate probetur mala: standum est illi, quæ habet meliores cās. Et si omnia sunt æqualia, sibi inuicẽ derogant,& neutri fides adhibẽt d.l.ob carmẽ.in fi.facit de ꝓb.c.licet.

An fama faciat plenam, vel semiplenam probationem.

53 ¶†Sed posito, ꝙ sit probata fama, an faciat plenã vel semiplenã probationem gl.& Doct.in hoc variauerũt.Nam gl.in l.proprietatis.C.de proba. & in l.at qui natura.§.eũ me absente ff.de nego. gest. & in l.vbi adhuc.C.de iure dot. videtur dicere ꝙ fama facit semiplenã probationẽ,sed in l.iij.§.eiusdẽ.ff. de testa.& in l. admonẽdi.ff.de iureiur. & in l. in bonæ-fidei.C.eo.& in c.j.de appel.videtur dicere ꝙ facit semiplenam. vnde Dyn. in l. excusantur.§.j.& Cyn.in d.l.proprietatis.& l.fi.de quæst.dixerunt ꝙ fama cum vno teste facit plenã probationẽ in ciuilibus, non autẽ in criminalibus,quia his probationes debent esse luce meridiana clariores.l.fi.C.de proba.sed Iac.de Are. Iac.But.& And.de Pi.in d.l.iij.§.eiusdẽ. videntur dicere, ꝙ non facit plenam nec semiplenam,nec in causis breuioribus,vt in auth.nisi breuiores.C.de sent. ex pe-
54 ri.recip.sed†solũ confirmat probationes iam factas. vnde si probationes hincinde essent æquales,& alius haberet pro se famã,ille obtineret,vt d.§. eiusdem Bar. autẽ.in d.§. tormenta. distinguit ꝙ vbi cõis opinio præualet veritati fama plene probat,& sufficit probatio famæ,vt in casu.l.Barbarius.ff.de offic.præ.& l.j. C. de test.sic etiam sufficit probatio famæ, vbi fama seu cõis opinio facit veritatem.l.cũ de Lanionis.§.asinã.ff.de fund.instr. & l. Labeo.cũ si.ff.de sup.leg.Sed vbi requirĩt ꝓbatio veritatis:& tũc si fama habet ortum à sola voce populi, sine alia iusta vel probabili cã,& nõ est audienda,nec probat plene vel semiplene l. decurionũ.C. de pę.Hæc tñ fama coadiuuat ꝓbationẽ
55 factã.d.l.iij.§.eiusdẽ.†Si vero ꝓbatur fama,quæ habet ortũ ex legitimis pręsumptionibus,& indicijs pręsentibus,in causis breuioribus,vel modici pręiudicij,ꝓbat plene,ſm Bar.in l.si constante.in j.& ij.& iij.q.solu.ma.& in d.§.tormẽta. Idẽ puto in his quæ habent longũ tractũ tẽporis,puta,est fama, quòd est guerra inter regẽ Fernandũ,& ducẽ Io.Idẽ in probatione mortis alicuius.d.l.iij.§.eiusdẽ. & l.si quidẽ.C.solu.mat.quia in his fama facit semiplenã probationem. Ita soluatur prima opinio. In alijs aũt casibus est considerandũ qualiter vrgeãt indicia & præsumptiones, quibus fama traxit originem,& si sunt vrgentia,fama fecit semiplenã,alias non.Ita debet intelligi in d.l. excusantur.§.j.& d.§. eiusdem: & ex his poteris perpendere,an fama sit sufficiens indicium ad torturã. ex quo infert Bart. in l.j.§.tormenta.quòd vbi statutum diceret, quòd fama publica habeatur pro plena probatione in quibusdam maleficijs: debet intelligi de fama legitima, q̃ habuit ortũ ex probabilibus causis & initiis,nõ aũt de ea,q̃ habuit ortũ à sola voce populi,q̃a vanæ voces populi nõ sunt audiẽdę.d.l.decurionũ.ideo tu iudex debes esse cautus in põderãdo,vñ fama habuit ortũ.Et vbi in lege vel statuto agĩt de fama,intelligĩt de fama publica, alias nõ diceretur fama, vt supra patet in diffinitione,secundum Bar.in d.§.tormenta.l.de minore.ff.de quęst.

Fama debet produci ad banchum iuris.

56 ¶†Postremo aduerte tu iudex, ꝙ vbi requiritur diffamatio:ad hoc vt possit inquiri,talis diffamatio nõ debet ꝓduci in occulto sed in publico,& iudice sedẽte ꝓ tribunali.Ideo sis cautus ꝙ notarius scribat in bastardello, in quo est scripta dicta diffamatio.Et ꝓdicta facta fuerunt ad banchũ iuris,iudice sedẽte pro tribunali, alias si fieret in occulto,& in camera,inquisitio nõ teneret,vt d.c.inquisitionis.& no. Ang.in d.l.si vacãtia.in ver. sed q̃ro diffamãtes Titiũ & Ang.de Are.in sua pract. in verb.fama publica ꝓcedẽte. Cętera ad

materiam

materiam famæ indiciorum, & torturæ, vide plene per eundem in d. verbo fama publica. & per Spec. in tit.de inqui §. nūc tractemus. ver. quid si ille. & in §.fama per totum.

Diffinirio famę tam bonæ, quā malæ.

¶ ET adde vt sparsis velleribus telā nobis ordiamur politam. vt dixit Spec.in titu.de not.cri.§.vt autem, quod aliud est fama, aliud rumor, aliud manifestū, aliud notoriū, aliud quasi occultum, aliud omnino occultum vt in c.vestra.de coha.cle.
57 & mu. † Fama est duplex, vna mali quę proprie dicitur infamia: de qua dictū est supra: de qua fit mentio in materia inquisitionis, alia dicitur fama in bona parte: quæ sic diffinitur, fama est illesæ dignitatis status, vita & moribus comprobatus. l.cognitionum.§.æstimatio.ff.de muner. & honor. Et hæc fama est magis æstimāda quam vita.ff.mā.l.Quintus. vnde apostolus. Expedit nihil magis mori, quā vt gloriam meam quis euacuet.j.q.j.c. sacerdos.prope fi.& xij.q.iii. c. non sunt audiēdi. Et qui negligit famam suā dicitur esse crudelis.ij q ij.c.nolo. Et infamia diffinitur conuertendo verba dictę diffinitionis, quod est læsæ dignitatis status vita & moribus reprobatus. vt not. Spe.in d.§ fama.post princ. vbi etiam subdit aliā diffinitionem, seu descriptionem, cōmunem ad famam bonam & malam. fama est vulgi, seu maioris partis, operi eius rei de qua quæritur consentiens.

Diffinitio rumoris.

58 ¶ † RVMOR autem sic diffinitur. Rumor est particularis assertio ex certo autore & sola suspitione proueniens extra de elect.c.olim.& de eo qui cogn.cōsan. vxo.suæ.c.super eo. Et hic rumor minus probat quam fama: quia fama est cōmunis opinio. Rumor est cum pauci aliquid dicunt. vt in c.veniens.& de reg.& in Specula.de not. crimi.§. nunc de rumore & de tali rumore possunt intelligi illa verba posita in nostra inquisitione & clamosa insinuatione referente.

Diffinitio manifesti.

59 ¶ † MANIFESTVM est publica seu famosa proclamatio ex certa scientia & certis authoribus proueniens.d.l.ciues & incolæ. C.de appella.& ibi not.& in c.eorum in fi.xxij.q.iij.22 q.j.c manifest.&c. de manifest.&c.scelus. De notorio dicetur in verbo per modum notorii. & in Spec.de not.cri.in prin. Communis opinio differt a fama: quia probat & habetur pro veritate.l.barbarius.ff.de offi.præto. & facit ius l.j. C.de testa.fama vero facit ius, sed pro ea causa præsumitur, nisi contrarium probetur: vt dictum est supra. & intellige de communi opinione bonorū. non autem malorum & vilium personarum. vt in specula de not.cri.§.sequitur. ver si.sed in quo differunt.

Diffinitio occulti.

60 ¶ † OCCVLTVM dicitur quod nulla ratione probari potest. vt in c. vt nostrū. vt ecclesi.benefic. & talia soli Deo reseruantur. vj.q.j.c.si omnia. Et tale occultū vocatur secretum. ij.q.j. si peccauerit, & not.in Spec.de not. crimi.§. nunc de occulto. Quasi occultum dicitur id quod ꝑ paucos probari potest, quia illud pauci faciunt. puta duo vel tres. vel quinque de pœnitent.dist.j. §. hæc ergo secreta. ver. non sunt hæc.& in Spe. de not. crimi.§. pœnæ occultum.

¶ ETIAM *per modū notorij audita peruenit.*

61 ¶ † Quid autem dicatur notorium distingue, quod triplex est notorium aliud est notorium facti, aliud iuris aliud præsumptionis. Notorium facti est, quod ita se exhibet in conspectu hominum, quod nulla potest tergiuersatione celari: vt si presbyter publicè retineat concubinam in domo. Et in tali notorio non requiritur probatio, nec accusator vt in capit. tua nos.& capitul. vestra.de coha.cleric. & mul.& in c.fi. Et in tali notorio condemnatus non auditur appellans: in cap. cum sit.& capitu. peruenit. de app. & creditur simplici officiali, sine alia pro-
62 batione.iiij.q.iiij.c.aliquando. † Notoriū iuris est, cum aliquid est confessus in iudicio, vel cōdemnatus.l.fi.ff.de stat.hom. & l.res iudi.ff.de regul.iur.& in hoc requiritur probatio, si negetur: vt in capit. sicut de re iudic. Notoriū pręsumptionis est fraternitas & filiatio.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.l.filium.capitul.conquerē-

te.de filijs presbyt. & de diuor. capitul. porro.§.j.& l.Lucius.ff.de condit & demonstratio. & not. gloss. dict. capitu. vestra. de quo plene per Cyn. & Bald. in l. ea quidem .C. de accusatio. & in Specu. de not. crimi.§. iam de notorio. Et aduerte, quia verba per modum notorij posita in inquisitione, multum operantur: quia si reus confitetur omnia & singula in inquisitione contenta: videtur confiteri etiam crimen esse notorium: vt not.Bartol.& Bald.in l.si cui.§. j.de leg. j.& consequenter non poterit postea inquisitio impugnari, ex defectu alicuius solemnitatis omissæ: puta quia de eo crimine non possit inquiri ordo iuris. C.de accusat.l.ea quidem. & in dict. capitul.vestra. & ibi plene per Innocen.& ita dicit Angel. de Aret. in sua practica in verbo. etiam per modum notorii.alleg. Angel. de Peru. in d.l. si vacantia. & dicit dicta verba esse magnæ importãtiæ & effectus.

63 ¶ † Sed iudicio meo parum aut nihil important in exemplo, quod ipse ponit, quod reus confiteatur omnia & singula in inquisitione contenta, quia per talem confessionem etiam sine dictis verbis, omnis inquisitio & processus quantumcunque ineptus & inualidus reconualidatur,secundum Bartol.in l. si confessus.ff. de custo.reo.& Innocen. in capitul. qualiter & quando. de accusation. & Angel.in l.denuntiasse.§.fin.ff.de adulter. pro quo dicto canonistæ allegant casum in capit. pisanis.de restitutio. spoliat. & Ludo.de vrbe allegabat ad hoc casum de iure ciuili a nemine inuentum, nisi ab eo: prout audiui ab eo legente.in l.ait prætor.§.ꝑmittitur.ff. de minor. qui text. subtiliter intuenti hoc bene probat.Sed licet. Lud. attribuerit sibi, tamen ego inueni allegatum a Bãld.in l.iiii.C.de execu.rei iudi.ꝓ quo etiam videtur esse casus in c.j.de accusatio. in vj. & in cap. cum super. extra de confes. pro quo dicto est etiam ratio in promptu, quia in confessum nullæ sũt partes iudicis,nisi in condemnãdo. l.j.C. de confess. & l proinde .§. notandum .ff. ad leg. Aquil. Vnde si potest iudex condemnare reum confessum absque alio ꝓcessu:vt dictis iuribus:fortius poterit, vbi præcessit processus,licet inualidus: argu. l.j.§.j. C. de rei vxo.actio. Præterea inquisitus facile posset allegare & probare confessionem erroneam maxime in furtis & delictis occultis,& nõ notoriis quæ iudex extorsit per torturam: per not. in l.non fatetur, & in l. error. de confess.

64 † ideo sis cautus quod licet maleficium sit probatum per testes:semper facias reũ confiteri ad tollendum omne dubium, quod tene menti perpetuo. Videntur tamen dicta verba operari, quando probaretur delictum esse notorium per testes: quo casu, vt dictum est, omissio ordini. non vitiaret processum. vt not. in dict. l. ea quidem. & dict. C. vestra. Sed etiam dicto casu absque appositione dictorum verborum in inquisitione probata notorietate maleficii, processus non requiritur ideo nihil videntur operari cogita.

65 ¶ † Vlterius aduerte, qđ in pœnã huius primi cap.leg.iuli.ambitus incidũt multi rectores & officiales: qui eligũtur suffragio populi ad officia pecunia data aut ꝓmissa per se vel alios mediatores impetrãtes officium pecunia data, aut promissa, incidunt in pœnam legi iuliæ de ambi. & tales soluentes aut promittentes incidunt in pœnam dicta l. de ambitu. quæ est pœna infamiæ & centum aureorum quæ pena cessat hodie in vrbana,quia ad principem seu pontificem pertinet cura electionum, & non ad populum: vt dicit text.in l. j.ff. ad legem iuli.ambit. Et eadem pœna tenetur qui instituit nouum vectigal. vt d.l.j. in fi. sed qui per pecuniam in officio refirmatur etiam per rescriptum principis,incidit in pœnam deportationis & eandem pecuniam tenetur soluere fisco.l.j.C. ad legem iuliã ambi.& in authentic. vt iudi. sine quo suffrag.§.j.& per totum titul.& in authent. de man.princip.§.oportet.

De iuramento præstando ab officialibus.

¶ *Item in eo de eo, & super eo quod dictus domi. Ioannes & eius officiales non iurauerunt in forma.*

66 ¶ † In princip.officij potestas & officiales tenentur iurare in forma tradita a iure communi,& a statutis & præsertim, ꝙ nulli dederunt,neque dabunt nec promiserunt

ferunt, occasione dictæ electionis officij, ꝑut tenentur secundũ formã iuris, & statutorum, vt in auth.iusiur.quod præst.ab his.§.j. Et aduerte ꝙ iurans generaliter seruare statuta, non tenetur seruare statuta illicita, aut impossibilia, nec libertati ecclesiasticæ contraria, vt est tex. in cap.j.in fin. de iureiur.in vj.& not.glo.& Host. in cap.j.de hisque fi.à ma parte cap.est enim tale iuramentum generaliter præstitum, interpretãdum secundum ius commune, quòd iurans teneatur seruare solum statutum, & consuetudines iustas, passibiles & honestas: vt leg. & not.in c. ad nostrã. el iij.de iureiu.& in cap.super quibusdam.
67 de verb.sign.†Et si expresse iuraret illicita & impossibilia, & inhonesta, eoipso largo modo esset periurus, vt not.glo. in dicto cap.j de iureiur.in vj.& in c. sicut nostris.extra de iureiur. Et idem dicendũ, quando generaliter iuraret seruare statuta, & sciret aliqua esse illicita & inhonesta, & iurãs in mente sua gerit se illa seruaturum: quia etiam tunc eoipso est periurus, vt no.glo.in d.cap.j. in vj. Tenetur ergo generaliter iurare & gerere in mẽte seruare solum iusta & honesta, & tunc solum ad iusta & licita obligatur, vt dictis iuribus facit l.qui cum tutoribus.§. fin.ff. de trans.& l.conditiones.& l.seq.ff.de condi.insti.& l.si.ff.qui satisd.cog.& l.pen. C. de non nume.pec.&c.non est obligatoriũ. de regu.iur.in vj.& in l.impossibilium.ff. eo.Et adde quod tale iuramentum generaliter præstitum non se extendit ad statuta futura & edenda, sed solum ad statuta edita & pręterita, vt est tex.in cap.pen. extra de iureiur.& c.quem modũ etiam si iuret seruare futura, non tenetur nisi ad licita, possibilia, & honesta, & non cõtraria ecclesiasticæ libertati: vt dictis iuribus.

De sedendo ad banchum iuris.

¶ITEM *in eo.de eo: et super eo quod dictus olim potestas, & eius iudices non sederunt ad banchum.*

68 ¶†ISTVD capitulum cum ix.sequentibus continet negligentiam potestatis iudicum, & officialium & familiæ, prout apparet ex lectura eorum. Et istud primũ ponit negligentiam potestatis & iudicum in sedendo ad banchum iuris, secundum formam iuris, & electionis & statutorum.nam de iure communi iudices debent sedere diebus iuridicis ad ius reddendum à mane vsque ad vesperas, vt dicit text. in authen.de iudi.§. sedebunt. Sed hodie communiter sunt vbique statuta, quòd debent sedere diebus iuridicis semel aut bis in die: de mane in tertijs, & de sero in vesperis. vnde si cessante iusto impedimento potestas, & eius iudices fuerint negligentes in sedendo, & iura reddendo, incidunt in periurium & pœnam infamiæ, quia iurauerunt seruare statuta. Et vltra tenentur ad pœnam statuti reipublicæ, & interesse agentium & litigantium corã eis l. si quis maior.C. de transact.& l.si quis in conscribendo. in fin.C. de pact. Sit ergo cautus potestas vel iudex, vt possint probare, ꝙ sederint: ꝙ faciant scribi à notario actorum: qualiter ad ius reddendũ quolibet die iuridico sedit: secundum Bald.in l.fina.C. de statuis & imaginib.

An & quando officiales teneãtur de negligentia? & Inquisitio de negligentia dicitur scrupulosa.

69 ¶Est igitur†cõgrue videndũ.An & qñ potestas & eius officiales teneantur de negligentia, quæ cõsistit in omittẽdo: cũ dicatur leuius delictũ in omittendo, q̃ in committẽdo, vt est tex.iiij.q.iiij.c.j. Et quãuis Bal.in d.§.proficisci in ix.q. dixerit ꝙ nõ est cõueniens ꝙ officiales syndicentur de negligẽtia, quia esset nimis scrupulosa inquisitio.l.si seruus.in prin.de leg.j. nisi talis negligentia esset dissoluta, & dolo proxima: tñ de rigore iuris ita debent officiales syndicari de neglectis, sicut de cõmissis, quia quando aliquid incumbit ratione officij, paria sunt facere non facienda, & non facere facienda, vt est text. in tutore & curatore, in l.prima in princ. ff. de tut.& rati. dist. Et in officialibus sunt infinitæ leges punientes eos de negligentia, vt est tex. in dicta l. si quis in conscribendo.in fi.& in l.si quos iudices. C.de offic.præfect.prætor.& in l.mancipia. C.de seruis fugiti. & in authen. de quæsto.§. super.& in cap. iudices. de pace iura.

ce iura.firm.& in l.iudices.C.de anno. & tri.& in l.j.C.de suscep.& archa.lib. x. & l.placuit cũ multis simi.C.de col.fun. pa
70 tri.eo.lib. † vnde sicut tutor & curator tenẽtur de negligentia in administratione tutelæ, & curæ.l hæc.n.§.fi.de suspe.tut. Ita officiales tenẽtur de neglectis in administratione reipublicæ,cũ per formam statuti,& suæ electionis,& iuramenti per eos præstiti, promiserũt statuta seruare, & iustitiã omnibus ministrare:quod iuramentũ obligat officiales ad seruandũ promissa præcisè, & in forma specifica: vt in c.ad nostrã.& ibi not.de iureiur. nec admittitur purgatio moræ.l.si insulã.& ibi not.ff.de verb. oblig. Præterea nõ põt negari, ꝙ in cõtractibus qui celebrãtur gratia vtriusque, venit dolus, lata & leuis culpa.l.si vt certo.§.nũc videndum.ff.commo.officiales aũt eliguntur ab vniuersitatibus,vel aliis authoritatem habentibus, ad administrandum iustitiam reipublicę omnibus subditis:& sic gratia ipsorũ eligentium ac ẽt gratia ipsius electi,propter salarium & honorẽ, quod inde consequi debet.ergo sequitur ꝙ tenetur de dolo,lata & leui culpa,seu negligentiæ non autẽ de leuissima,nec de casu fortuito, vt d.§. nunc videndum.Et sic potest intelligi dictum Bal.ꝙ non syndicantur de negligẽtia leuissima, sed de dolo & lata culpa, quæ dolo comparatur.l. quod Nerua.ff. depos.& similiter de leui culpa per regulam dicti.§.nunc videndum. cum simi.

71 ¶ Iudex † & potestas tenẽtur si non admittunt probationes & defensiones:dum tamẽ pars probet in syndicatu. quod produxit testes probantes intentionem suã, & quod iudex noluit examinare,alias nõ tenentur.tene menti pro syndicatu domini Spinelli.

¶ Ex quibus infertur ad plura. primo, quòd si potestas,vel iudex negligant recipere accusationem, denũtiationem, vel querelam sibi porrectam:vel si recipiunt & nolunt examinare testes sibi productos,faciunt litem suam, & tenentur in syndicatu,duntamen pars probet in syndicatu, quòd produxit testes probantes intentionem suam, & iudex noluit examinare, & quod interest sua testes fuisse examinatos in tanta quantitate. l. si quando.C.de test.alias iudex non teneretur, secundum Bald.in l.damni.§ Sabini.ff.de damn. infecto. & in l. in pecuniarijs.ff. de ferijs. alleg. l. qui commeatus.ff de re mili. Et similiter tenetur si non admittit alias defensiones, vel probationes per instrumenta, secundũ Bald. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vti. publi.

72 ¶ Item † si non faciunt restitui furtum, vel damnum, damnum passo cum possunt,& tunc tenẽtur insolidum,quia præsumuntur esse in dolo vel lata culpa,quæ dolo comparatur:secundum Bald. in dicta l. mancipi. C. de seruis fugi. vbi dicit,quòd vidit semel condemnari quendam iudicem,quia apportauit accusationem sibi porrectam ad cameram, & noluit super ea procedere. alleg. ad hoc. ff. de eden.l.argentarius.§.cum autem.

¶ Item tenentur si sunt negligentes in exigendo condemnationes & alia debita cõmunis.l.j.C.de murilegul.lib.xij.& l.fi.C.vt in pos.legat.maxime si negligentia ipsorum, debitores facti sunt non soluendo.l.Lucius.§.fi.ff.de fideiusso. Et eo casu debet tantundem de suo salario retineri.l.iudices.C.de anno.& tribu lib.x. Poterunt tamen repetere ab his pro quibus soluerunt,secundũ Bar.in l.missi opinatores.C.de exacto.tri.lib.x.

73 ¶ Item † tenentur si nolunt audire partes dicta l. argentarius. §. cum autem.ff. de eden. & no. Bald. C.de pœn.iudi. qui ma.iudi. super rub.

¶ Item tenentur parti ad interesse, si per dolum,vel notabilem negligẽtiam omittunt interrogare testem de causa scientiæ,per tex.in l.si quando C. de testib.

¶ Item si non admittunt exceptiones legitimas, vt not. Bald. in §. proficisci. in xvij. quæstio. allegat.C. de pact. l. si quis in conscribendo.in fin.

¶ Item si omittunt condemnare victum in expensis,quando fuit petitum, vt est gloss. in sing. in cap. fina. circa medium glo.ff.de rescrip.alias non tenetur, si nõ est petitum l.properandum.§.sinautem alterutra. C.de iudi. Nec recuperat ab eo qui debuit condemnari: quia lata sententia officium suum super expensis expirat.l.iij.C.depositi.Et quia soluit potius

pœnam

penam sui quasi delicti. quam verum debitum, ideo non potest recuperare: secundum Ang. & Ioan. de Imol. in l. si quis dolo. ff. de re iudi. & Bald. in l. sancimus C. de iudi. licet Spec. teneat contrarium, in tit. de expen. §. postremo.

74 ¶ Item † tenentur si sunt negligentes in terminando causam ciuilem intra tempus à statuto præfixũ. q. vj. § hoc ẽt. & in auth. de qõ. §. super hoc. & non solũ faciũt litem suam, vt teneantur ad interesse partis, quatenus eam ledunt. vt in c. iudices. de pace iura. fir. dict. §. super hoc. sed tenentur etiam ad pœnam statuti, & incidunt in periurium: quia iurauerunt seruare statuta: & pœna statuti non excludit pœnam periurij l. si quis maior. ff. de transf. & not. Bald. in d. §. proficisci. in iij. q. ver. sed nunquid iudex. & ita refert tenuisse Iacob. Butri. in l. properandum. in princ. C. de iudi. quod tamen idem limitat, verum si potestas, vel iudex est in dolo. quia potuit & noluit, sed cessante dolo non erit periurus: alias sequeretur, q ex culpa & negligentia fieret periurus: quod est falsum. non tamen excusatur a pœna pecuniaria statuti nisi propter causam probabilem & necessariã. ff. de verb. obligat. l. continuus. §. illud. & quod not. Innoc. de off. delega. c. pen. & Bald. in d. tract. in iiij. q. & dicitur probabilis causa, si fuit impeditus facto partiũ, & tunc excusatur a pœna: & potest tempus prorogari: secundum Bald. in l. petente. C. de temp. in integ. re. pe. facit quod idem no. in auth clericus. C. de episc. & cler. & in l. si ideo. C. de his qui. vt indig. vbi dixit, quod vbi non est culpa, nõ debet esse pœna. Dicitur ergo iudex in culpa, si causa erat instructa, & fuit requisitus, quod expediat & stat per eum, alias nõ dicitur negligens, nec tenetur ad pœnam: secundũ Bald. in authentic. sed lis. & in auth. item si appellatur. C. de tempo appel. & in d. c. iudices. in ij. latere & vide eum in l. statutis. C. de sentent. ex peri. reci. quia in his quæ respiciunt vtilitatem priuatam, iudex non regulariter impartitur officiũ non petitum. l. iiij. §. hoc iudicium. & ibi per Bartol. ff. de damno infecto.

75 ¶ Sed † postquam iudex est semel interpellatus, & causa est instructa dicitur stare per eum secundum Bart. in l. Titia. §. vsuras. de legat. ij. & in l. damni. § Sabini ff. de dam. infect. Et si sibi de causa non liquet, possunt partes instantiam renouare: secundum Bart. in l. properandum. §. j. C. de iudic. & Ange. in l. sed si ante. ff. iud. sol. & tunc non incidit iudex in pœnã secundum Bartol. in l properandum. §. j. C. de iudi. & Angel. in l. sed si ante. ff. iud. sol. & tunc non incidit iudex in pœnam secundum Bald. in l. petendæ. C. de tẽp. in integr. resti. pe. Et si partes nolunt renouare instantiam, potest iudex iurare sibi de causa liquere & dicere: condemno condemnandum, & absoluo absoluendũ: secundũ Angel. in l. cum iudex. C. de sent. & in l. prætor ait ff. de iudi. Poterit etiam iudex propter breue tempus pronuntiare reseruatis exceptionibus: secundum Bald. in l. peremptorias. C. sent. resc. non pos.

¶ Item propter breuẽ instantiã fere omnes terminos cumulare: secundum Bald. in l. properandum. in princip. in ij. col. de iudi. Et aduerte. quia tempus instantiæ non currit iudici, si pars habet testes in longinquis partibus, & opus est dilatione, quæ absorbet totam instantiam, quia tunc etiam post tempus potest de causa cognoscere. secundum Dyn. & Dyn. in l. cum ipsis. de excusatio. tuto. quod not. & tene menti.

76 ¶ Item † aduerte quod tempus instantiæ non currit impedito facto iudicis: secundum Angel. in l. si. C. de adult. Et licet instantia causæ principalis, non possit pacto partium prorogari secundum communem opinionem Bart. Bal. & aliorum, in l. properandum. in prin. C. de iudi. Possunt tamen partes per pactum se obligare de non opponendo de peremptione instantiæ: secundum Bart. in l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Falcid. Et adde quod licet sit concessum arbitrium potestati in ciuilibus & criminalibus: debet tamen expedire causas intra tempus instantiæ statuti, alias tenetur de negligẽtia. & nota Bald. in l. j. ff. de except. doli. & Bart. in l. si in lege. ff. loca.

77 ¶ Item † tenentur de negligentia, si nõ expediunt processus criminales intra tẽpus statuti, & successori reliquit. vt not. Bald.

Bal.in l.j.§.sciendum.ff.de magist.coue. Quod intellige verum quando procedit ex mero officio & ad vtilitatem publicã: quo casu dies & terminus statuti interpel lat pro homine.l.magnam.C. de contra. & com.stipu.& c. potuit. extra de locat. secus si procedit per accusationem & nõ fuit per accusatorem requisitus,quia tũc non dicitur negligens nisi accusatore pe tente & requirente,quod sententiam ferat: ideo poterit post tempus statuti pro cessum expedire.vt not.glo.in l.si curato ris.C.de iure deliberan. & l.pen. eodem titu. & est casus l.j. C. vt infra certũ tẽp. crimi.quęst.termi.Quod limita si statutum diceret, quod iudex teneatur processum accusatoris eodem modo expedire:sicut inquisitionis & denunciationis: vt vidi in multis locis. quia tunc si non expedit intra tempus statuti, teneretur de negligentia: vt dictis iuribus. Aduer te tamen quod vbi iudex tenetur expedi re processum intra certum tempus, non tenetur ante finem termini. secundum Bart.in extrauag. ad reprimen. in versi. procedat.& Bald.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de infa. per l.j. §. expilatores. ff. de effra.& expi.

78 ¶ Item † tenentur de negligentia,si non inquirunt de maleficio, quod est notorium: vel quando fuit eis denũtiatum alias non tenetur: vt not.Bald.in l.j.§. magistratibus.ff.de magistr.conue.eo.n. ipso,quod delictum est notorium patet de negligentia iudicis:vt not.Io. And.in cap. quanto. de offic. ordin.& gloss.28. quæstion.dicit. quod ignorantia neminẽ excusat de eo quod publicè factum est in ciuitate.16.distinct. c.quod dicitis.& 12. quæstio.ij.c.qui inhumanis dicitur enim talis ignorantia crassa & supina, quę in facto publico neminem excusat. 12. quæst. ij.c quia vidimus.& l nec supina. & l. regula.ff de iur.& fact.ignorant.& c.in tua. qui ma.accusa.poss.12 distinct.c.fin.& c. j.de postu.præl. Et potest dici vera ignorantia affectata,quæ si venit ex culpa est noxia.15.quæstio.j.c.si quis. Dicitur autem ignorantia affectata quando quis non vult intelligere vt bene agat.36. distinct.§ ult.vide text.ix.q.j. c. ordinationes, qui dicit, quod si iudex non inquirit de eo,quod debet inquirere,tenetur quia præsumitur in eo scientia vel culpa.

79 ¶ Item † tenetur si propter negligentiã non inquirit de maleficio:licet statutum dicat,quod possit inquirere quia verbum potest.vbi lex procedit tradendo regulã, vel formã,importat necessitatem. l.j.C. de deserto lib.xij.& in l.sæpe. ff.de offic. præsid.& l.non quicquid.ff.de iudi.ita di cit Bal in l.Gall.ff.de liber.& posthu.Sed vbi maleficiũ nõ est publicũ & notoriũ & nõ denuntiaĩ ab officiali vel syndico,sed ab aliquo priuato qui prætendit cõmodũ propriũ sit cautus iudex,ꝙ faciat porrigi accusationẽ in scriptis,& in eo casu si accusans non ꝓbat,debet ad pœnã talionis etiam condemnari.l. fin. C. de accusatio. ¶ Et si nolit accusare,faciat sibi dare testes & eis præbentibus informationem forma re inquisitionem.Si vero non dederit testes,non debet inquirere, nec tenetur de negligentia:quia non debuit esse facilis ad credendum iniuriato.Si autem querelans sit extraneus consideret iudex diligenter an sit fide dignus, & inquirat: secus si sit maliuolus,vel suspectus : quia non debet ei credere,nec ex dicto eius inquirere, vt in cap.qualiter & quando.de accusa.& in c.inquisitionis.eo.tit. quia sicut iudex arguitur de negligentia, si non procedit de crimine de quo sibi liquet,ita argueretur de leuitate procedendo de eo de quo nõ constat:& maxime super maleficiis antiquis,in quibus vidi multos officiales leues ad inquirendum, & cum verecundia processisse,& in syndicatu fuisse dãnatos.

80 ¶ † Cõclude ergo in summa, quòd si potestas vel alius officialis non facit, id quod facere tenetur in officio & nomine officij præsumitur in dolo. secundum Bar. in l. tutor qui repertorium.ff. de administratio. tuto.vbi dicit, quòd obligatur ad interesse arg l.si procu.§ dolo.ff.manda.Et ideo si perit ius partis in totũ vel in partem,facit litem suam:secundum Bald.in l. si quando. C. de test. secus si non perit jus:sed pars potest etiam illud æque consequi ab alio officiali eius successore, & tunc potestas, vel iudex de negligentia non tenetur secundum Bald in d.l.profiscisci.& not. Bart.in l.iiij.§. si tam vicinũ. ff.de dam.infect. licet Ang. ibi dicat contrarium

trarium: quia sicut negligẽtia partis aliū iudicem non adeuntis non nocet iudici: ita diligencia non debet sibi prodesse, & iudicē à sua negligẽtia excusare. alleg. ad hoc. ff. de no. ope. nunc. l. de pupillo §. si pluribus cum concordantijs ibi allega.

Intra quantum tempus dicatur negligens.

81 ¶ † Et si quæris intra quantum tempus potestas vel iudex dicatur negligens. Respondeo, quòd si tempus est taxatum à lege, vel statuto, & intra illud tempus nō faciat, reputatur negligens: sed si tempus non est determinatum, debet procedere quamprimum potest: vt no. glo. & Bal. in l. j. C. de his quibus vt indign. & Bald. in l. in cognitione. ff. ad Sillanianum. facit. l. ij. §. confestim. ff. ad Tertullianum. Item facit q̃ in fisco de cuius vtilitate agitur, mora contrahitur re ipsa, absque alia monitione, vel interpellatione: secundum Bald. in d. c. iudices. de pace iuram. firmā. Quod puto verum in criminali & in delictis notoriis, aliàs sibi denunciatis. l. cōgruit. ff. de off. præsid. & l. diuus. de cust. reo. Secus in ciuili, quia mora regulariter non contrahitur: nec dicitur iudex negligens, nisi postquam fuerit requisitus: q̃a iudex non impartitur officium non petitum. d. l. iij. §. hoc autem. licet in maleficiis clandestinis: vt in furtis, & similib. non præsumitur negligentia, nisi probetur. l. j. & ibi per Bal. & l. si ea. & l. fratrē. C. de his quib. vt indig. quia si iudex inquirit contra aliquem, & non habet testes tenetur inquisito ad interesse. l. & si seueriter. C. de excusa. tuto. facit l. satis apertè. C. de fal.

Qualiter probetur negligentia.

82 ¶ † Et si quæris qualiter probetur negligētia, colligitur ex prædictis, quod eo ipso, quòd probatur delictum fuisse notorium, vel fuisse denuntiatum, vel notificatum iudici cum testibus vel indiciis, & non fuit processum, probatur negligētia: secus in clandestinis: quia p̃sumit ignorantia, nisi probetur scientia. ff. de proba. l. verius. in ciuilibus autem eo ipso, quod probatur requisitio, & causa est instructa, & nō fuit debito tempore expedita, probatur negligentia iudicis: nisi iudex probet iustum impedimentum: vt colligitur ex iuribus & rationibus supra allegatis. & no. in cap. j. de regu. iur. in sexto. & in Specul. de inqui. versic. sed pone q̃ iudex malitiosus. & est glo. iiii. q. viii. can. qui sine. & in cap. fin. de rescrip. in c. cum sit generale. de foro compet͂e. & in l. ij. §. idem si quis in iudicio. ff. si quis cautionibus. cum similibus.

Qua pœna puniantur officiales de negligentia.

83 ¶ † Vlterius qua pœna puniantur officiales negligentes, & ad quid teneantur ratione negligentiæ? Conclude primo in ciuilibus, q̃ si fuit in dolo, puta, q̃ fuit requisitus, & dolose omisit causam expedire, facit litem suam, & tenetur insolidū ad interesse partis. d. l. si quis in conscribēdo. in fine. & l. ex maleficiis. §. si iudex. de actionib. & obligationib. l. fi. & ibi no. ff. de var. & extraordi. cogn. insti. de obli. quæ ex quasi delicto. in principio. & l. si filius. ff. de iud. Item si statutum imponit pœnam, tenetur etiam ad pœnam fisco, si autem omisit, sed culpa sua, tunc condemnabitur in quantum iudici æquum videbitur. Sed si fuit negligens in criminali, puta, in procedendo de crimine etiā capitali contra homicidam, non punitur regulariter in syndicatu pœna personali, sed pecuniaria applicanda fisco. in authen. vt diffe. iudi. §. j. & in authen. de manda. princi. in princi. & §. si tibi. & no. glo. in l. ii. ff. de sepulch. viola. quia ex culpa & negligentia non punitur quis capitaliter, vt not. gloss. & Docto. in l. j. ff. de legi. facit l. fin. ff. de magi. con. iuncta l. in eos eod. tit. & quod no. in d. l. j. C. vt int. cer. temp. crimi. quæst. termi. & in l. qui crimen. C. qui accus. non pos.

84 ¶ † Item debet perdere salarium si pro toto tempore fuit negligens: secundum Bar. in l. Mæuia. ff. de annuis lega. Fallit in casu l. fina. C. ne sancti. baptis. vbi specialiter propter magnitudinem criminis iudex punitur capitaliter, si non punit crimen sibi delatum. Secundo fallit in casu l. penul. C. de paga. vbi iudex negligens punire sacrificantes idolis, punitur pœna capitis. & est speciale fauo-

re Christianæ fidei statutum. Tertio fallit in casu l.penul. C.de suscep. & archa. lib.x.vbi etiam pro negligentia iudex punitur pœna capitali.

¶Item fallit vbi pœna est taxata & limitata ab aliqua lege, vel statuto. vt in casu l.Christianis.& l.penul.C.de paga quia tunc pœna talis legis vel statuti debet imponi:aliter non punitur pœna personali, sed pecuniaria iudicis arbitrio, inspecta qualitate facti, negligentiæ, & psonæ officialis negligentis. argu.l.pen.§.expilatores.ff.de effra.& expila.

85 ¶†Item tenetur si non punit denuntiãtes maleficia, non probantes denuntiam, ad quorũ denuntiationem formauit inquisitionem pœna statuti punientis accusatorem non probatem accusam: quia tale statutum habet locum & in denuntiante non probante suam denuntiam. ita dicit Guido de Suza. fuisse seruatum per casum in l.si patronum.§.j.ff.de iur. patrona.quia qui nomen detulit, videtur accusasse: & est idem effectus quo ad pœnam.l.i.in fi. ff. quod quisque iu. & l.fi.§. docere.ff.ne quis eum qui in ius voca. vi eximat.ita tenet Ioan.And. in tit.de renuntia. §.j. quia deficiens in probatione denuntiæ, præsumitur calumniari, sicut deficiens in probatione accusæ: vt in cap. primo.de calum.& in c.cum dilectus. de accus.& in l.i.§.calumniator.ff. ad Turp. facit quod no.Bar.in l.senatus.§. primo. qui accusare non possunt & l. prima. §. incidit. eodem titulo, quod not. & tenementi, quia prima facie diceres contrarium: cum in denuntia non requiratur inscriptio, sicut in accusatione, secundum Cynum in l. ea quidem.C. de accusationibus.& Bartolus in l.diuus.ff.de custodia reorũ.Sed in practica obseruatur, quòd syndici non probantes denuntiam, non tenentur. & ita cõmuniter prouidetur per statuta terrarum.

ITEM *in eo, de eo, & super eo, quod dictus olim potestas non retinuit familiam dicto tempore.*

86 ¶ †Si potestas non retinet officiales, & equos, quos debet tenere secundum formam suæ electionis & statuti, debet perdere salarium illius mensis quo non retinuit: vt not.glos.& ibi Dynus in lege penul.C.de domesticis. lib.duodecimo.

¶Qualiter autem probabitur retinuisse? Dic quòd sufficit, quòd testes dicant continuo retinuisse: quia viderunt eos in prandio, & in cœna, nec est opus quò dicant vidisse quolibet momento: secundum Bartolum in l.si quis ita. de conditionibus & demonstrationibus. & Bald. in dicto §.proficisci. facit quod not. glos. Dyn.& Bartol. in l.prima.ff.soluto matrimonio. ad saluandum dictum testis, qui dicit vidisse Titium possidere per decem annos continuos: quia non requiritur, quòd viderit quolibet momento: sed sufficit, quòd viderit quolibet anno colligere fructus. pro quo facit quod notat Bartolus in l. Celsus. de vsucapionibus. & in dicta l.si quis ita. vbi dixit, quod ad probandum habitationem seu possessionem continuam, non est necesse probare singula momenta: sed sufficit probare de maiori parte temporis, probando de extremitatibus, & de aliquibus mediis. facit quod notatur in l. Mæuia.ff.ad Macedonianum. Vnde dicitur continuo lucernam ad monumẽtum accensam tenere & sacra facere, qui alternis mensibus tenet. dict.l. Mæuia. & ibi per Baldum. & dicitur continuo fieri, quod fit diebus non continuatis. l. certi condictio.§ si tibi nummos. ff. si certum petatur. similiter dicitur assidue fieri, quod fit congruis horis. & dicitur Doctor continuo legere. & scholaris continuo studere, qui legit, & studet congruis horis & consuetis. vt dicit text. iuncta glos.de consecra distinct. vlti.ca. nunquam de manu ant oculis tuis discedat liber. glos.dicit ibi, nunquam horis consuetis. verum quia difficile esset potestati probare tenuisse familiam per testes, qui non sunt domestici, inducta est practica, quòd fiat monstra singulis mensibus, & per scripturam notarii mõstræ, probatur tenuisse officiales & familiam: quia probatis extremis præsumitur medio tempore tenuisse: secundum Doctores in dicta l. Celsus. & no. Cyn.in l.super longi. C. de præscriptio. long.tempo.& si tempore monstræ præseruaret vnum pro alio, debet perdere salarium:arg.text. & glos.instit. de his qui

sunt

sunt sui vel alie.iur.§.fin. & incurrat pœnam falsi potestas & famulus, qui mutato suo nomine, pro alio respondet. l.i. & ibi not. C.de muta.nominis.

ITEM *in eo quod potestas & iudex fuerunt negligentes in inquirendo.*

¶ De ista negligētia dictū fuit s̄.in glo. in verbo, non sederunt ad banchum iuris. & ibi vide plene: ideo hic non repeto.

ITEM *in eo, quod dicti socij milites fuerunt negligentes in inquirendo pro armis.*

87 † Milites socii tenentur inquirere & capere portantes arma vetita, ludentes ad ludos prohibitos, & exequi sententias corporales, & capere alios malefactores, & debitores communis, & priuatarum personarum, & captos diligenter custodire, & d̄ paruis causis & breuibus ius reddere, & alia facere, prout specialiter per statuta disponitur de officio militum: & si fuerint negligentes puniuntur, vt supra dictum fuit contra potestatem & iudices negligentes.

De riwatione armorum, & quid ueait appellatione armorum.

88 † Aduertat tamen miles socius ad verba statuti punientis eos qui portant arma: quia si imponit simpliciter pœnam portantibus arma non facta distinctione armorum, non debet capere portantes fustes, lapides, loricam, corazinam, tabularium, seu targonem, & alia arma apta ad defendendum, quia licet de iure communi, & in larga significatione, appellatione armorum continentur fustes & lapides, & alia quæ homini nocere possunt, l.armorum.ff.de verborum significa insti.de inter.§.armorum. l.armatos ff.ad legem Iuliam de vi publica. l.iii.§.armis.& de vi & vi arma. in clemē. ne in agro.de stat. monachor. in glos.in verbo, arma. Tamen proprie & strictè, fustes, & lapides, & alia arma defensibilia, non continentur sub simplici appellatione armorum, vt dicit glos.singu. in clemen.i.de stat.monach.in verbo, arma. & sic non continentur in statuto simpliciter loquente de armis, quia verba statuti debent accipi strictè & propriè. l. iii. §.hæc verba.ff.de negotiis gestis. & not. Ludouic. in l. prima. §. occisorum.ff. ad Sillanianum.

89 † Item appellatione armorum non venit gladius ad incidendū panē, nec moderatorium ad moderandum calamos, vt not.glo. singularis in authen. de armis. §. fina. ideo non tenentur rustici tales gladios deferentes. Similiter si statutum imponit pœnam contra portantes arma offensibilia, non comprehendit portantes arma ad sui defensionem, licet cū eis possint etiam offendere. vt not. Bartol. in l. pediculis. §. argento. ff. de auro & argento legatis.

¶ Item de iure digestorum non poterit capi nec puniri portans arma in itinere. l.i. & ibi per Bartolum. ff. ad legem Iuliam de vi publica. sed hodie etiam in itinere, de iure communi, non possunt portari sine licentia principis, vt est text. in auth. de armis.§ penulti.& nota glo. C. de fabricensibus.super rubrica libro vndecimo.C.vt armorum vsus l.j.eod. lib. Sed de iure statutario communiter prouidetur, quòd euntes & redeuntes de comitatu, non puniantur de delatione armorum, licet Asculi sit reformatio, quòd etiam deferentes comitatu puniantur.

90 ¶ † Aduertant etiam milites socii, quia si statutum punit inuentum cum armis, vel de die, vel de nocte, non dicitur inuētus, nisi sit captus & apprehensus, vt no. gloss. Bartol.& Bald & Cynus in l.si Barsatoram.C.de fideiussoribus.& not.idem Bartolus Angelus Imola & Ludouicus in l.i.in princip.ff.de acquir.possessio. alias si non fuit captus, non tenetur pœna statuti dicta l.si Barsatoram. Sed idem Angelus in l.iij.§.Neratius.ff. de acquiren. possessione, dicit quod tenetur pœna statuti, etiam si non captus, quia statutum non punit inuentum propter capturam, sed quia inuentus cōuincitur de delicto. l.i.C.de raptu virginum.Sed si statutum præmiaret & daret partem inuenienti, non intelligitur inuenisse, nec debet habere partem, nisi capiat, ita intelligitur.d.l. si Barsatoram. Sed Ioan.de Imol.in d.§. Neratius. dixit quod forte etiā si non sit captus, dicitur inuētus, si conuincit eum, & debet habere partem statuti d. l.i. C. de raptu virginum.& in cap.i.de dilatio. in fi. Nec obstat dici.l. si Barsatorā. quia ibi fuit promissum inuenire Barsato-

tā latronē, vnde verisimiliter debet intelligi de inuentione, & apprehēsione reali: sed statutum videtur considerare solum odium delicti, ideo si inueniatur ab officiali, vel milite, & conuincatur, videtur ꝙ debeat habere prēmium statuti, licet nō capiatur, & hæc opinio est forte verior: sed in practica seruatur opinio communis Bart. & aliorum.

91 ¶ † Item aduertant milites socij, quòd officiales communis possunt & debent portare arma impune. l. iij. ff. de offic. præfecti vigilum. vbi idem dicit Bald. in officialibus Episcopi: quia habet imperium in sua diœcesi, contra Ioannem Martij, qui dum esset potestas Interannis, iussit capi officialem, seu familiarem Episcopi pro delatione armorum.

¶ Ad officium etiam militum spectat inquirere & capere ludentes ad ludos prohibitos: ideo aduertant quòd omnis ludus, in quo perditur pecunia, & versatur fortuna, vt in ludo azardi, siue versatur fortuna, & industria, vt in ludo tabularū siue alearum est prohibitus, & no. glo. in l. j. de aleator. ff. vt in l. si filiofamilias. §. j. ff. quarum rerum actio non datur. maxime quia in eo ludo vt plurimum blasphematur Deus, & sancti eius, vt in authen. alearum vsus. C. de aleatorib. Quod limita verum, nisi ludatur causa comedendi, vt solent facere socij in carnispriuio: puta, vnum par caponum, vel aliud simile, quia tunc non est prohibitum. l. fin. in

92 princ. ff. de aleator. † sed ludus in quo versatur tantum industria & ingenium hominis, vt ludus scaccorum, & pilæ, vel in saltando, & currendo est permissus. ff. ad leg. Aquil. l. qua ratione. §. si quis in collu ctatione. & l. ij. in fi. & l. penul. ff. de aleator. not. gloss. & Doct. in l. executionem. §. j. ff. de verb. obliga. Et non solum laicis sed etiam clericis, vt in authē. interdicimus. C. de episc. & cler. & no. glo. in cap. quoniam. de vita & honestate clericorū. licet Cynus post Petrum in d. authē. interdicimus. dicat quod clericis ludus scaccorum est prohibitus: quia occupat longum tempus, & retraheret eos à diuinis officijs. Aduerte tamen quod licet ludus scaccorum sit permissus, non tamen licet ludere in eo vltra vnum solidum, etiam si ludentes sint diuites, ne forte omnem substantiam in ludo exponant, vt dicit textus in dicta authen. alearum vsus. C. de aleatori. Et intellige solidum, idest aureum, secundum leges, ex quibus septuaginta duo constituunt libram auri, vt l. quoties. C. de suscept. & archa. lib. xij. Item intellige quod possunt ludere vsque ad solidum qualibet die, nō qualibet vice, seu postea, quia vnus ludus dicitur donec statur in ludo non diuertendo ad alios actus, secundum Bart. in l. inficiendo. §. infans. ff. de furtis. alias si in qualibet postea possent ludere solidum aureum, de facili possent omnem substantiam perdere, contra intentionē & rationem dictæ authenti. alearū vsus. & d. auth. interdicimus. de epis. & cle.

93 ¶ † Pœna ludi vbique solet imponi per statuta, sed de iure communi ludentes ad ludum prohibitum, si vincāt cogūtur restituere, quod vicerunt, vsque ad annos quinquaginta etiam si vincant cum taxillis iustis, nedum cum falsis, vt dict. auth. alearum vsus. Nam ludentes cum falsis tenentur etiam pœna falsi. l. arbitrio. §. de eo. ff. de dolo. & ibi not. Et etiam tenetur pœna furti. argument. l. falsus. in princip. ff. de furt. quia turpido est solum ex parte vincentis. secundum Bald. C. de condictio. ob turpem causam. & super rubri. & potest probari per famam, quæ habuit ortum à pessimis malæ famæ, & barris, secundum Salicetum in l. ea quidem. C. de accusat. quia non potest probari per homines bonæ famæ, quia conuersantur cum talibus. quod not. ad limitationem capit qualiter & quando. de accusatio. Et si victus nollet repetere vel esse negligēs potest repetere Episcopus vel procurator fisci. Et quando ignoratur quis sit victus, possunt expendi in piam causam, vel opus publicum. d. authē. alearū vsus. sed quando scitur, debent restitui victo: secundū Bald. ibi: Et non solum tenetur vincens, sed pater pro filio, & dominus pro seruo de peculio. l. fina. ff. de aleator. Tertia pœna erit, quod potest inquiri contra lusores, tam per iudicem, quàm etiam per Episcopum loci, propter blasphemias, & periuria, quæ ibi fiunt, & poterunt puniri arbitrio inquirentis, vt in

dicta

dicta authen. alearum vsus. ibi, Episcopi
94 loci. & ibi iudices prouideant. † Quarta quia omnis contractus factus inter ludentes non tenet, & est nullus vnde si vendo tibi vestem, & ludo tecũ ad ludũ vetitũ, nõ tenet venditio, nec teneor de euictione l. si filiofamilias. §. primo. ff. quarum rerum actio non datur. & notat Bartolus in l. si quis cum sciret. in fine. ff. de vsucapione pro emptore. Item si ludentes, vel retinentes ludum mutuant inuicem pecuniam, tale mutuum repeti non potest. vt est gloss. ordinaria in l. prima, in principio. & in l. fin. super verbo, accepit pecuniã. ff. de aleatoribus. secus si alius mutuauit. qa potest repetere si ignorat recipientem mutuum velle ludere, secus si sciat, quia tunc non poterit repetere. l. si verò non remunerandi §. adolescens. ff. mandati. & l. verum. §. penultimo. ff. de minoribus. & licèt loquantur in minore, habent locum etiã in maiore, quia loquuntur etiam quando maior mutuauit minori. Et sic priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio, & erit melior conditio illius, qui perdit, secundum Bartolum in d. l. si quis cum sciret.

95 ¶ † Alia pęna ludi prohibiti est, quod domus in qua luditur debet confiscari. dicta authentic. alearum vsus. ibi, domibus publicatis. quod intellige si dominus domus est sciens & maior, secus si ignorans, vel minor, vel persona miserabilis, quia parcitur eis, vt notat Salicetus. in lege prima. in fine. C. de falsa moneta. Alia pęna erit, quia si retinẽs ludum percutiatur occasione ludi, non solum in loco ludi, sed vbicunque, & quandocunque, dum tamen occasione ludi, percussor non tenetur. & iniuria illa non est punienda ciuiliter nec criminaliter in odium retinentis ludum, vt est tex. in l. i. in principio. & §. i. ff. de aleatoribus. Item si tempore quo luditur fuerit de domo aliquid sibi furto subtractum, siue a lusoribus siue à quocunque alio, non datur actio furti ad pœnam, nec ad rem furatam. dict. l. i. §. i. & §. prætor. ait. ff. de aleatoribus. Postremò poterit retinens ludum arbitrio iudicis puniri, mulctari, & in compedibus retineri: cum sit causa blasphemiæ, furtorum, & aliorum malorum: vt quotidiè per experientiam videmus. l. final. ff. de aleatoribus. Et licèt ille textus loquatur in compellente ludere, debet intelligi in suadente blanditijs & suasionibus, quia alias non potest quis præcisè compelli ad ludum.

96 ¶ † Aduerte tamen, quia sanctus Thomas de Aquino dicit, quòd vbi ludus de consuetudine est permissus, vincens non tenetur ad restitutionem eius quod vicit, nec in foro contentioso, nec in foro conscientiæ. & idem dicit Ioan. Andræas in capitulo clerici. de vita & honestate clericorum, referens Salicetum in d. authentic. alearum vsus. Ex quo infert Angelus de Aret. in suo tractatu maleficiorum, quòd ludentes i pascate & natiuitate in ciuitate Aretij nõ tenentur ad restitutionem, etiam in foro conscientiæ, quia est ibi eo tempore consuetudo ludendi ad ludum taxillorum, quod dictum non videtur verum: quia talis consuetudo est contra bonos mores, & nutritiua peccati: ideò non videtur seruanda. cogita.

Tenentur etiam milites socij per totam noctem vigilare, ne fiant furta & maleficia: aliàs tenentur de negligentia. l. tertia. §. sciendum. ff. de offic. præfect. vigil. quoniam plerunque si maleficia fiant de nocte, ipsi custodes puniuntur. dicit text. in l. tertia. §. effera. ff. de offi. præf. vigi. Aduertant etiam milites socii, vt cum diligentia perquirant contra alios delinquentes, & debitores communis, priuatarum personarum, & eo capiant, & detineant, aliàs tenentur in syndicatu de negligentia, vt plene dictum fuit supra in verbo, item quòd potestas & iudices non sederunt ad banchum iuris.

97 ¶ † Caueant etiam & prudenter attendant milites socii, quibus custodia carcerum, & carceratorũ est cõmissa, ne carceratus, maxime pro crimine capitali aufugiat, quia ipsi eadem pœna sunt puniendi. l. ad commentariensem. C. de custod. reorum. Quod intellige, si dolo, vel pretio corrupti fuerunt, vt est tex. in l. carceris. & l. milites. & l. fi. ff. de custod. reor.

reor. Si verò negligentia vel culpa ipsius custodis aufugiant, etiam custos debet puniri eadem pœna. dict. l. ad commentariensem. ibi, & si reus aliquo modo fuerit lapsus, ipsum custodem volumus eadem pœna teneri. Et ideò non te fidare de pregione ser Gaspare, se non voli te sia moza la testa te. Nec propterea liberatur potestas exihbendo militem vel aliam personam, & familiarem vilem, quem deputauerat ad custodiam, vt dicit ibi text. & est ibi casus specialis, secundum glosam & Baldum, quòd culpa & negligentia sine dolo, potestas & miles socius. custos carceris tenentur pœna capitis. Et ideò guarda bene el prigione ser Gaspare. Regulariter autem contra, quia in lege Cornelia de siccarijs. vbi non est dolus non imponitur pœna capitalis, vt nota. in l. actionibus. ff. de in litem iurando. facit l. fina. ff. de custodia reorum. vbi textus ad literam dicit, non facile committi debet custodia carcerum Tyroni, id est, nouo officiali, quia, vt subdit ibi textus si carceratus aufugiat, mala electio ascribitur culpæ potestatis eligentis. Verùm si carceratus pro qualitate delicti, & conditione personæ detineatur in carcere consueto, & in vinculis, & aufugiat, parcitur officiali, & militi, duntamen ipse probet casum fugæ sine culpa sua, vt est text. in dicta l. fina. in versicul. ergo sine casu. Et sic est speciale quòd ipsi custodi incumbit onus probandi, quod sine culpa sua aufugit, qui, officium eius erat custodire diligenter ideò debet probare diligentiam. alias alleganti culpam incumbit onus probandi, vt notat Barto. in l. si quis ex argentariis. §. fi. de eden.

98 ¶ † Et per hoc ego aliàs consului in ciuitate Senarum in fauorem capitanei, & militis socij, cui aufugerat carceratus pro crimine assasinatus, qui tenebatur in loco consueto in compedibus, & ligatus & nihilominus aufugit. Et sic probatum fuit per testes curiæ, quod attenta causa, pro qua detinebatur, ex qua secundũ formã statuti, q̃a delictũ nõ fuerat cõsummatum, veniebat imponenda pœna pecuniaria, reputari debuit diligens custodia, & fuga venit ex casu, & non negligentia. Et ita fuit cõsultum per multos alios docto. & iudicatũ per eius syndicatores, quia si detinetur ligatus, dicit sub fida custodia detineri. l. j. §. fin. in glos. in verbo, permittitur. ff. de ser. fugi. & sic custos excusatur. vide quod not. Innoc. in c. nuper. in princ. de senten. excom. tene menti. Ex quibus colligitur, q̃ tria sunt specialia cõtra potestatem, cui carceratus ꝓ crimine capitali aufugit. primũ, q̃a incumbit sibi onus probãdi diligentiã, & q̃ carceratus casu aufugit, nõ autẽ allegans negligentiã hoc casu tenetur eam probare. l. cũ ita §. species. & ibi not. ff. de l. ij. licet regula sit in cõtrarium. l. ii. ff. de probat. & not. in l. si quis ex argentariis. §. fi. ff. de eden. Secundũ speciale est, quòd nõ liberatur exhibẽdo militem socium, vel alium officialem, cui erat cõmissa custodia, sed tenetur etiã ipse pœna capitali. d. l. ad commentariensem. Regulariter autem cõtra. d. l. si cũ exhibuisset. ff. de pub. Tertium speciale est, quòd pro negligentia & culpa tenetur pœna capitis. d. l. ad commentariensem. Regulariter autẽ cõtra. d. l. in l. Cornelia. ff. de sica. Sed aduerte q̃ licet Bal. hoc firmet in d. l. ad commentariensem. tamẽ tex. ibi & in d. l. fi. de cust. reo. videtur dicere, quod si nõ est in dolo, puniat̃ pro modo culpę arbitrio iudicis. tene menti perpetuo. Parcitur tamen militi, quãdo custodia erat cõmissa sibi & socio qui socius aufugit cum carcerato, vt est casus singulis ĩ d. l. fi. de cust. reo. ibi, interdum cũ carceratus cum altero custode fugisset, alteri venia dãda est. Puto tamen quod hoc casu tenetur potestas qui fuit in culpa, eligendo talem custodem, vt eo. tex. in d. l. fi. in princip. ff. de custo. reo.

99 ¶ † Aduertat ergo diligenter potestas, cui committit custodiam, quia nihil periculosius ei accidere potest quã fuga aut mors alicuius carcerati: maximè pro crimine capitali & graui. Sed non tenetur potestas aut miles, qñ carceratus q̃ aufugit: veniebat absoluendus, vt est gl. in l. si pecuniam. §. sed si accepit. super verbo, carcere. ff. de cõdict. ob cãm. Iõ cautus iudex, si non est liquidatũ crimẽ, absoluet fugiẽtẽ à cã ꝓpter q̃ cũ carcerauit, vt no. Ang. in l. sub condit §. fi. ff. de cõd. in stit.

¶ Item

¶Item parcitur custodi quando carceratus rupit murum in loco absconso, vel sub terra, qa tunc nõ tenetur, secundum Guido. de suza. per l. semper. §. hoc autẽ interdicto, versi. alioquin. ff. quod vi aut clam. de quo vide in l. pen. ad sillan. Et no. qđ eoipso quòd carceratus aufugit, custos potest poni ad torturam, vt est ca sus in l. ij. § fin. ff. de offi. præfect. vigi & not. glo. in l. si quis ex argentariis. §. si. ff. de eden. ideò guardalo bene Gasparo che sia veciso, che non habbi qualche tratta per tua smemoragine. Cautela tamẽ optima erit quando carceratus aufugit, qđ potestas faciat procedi contra fugientem per capitaneum, vel vbi non est capitaneus, ipse potestas ponat eum in banno. Et tunc si non exhibet eum tempore syndicatus, excusatur, ex quo non stat per eum. sed per rempublicam, cuius autoritate positus est in banno, secundum Bart. in l. si cum exhibuisset. de public. & ponit Bald. in l. si fideiussorib. §. qui verò. ff qui satisda. cogant.

100 ¶ † Sed pone miles socius faciebat executionem cõtra aliquem in persona: vel bonis: ille cõtra quẽ fiebat executio fecit resistentiam contra militẽ, aut aliquẽ officialẽ, vel famulũ, ꝓpter ꝙ miles, aut officiales, vel famulus talẽ resistentẽ occiderũt, vel vulnerauerũt sine moderamine inculpatæ tutelę an teneaⁿ in syndicatu? istam. q. vidi pluries, & habui de facto in ciuitate Lucana, & fuit pluries consultũ, & iudicatum, quòd sic talis executio, vel captura erat iusta; nõ teneṫ in syndicatu. propter resistẽtiã quã ille faciebat, vt no. dicit Ange. in d. l. § proficisci. q. lij. alleg. l. si seruus. C. de his qui ad eccle. consu. & no. in l. fi. C. quãdo lice. sine iud. se vin & firmat Bal. in l. fi. C de requiren. re non solum si re sistens offendat, sed ẽt fugiẽs ne capiatur. ꝙ not. & tene menti perpetuò.

101 † Si vero executio, vel captura esset iniusta, tenetur, quia licitum est resistere officiale iniustè exequenti l. prohibitũ. C. de iure fisc. libr. decimo, & l. deuotũ. C. de meta. eo. libr. & no. per Cyn. in l. i. vnde vi. & no. in l. vim vi. ff. de iust. & iur. & ita fuit pluries iudicatũ tene mẽti perpetuo.

¶Admonendi tamen sunt officiales & famiiares, vt caueāt quantum fieri põt ab huiusmodi vulneribus & percussionibus; quia vidi in ciuitate Perusij populũ insurgentẽ contra potestatẽ & familiã, q̃a vulnerauerunt quendam captum resistẽtem familiæ, ideò diligens officialis curabit, ne incurrat hos casus carceratorũ occisionis, vel vulneris captiuorum, seu debitorum, & malefactorum.

¶ITEM *in eo, quòd dictus notarius extraordinariorum fuit negligens*

102 ¶ † Notarius extraordinariorum diligenter debet legere, & videre statuta ad eius officium pertinentia, & facere illa seruari, ne in syndicatu arguatur de negligentia, vbi statuta non loquuntur: tenetur inquirere de omnibus criminibus & delictis extraordinarijs, de quibus venit pœna imponenda arbitrio potestatis & maximè contra videntes carnes morbosas. l. i. §. i. de edi. edict. Item cõtra vendentes & ementes cùm ponderibus aut mensuris falsis, seu non iustis. l. i. §. final. ff. de extraordinar. criminib. & not. in l. arbitrio. §. de eo. ff. de dolo. & l. penulti. in fin. ff. de crimin. stellio.

¶ITEM *in eo, quòd dictus notarius maleficiorum fuit negligens.*

103 ¶† Notarij maleficiorum tenentur scribere citationes, & processus de omnibus maleficiis & dare copias reis, & partibus petentibus. Et si fuerunt negligentes tenentur de negligentia, non autem obligant suos magistratus, vt est gloss. no. instit. de satisda. tuto. §. fina. in glo. in ver. Romana. Sed aduerte, quia illa non loquitur in notariis maleficiorum. Ideo videtur dicendum, quòd officialis maior tenetur de negligentia minoris in eadem administratione. casus est singu. in l. ex facto. ff. de neg. gest. & in capitulo tertio de offic. arch. Item tenentur dicti notarij maleficiorum, si non ponũt in sententia illa verba, lata & data & sententialiter promulgata, quia sunt necessaria, secundum Bald. in l. fideicõmis. §. i. ff. de leg. iij.

¶ITEM *in eo, quod dicti domicelli, & berruari.*

104 ¶† Isti non habent iurisdictionem nec cognitionem, sed solùm ad eos spectat exequi mandata & commissiones sibi fa

ctas à potestate, & alijs officialibus iurisdictionē habentibus, & si aliqua petūt, vel exigunt à subditis, asserendo se habere commissionem capiendi, vel aliud grauamen inferendi, cū non habeant, & mētiūtur ad hoc vt subditi teriti aliquid eis porrigant, sicut quandoquè faciunt nuntij Bononię, incidunt in crimen concusionis, debent puniri ēt ꝑsonaliter arbitrio iudicis, vt est gl. singu. in l. fi. ff. de concus.

¶ I T E M *in eo, quòd dictus potestas & officiales non fecerunt continuam residentiam.*

105 ¶ † Potestas & eius officiales tenētur de iure cōmuni facere cōtinuā residētiā ī loco officij, quousque durat officiū non debēt exire extra fines suę iurisditionis, nisi cā adimplēdi votū & nō dēt per noctare extra prouinciā. ff. de offi. pręsi. l. illud. & durat eius officiū de iure cōi post tēpus taxatū vsque ad aduentū successoris. l. meminisse. ff. de offi. procons. imo & post aduentū successoris, & finitū officiū debet stare ī loco administrati officii per quinquaginta dies, de iure cōi, & si ante discesserit, dominū ad eum locū remitti, vna cum officialibus suis redditurus rōnē suæ administrationis. l. j. in prin. C. vt oēs tā ciui. quā mili. l. cōsiliarios. C. de offi. asse. & l. i. C. ad. l. Iul. rep. cū simi. Sed de residentia faciēda durante officio, & tēpore syndicatus, cōiter prouidetur ꝑ statuta, & per formam electionis, à quo non est recedendum, arg l. cū hi. §. si prætor. ff. de trās. & l. diligenter. ff. man. cum simi. Et si durante tēpore officii, potestas vel officiales sine licētia recedunt & aufugiunt, incurrunt pœnam statuti in electione contentam, & debent perdere salarium totius temporis, secundum Bal. in l. si hæres generaliter. §. & si per te. ff. de legat. i. & l. etiam. per illum text. eod. titul. facit l. miles ita. §. quod diximus. ff. de excu. tut. etiam si habeant iustas excusationes, quæ causentur ex parte ipsius potestatis vel officialis, argu. l. miles ita. §. i. ff. de testa. mili.

106 ¶ † Item tenetur officialis fugiens, crimine lęsę maiesta. vt in authen. de admi. §. ii. l. i. ff. ad leg. iuliam repe. ideo tales fugientes puuguntur sicut traditores. Et si fugiēt durāte tēpore syndicatus finito officio debēt capi, & ad locū officii remitti, vt supradictum est, per dict. l. i. C. vt omnes iudic. tā ciui. quam milit. & in aut. vt iu. sine quo. suffi. §. necessitatis.

¶ Et receptans talem fugientem, tenetur in quadruplum eius, ꝙ per baratariā subtraxit à subditis. l. consiliarios. C. de assesso. & si fugiens capiatur habetur pro cōfesso, saltem cum iuramento querelantis, vt no. in d. § necessitatis. Sed Ludo. in l. admonendi. ff. de iureiuran. dixit, ꝙ fugiens ante finitum officium, debet puniri vt conuictus de crimine læsę maiestatis. Si aufugit post finitū officiū intra quinquaginta dies, & inuitus remittatur ad locum fugę, probat cōtra eum cum iuramento. casus est sing. in authē. de col. §. super hoc. Quod tamen limita verum, nisi officialis fugiat vel recedat ex defectu tyranni impedientis eum, ne valeat iustitiā administrare, qa tunc euitat dictas pœnas, si recedit ante tempus & dēt habere integrum salarium, secundum Bal. in l. i. §. diuus. ff. de va. & extraor. crim.

107 item † debetur integrum salarium, si moriatur ante finitum officium. l. diem functo. ff. de asses. & ibi per Bar. Sed communiter in capitulis electionum ponitur, quòd eo moriente salarium debeatur solum pro eo tempore quo viuit. Verum si potestas, vel officialis habuit licentiam ꝑ aliquibus diebus, debet habere salariū ꝑ illis diebus quibus cū licentia fuerit absens, secundum glos. in l. desertorem. §. si ad diem. ff. de re milit. & ponit Bald. super rubrica. de condic. inser. sed Ludo. de ro. allegat casum in cōtrarium, in l. hac. l. C. de ꝑxi. sacro. scri. ideo cogita.

¶ I T E M *in eo, quod dictus potestas & iudex nō expedierūt processū intra tēpus statuti.*

¶ Vide de hoc supra in verbo. Item in eo, de eo, & super eo dictus potestas & iudices non sederunt ad banchum iuris.

¶ I T E M *in eo, quòd dictus potestas retinuit in dicto officio vxorem & alios quos retinere non poterat.*

108 ¶ † Potestas non debet ducere nec retinere vxorē in officio. l. obseruādū. §. ꝓficisci. ff. de offi. pręsi. Et si eam duxit, & deliquit in officio seu ratione officii, tenebitur pro ea ad interesse partis, secundum Bal. in d. §. proficisci. in pri. Ex quo infertur secundum eum, quòd tenebitur pro

omnibus

omnibus,quos secundum duxit,licet nō sint ꝓpositi alicui officio, si delinquunt prætextu officii, vt in authen.de iudi.§. ne autem. Quod limito verum in potestate,& aliis officialibus habentibus iurisdictionem, nō autē in aliis non habentibus iurisdictionem.l.i.§.familiæ.ff. de pub.de quo ꝑ Bal.in l.nulli.C. quo app. & l.ii.C.vbi de rati.agi oportet,& no.in d.l.obseruandum in prin.& in d.§.proficisci. Debet ergo potestas secū ducere, & retinere in officio officiales & familiā, secundum formam suæ electionis,à qua nō est recedendum.arg.l.super creandis. C.de cōue.fi.debi.lib.x. Et si nō retinuerit, defalcat̄ ei salarium pro rata. argu.l. sed si proficisci.ff.de annuis legat.Et tenetur ad pœnam in electione contentam, & interesse & dāna ipsius cōmunitatis ideo si conduxit collateralem, q̄ ex forma suæ electionis dominum esse doctor per quemnium, si fuit doctor,& nō exercui tactu tenetur potestas.tex.in l.gñali ter & l. qui sub pretextu.& ibi no. C.de sacrosan.ecclesi.item si retinuit aliquem officialem de terra vel loco propinque ciuitati quam regit, contra formam electionis,tenetur ad pœnam in electione cōtentatam, sicut euenit in syndicatu dñi Benedicti de Gratianis, potestatis Anconę, q̄ a ex forma suę electionis non poterat retinere in officio aliquem officialem de vrbino, fuit condemnatus in ducatis centum similiter si retineat aliquem, qui fuit aliàs in dicto officio, & habet vacationem rōne temporis vel ꝑsonæ,cōtra formā electionis sicut est Florentiæ, quòd ille fuit semel collateralis potestatis vel capitanei, nō pōt esse perpetuo vel capitaneus, vel ex forma suæ electionis habet aliam vacationem,tenetur ad pęnam in electione contentam,& incidit in legem Iuliam ambitus l.i.C.ad leg.Iul.ambi. & l.i.ff.eo. Puto tamen ꝙ acta valeant quatuor concurrentibus, scilicet communi errore, eligentium authoritate, & communi vtilitate. & maximo pręiudicio propter officii magnitudinē.ita intelligit l. Barbarius.ff.de offic. præto.& no.in l.ii.C.de sentē. Qualiter autem potestas teneatur pro suis officialibus & familia? Dicet̄ infrà plenè, in gl. in verbo, qui potestas promisit soluere omnem condemnationem.

¶ *Item in eo, quòd dictus potestas & officiales plures capi detineri, carcerari, & torqueri fecerunt.*

109 ¶ In hoc † capitulo inquiritur contra potestatem,& alios officiales, quia fecerunt capi,detineri,& torqueri multos innocentes,& iniustè, & alios multos relaxauerunt nocentes, qui iuste detineri & torqueri debuerunt.

¶Et primo si faciūt aliquē detineri.capi vel carcerari iniustè,tenentur actione iniuriarū,ad damna interesse capti, torti,& carcerati.ff.de iniur.l.nec magistratib.& no.gl.in l.ii.§.fi.ff.si q̄s cau.& in l.quēad modū.§.magistratus.ff.ad leg.Aqui.poterit ergo in syndicatu captus, aut detētus iniuste,agere iniuriarū,& narrare,ꝙ potius voluisset perdere tantam summam, quàm capi,detineri,vel carcerari iniustè, prout captus fuerit, & ita debet iurare. & plus & minus,prout taxabitur per dominos syndicos,vt no.Bar.in l.iii.& in l. iniuriarum.ff.de iniur.& est tex.in l. sed si vnus.§.seruus meus.eod.ti.

¶Simili modo tenetur actiōe iniuriarū de verbis iniuriosis, nisi corrigendi animo dixerit l.itē apud Labeonem.§.addicit.ff.de iniur.& no. in d.l. quemadmodum.§.magistratus.ff.ad leg.Aquil.

110 ¶Item † si iniuste & sine indicijs, ꝑ cā criminali facit capere innocentē,tenet̄ similitudine supplicii,secundum Bald.in l.fin.C.de his qui latro.

¶Itē tenet̄, si nō relaxat captū,eoipsoꝙ apparet ex publicatione ꝓcessus de eius innocentia; nec debet expectare quod absoluatur secundum Bald. singulariter in l. sed si is.ff.de in ius voc.allega.l.ii.ff. de exhibend.reis.

¶Item tenetur, si facit relaxari captum recommendatum in carceribus per capitaneum, vel alium officialem pro alio crimine, ad cuius instantiam potest recommendari.l.si cui.§. fin.ff.de accusatio.& l.ii.ff.de custo.reo.

¶Item tenentur potestas & eius iudices vel officiales pœna capitis quādocunque sine causa,& sine indiciis faciunt aliquē dolose torqueri, et si ortus nō moriat̄ in tormētis,vt no.dicit Bal.i l.decuriōes.C. de

de quæstio. & in l.j.C. de requi. reis. & est text. in l. lex Iulia §. hodie.ff.ad leg. Iuliam repetund. Quod habet locũ, etiã si habeat arbitriũ, vt not.glo.in c.veniẽs. & in c.quintauallis.de iureiur. Et eadem pœna tenentur, si mandant torqueri illum, qui de iure torqueri nõ poterat: puta, vnum de prioribus durante officio, nisi in crimine læsæ maiestatis. per text. not.in l.decuriones.C.de quæst.Sic etiã tenebitur pœna capitis potestas vel iudex, de cuius cõmissione capitur mulier honestæ vitæ pro debito ciuili, vt est casus not. in l.j.C. de of. diuers.iudi.tenementi, quia in hoc errauit dom. Ant. de Viso collateralis meus in Racanati.

111 ¶ Si autem † sine dolo faciunt torqueri non torquẽdum, vel excedunt modũ, tenentur actione iniuriarum arbitrio iudicis, secundũ Bal.C.de pœn.iud.qui male iud.super rubric.ff. de iniur.l. iniuriarum æstimatio. nec debent puniri simili pęna torturæ, quia ex hoc nihil adesset personæ, secundum Bald.in d.rub.

¶ Item tenentur si ponunt reum ad torturam, quando de maleficio plenè non constat, nisi aliam causam iustam ad torquẽdum inueniant.ff.ad Silla.l.ij.§ occisorum.ver.item illud.in glos.& no. Ang. in l.si certam.eod.tit. Bald. ponit in l.i. C.de iura. calum & not. quòd leuiter tortus non dicitur tortus. sicut leuis febricula nõ dicitur febris.ff. de ędil.edict. l.ob.quæ vitia.

¶ Item tenentur, si faciunt poni ad torturam mulierem grauidam secundũ Bald. in l. interpositas C.de transactionibus.

112 ¶ † Item tenentur, si reponũt ad torturam semel tortum, sine nouis indicijs, secundum Bald.in l.j.C.de confess. dumtamen primo fuerit sufficienter tortus, q̃a vt dictum est, leuiter tortus nõ dicitur tortus, secundum Baldum in l.ij.C. de appellationibus.

¶ Quid autem si potestas, vel iudex faciunt aliquem torqueri, & moritur in tortura, vt sæpè contingit, vt dicit textus in l.aut damni.§.j.ff.de pœn. Respõdeo, quòd aut officiales facientes torqueri, sunt in dolo, aut in culpa, aut moritur casu, aut est dubium, dolosè fecerunt & non præcedẽtibus indiciis modũ excesserunt, ita quod si moriatur, tenentur pœna capitis lege Cornel.de sicar.videlicet potestas, & iudices, qui mãdauerunt torqueri.l.j.in prin.& §.i.& l.lege Corne.in prin.ff.de sica.l.aut dãni.§.i ff. de pœn. & est text. in l. item apud Labeonem.§. quæstiones.in fin.ff. de iniuriis. & dict. l.Iulia.§. hodie. Quod habet etiam locum, quando sine nouis indiciis fecerũt reponi ad torturam, illum qui fuerat semel sufficienter tortus, quo casu si moriatur tortus, potestas & iudex tenentur pęna capitis, vt no.dixit.Bal. in l. milites. C de quæst. & est ratio, quia eo ipso quòd iudex modum excedit, fingitur priuatus, & non iudex, sicut tutor malè administrando fingitur non tutor, & tenetur tanquã quilibet.l.tutor.ff. de furt. l.fundum.§ si tutor.ff.pro empto. argũ. l.generaliter.C.de episcop.& cleric.quia nimia sæuitia rectoris adscribitur culpæ. ff.ad leg. Aquil.l. & si quemcunque.§. si magister. & sicut priuatis, ita iudicibus est prohibitum aliquid illicitum facere.

113 ff. de iniur. l. nec magistratibus. † Si verò non sunt in dolo sed in aliqua culpa, puta, quia non præcedebant indicia sufficientia, vel modum excesserunt, & immoderatè per ignorantiã, vel per lasciuiam, causam mortis præbuerunt, puniri debent arbitrio syndicorum & si fuerũt in culpa leuissima, mitius quã in leui, & si in leui mitius quam in lata. dict.l.lege Cornelia. & l.i.§. sed si clara. & l.iii.§ sed in senatuscõsult.ff. ad legẽ Corneliã de sicar.licèt Iacobus de Aret. in tract. quem fecit de quæstio. dixerit hoc casu potestatem & eius officiales nõ teneri, per l.i.C. de emen.ser.sumpto argumẽt de potestate dominica ad potestatẽ rectoris.ff. de verbo. sig.l. potestatis verbo. Sed Guido de Suza & post eum Andr.de Pisis & Bartol. qui similem tractatum fecerunt, concludit quod teneantur.& idem videtur tenere Paulus de Lezari i repetitione capituli, grauis. de pęn. Tertio casu qñ tortus sine dolo, vel culpa officialium, sed casu moritur, vt innuit tex.in dict.l.aut damni.§.i.ff. de pęnis.& tũc nõ tenentur, vt notat ibi Bartolus & i l.quæstionis modum.ff.de quęstion.quia qui facit lege permittente, pęnam

nã non meretur. l. Gracchus. C. de adul. ter. & ibi hoc firmat Cynus in l. i. & per totum. ff. de quæstionib. Quod intellige quando præcedebant legitima indicia, & non excesserunt modum, cum illi non fecerint animo necandi, sed veritatis eruẽdæ, & nemo deliquit, nisi qui habet animum delinquendi. l. sæpe. in fine. ff. de verborum significatio. quia animus & propositum distingunt maleficia. l. qui iniuriæ. ff. de furt. & l. prima. §. primo. ff. de sicariis. & l. si is qui cum telo. C. eodem

114 titu. † Quarto casu quando est dubium an dolo, vel culpa, aut casu sit mortuus, dicẽdum quòd si potestas vel iudex doceat legitima indicia præcedere, & appareat eum qui fuit tortus fuisse ætatis maturæ, & robustæ, præsumptio est pro potestate & iudice. l. Herennius. §. Gaia. ff. de euictioni. præsumit enim omne bonum de officialibus suis, nisi manifestè appareat cõtrariũ. l. i. in fin. ff. de officio præsid. facit l. cum creditor. ff. de furt. & l. iniuriarum. §. i. ff. de iniuriis. & l. in acquirenda. ff. de acquirenda possessione. & l. iii. §. i. ff. de libero homine exhibẽdo. & qui allegat, quòd potestas, vel iudex fuit in dolo vel culpa, id probare debet. l. quoties. §. qui dolo. ff. de ꝓbationibus. & l. i. & ibi not. C. de sicariis. & l. ii. ff. de probationibus. & l. actor C. eodem titu. & not. Bartolus in l. si quis ex argentariis. §. final. ff. de edend. In dubio enim si non apparet quo animo fecerit, præsumitur fecisse zelo iustitiæ & iustè. l. ii. §. si publicanus. ff. vi. bonorum raptorum. & l. nimis. C. de acquirenda possessione. ff. pro socio. l. meritò. facit l. ii. C. qui accusari non possunt.

115 ¶ Poterit † tamẽ potestas vel iudex, si non fuit in dolo vel culpa. ad cautelam probare per testes etiam domesticos, ꝙ pręcedentibus legitimis indiciis moderatè eũ torquebat, & quod casu sine dolo vel culpa iudicis defecit ĩ tormẽtis quod plerunque euenire solet, vt dicit tex. in l. aut damni. §. i. ff. de pęn. Bal. tamen in hac quæstio. breuiter dicit, aut iudex nõ excessit modum puta quia tormentauit in casu licito prout est de cõsuetudine: & non cũ aliqua asperitate, & tunc non tenetur, iudex quia licite fecit. argumen. l. item apud. §. quæstionis. ff. de iniuriis, aut excessit modum, & tunc aut dolo, & tenetur lege Cornelia. de sicar. facit. l. vnica. C. de emen. seruo. aut culpa, & tũc tenetur pro qualitate culpæ. aut casu & tunc in nullo tenetur, quia dabat operã rei licitę secundum Iacobũ de Aren. & Cyn. Ista sunt verba Bal. in l. nõ solũ. in fi. alias in l. verba. C. de adul. Tu dic latius vt suprà scripsi. Aduertendum tamẽ & cautè agendum quantum fieri potest, ne casu mortis ĩ tortura accidat propter euitandas calumnias popularium & vulgarium, quos de facto vidi & audiui, propter huiusmodi casus contra officiales innocentes armata manu insurgere, vt annis proxime decursis euenit Perusii contra dominũ Sanctem de Corneto, qui vix euasit à furore populi. Ego etiam habui duos in manibus, vnum Tuderti, & alium dum fui senator Vrbis, qui immediatè cum fuerunt positi in tortura eleuati à terra per spatium vnius brachii vel circa defecerunt, & iudicio medicorum oppressi à catarro, vix post plures dies euaserunt, id eo consulo quod moderatè ad torturã ꝓcedat. Nec ita de facili currat, vt facere cõsueuit ille latrũculator dominus Dyonisius de Amari-

116 tudine, de ciuitate Castelli. † Aduerte etiam, quia si per statuta pro homicidio imponitur pęna pecuniaria ciuibus, & si fiat in palatio imponitur pœna capitis, potestas vel iudex qui iniustè & immoderatè tormentauit, non debet puniri pęna capitis, sed pecuniaria, si tortus moritur in tortura, secundum Baldum in rub. C. de pęna iudic. q male iudicauit. Et statutum debet intelligi in homicidio, quòd potest committi indifferenter in palatio & extra. Sed occasione torturæ potest committi solum in palatio, vbi est tortura, ideo non debet augeri pęna ratione loci, sicut dicit Barto. in simili teste dicente falsum in palatio, in l. aut facta. ff. de pęn. & in consilio quod incipit, Tudertinus quidam. Et si statutum imponit pænam pecuniariã ciui pro homicidio commisso, habet locum in potestate & officialibus, quia gaudent priuilegio ciuium, vt not. gloss. in l. ciues & incolæ. C. de incol. libr. x. & firmat

mat Baldus in dicti.§ proficisci. quæstio. xiii. Quòd limita verum nisi committat homicidium dolosè condemnando,& faciendo decapitari aliquem in iustè, quia tunc non iuuatur dicto statuto, & punitur pęna capitis, vt in glo.sequen.circa princ.

117 ¶Item † Intellige prædicta, ꝙ tenetur potestas seu iudices mandantes torqueri iniustè,non autem milites socij,& cæteri officiales,qui fecerunt mandato potestatis,vel iudicis, ita dicit Baldus in l. excusatur.ff. de infam. per illum tex.facit quod not. Dyn.in c.quod quis mandato.de regulis iuris in vi.& Florianus ĩ l.liber. homo.la.ii.ad legẽ Aquil.Quod tamen est dubium,quia mandatum superioris excusat solum in leuibus, secundum Bart.in l.non solum.§. si mandato. ff. de iniuriis. Et ideo possunt officiales resistere potestati iniuriam faciendi, secundum Bartolum in l. omnes. C. de decurio.libr.x. Et aduertat potestas qa si cogit eius iudicem vel officialem, vt iniustã sẽtẽtiã ferat,tenetur.lege Cornel. de sicca. secundũ Bart.in l.i..ff.de sicca. ¶Item tenetur potestas si fecit poni ad torturam, illũ qui ab eo appellauit, etiã si nõ sit sibi inhibitum per iudicẽ appellationis , & cõfessio post appellationem secuta est nulla secundum Bald.C. commi.vel epi.super rubrica.

118 ¶† Sed pone, quod potestas & officiales negant quem fuisse tortũ,quomodo probabitur? Bald. in l si quis hoc genus.C. de Episc.& cleric.dicit, quod ꝓbabitur per indicia vel coniecturas, & hoc consistit in arbitrio iudicis. Barto. in l. de pupillo.§.si quis ipsi prætori. de oper. no. nuntia. idẽ innuit,puta,quod iudex fuit minatus alicui torquẽdo, & postea fuit visus cũ brachio legato ad collũ, & similia.facit,ꝙ not in l. fin.C. de proba. & l. fi.de hære. instit. Aduerte tñ, qa ꝓdicta sufficiũt ad ꝓbãdũ possessionẽ violentã, nõ ad cõdẽnandum potestatẽ, vel iudicem in syndicatu, vt not. Bart. in l.i.§. si quis tamẽ.ff. quod vi aut clã qa ex præsumptionibus ẽt vehemẽtibus nõ potest quis dãnari,secũdũ Inno. in c. quia verisimile.de præsumptio. & no. in l.absentem.ff.de pęn.Puto tamen, quod hoc sit in arbitrio syndicatorũ, quia in subsidiũ poterunt cogere per torturam etiam familiares potestatis ac testificandum aliquẽ fuisse tortũ.l.diuus.ff de quæstio. & not. Innocen. in c.literis.de testi. & per glosſ.& Doctor.in c.cum P.Manconella. de accusat. Bart.in l.cum ex libero.§.i.de quæst.

119 Econtra † autem si potestas nõ facit capi,detineri, & carcerari nocentes, aut carceratum nocentem pro delicto, de quo imponitur pęna capitis,facit relaxari,venit puniẽdus eadem pęna scilicet capitis, quia paria sunt condemnare innocẽtes & absoluere nocentes. ita dicit text.in l.pe.in fi.ff.ad l. Iul.re. & est text.in.l.i.ff. de sic. & in l.iii.§.itẽ qui.& l.lege Cornel.in prin.co.tit. Si autẽ carceratus quẽ feci relaxari debebat puniri pęna corporali citra mortem,potestas nõ debet capite puniri, sed mitius arbitrio iudicis, vt dicit tex.in d.l.pen.§.fi. in prin.ff.ad leg.Iul.repet. & maximè si fecit per baratariam, quæ committitur etiam in vno nummo.l.furt.§.pactus. & ibi no.ff. de infa. & ad eã committendã sufficit sola promissio, sicut in crimine assassinatus.secũdũ Bal.in l.i.§. hæc verba.ff.quod quisq.iur.sed si mandat relaxari carceratũ pro crimine de quo venit imponẽda pęna pecuniaria sine fideiussoribus, vel carceratũ pro debito ciuili ad instantiam alicuius priuati vel communis,tenẽt potestas ad solutionẽ dictæ pęne vel debiti.d.l.ad cõmẽtariẽsẽ & ibi not.de custod.reo. & l. ne qs deceptã. & ibi not.eod tit.vbi dr̃, ꝙ potestas debet etiam hoc casu mulctari Tene mẽti·

¶ITEM *in eo quòd plures innocentes condẽnauerunt & nocentes absoluerunt.*

¶In hoc capitulo agẽdũ est de sentẽtiis

120 iniustè latis.& primo sciẽdũ est,† ꝙ vbi cũq; ptãs, aut eius iudices condẽnadũ in pęna capitis ꝓ pecunia absoluũt,vel innocẽtẽ absoluẽdũ i pęna capitis cõdẽnãt,debet ipse potestas vel iudex eadem pęna capitis cõdẽnari,vel insulã relegari, vt dicit tex.ĩ l.pe.ĩ fi.ff.ad leg.Iul.repe. & l.i. §.i.& l.lege Cornel.in prin.ff. de sic.& si statutũ ꝓ homicidio imponit pęnã pecuniariã,iudex q fecit decapitari iniuste,debet ipse etiam puniri pęna capitis,nec potest se tueri beneficio dicti statuti. secundum

dum Bar.in l.fin.ff.quod quiſq.iur.& no.
Bart.in l.j. in q.iiii.C.ne ex delict.defun.
Quod tamen limita verum:ſecundũ Bal.
in l.j. C.de pœn. iudi. qui male iudi.in j.
col.ſi iudex illud doloſe fecit:ſecus ſi non
fuit in dolo,ſicut in caſu propoſito, quia
noluit ſeruare ſtatutum, vt iniquum &
contra ius commune & diuinũ, ideo non
debet iudex puniri pœna capitis, ſed pe-
cuniaria dicti ſtatuti,q̃a quilibet iuſta cau
ſa excuſatur a dolo.l.j.§.j.ff.ſi quis ius di
cen.non obt. Et ita fuit de facto ſeruatũ
Peruſij in poteſtate qui fecit decapitari
homicidam, qui ſecundum ſtatutum de-
buit puniri pœna pecuniaria, quia non fe
cit doloſe, ſed pro zelo iuſtitiæ, & obſer-
uantia iuris communis: ideo fuit in ſyn-
dicatu condemnatus in pœna pecunia-
ria,ſecundum formam dicti ſtatuti.Si au
tem condemnandnm in pœna corporali
citra mortem abſoluit, & abſoluendum
condemnauit: aut condemnauit in pecu
nia abſoluendum, vel abſoluit condem-
nandum, debet mitius puniri extra ordi
nem arbitrio ſyndicorum.tex.eſt in l.pe.
§.fin.in principio.ff.ad l. Iul.repe.
121 ¶ † Item ſi condemnat aliquem in ma
iori quantitate pecuniæ fiſco quam de-
beat,tenetur parti læſæ ad intereſſe & ni
hilominus fiſco debetur tota quantitas.l.
fin.in fin.C.de pœn.iudic. qui male iud.
Tenetur etiam pœna falſi,ſi dolo aliquid
fecit contra leges vel ſtatuta.l.j. ff. de fal.
& in auth.de iudi.§.omnes autem.& fir-
mat Fran.Accurſ.in ſuo tract.de ſyndic.
ver. ſed nunquid ob prędicta. Et proba-
tur dolus per indicia,probando, quod ali
quid recepit a parte,quæ obtinuit,& ſimi
lia:vt ibi per eum.& l.quoties.§.qui do-
lo.ff.de probat.& l.dolum. C.de dolo.cũ
ſimilib. Sed ſi in cauſa ciuili poteſtas, vel
eius iudices dolo corrupti pecunia tule-
runt iniquam ſententiam, non tamen fa
ciunt litem ſuam, vt teneantur inſolidũ
parti læſæ, ſed in duplum eius quod rece
perũt:in criminali vero puniuntur in cõ
fiſcatione omnium bonorum & in perpe
tuum exilium, & efficiuntur infames. vt
in l.finali.& in auth.ſed nouo iure. C.de
pœn.iudic.qui male iudic. Tenetur etiã
pro barataria crimine falſi.d.l.j. ff.de fal.
& ponit Bald.in §.proficiſci.in q.ix.

122 ¶ † Si autem per imperitiam tulerunt
iniquam ſententiã contra caſum legis vel
ſtatuti,tenentur ad intereſſe parti lęſę in
ſolidum,quia ſunt in lata culpa,cum aſſe
rant ſe peritos.l.j.in fin.ff. quod quiſque
iur.& late de verb.ſign.Quod habet locũ
etiam in minore.25.ann.doctorato quia
cum ſit approbatus non habet beneficiũ
reſtitutionis.l.j.& ibi no.C.qui & aduer.
quos.& l.pfeſſio.C.de mun patri. lib.11.
¶ Item habet locum etiam ſi per ſtatu-
tum,ab eius ſententia non poſſit appella
ri, quia ſi tulit iniquam ſententiam tene
tur in ſyndicatu ad intereſſe partis ſecũ
dum Innoc.in c. paſtoralis. in fi.de offic.
delega. etiam ſi incidenter male iudica-
uit. C.de pact.l.ſi quis in conſcribendo.
¶ Et idem ſi iudicat contra communem
opinio.per Doct.communiter approbatã
quia eſt in culpa:ſecundum Bart.in l.mi-
nime.ff.de legib.ſecus ſi ſunt opi. pro &
contra paris authoritatis: vt in materia
compendioſe facta per verbum commu-
ne:quia tũc adherendo vni opinioni ex-
cuſatur.ſecundũ Doct.in d.l.ſi de pœn.iu
dic.qui male iud.& not. Bart.in l.cũ prola
tis. de re iudi. vbi dixit, quod licet iudex
ſequatur opinionem, quã multi Doct. te
nent,ſi eſt mala,tamen tenetur in ſyndi-
123 catu. † Verũ ſi iudex fuit ſecutus opi.
magiſtri ſui, licet ſingularem, excuſatur
in ſyndicatu ab expẽſis ſecundũ Oldr.in
l.quæſitũ.§.ſed an inſtrumẽto.ff. de fun.
inſtru.licet nemo in iudicando ſequi de-
beat opinionẽ ſingularẽ: ſecundũ Bal.in
l.j.ff.de ſena.& in l.de eo.C.de pœn.iud.
qui male iudi.& Bar.in l.bono.ff.de bon.
poſ.Et Bal.in auth.generaliter.C.de epiſ.
& cler.& Io.And.in c.j.de conſt. in vj.&
text.in l.j.§.ſed neque. C.de veter. iur.
enuc.& Inno.in c.ne innitaris.de cõſt. di
xit,ꝙ debet ſequi opinionẽ approbatã.&
Bal.in l.ij.C.de ſent. quę ſine cert. quãt.
quæ tenet, ꝙ in dubio nõ eſt recedẽdũ a
glo.& no.glo.in l.oĩs diffinitio. de reg iu.
¶ Excuſatur ſimiliter ſi erat in paſſu mul
tũ ſubtili, vt circa intellectum l. Gallus.
vt tenet glo.inſtit de obligatio. quæ ex
quaſi delict.naſc.in principio.quo caſu di
xit Bald.in l.mancipia.C. de ſeruis fugi-
tiuis, quod mitius punitur,quia tenetur
ſolum ad purum damnum partis,non au
tem

tem ad interesse, vel pœnam. Tene méti.
124 ¶ † Similiter potestas si est iuris ignarus & tulit sententiam secundum consilium suorum iudicũ & imperitorum, & iniquam, tenetur ad purũ damnum parti læsæ, quia conduxit iudices ignorantes: non autem tenetur actione iniuriarum: secundũ Ang. in l. si iudex. ff. de var. & extraordin. cog. sed quantum ad edictum quod quisq. iur. non tenetur potestas de imperitia suorum assessorum. secus si assessor fuit in dolo: quia tunc potestas tenetur. ſm Bar. in l. ij. quod quisq. iur.
¶ Item tenetur iudex, sub cuius examine lata est sententia iniqua. l. ij. C. de his qui latro, ibi sub cuius examine. & l. si ille. C. de decurio. lib. x. & l. fin. de leg.
¶ Sed si potestas vel iudex errat in facto sine culpa sua, non tenetur quia error facti excusat: vt in cap. j. de constit. in vj. & l. regula. ff. de iur. & fact. ign. ita tenet Frã. Accur. in d. tract. in ver. sed quæritur nũquid officialis de ignorantia. Si autem tulit sententiam iniquam, secundum consilium sapientis, quem ipse potestas vel iudex elegit, tenetur: quia mala electio est in culpa: sed si partes elegerunt, non tenetur: secundum Bald. in d. l. mãcipia. & l. si conuenerint. ff. de re iudi. & Innoc. & Ioan. And. in c. si pro debilitate. de offic. deleg. in vj. & Inno. in d c. ne innitaris. & Bald. in d. §. proficisci. q. 30. & 31. & in addit. Spec. in tit. de exec. sen. in fin. Quod intellige verum, si partes conuenerunt stare consilio illius sapientis, quem elegerunt, vel per formam statuti iudex tenetur sequi consilium sapientis: alias si consilium esset iniustum, iudex non debet illud sequi, & tenetur in syndicatu: secundum Bartol. in d. l. si conuenerit. & in l. j. §. si plures. ff. de exercito. & in l. Titiũ & Mæuiũ. in prin. ff. de admini. tut. cõsul
125 tor † vero si fuit electus a partibus, tenetur parti lesæ de malo cõsilio. ſm Angel. in l. si certis annis. C. de pact. & in §. proficisci. in addi. 41. Sed si fuit electus a iudice non tenetur iudici. secundum Angel. in l. si iudex. ff. de iudi. Et si iudex debet ferre sententiam certa die secundũ consilium, & cõsiliũ nõ redditur in tempore, cautela est, ꝙ iudex pronuntiet secundũ cõsiliũ ferendum tenet Bald. in l. cum sententiam. C. de senten. Sed si consiliũ est redditum debito tempore, non debet iudex pronuntiare antequam illud aperiat & legat. vt not. gloss. in l j. C. de sent. ex peri. rec. & ibi Bald. quod tene menti: qa in hoc errauit dom. Mazicus collateralis meus Anconæ, in consilio reddito per do. Benedictum de Perusio contra Ioan. Quiriaci.
126 ¶ † Item tenetur si tulit sententiam sine consilio sapientis, vbi statutũ requirit cõsiliũ: quia sñia est nulla, ſm Bald. in l. si quis mihi bona. §. qm̃. de acquiren. hæredit. Et aduerte, quia si potestas vel iudex qui male iudicando fecit litem suã, soluit interesse parti conrra quam iudicauit non repetit a parte, pro qua iudicauit. secundum Bald. in l. sancimus. C. de iudi. & in d. l. mancipia. & in c. iudices. de pac. iuram. firmã. quia soluit pro suo, quasi pro delicto. Sed Angel. in l. Stichum. §. si mãdato ff. de solu. dixit contra scilicet, quod debent sibi cedi actiones ab eo cui soluit. pro quo dicit esse casum. in l. missi opinatores. C. de exacto. tribut. lib. x. Cõcorda hanc opinionẽ, quod si per dolum iudicauit, actiones non debent cedi, vt puniatur ex suo dolo, secus si per imperitiam vel culpam, quia tunc debent cedi, & ita procedit opi. Angel. argu. l. si is qui dolo. iunct. l. si culpa. ff. de rei ven.
127 ¶ † Item aduerte quia si potestas vel iudex fuit in leui vel leuissima culpa, nõ tenetur iudex insolidũ, sed quantũ religioni syndicorũ ęquũ videbitur. & ita debet peti in libello ꝑducto corã eis: alias si diceret ꝙ dolose falsũ iudicauit & peteretur solidũ interesse nõ ꝓbato dolo, sed leui vel leuissima culpa, iudex debet absolui. Et ita dicit Ang. de facto fecisse absolui capitaneũ Florentiæ de Spoleto: qa petitũ solidũ interesse & nõ ꝓbatus dolus sed solũ ꝓbata sentẽtia iniqua: qa causa q̃ ꝓponitur in libello, illa debet ꝓbari, alias reus debet absolui siue in ciuili siue in criminali. l. habebat. ff. de insti. & l. iij. §. docere. ff. vi bon. rapt. ita dicit. Ang. in l. ex maleficiis. §. si iudex. ff. de act. & oblig. & instit. de obligatio. quæ ex quasi male. §. si iudex. & l. si iudex. & ibi per Bartol. ff. de var. & extraordinar. cog. Et in quæstione quam disputauit, quæ incipit,

pit, iudex qui per imperitiam male iudi dicauit, vbi plene dicitur de iſta materia.

128 ¶ † Et adde, quod vbi agitur ex leui vel leuiſsima culpa, non poteſt agi crimi naliter, ſed ciuiliter tantum. ſecundum Cyn. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſ. & cle. In dubio autẽ iudex qui male iudicauit, præſumitur feciſſe per ignorãtiam, & nõ per dolum, ſm Bal. in d. §. proficiſci. q. 28. alleg l. ſeruo inuito §. cũ ꝑtor. ff. ad Trebel. niſi qualitas facti nulla poſsit tergiuerſatione celari, quin appareat dolus. l. ſi filius. §. ſi iudex. ff. de iudi. & dolus, ſecundum Ang. in d. §. probatur ex coniecturis & indiciis. alleg. l. Labeo. cum glo. § idem Tubero. ff. de ſupel. lega. facit glo. in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. & l. apud Celſum. ff. de dol. excep & not. gloſſ. in l. dolum. C. de dolo. & not. in l. quoties. §. qui dolo. de prob.

129 ¶ † Et in ſumma teneas, quod ſi per dolum tulit iniquã ſententiam, grauius punitur, quàm ſi culpa lata; mitius quàm ſi dolo, ſi culpa leui: mitius q̃ ſi lata culpa ſi culpa leuiſsima mitius q̃ leui. ff. ad leg. Aquil. l. ſcientiam. §. cum aliter licet Bal. in d. c. iudices. dixerit ꝙ iudex forte de leuiſsima culpa nõ tenetur. Sic nec arbiter l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. nec tabellio. l. ſi. ff. de magiſtr. conuen. ſi caſu, & nulla culpa præceſsit, non tenetur. l. ij. ff. de admin. rer. ad ciui. pertinen. ſi culpa præceſsit caſum, tenetur etiam de caſu l. j. §. is quoque. ff. de actio. & oblig. & l. aut facta. § euentus, ff. de pœn. & no. in l. j. ꝑ Doct. ff. de legib. & per Bald. in l. reſpiciẽdum. §. delinquunt. ff. de pœn. quæ omnia not. & tene menti.

¶ Et adde ꝙ ſi iudex abſoluit reum ab obſeruatione iudicii iniuſte licet nõ pereat ius partis, facit litem ſuam, ſecundũ Bal. in l. pen. C. de pact.

130 ¶ † Sed pone quòd iudex errauit in iure ſtatutario, an teneatur in ſyndicatu: dic ꝙ ſic, ſi tale ſtatutũ erat in volumine ſtatutorum, tenetur etiam ſi non ſit productũ ſecũdum Bald. in l. i. C. vt quæ deſ. aduo. parti. & Iaco. But. in l. ſi. C. quæ ſit long. conſue. & Io. Mon. in c. iuris ignorantia, & Ang. in auth. de conſuli. in fin. & Bald. in l. leges ſacratiſsimæ. C, de legib. ſecus ſi errrauit in reformatione non inſerta in volumine ſtatutorum quia tunc non tenetur, ſecũdum Bar. in l. cum prolatis. de re iud. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur. & no. Bal. in l. fin. C. de pœn. iudi. qui male iudica.

¶ Sic etiam non tenetur ſi errauit in iure conſuetudinario, cum conſuetudo poſsit probabiliter ignorari, in c j. de conſuetu. in vi. quia conſuetudo debet allegari & probari. l j. C. quæ ſit long. conſuet. niſi eſſet notoria in populo & in iudicio, vt not. in d. cap. i. & l. de quibus. ff. de legib.

Itẽ ſi errauit in aſsimilatione legis vel ſtatuti, vbi debet procedi de ſimilibus ad ſimilia, per l. non poſſunt. ff de legib. non debet puniri, ſicut ſi erraſſet in iure ſcripto, quia nullum ſimile eſt idem. l. quod Nerua. ff. depo. & no. Cyn. & Bald. in l. ij. C. quan. prouo. non eſt neceſ.

131 ¶ † Quando autem dicatur ſimile, Cy. in d. l. non poſſunt. dixit ꝙ ſimilia dicuntur ea, qnorum qualitas eſt vna. eadẽ dicuntur, quorum ſubſtantia eſt vna. æqualia dicũtur, quorum eadem eſt qualitas. ſecundum Ariſt. v. Metaphyſic. Vel ſecũdum Tullium, illa ſunt ſimilia quorum termini ſunt diuerſi, & vna eſt ratio vel qualitas. ff. de ſtatu homi. l. quæſitũ. glo. in cap. ſi is cum quo. de filiis præsby. dicit quod illud dicitur ſimile, quod eſt idem in effectu, ſed diſsimile in verbis, vt eſt tex. cum glo. in l. qui liberis. in prin. ff. de vulg. & pupil. Et aliquando dicitur ſimile quo ad quædam, non quo ad omnia l. j. ff. de arbi. alibi dicitur ſimile vbi eſt omnino ſimile, vt in c. diſpendia. in fin. de reſcrip. in vi. & ibi per glo.

132 ¶ † Conclude ergo ſecundũ Bar. in l. i. ff vi bon. rapt. quòd vbi ſtatutum diſponit, quòd procedatur de ſimilibus ad ſimilia per tale ſtatutũ videtur receſſum à pœna iuris communis, & debet adaptari à ſtatuto veriſimiliori & aptiori, & paris rationis, vt no. glo. in materia pœnali, in c. i. de tempo. ord. in vi. & Bar. in l. ſi conſtante. in prin. ff. ſolu. matr. Sed Bald. in l. leges vt generales. C. de legib. dicit quòd tale ſtatutum non eſt ſtricti iuris, ſed large interpretandum, & vbi eſt omnimoda, vel maior ratio, nõ dicitur ſtatutum ſeu lex extẽdi, ſed enucleari, ſecundum Ioã.

And.

And.in c.j.de tempor.ordin.in vj.& glo.in c. cupientes.de elect.in verbo,omnes.

133 ¶ † Et prædicta intellige, quod iudex tenetur in syndicatu,siue per dolum siue per imperitiam male iudicauit, quando pars à sententia non appellauit,secundum Barto.in dicta disputatione,à sententia iudicis qui male iudicauit.& Bald.in d.cap.iudices.& Inno.in c.sacro. de sentent. excom.& quàmuis non appellando videatur cōsentire sententię quo ad partem,non tamē quo ad iudicem. argu.l. Pomponius scribit.ff.de neg.gest.& l.cum iuris.C.arbitr.tutel.& ponit Bal.in d.c.iudices.

¶ Sed si pars à sententia appellauit, an iudex teneatur in syndicatu. Ang.in l.j.ff.qđ quisq; iuris.dixit quòd si sententia est iniqua, iudex tenetur, siue pars appellet, siue non, siue succumbat in appellatione siue non, etiam si condēnatus consecutus fuit interesse à iudice appellationis,qui eam confirmauit. quia vterque tenetur ex sua causa & suo delicto. l.ita vulneratus.ff.ad leg. Aquil.& est gloss. ord.ff.de inter.act.l.qui seruum. circa princ. Videbatur primo dicendum contra,quia vbi sunt duo rei insolidum,vno exacto cæteri liberantur.l.iij.§.fin.ff.de duo.re.

134 ¶ † Tenetur etiam si fuit cōfirmata per desertionem, quia ipse primus iudex fuit fundamentum iniquitatis & totius mali, secundum Inno.in c.sæpe.de appellat.& in cap.pastoralis.& ibi per Ioann.And.de offic. deleg. Videbatur tamen contra quando deseruit appellationem, quia debet conqueri de seipso. l.argentarius.§.vt autem.ff.de edend. vel de iudice appellationis,quando talem sententiā confirmauit,cum secunda mandetur executioni,& nō prima.ff.de pactis.l. tale pactum. §.prouocauit.& videtur glo.in l.j.in princip. ff.de excep.rei iudica.& text.in l.à proconsulibus.C.de appellat. & Bartol. in l. fin. ff. de var.& extraord.cog. Bald.tamen in dicto tractatu, tenet cum Innocen.nisi iudex à quo in causa appellationis comparuerit, & suum processum iustificauerit. Expedit enim iudici comparere in causa appellationis, & suam sententiam defendere, & iustificare, & tunc non tenebitur in syndicatu, secundum Bald. in titu. de be.not.inuc.§.fin. licet non sit de necessitate citandus, secundum Inno.in cap.

135 cum speciali. de appell. Et † si nō citatur, sententia appellationis non præiudicat ei. l.Lucius.ff.de infam.Sed idem Bald.in d.ca. iudices. dicit, quod secundus iudex, qui primam sententiam confirmauit, tenetur, & non primus,quia prima sententia fuit nouata per secundam, & in ipsam transfusa. Quod intellige verum secūdum eum, quando à secunda sententia non fuit appellatum. Sed si appellans expresse, renuntiat appellationi,videtur fateri habere malam causam.l. iij. C de fid.instru. Et ideo eo casu non tenetur iudex in syndicatu,secus si tacite per desertionem renuntiat,quia ex hoc non induci tur tacita confessio, quo ad iudicem, argu.l.Papinianus.§ meminisse.& ibi.no.ff.de inof.test.l.properandum.C.de iudi. licet secus quo ad partem, secundum Bald.ibi, verum si prima sententia fuit per iudicem appellationis infirmata seu reuocata,iudex non tenetur de syndicatu, nisi quo ad expensas, cum nihil vltra intersit ipsius rei quia fuit absolutus. Quod intellige,verum,si primus iudex non fuit in dolo, sed per ignorantiam condemnauit. l.j.& ij. C. de pœn. iudic. qui male iudica.

136 ¶ † Item illud verum si fuit infirmata ex ijsdem actis,secus si ex nouis, quia tunc primus iudex non tenetur ad expensas,secundum Bartol.in l.post legatum.ff.de his quib. vt indig. Item non tenetur, si reus condemnatus fuit consecutus expensas & interesse à parte,quæ temere eam vexauit, quia desijt sua interesse cōtra iudicem.l.siue manifestus. ff.de condict.furt.& not. Bart.in l.fina.C. de pœn.iudic.qui male iudi. facit l.j.§.nunc tractemus.ff.de tute.& rat.distr.

¶ Item non tenetur si sunt plures sententiæ conformes, quia tunc præsumuntur omnes iustæ,& querelans contra iudicem præsumitur calumniari,vt in clem.vt calumnijs.de re iudica.& not.Bald.C.de pœn. iudi. qui male iud.super rubr. & vide quod not. Francisc. Accurs.in dict.suo tractatu versic.item quid si est infirmata.vbi subdit notabile verbum, quod de consuetudine,& per statuta ciuitatum,officiales non syndicantur,nisi de furtis, pecunia accepta, & male ablatis, & cæteris baratarijs, non autem de iniquis sententijs per imperitiam & male latis, quia iudicando secundum leges,vel non,vix pro bono regimine officiales syndicantur. ista sunt verba eius. allegat textum in authentic hodie.C. de iuramen.calum.quod nota.

137 ¶ † Sed pone quod in causa syndicatus adhuc pendet appellatio à sententia,quam querelans contra iudicem dicit fuisse iniquam, quid, debent hoc casu facere syndicatores Bal.in l.filiusfamil. ff. de iud.dicit quod iudex

dex debet dare fideiussores de reficiendo oia damna & expensas qrelantis, si contingat eius sniam informari: & consueuit in practica cōparare pars pro qua lata fuit sententia, & fideiubere pro iudice, & præstita dicta fideiussione, syndici non condemnabunt eum, argu.l.si reus paratus.ff.de procura aliàs condemnabunt eū ad pstandum dictum fideiussorem, de cōseruando dictum querelantem indemnem ff.de statu liber.l.statuliberi.& not. Bald.in l.nouissimè.ff.quod fal.tut.auth. vbi bonus text.

Sed idem Bal.in d.l.fi C.de pœna iud. qui malè iudic. dicit, q̃ si ex primis actis apparet sententia iniqua: iudex debet cōdemnari in syndicatu ad expensas & interesse dubii euētus litis, sed si ex primis actis apparet iusta, debet absolui, licet in causa appellationis ex nouis actis possit impugnari, quia quo ad primum iudicē sententia fuit iusta, vt not C.de appella. l.eos.in principio.facit ff.ad Trebellianū. l.i.§.si hæres.

138 ¶ † Similiter tenetur & facit litem suam si tulit sententiam iniquam, à qua partes conuenerunt non appellare s̃m Bal. in l. cum anterioribus §.sinautem. C.de tēp. appell.sic etiam tenetur si tulit sententiā iniquam absolutoriam, & conuentus promiserit conseruare eum indemnem, nec recuperat à conuentu illud quod soluit, secundum Bal. in l. si tibi mandauero. §. qui idem.ff.mand.& idem si promittitur sibi indēnitas, vt negligat aliquid quod facere tenetur, secūdum Bar.in l. si à reo. §.qui vulgo.ff.de fideius.

Item tenetur, si in sententia absolutoria causam non adiecit, secus in condemnatoria s̃m Bald.in l.quid ergo. §. pœna grauior. ff.de infam. sic etiam facit litem suam, si in sententia absolutoria ab expensis, non inserit causam, secūdum Bal. in auth hodie.aliàs nouo iure. C.de iudi. tene menti. Simili modo tenetur, si non inserit causam, vbi absoluit reum propter ineptam actionem, quia non exprimendo perit ius actoris glos.est in l.i.§.i. ff.si mensor falsum modum dixe.

139 ¶ † Item tenetur iudex maleficiorum, si fecit inquisitionē temerariam sine indiciis aut fama præcedente. & quamuis absoluat inquisitum, tenetur ad interesse sumptuum & expensarum.l.& si seueriter.C.de excusa.tuto. & not.Bald.in l.eū quem temere.ff.de iudic.præsumitur tamen pro iudice inquirente, si constat de fama & indiciis.l.iustissimos. C.de offic. rector.prouin.secundum Baldum in d.§. proficisci.q.16.

Cautus ergo iudex, antequàm formet inquisitionem, examinet testes, & si pbatur maleficium, vel probantur indicia, formet inquisitionem, aliàs non. facit qđ not.Bar.in l.i.§.ii.ff.ad Turpil.& si aliter facit, tenetur in syndicatu, non solum ad expensas, sed ad alia quæ inquisitus ex tali inquisitione passus est, secūdum Innoc.in c.fi.quòd met.cau.& Bal.in l.fi.C. de pœna iudi.qui male iudic.

Similiter tenetur si tulit sententiam iniquam, à qua ex forma statuti, nō potēst appellari, secundum Inno.in c pastoralis de offic.deleg.

140 ¶ † Quid autem si tulit sententiam ipso iure nullam, an teneatur in syndicatu. Ang.in d.l.i.quod quisque iur. concludit quòd non tenetur ad totale interesse, ex quo sentētia est ipso iure nulla, sed tenet ad damna & interesse litis, & expensas, quia grauat partem in onere dicendi de nullitate, vt no. Bar.in l.fi.ff.de var.& extraord.cog.facit quod no.glos.in l.venales C.quando prouoc. non est neces. etiā si partem aliter non lędat, quia non stat per eum.facit quod no. Bal. in l.si pignora.ff.de euic.alleg.l. si quis arbitri.§.pen. ff.de dolo.Bal.autem in d.c.iudices.dixit q̃ si per dolum iudex tulit sniam nullā, facit litem suam: quia grauat partē de facto ptextu officij.ff.de euic.l.si p imprudentiam.& si non fuit processum ad executionem facti, non tenet, quia nihil nocuit: secus si fuit processum ad executionē facti, quia tenet ad expensas & dāna, quæ reus ex tali sententia passus est, s̃m eum in d.cap.iudices.

141 ¶ † Cæterum quia sępe cōtingit, q̃ ptās, & eius iudices habent arbitriū per decretum, vel statutum, aut rescriptum superioris, & vigore dicti arbitrij excedūt terminos iuris, quandoque in procedendo, quandoque in iudicando, an teneantur in syndicatu, & quidem si conceditur

arbitrium, quòd posit procedere de iure & de facto, si omittunt totaliter processum & probationes, tenentur in syndicatu: quia dicta verba, quod ad iudicem, intelliguntur nõ seruata solẽnitate iudiciorũ, requiruntur tamen probationes, secũdũ Bald. in l. j. in fi. ff. de euict. & in Spec. de offic. iudi. §. postremo. vers. & idem dico. auth. de collato. §. hoc quoque. Et tale arbitrium intelligitur in ventilando, non in iudicando, secundũ Bald. in l. qui procurator. ff. de procu. Vnde si est datum arbitrium potestati. non potest quicquam contra iustitiam in decidendo: secundum Bald. in l. si procurator. ff. de cõdictio. in debit. quia arbitrium etiam liberum, nõ tollit ea quæ sunt iuris naturalis. vt not. glo. & Ioan. de Imo. in cle. pastoralis. de re iudica. vnde dixit Lapus, alleg. ccxxvii.

142 † quòd vbi conceditur iudici, quod procedat etiam de facto, intelligitur cõcessum quod procedat præter legem, non autẽ contra legem. allegat. l. j. iuncta. l. si à milite. §. edicto. ff. de testamen. milita. Et ideò licet habeat arbitrium procedendi de facto super maleficijs, non potest cõdẽnare, nisi quatenus iustitia suadet, secũdum Bald. in l. vbi pactũ. in fin. C. de trãsactionib. facit quod idem not. in l. j. ff. de testa. milit. vbi dicit quod verbum de facto, in iudice debet intelligi non seruata forma iudiciorum: tamen iustitia deesse non debet, & vbi proceditur de facto, proceditur inciuiliter & malè, nisi statutum dicat, quod posit procedi de facto. ff. de euict. l. minor. l. fi. §. fi. ff. quod met. caus. facit quod not. Bald. in c. iniuria. de pace iura. firman. vbi dicit quod cognoscere iuris ordine non seruato, est auferre ius alterius. allegat. c. statutum. de elect. in vi. facit quod idem not. in l. si quis in tantã. C. vnde vi. vbi dixit quod vltra officium facit iudex, qui non seruat ordinem iuris.

143 † Et si statuto cauetur, quod in tali negotio procedatur de facto, intelligitur manu regia, omissa omni solemnitate iuris ciuilis: non autem quod iura alterius lædantur contra naturalem æquitatem. secundum Bar. in extrau. ad reprimen. in ver. videbitur expedire. alleg. l. ii. in princip. ff. de ori. iur.

¶ Item si potestas habeat arbitrium procedendi absque aliqua solemnitate iuris. intelligitur solum remissa solemnitas iuris ciuilis, non aũt naturalis, vel gẽtium: & ideo non posset condẽnari per depositiones testium inimicorum, vel non iuratorum: secundum Bal. in l. filiusfa. ff. de dona. & Bal. in l. presbyteri. C. de episc. & cleri. & l. solam. C. de testi. facit quod dixit Ang. in d. l. filiusfa. ff. de dona.

144 † Item si habet arbitrium in procedendo & sentẽtiando, non tñ põt in vna die expedire totum processum. l. sed & si per prætorem. §. quoties. ff. ex quib. cau. maio. Et si expediat, non valet: secundum Cyn. in prima constitu. ff. §. itaque. quia secundum eum, non potest esse ponderatum, quod est nimis festinatum: & ideo excluditur causæ cognitio, aliàs sententia est nulla. c. ii. & c. cum Bertoldus. de re iudi. & ibi glos. quia causę cognitio dicitur de ordine & forma sententię. no. gl. in c. qua fronte. de appella.

Item si conceditur arbitrium condemnandi vel absoluendi, debet intelligi, quod non posit præferri iniquum æquo: secundum Bal. in l. si quis maior. C. de trãsac. & si enormiter lædit partem, tenetur in syndicatu. s̃m Bal. C. de pœna iud. super rubr. tene menti.

Et ideo si sententia fertur ex abrupto sine causæ cognitione, non habet vim sententiæ, nec transit in rem iudicatam, etiam si non appellatur ab ea: secundum Innocen. in c. ii. de in integr. resti. in glo. quod tamen videtur contra notata in c. cum ex literis. eo. tit.

145 † Et no. quod arbitrium nunquam intelligitur concessum sine causæ cognitione. ff. mandati. l. creditor. in fin. siue detur ab homine siue à lege. ff. de pœnis. l. hodie. & vbi datur arbitrium procedendi, non intelligitur remota causæ cognitio, sed iuris ciuilis subtilitas, secundum omnes doctores: ideo potestas cui arbitrium conceditur, non potest absoluere condemnandum, nec condemnare absoluendum. ff. quod met. cau. l. si cum exceptione. § hãc. & § sequen. nec potest de crimine condemnare, nisi de eo, de quo constat sibi vt iudici, & nisi data copia defensionis. vt in clem. pastoralis. de re iudi. & l. iii. §. si ad diem. ff. de re milit. ita dixit Bal. in l. milites.

milites.ff. de testa. mili. & gloss. in cle. sæpè. in princip. de verbor. signific. alleg. l. si quando. C. de inoffic. testament. & l. si procurator in princip. ff. de condict. indeb. & l. si filiusfamil. ff. de dona. & l. creditor. §. Lucius. ff. mand. l. contra ius. ff. de pact. & incapit. in generali. de regul. iur. in vj.

146 ¶ † Item licet habeat plenissimam potestatem procedendi, prout sibi placuerit vel uoluerit, non seruata dispositione iuris vel statuti tenebitur in syndicatu, si nō admisit exceptionem præscriptioni, Velleiani, vel Macedoniani, vel aliam legitimā, quia prædicta verba non possunt tollere ius quæsitū parti, sed solum ea q̄ concernunt solemnitatē processus, vel q̄ pendent ex suo officio, vt abbreuiare dilationes, vel supplere ex officio, etiā parte non petente, vt singulariter dixit Bar to. in extrauagāt. ad reprimēdū ver. modo videbit. in verbo, expedire tene mēti.

Et adde, quòd vbi aliquid committitur arbitrio iudicantis, intelligitur arbitrio iudicantis discreti, vt est tex. cum glos. in c. inquisitionis. de accu. & non intelligitur cōcedi, quòd possit imponere maiorem vel minorem pœnā, quā sit a iure in simili casu apposita, vt est glo. in dict. capitu. inquisitionis. circa medium. & not. in l. hodie. ff. de pœn. quod not. & tene menti perpetuò.

147 ¶ † Et dantur arbitria iudicibus quia actus quandoquè nouam, quādoquè celerem exigunt prouidētiā, secundū Bald. in dict. capitul. iudices. alleg. Inno. in capitu. j. de consti. vbi subdit, quòd qui habet arbitriū, nō debet fulminare, vel furiare, quia intelligitur concedi secundū mentem legis, & rationis.

Sed vbi si committitur, quòd faciat put viderit expedire, ab eo q̄ faciat, non licet appellare. Ioan. And. in cap. ii. de iura. cal. in vi. in nouella.

Item si iudex habeat arbitrium interpretādi, tenetur in syndicatu, si interpretatur in casu non dubio, secundum Bald. in l. voluntas. C. de fideicommis.

Item licet habeat arbitrium in procedendo, tenetur in syndicatu, si cognouit de delicto post tēpus, cuius cognitio erat certo tēpore limitata à lege, vel statuto, secundum Bal. in l. si in lege. ff. loca.

Item licet habeat arbitrium per electionem, uel per formam statuti, quòd non teneatur ad syndicatum, tenetur tamen si fecit aliquod dolosè, per latā culpā, non autem si leuissima culpa, secundum Bal. in l. i. de testamen. milit. allegat l. si seruus vetitus. & l. creditor. §. Lucius ff. manda.

148 ¶ † Insuper si potestas, vel iudex facit executionem iniquam contra iustitiam, tenetur in syndicatu parti, contra quam facit, ad interesse, secundum Bald. ĩ dict. tractatu. q. 23. allegat. l. lectos. ff. de peri. & commo. rei ven. Quod intellige quando apparet iniqua, vt est tex. sing. in l. si pars. ff. de inoffic. testa. Secus si fecit executionē contra verū debitorē ordine iuris prætermisso, & debitor est liberatus, quia tunc non tenetur, & executio non retractatur. casus est sing. in l. si §. fin. ff. quod met. caus. nisi iudex dolosè id fecerit, quia tunc tenetur actione iniuriarū, secundū Bald. in dict. q. & facit litem suā, vt est tex. in l. si pignori. ff. de euict. facit l. si quos. C. de rescin. vendit. & l. si. C. si propter publi. pen. & id quod soluit repetit ab eo, pro quo fecit executionem, secundū Bal. in d. c. iudices. vide glo. in omnē honorē. C q̄n ꝓuo. nō est necesse.

Sed si debitori contra quem facta est executio nihil ad est, q̄a nō est liberatus tūc debet retractari, quod factū est. l. si cū nulla ff. de re iud. & l. minor. ff. de euict. iuncta. l. j. C. de feriis. & per Bald. in d. q. Et nihilominus tenetur ad damna & expensas parti læsæ, facto ipsius iudicis, secū dum Bal. ibi, quia non debet exequi sententiā quam non videtur iustā, secundū Inno. in ca. pastoralis. in vlti. col. in glo. parua de offic. delegat. & Bal. in l. i. C. de confess. vbi dicit quòd executio fieri nō potest, si post sententiam constat de innocentia condemnati.

149 ¶ † Subdit ēt Bal. ĩ dicto tractatu. & quęstione, q̄ si iudex ĩ cōtumaciā debitoris cōcedit tenutā creditori, & nūtius accepit de bonis tertii, vel in q̄bus habet ius tertius, iudex nō tenet̄ illi tertio ad aliquid, q̄a non constat de iure suo, debet tñ iudex cautus ĩ dādo tenutā dicere, saluo iure tertii, & hoc tenet̄ in sindicatu.

Itē tenetur si mādat executioni sententiā nullā, uel ꝑ qua nō ꝓcesserunt legitimæ ꝓbationes habitū ꝑsonarū, licet ita tutū gnaliter dicat, ꝙ sētētia qualitercū que lata mandeē executioni, secundum Bal. in l. si quis ex his. §. ait. prætor. ff. qui satisda. cogan.

Itē tenetur, si de facto facit aliquē suspendi eadē pœna & similitudine supplicii, secundū Bal. ī rub. C. de pœna iudi. q̄ malè iud. vbi ēt dicit ꝙ tenetur arbitrio iudicis, si de facto facit aliquē torqueri.

150 ¶ Item si compulit subditos ad portandū sibi ligna, tenetur in syndicatu ad vecturam, vt in aut. de māda. prin. §. illud.

Item si dolo vel culpa detinuit, vel pignorauit, aliquē, tenetur ad damna & expēsas, vt in aut. vt diffe. iud. §. fi. & insti. de obli. quæ ex quasi delict. in prin.

Itē debet satisfieri illis, quos læsit in officio de suo salario, vt in authen. de mand. princ. §. deinde.

Item tenetur si facit solui pecuniā cō demnationem alteri, quā camerario. cō munis, secundum Bald. in l. prouidentibus. C. de cano. largi. lib. xij. nisi sit modica pecunia, quam potest conuertere in vsus publicos ad sui libitum, puta in acō cimine fenestræ, vel suæ cameræ, secundū Bar. ī l. diuus. ff. de bon. dā. tene mēti.

151 ¶ † Et aduerte quia si in syndicatu tenetur ad pœnam pecuniariam, & si non potest soluere in ære, luat in corpus, secundum Bal. in cap. iudices, in prin. de pace iura fir.

Item tenetur si mittit ad scribendum bona malefactoris cōmisso maleficio, nisi in casu, quo bona confiscantur, secundum Bal. in l. j. C. de re iudi.

Similiter tenetur, si cōdemnat vigore tacitæ confessionis, resultantis ex banno vigore statuti, quòd bannitus contumax habeatur pro confesso, si bannitus tempore banni erat extra territorium, quia tunc nunquā debet haberi pro confesso, vigore dicti statuti, ita dicit singulariter Anto. de Butr. in ca. proposuisti. de foro compe. facit quod not. in ca. pastoralis. eo. tit. & c. Romana. §. contrahentes. eo. titu. libr. vj. facit quod not. in c. ii. de con sti. in vj. & l. extra territorium. ff. de iurisd. omn. iudic.

152 ¶ † Item tenetur, si facto delicto, ante solutionem pœnæ, cogit offensum ad pacē cū delinquente, secundum Bal. in l. cum affirmes. C. de lib. caus. & l. j. ff. de offic. præfect. vrb. & in c. i. de pace te. & glos in cap. per venerabilem. extra de elect. & Bart. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. fa. & not. Bart. in l. quos prohibet. de postu. dicens, quòd pax nō pōt fieri ꝑ iniuriatum ante condemnationem allegat gloss. sing. in l. ii. ff. ad sylla. & ꝙ not. Bal. in l. stipulatio. C. de sent. & ī l. i. §. quies. ff. de offic. præfect. vrb. & Ioan. And. in Spec. de pign. in §. sequitur. ver. quòd si timeo. & est tex. secundum Iac. de Are. in authen. de man. prin. §. optimum Bald idem firmat in l. con tinent. ff. de ī iteg. restit. & tene menti: qa vidi practicā in cōtrarium in ciuitate Asculi.

153 ¶ † Item tenetur in foro conscientiæ, si tulit sententiam iustam contra aliquē nō amore iustitiæ, sed odio inimicitiæ, tex. est sing. xxi. q. ii. cap. si ergo.

Item tenetur, si iubet vltra terminū suæ iurisdōnis. l. cū q. §. fi. de. verb. oblig.

Similiter tenetur ex eo, quòd non audiuit, nec examinauit, sed iniuriā dixit in causa, secundum Bal. in l. iudex. C. cōmi. vel epist.

Item tenetur iudex maleficiorum, si non facit duci reum captum ad audiendum sententiā, secundum Bal. in l. reos. C. de accusa. ideo cautus iudex facit sibi dari licentiam procedendi in absentia ipsius inquisiti, secundum Bal. in l. si accusationibus. C. de accusat. & l. vt perfectus. C. de annali. exceptio.

154 ¶ Item † tenetur officiales qui interfecerunt eum qui ducebatur ad furcas, timentes ne ab eis auferatur in itinere, & tenētur pœna capitis. l. ita vulneratus §. si qs signa. ff. ad leg. Aquil. nisi habeāt de hoc à ptāte speciale mādatū, secundum Baldum in l. additos. de episco. audi.

Item tenetur potestas si fecit suspēdi corpus mortuū, qa infert iniuria cadaueri, secūdū Cyn. in l. ii. C. qui testamēt. facere pos. iūcta. l. prima. §. quo. ff. de iniur.

Itē tenetur si tulit sententiam nō citata parte, nec sufficit ad audiēdū iudicis volūtatē, vt tenēt domini de Rota decisō. 342. recētio ī nouis & refert. Anto. de Butr.

pella. & eſt tex. in cle. ſæpe. in verbo, citatis. ad id de verb. ſigni. Et eſt ratio: quia citatio nimis vaga, eſt nulla. no. glo. in c. fin. de reſcrip. & not. in l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam. & in cap. conſuluit. de offic. delega.

155 ¶ Item † facit litem ſuam, qui admittit non admittenda, ſecundum Bald. in l. ſancimus. C. de iudi. etiam ſi apponat illa verba, admiſit ſi & in quantum de iure debet: ſm Bar. in l. ſi quando. ff. de leg. j. quia nihil operantur, ſecundum eum, licet videatur ſentire contrarium in l. ambitioſa. ff. de decre. ab ordin. fac. ſ. ꝙ actus redditur conditionalis, & ſi non debet admitti ipſo iure habetur pro non admiſſo. facit quod no. Bar. in l. cum prætor. ff. de lega. præſtan. & gl. in l. iudex poſtquā. de re iudica. dicit quòd iudex non debet talem conditionem apponere, ſed prius diſcutere, an debeat admitti. vide ad materiam quod not. Bar. in l. prætor ait. §. j. ff. de re iudica.

¶ Item tenetur de omni eo quod facit minus diligenter in officio ſuo: quia præſumitur in culpa. ff. de lega. ij. l. cum ita. §. ſpecies. & ff. de eden. l. ſi quis ex argentariis. §. prætor ait.

156 ¶ Item † tenetur ſi condemnauit de homicidio vulnerantem, quando vulneratus non adhibuit medicū, vel ſi adhibuit, imperitum: q̃a tunc in dubio vulneratus non p̄ſumitur mortuus ex vulnere, ſed ſua culpa & negligentia. & vulnerās debuit condemnari de vulnere, non de occiſo: vt eſt gloſ. ſingu. in l. ſi ab hoſtibus. §. fin. ff. ſol. ma. Et adde glo. ſing. q̃ ſi poſt triduum vadit ſine baculo, non præſumitur mortuus ex illo vulnere in l. j. C. de emen. ſeruo. & ibi Bal.

¶ Item tenetur ſi tulit ſententiam ante horam partibus aſsignatam ad audiendū ſententiam: quia eſt nulla. gloſ. eſt. inſtit. de verbor. oblig. §. illud autem. & tex. in c. conſuluit. de off. delega. facit quod no. gloſ. in l. aut qui aliter. §. primo. ff. quod vi aut clam.

157 ¶ Item † tenetur ſi tulit ſententiā contra abſentem etiam legitimè citatū, quē tñ ſciebat abſentem, ſecus ſi ignorabat. glo. eſt in l. quæſitum. ff. de re iudic.

¶ Item ſi tulit ſententiam in loco non conſueto: quia non valet. l. contra ſententiam. C. de ſenten. & inter. om. iudi. & l. pen. ff. de iuſtitia & iure.

¶ Item tenetͬ iudex, vel notarius, ſi ſcienter recepit falſos teſtes. & tenetͬ pœna falſi. caſus ē ſin. ī l. iubemꝰ. ī fi. C de teſti.

¶ Itē tenetur iudex maleficiorum, ſi cognoſcit de cauſa ciuili, niſi incidenter, vel abſente iudice cauſarum ciuilium, ſecundum Ang. in l. ſi vacantia. C. de bon. vac. lib. x. & l. ſolemns. §. latrunculator. & ibi no. ff. de iudi.

¶ Itē ſi tulit ſententiā contra mortuū: quia non valet. l. pen. in tex. & glo. ſi. quæ ſent. ſine app. & l. ſi deceſſerit. qui ſatiſd. cog. Sed pro eo valet. l. cum quæritur. ff. de fideicommiſ. liber.

¶ Item ſi non pronuntiat ſuper toto. l. in hoc iudicium. ff fami. erciſ. niſi de partium voluntate iudicet ſuper parte tantum. caſus eſt ſingularis in l. ſi conuenerit. ſecundum vnam lecturam, de re iudi.

158 ¶ Item † tenetur ſi non laborat quātū pôt pro veritate inueſtiganda. l. ij. & ibi glo. & Bar. C. de eden. etiam partibus inuitis in criminali, vt eſt glo. in auth. de tabel. in prin. & l. iii. §. ſi tibi. ff. de condi. ob turp. cau. & l. ii. C. de aboli.

¶ Item tenetur ſi non recitauit & legit ſententiam per ſe ipſum: quia non tenet, niſi ſit illuſtris, vel ſaltem proferat verbum condemno, vel abſoluo: vt tenet Io. And. in c. pen. de re iudic. in vi. & ibi glo. de conſuetudine: tamen in multis locis legitur per notarios.

¶ Item tenetur ſi excandeſcit verbis aduerſus ſubditos. l. obſeruandum. ff. de off. præſid. Vel ſi facit eis iniuriam. l. nec magiſtratibꝰ. ff. de iniur. Poteſt tñ ſubditum carcerare, qui verbis aut factis non præſtat ſibi reuerentiam. l. continet. ff. quod met. cau. & l. j. & ibi no. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. & l. ſed & ſi per prætorem. § ſed dum decreto. ff. ex quibus cau. maio. facit l. tutor. §. fin. ff. de adminiſtra. tuto. & no. Ang. in l. iniuriarum. ff. de iniur. & ſi carceratus non appellat, videtur approbare capturam. l. ii. C. quomodo & quando iudex. & l. fina. C. de ſenten. quæ ſine certa quantitate.

159 ¶ Item † tenetur officialis, qui facit iniuſtitiam mādato poteſtatis, niſi in leuibus:

bus: in non leuibus non excusatur, sed
mitius punitur: vt no. 88. distin. c. an pu-
tatis. & no. Archid. 20. q. v. c. qui compul-
sus. vbi dicitur, quòd licet authoritas do-
mini excuset in leuibus. ff. de regul. iur. l.
ad ea. non tamen excusat in atrocioribus
ff. de actio. & obliga. l. qui seruum. & hoc
voluit dicere glos. in d. c. qui compulsus.
secundum Archid. & not. Bar. in l. non so
lum. §. si mandato. ff. de iniur.

Item tenetur si non cognoscit de deli
cto coram se commisso vbi eius maiestas
& authoritas offenditur, s℞m Barto. in l. si
quis obrepserit. in fin. ff. de fal. & l. ii. §. si
publico. ff. de adulte. facit quod no. Inno.
in c. fi. de pœn. & alibi dicitur, quòd delin
quens in præsentia iudicis sedentis pro
tribunali, potest statim puniri, ac si pro-
baretur per testes. ij. q. j §. vlti.

160 ¶ Item † debet puniri pœna corporali,
si non potest soluere condemnationem
de se factam, sed de consuetudine tene-
tur carcerari, donec soluat: secũdum Bal.
in c. iudices. versic. item no. ꝙ iudex qui
est in syndicatu. de pac. iur. fir.

Item tenet̃ si durãte officio fuit sub-
ditis nimis onerosus. l. obseruandum. in
prin. ff. de off. præsid. vnde milites & offi
ciales eundo per comitatum debent vi-
uere sumptibus propriis, licet potestas
possit parua xenia recipere, s℞m Bal. in d.
c. iudices. facit l. solent. ff. de off. præsid. &
l. i. §. prouincias. C. de contra. iudic. l. iiii.
de defen. ciui. & l. plebiscita. ff. de off. p̃sid.
& in auth. scriptum exemplar. col. ii.

Itẽ tenet̃ si. facit illicitas exactiones,
& si contra alios facientes non resistit. ff.
de off. præsid. l. illicitas. in prin.

161 ¶ Item † tenetur de iure ciuili allegare,
s℞m alleg. & probata, non s℞m conscientiã.
l. illicitas. §. veritas. de off. præsid.

Item tenetur si non resistit magnati-
bus et potentioribus, ne opprimant po-
pulares, & personas miserabiles. d. l. illici-
tas. §. ne potentiores. ff. de off. præsid.

Item tenet̃ si prohibet alicui exercere
officium suum, & negotiationem hone-
stam. l. illicitas. § ne per. ff. de off. præsi.

Item tenetur si dicit ius in causis suo-
rum officialium & familiæ, non perti-
nentibus ad suum officium. ff. de off. præ-
sid. l. senatus.

Item tenet̃ si denegat audiẽtiam sub-
ditis, vel exclamat, aut excandescit ad-
uersus eos, quos malos putat, aut flectit
lacrymis calamitosorum & delinquẽtiũ.
de off. præsid. l. obseruandum.

162 ¶ Item † tenetur de iure communi, si
denegat cibum vel potum, vel detinet in
carceribus debitorem cõis, vt debitum
citius soluat: s℞m Bar. & Angel. in l. nemo
carcerem. ff de exac. tribu. Sed contrariũ
cõiter prouidetur per statuta, vel consue
tudinem. s. ꝙ debitores cõis carcerentur.

Item si potestas, vel iudex est filiusfa.
pater tenetur vltra peculiũ, si fuit electus
eo sciente & nõ contradicente: secus si eo
cõtradicẽte: vt not. Bar. in l. ii. & l. Lucius.
ff. ad Maced. & l. filiusfa ff. de iud.

Item tenetur si condemnauit in cen-
tũ pro delicto, de quo veniebat condem-
nandus in ducentis, quãuis in s̃nia sit illa
clausula, saluo semper & reseruato, quæ
consueuit apponi in principio ante ver-
bum condẽnamus. quia per talem reser-
uationem sententia redditur incerta. se-
cundum Bald. in l. certa forma. C. quãdo
prouo. nõ est neces. & l. & si seuerior. C.
de insa. & l. qui ergo. §. pęna grauior. ff. e.
tit. l. i. C. q accu. nõ pos. & l. nõ dubiũ. C.
de leg. & hãc partẽ disputãdo tenuit Iac.
de Bel. quia iudex per talem reseruatio-
nem, gñalitatem p̃cedentem, & certã spe
cialem condẽnationem sequentem, vide-
tur sibi contrarius, ideo illa spãlitas dero
gat gñalitati. & hæc opi. seruatur in pra-
ctica, licet Bar. in d. l. iudex. postquã dixe
rit, ꝙ si dicta clausula ponitur post verbũ
condẽnamus, nil operatur: si ponitur añ,
iudex poterit mutare, & corrigere, & re-
ducere ad debitam quantitatem: quia li-
cet pœna sit incerta, sufficit delictum es-
se certum: & pœna declarabitur in exe-
cutione. p tex. in l. i. §. i. ff. ad Turp. & not.
idem Bar. in l. moris. §. iste ferè. ff. de pœ.
sed Ang. in d. l. iudex concludit, ꝙ siue sit
posita añ, siue post verbum, cõdẽnamus,
dicta clausula multum operat̃, per tex. in
l. itẽ Labeo. §. i. iuncta glo. ff. fa. er. & gl. in
l. obligationum ferè. §. conditio. ff. de act.
& obli. & in Spec. de sen. §. specie. vers. qd
si iudex. & ibi Io. And. quia clausula siue
apponatur in principio, siue in medio, si-
ue in fine, idem operatur. l. si testõ. C. de

instit.

instit.& subsli.sub cond.fac. & semper vñ inesse.l.lecta.vers.dicebam.ff. si cer.peta. non obst.d.l. iudex. quia ibi habuit sententiam pro absoluta: ideo non potest mutare, secus quando apponit dictã clausulam.l.contractus. C.de fid.instru. Sed Ioan.de Imol.in d.l.iudex. videtur concordare.Bar.& Ange.quorum dicta & authoritates non exeusant iudicem in syndicatu: quia cum non sit amplius in officio, non potest vigore dictæ clausulę dictam sentẽtiam interpretari, nec aliquid addere,vel detrahere,ideo tenetur in syndicatu,non obstante dicta clausula, & ita vidi seruari in practica. Secus forte si declarasset ante finitum officium, secũdum Ioannem And.in c. ex parte. de verbor. obliga.argu.l.fi.ff.de offi.præsid.iudex ergo durãte officio,poterit etiam ex interuallo sententiam declarare,virtute dictæ clausulæ,partibus præsentibus, per text. in d.cap.ex parte.& no.Bal. in l.hęredes. palam.§.si quis post.ff.de testa. sed finito officio,non secundum Ioan.And.in d.c. ex parte. vel nisi detur authoritas à superiore.d.c.ex parte.& c.pastoralis.§.pręterea.de off.deleg.ideo in syndicatu finito officio nihil potest addere, vel detrahere. tene menti.

Item in eo, quod dictus potestas, & officiales multas baratarias & diuersa delicta commiserunt.

163 ¶ Barataria † committitur ab officialibus vbicũq; aliquid recipiunt à priuato, vt faciant non facienda, vel omittant ea quæ sunt facienda.l.i.& ibi glo.in ver.accepit.ff.ad l.Iul.repet.& l.eadem.§.fin. l. lex Iulia.eo.tit.debent enim habere manus puras & mundas:vt in authen.iusiurand.quod præst.ab his. in princ. & nihil debent recipere vltra salarium, durante officio,nec etiam eo finito,in remunerationem seruitij in officio præstiti, quod gratis exhibere debuerunt.l.fi. C.ad leg. Iul. repetun. & nullum debent accipere munus: quod intelligitur, manu,lingua vel obsequio.vt not. in c.statutum.§.insuper.de off.deleg.lib.vi.

Iudicium enim iustũ, vel iniustum vẽdere non licet.xi.quæst.iii.c. nõ licet.& dict.l.lex Iulia.14.quæstio.v.c.non casu. extra de vita & honesta. cleric.c. cum nõ ab homine. de quo per Bald. & Ang. in l.generaliter. de calumn. & in auth. sed nouo iure.C. de pęna iudicis qui malè iudicauit.

164 ¶ Vnde † iudex qui per pecuniam vel aliter corrumpitur,dicitur barattarius, secundum Odo. in l fin.C.de pęna iudic. qui male iudicat. Nec licèt accipere etiã ab offerẽte,& spontè dante, vt in authẽt. sed hodie.C.de episcop. & cleric & not. gloss.in l.inuitus. in fin.ff. de re iudic. & Bart. in l. si quis pro eo.in v.q.ff.de fideius. & est gl. in d.c. statutum.§. insuper.

Aduerte tamen quia prædicta procedunt quãdo officiales aliquid recipiunt, ducti auaritia, vel cupiditate lucri, sed vbi aliquid eis datur ad sustentandum eos, & familiam, quam aliter sustentare nõ possunt propter penuriam rerum, & paruitatem salarij,non dicitur committi barataria,& licitũ est eo casu officialibus aliquid dare,& eos recipere, vt in auth. scriptũ exẽplar. in fi.& ibi not. in l.plebiscito.de offic.p̃sid.& not. in l.si aliquã.§. fin.ff. de offi. procon.& leg.ita consuluit Frãcis.de Are.in causa syndicatus cuiusdã Francisci de Sayolinis Florentiæ.

165 ¶ † Et dicitur barataria à barato baratas,quia iudex recipiendo aliquid,dicitur baratare, & permutare iustitiam cũ eo,quod recipit, sicut recipiens aliquid pro dãdo beneficium, dicitur vendere beneficium,& baratatia pro pecunia.

Quæ autem sit pęna iudicis committentis baratariam? Dic quod de iure nouissimo ĩ causa ciuili est pęna dupli eius quod accepit,& priuatur dignitate,& in criminali mittitur in exiliũ, & bona eius confiscãtur, vt in authẽ. sed nouo iure. C.de pęn.iud.qui male iud. Et ille q dedit vel promisit,si reuelauerit & probauerit,absoluitur,& iudex punitur. Sed si non probauerit,& iudex iurat se non recepisse punitur reuelans seu accusans in ciuili in amissione & æstimatione litis & causæ, in criminali punitur cõfiscatione omnium bonorum:vt in tex.in d. auth. sed nouo iure.

De iure antiquo erat pęna extraordinaria & arbitraria, pro qualitate delicti & quantitate causæ.l.leg. Iul. in fin. & l. lex.Iul.ff.ad leg.iul.repet. Item erat pęna

na falsi.ff.de fal.l.j.§.qui iudicem. Item incidit in edictum de calumniatoribus l.j.ff.de calum.Item si quid extorsit per concussionem,tenetur pœna concussionis.l.j.ff.de concussio.Item tenetur condictione ex lege,vt in auth.scriptum exẽplar.& in authen.vt iu. sine quoq. suf.§. hæc omnia.& §.illud.Sed hodie reducitur ad pœnam dictæ aut.sed nouo iure.

¶ De iure autem diuino punitur pœna, de qua per glo.in c.cum æterni.de re iudi.libr. vj. Et prædicta locum habent in iudice corrupto pretio dato,vel promisso,vt sententiam ferat bonam vel malam,vel etiam vt causam expediat, vel etiam promittenti vel danti sit fauorabilis: vt not.gloss.in l.j §.sed si dedi.in verbo,bona causa.ff.de condict.ob caus.

166 ¶ † Si autem sit facta promissio iudici nudo pacto,vel pollicitatione,& non stipulationem:vt iudex sententiam ferat, qui annuit tali promissioni,incidit in legem Iul.repe.quia promissio fuit inefficax.l.iurisgentium.§.igitur nuda. ff. de pact.& l.sciendum.§.dictum de ędil.edi.

¶ Verum quia text.in authenti.iusiurandum,quod præstatur ab his,punit etiam iudicem non habentem conscientię puritatem,spe forsan alicuius pręmij consequendi,& dicit,quod debet puniri pœna ordinaria & extraordinaria. & ita consuluit domin. Angel. in q.de facto Florentiæ. adde, quod not.Bal.in l.furti.§.pactus.ff de insa.vbi dicit, quod symonia & barataria. cõmittit̃ et in vno nũmo.

¶ Item si accepit pecuniam à fœneratore gratis,& propterea dedit sententiam in sui fauorem etiam iustam,committit baratariam,secundum Bal.in l. venales. C.quando prouocar.non est neces.per l. qui etiam.ff.de calum.ibi,idemque si pecunia intendatur data.& l.generaliter. eo.ti.ibi,si quid compẽdij sentit propter hoc,siue ab aduersario,siue ab alio, siue ante iudicium,siue post.l.j.§ quod autem.eo.tit.pro quo est text.in l.fin.C.ad leg. Iul.repe.nõ solũ enim à malo,sed ab omni specie mali abstinendum est secundum Apostolum,extra de symo.c.audiuimus.C.si cer.peta.l.quisquis ibi ,quasi emptor legum.per quẽ tex. dicit ibi Bal. quod cõtra mutuantes pecuniam iudici, præsumitur barataria,licet faciat contra illud,quod not.Specul in tit.de vsu.ver. sed pone.Sed meo iudicio non consideratur solum pretium pecuniæ: sed quia debet habere conscientiam puram & non læsam,ideo tenetur:quia tulit sententiam specialis commodi. facit. quod not.glo.in d.c. cum æterni. in §.in verbo,expectatione.

167 ¶ † An autem officialis attentans baratariam,& non perficiens,puniatur? Bal. in d.authen.sed nouo iure.dicit,quod sic puta,quia accepit pecuniam & nondum tulit sententiã.l.generaliter.§.j.ff.de calumniat.sicut in simili dicimus in crimine assassinatus. l.j ĩ fi.ff.quod quisq. iur. Et est speciale,quia æquiparatur crimini læsæ maiestatis. vt dicit gl.in d.authen. sed nouo iure.ideo punitur attentans.

¶ Item æquiparatur crimini symonię vt in c.licet Heli.de symo.quia sicut per symoniam venditur res sacra,sic per baratariam venduntur lege,quæ dicuntur sacratissimæ.C.de leg.l.leges sacratissimę

¶ Et poterit iudex qui commisit baratariam in codẽ processu ciuiliter,& criminaliter conueniri,& condemnari simul & semel:secundum Bald.in l.venales.C. quand.prouo.non est neces.& est text. in authentic. vt sine quoquo suffra §. oportet.& maxime in syndicatu,in quo summarie proceditur:vt not.gl.in l.j.C. vt oẽs iudices tam ciuiles q̃ militares.

168 ¶ † Qualiter autẽ probetur barataria? Dic quod si agitur ciuiliter,potest probari per eum,qui fuit mediator,sicut dicimus in symonia:vt in c.j de testi.in vj. Sed si agatur criminaliter ad pœnam triplici, vel exilij,probationes debent esse luce meridiana clariores l fin.C.de probatio.& in c p tuas. & c.ad aures. de symo.& c. nõ licet.1 1.q.& tex. ĩ § & hæc quidem.in authenti.vt liti. iu.dicit,ꝙ requirũtur probationes idoneæ sed in crimine symoniæ admittitur ꝓbatio p signa & cõiecturas.extra de symo.c.sicut.licet testes nõ debeãt esse suspecti:vt in d.c.licet Heli.& c.p tuas.de symo.& no.glo. in c.tertio.loco.de probatio.

¶ Vnde qui dedit libellum,vel petitionem cõtra officiales.non põt esse testis, quia suspectus,vt in c. meminimus.& c.

cũ § Mãcon: lla. de accus. licet in crimine hæresis & symoniæ leues probationes admittãtur, vt in dictis iuribus. & l. si. C. de accusatio. Angel. aũt in d. §. oportet. in authen. vt iudi. sine quo. suf. dicit, quod quando iudex vel officialis aufugit, furtum, & baratatia probatur per solam fugam cum iuramento. vt in authentic. de collat. §. super hoc. si non aufugit, debet probari per testes: sed per fugam redditur adeo suspectus, quod potest perueniri ad torturam, vt not. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. bonæ fidei. C. eod. tit. Quod habet locum vbi aufugit, & captus fuit: si nõ fuit captus, sufficit sola fuga cum iuramento: secundum Ang. ibi.

169 ¶ † Officialis committit baratariam, nõ tantũ si ipse recepit, sed si mandato eius detur vxori suæ. ar. l. ij. ff. de calum.

¶ Sed cum amicus suus aliquid sibi donat gratia amicitiæ, non committit baratariã vt no. glo. in l. j. C. de condictio. ob turp. caus. & tex. in c. & si questionis. de symo. vbi dicitur, quod in crimine symonię attenditur qualitas personæ dantis & recipientis, & quantitas muneris & tempus donationis. Et in summa debet attendi quid, quale, & quantum, & non omnia, & non semper, & non ab omnibus accipienda sunt munera. l. solent. ff. de off. pręsid.

¶ Et aduerte, quia si statutũ imponit pœnam iudici aliquid recipienti per baratariam, eadem pœna intelligitur imposita danti. l. j. & ibi gloss. ff. de calum. facit l. j. C. de cupress. lib. duodecimo. & l. j. C. de indict. viduit. tollend.

¶ Condemnatus de baratatia non intelligitur condemnatus pœna falsi: secundũ Bald in l. j. ff. de calum. & ibi gloss. nisi sit condemnatus aliquo capit. de contentis. & in l. penulti. ff. de falsis. quæ falsitas nõ committitur sine dolo. vnde si per imprudentiam male iudicauit, non habent locum prædicta, sed punitur extra ordinem pœna arbitraria, per regulam traditam. in l. final. ff. de priuatis delictis. & no. in l. si per imprudentiam. ff. de euictio.

170 ¶ † Et pœna condemnati de barataria si committitur in criminali, applicatur fisco. l. Lucius. ff. de iur. fisc. in ciuili applicatur parti læsæ contra quam iudicauit. l. in hæredem. in princ. & ibi glos. Bald. & l. generaliter. § illud. ff. de calumniatõr & in dubio in pœna dupli inest simplum: instituta de actionibus. § ex maleficijs. & ibi not. & si iudex accipit pecuniam ab vtraque parte, tenetur cuilibet in quadruplum pœna edicti de calũniatoribus. l. generaliter. §. illud. Et licet fiat compẽsatio delicti quo ad partem: non tamen fit quo ad iudicem: vt ibi not.

¶ Verum si potestas, vel alius de familia cõmittit furtum, adulterium, rapinam sodomiam, vel aliud delictum in officio, quod non pertinet ad officiũ, an cognitio pertinet ad syndicos. secundum Bald. in dicto §. proficisci. in ii. questñon. & l. ii. C. vbi de crimine agi oporteat, videtur tenere, quod non: quia habent solum cognitionem cognoscendi de commissis in officio, & pertinentibus ad officium, & ratione officij: de alijs vero cognoscit ordinarius vsq; ad annos triginta. l. querela C. de fal. facit, quod idem not. in l. si. C. de iurisdictione omnium iudicum, vbi

171 dixit per † illum text. quod consules artis possunt cognoscere contra artifices solum de pertinentibus ad ipsam artem, non autem de alijs causis solum respectu illius artis & ministerii sunt sibi subditi, non autem in alijs, ita officiales sunt subditi syndicis solum in pertinentibus ad officium: non quo ad alia. hoc idem firmat glossa & Gulielmus. in l. secunda. C. quorum appellationes non recipiuntur. allegat legem tertiam. §. eodem modo. ff. nautæ caupones stabularij. vbi si caupo vel nauta extra negotium suum acceperit, non tenebitur illo edicto. Sed quid dixerint præfati Doctor. in officialibus est tex. clarus & apertus, ꝙ de omnibus commissis durante officio, siue pertineat ad officium siue nõ, syndici habent iurisdictionem. l. j. post prin. ibi super furtis, aut criminibus, prope finem. ibi, crimina vel furta. & ibi, super furtorum sceleribus. & ibi accusatione super criminibus factæ. C. vt omnes tam ciui. quam milit. Sed qui dicunt contra, respondent ad illam l. quod ibi syndicus & officiales erant sub eadem iurisdictione videlicet sub Imperatore, secus si sunt sub diuersis iurisdictionibus. Sed quicquid sit, hodie hęc dubitatio cõmuniter tollitur per statuta

tuta loquentia de syndicatu, & per capitula electionum in quibus conceditur iurisdictio syndicis super omnibus cõmissis & omissis: siue pertineant ad officium, siue non. de commissis vero ante officium vel finito officio non pertinet ad eos sed ad ordinarium. secundum Bald. in d. §. pficisci. in iiii. q. alleg. in arg. ff. quod cuius. vni no. l. item eorum. §. si decuriones. & ita seruatur in practica. Similiter tenetur coram syndicis de contractibus factis super necessariis, vt de vestibus, lectis, & aliis necessariis ad victum, de salario officialium. l. j. C. de contract. iudi.

172 ¶ † Pœna autem furti debet imponi potestati, & aliis officialibus, & familiæ, secũdum quod disponitur per statuta locorũ, quæ communiter prouident de pœna secundum quantitatem rei furatæ, aut secundum pluralitatem furtorum, vt pro primo fustigetur, pro secundo fustigetur & bulletur: pro tertio suspendatur. Vbi autem non esset statutum, pro furto regulariter non est pœna mortis, sed arbitraria. l. fi. ff. de furt. fallit in publico & famoso fure & latrone, qui debet furcis suspendi, vt l. capitalium. §. famosus. ff. de pœ. Secundo fallit in fractore pacis, vbi pro furto quinque solidorum imponitur pœna mortis, vt in §. si quis quinque solidos. de pac. iur. firman. Et intelligitur de solidis, id est, aureis, ex quibus septuagintaduo constituunt libram auri. l. quoties. C. de suscep. & archa. lib. x. Tertio fallit in casu. l. pen. ff. de condi. ob caus. sed ibi est specialis in seruo, vel ibi pęna mortis fuit interposita de facto ibi, vt not.

173 ¶ † Potest etiam fur conueniri ciuiliter ad pœnam dupli pro furto non manifesto, quadrupli pro furto manifesto, applicanda parti, & in duplo & quadruplo nõ inest simplũ. institu. de oblig. ex delict. in §. j. & fi. & de actio. §. ex maleficiis. Et vltra dictas pœnas, si est fur nocturnus, & dominus nõ põt aliter defendere se, vel familiam suam, vel etiam bona sua, vel etiam fur diurnus, qui se armis defendit, ita quòd dominus non potest sine discrimine suæ personæ, vel suæ familiæ euadere, licitum est de iure tales fures impune occidere. l. iiij. ff. ad leg. Aquil. & l. furem. ff. de sica.

¶ Quod limita verum, si fieret furtũ rei magnæ: secus si esset res vilis: quia tunc nõ licet eum occidere, nec etiam vulnerare: vt est casus singularis. i l. si ex plagis §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil. quod not. & tene menti.

174 ¶ † Præterea si potestas, vel alius de familia committit adulterium, vel aliud delictum, recurritur etiã ad pœnam statuti loci, in quo administrauit officium. Et vbi non est statutum: de iure cõmuni pœna adulterij in masculum est pœna capitis. l. cum vir. C. de adult. in muliere non est pœna mortis, sed detruditur in monasterium, vt in auth. sed nouo iure. C. eo. tit. Quod verũ est in simplici adulterio, secus si committit adulterium cũ incestu, quia tunc etiam mulier ponitur pœna mortis. l. si adulteriũ cũ incestu. & ibi not. ff. de adulte. Et quæ dicta sunt de muliere adulterium committente, intellige si sit bonæ cõditionis & honestæ vitæ: secus si sit vilis & meretrix, quia non tenetur ad aliquam pœnam, vt est tex. in l. quę adulterium. C. de adult. cuius cõtrarium seruauit in practica do. Baptista de Corneto tunc potestas Recanati, qui condemnauit meretricem publicam de adulterio: & mortua est in carceribus. Et prædicta procedunt de delictis.

175 ¶ † In contractibus aũt traditur regula, ꝙ officiales habentes iurisdictionem ad tẽpus, non possunt cum subditis contrahere, nec dare mutuũ. l. eos. C. si cert. peta. nec recipere, nec alium contractũ, vel negotiationem facere. l. quisquis. C. eo. tit. & l. principalibus. si cert. peta. nec ẽt emere. ff. de cõtrahẽ. emp. l. qui officii. nisi cõtrahat super necessariis ad victum sibi, vel suæ familiæ. l. j. de contra. iudi. ¶ Si autem habeat officium perpetuum, non prohibetur contrahere. l. præsidis. si cert. pet. vel etiã ad tẽpus in propria patria: vt sunt priores: vt not. in d. l. principalibus. licet Bal. de eis dubitauerit. in d. l. quisquis. itẽ non ꝓhibetur potestas & alij cum non subditis. vt no. in l. præsidis. ¶ Et ratio quare ꝓhibent̃ officiales forẽses cõtrahere cum subditis est: quia recipiẽdo mutuum ꝓsumitur corrũpi & barataria cõmitti. vt no. in d. l. quisquis. si emit vel mutuat subditis, est suspicio impressio-

presſionis,ratione officij.l.j.C.ſi rect.pro uin.& l.j.C.ſi qua prędi.poteſt.

¶ Alia ratio eſt, quia debet vacare circa officium,& non circa negotiationes,quæ præſumuntur cum ab officio remouere, vt not.glo.in d.l.qui officij. & l.aufertur. §.à præſide.ff.de iur. fiſc. iuncta l. militi. C.locat.Et hanc rationem mouet Cy.in d.l.quiſquis.dum dixit q non poteſt negotiari etiam cum nõ ſubditis, ne ab officio diſtrahatur, vt dictis iuribus. & l. licet.de contra.empt. & l. ſi cum ipſe. C. eod.tit.& l. ſi propter impreſsionem. C. quod met.cauſ.

176 ¶ † Quæ autem ſit pœna officialibus cõtrahẽtibus cum ſubditis ſuper rebus prohibitis,iura varie loquuntur. & tex. in d. l.non licet.dicit quod amittit rem emptam, & condemnatur in quadruplum, ſed in l. aufertur.§. quod à præſide.dicit quod res vendita infirmato contractu vẽdicatur, & eius æſtimatio fiſco infertur. Concluſio eſt quod contractus non valet:quia fit lege prohibente. ff. de fide.l. cum lex.Et res vendita à domino vendicatur,& pretium quod habuit ab officiali fiſco infertur : vt d.§. quod à præſide. Et vltra hoc officialis,qui emit condemnatur fiſco ad æſtimationem rei emptæ in quadruplum.ita concordat l. nõ licet. ſecundũ gl.in d.§. quod à præſide. in vlt. fo.glo.cui in dubio eſt ſtandum.l. qui filiũ.§.Sabinus.ff.ad trebel.allega.l.j.C.de contra.iudi.& l.ij.§.ij.ff.de adminiſt. rerum ad ciuitat.pertinen.Et quod dictũ eſt in poteſtate habet locũ in alijs officialibus d.l.j.qui omnes poterunt coram dictis ſyndicatoribus pro delictis, & contractibus prohibitis conueniri, & puniri per dicta iura.

E T *prædicta commiſſa fuerunt in dicta ciuitate,et in palatio reſidentia poteſtatis.*

177 ¶ † Locus & tẽpus,annus, & menſis eſt de ſubſtantia,vt dictum fuit ſupra in verbo,inquiſitio.& l.libellorum. de accu. & ibi no. Et conueniuntur in loco officij, quia ſicut per contractum quis ſortitur forum contractus.l.contraxiſſe.ff.de act. & obliga.Ita per adminiſtrationem quis ſortitur forum in loco, vbi adminiſtrat officiũ.l.j.C.vt om.iu.tam ciu.quam milit.Quia ibi poteſt facilius veritas inueniri tam per teſtes, quam per inſtrumenta.l.j.& ij.C.vbi de crim.agi opor. Poſſunt etiam officiales,qui non ſunt de maioribus,de contractibus & commiſsis ante officium,vel finito officio,vel etiam durante officio,non tamen pertinentibus ad officium,conueniri coram ordinario loci , in quo gerunt officium. l. nulli. & ibi glo.& Guli.C.quor.appell.non reci. Quilibet enim ſortitur forum ratione contractus, & corã ordinario loci cõtractus põt cõueniri.d.l.cõtraxiſſe.& l.oẽm. ff. de iudi.Secus ĩ officialibus maioribus habentibus merũ & mixtũ imperiũ,quia non poſſunt durante officio regulariter cõueniri.l.nec magiſtratibus.ff.de iniur. & l.pars literarum.de iudi.& dictum fuit ſupra in verbo,olim poteſtatis.

178 ¶ † An autem poſt ſyndicatum poteſtas & alii officiales poſsint in propria patria conueniri,dic quod ſi fuit abſolutus ab inquiſitione generali de geſtis in officio , pertinentibus ad officium,nõ poteſt amplius conueniri.Et idem in ſpecie ſuper qua fuit conuẽtus,& abſolutus, quinimo & ſi non ſit per ſyndicos lata ſententia. Et per formam ſtatuti poſt terminum à ſtatuto præfixum habetur pro abſoluto l.licet.§.fina.ff.naut. caupon.ſtab. & l.Senatus.ff.de accuſatio.Sed de contractibus non pertinẽtibus ad officium , de quibus non fuit cognitum & iudicatum tempore ſyndicatus poteſt perpetuò in patria conueniri,vt eſt glo.ſing.& ibi Bartol. in l.j.in fi.ff.ad leg.Iul.repet.

¶ Idem tenet Ang.in l.iubemus.C. eodẽ titu.ſecus ſi de his fuiſſet cognitum & iudicatum.d.l.licet.et l.ſenatus.Quod intellige verum,ſi ſoluit pęnam ſecus ſi fuit proceſſum in contumaciam,quia forte aufugit de loco officij,quia tunc poterit & per iudicem originis procedi , ſecundum Barto.in l ſepulchri violati actio.ff.de ſepulch.violat.& quod idem notat in l.euidenter.ff.de exceptio.rei iudi.& ibi gloſ, & l.diuus.ff.de cuſtod.reor. quia per ſententiam latam contra abſentem & contumacem,qui pœnam non ſoluit,non fit præiudicium alteri iudici,ita dicit Barto. pluries de facto conſuluiſſe. Et ſubdit quod ſi in duobus locis tanquam contumax condemnatur, cogitur vtranque

con-

condemnationem soluere. & imputet sibi qui passus est se in duobus locis condemnari. l. siue autem. § cum autem. ff. rem ratam habe. & not. Bart. in l. j. C. vbi de crimin. agi opor. vbi dicit quòd bannitus in vno loco non potest in alio puniri, si tamen soluit in vno loco, nõ potest in alio accusari. d. l. licet. § fin.

179 ¶ † Sed quæro incidenter, quid si laicus offendit clericum, cuius cognitio pertinet ad iudicem ecclesiasticum & secularem. l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cler. an si fuit præuentus per Episcopum, posit etiam cognosci & puniri per iudicem secularem. Bald. in l. placet. C. de sac. sanctis eccle. videtur tenere ꝙ sic, quia vterque iudex offenditur, temporalis & spiritualis, & pœna temporalis non tollit spiritualem, & econtra, vt in authen. de sanct. episc. § si vero crimen. facit quod not. Innoc. in c. dilecto. de sent. excõ. & quòd not. in l. diuus. de custo. reor. & in c. j. in glo. in versi. animas. de vsur. in vj. & est text. in auth. de manda. prin. in §. si vero canonicum. vbi iudex laicus debet prouidere, ne fiscus in suo iure fraudetur. facit quod not. Bart. & Bald. in l. magistratibus. ff. de iurisd. omn. iudi. & quod not. Ioan. And. in c. fœlicis. de pœn. in vj. in nouel. vbi dicit fuisse disputatũ Bononiæ, quòd vbi pœnæ iudicis ecclesiastici & secularis sunt diuersæ, vna non tollit aliam l. qui sepulchra. in si. ff. de sepul. vio. & l. quotiens. ff. de actio. & obliga. nisi quatenus concurrunt, quia tunc remanet maior pœna in residuo. l. cũ ex vno. ff. de actio. & oblig. l. quæsitum. ff. vi bon. rapt. alleg. c. pastoralis. de fide instru. Et ita firmat idem Ioan. And. in c. j. de offi. ord. in vj. in gl. fin. vbi ponit quòd excommunicatus ab Episcopo pro maleficio, potest etiam à iudice seculari alia pœna condemnari, quia quilibet iudex potest suã defendere iurisdictionem. l. j. & ibi. no. ff. si quis ius dicen. non obtem. facit quod not. Inno. in c. nouit. de iudi. & cap. per venerabilem qui fil. sint legi. & in cap. si duobus extr. de præb. & quod not. Ang. in l. si vacantia. in verbo, sed dubitatur de clerico. C. de bo. vacan. lib. x. Tene menti, quia habui de facto Tuderti & Asculi, vbi processit Episcopus contra percutientem clericum, & ego etiã ad pœnam fisco applicandam.

Svper *quibus omnibus, & singulis*
180 † *procedere intendunt dicti syndici.*

¶ Ista clausula in fine inquisitionis apponi consueuit loco conclusionis, quæ conclusio licet in ciuili sit necessaria secundum Doctores in l. j. ff. de edendo. l. edita. C. eodem titu.

¶ In criminali non apponitur de necessitate: sed sufficit solum narrare maleficium sine conclusione, secundum Bartolum in l. libellorum. in fin. ff. de accusatio. facit l. j. §. j. ff. ad Turpi. Operatur tamen hęc clausula multum: secundum Bart. in l. ij § si publico. ff. de adul. quia iudex poterit procedere & punire secundum formam iuris. & statutorum, item procedere secundum formam statuti & punire secundum statuta. Aut secũdum eius commune alternatiue, aut copulatiue simul. secundum Bald. in l. j. C. de sum. trin. ver. quero qui si hoc in statuto non contineatur. vbi dicit ꝙ seruatur statutum in procedẽdo, sed pœna potest imponi secundum legem quam intentauit. aut iuris statutarij aut iuris cõmunis aut vtriusque, quod maiorem pœnam imponit. & sic apparet ex vi dictæ clausulæ, ꝙ iudex non inquirit connexæ, sed diuisim, cũ dicta clausula sit diuisoria, quia non videtur iudex se arctare ad omnia, secundum Bald. in l. ij. C. de probat. & not. in l. rerum amotarum quidem. ff. rer. amo. Interpretatur enim secundum, quod actori & iudici vtilius fuerit, secundum Bart. ibi, per l. si quis intentione ambigua. ff. de iud.

¶ Item tantum operatur dicta clausula in criminali, quantum operatur in ciuili clausula illa, non astringens se &c. Et quantum illa, & pra dicta fieri petit coniunctim & diuisim. de qua per Bart. in l. edita. & not. in l. diuus. ff. de re iudi. Et quantum illa petens sibi ius & iustitiam ministrari. de qua per Doct. in d. l. edita. & per Innoc. in cap. cum dilectus. de ordin. cogni. Et quantum illa, & prædicta petit non tantum eo modo, sed omni meliori modo &c. de qua per Io. de Imo. in l. si cum nulla. de re iudica. & per Doct. in d. l. edita.

Emergentibvs, *& connexis, & prorsus*
181 † *extraneu.*

¶ Ad duo est vtilis ista clausula in inquisitione speciali. primum quod si formetur simpliciter de vulnere, & sequatur mors, non posset sequi condemnatio, secundum Bart. in l. prætor edixit. §. j. ff. de iniu. in l. nunquã plura. ff. de priua. delict. sed vigore dictæ clausulæ potest sequi condemnatio de morte, secundũ Bartol. in l. senatus. ff. de accusat. si tamen ius quod superuenit de nouo pendente iudicio. s. mortis superuenientis habet causam de vulnere illato ante iudicium inchoatum. arg. l. si rẽ. § fin. ff. de pig. act. facit quod not. Bart. in l. j. ff. de excep. secundum quòd si in inquisitione est omissa aliqua qualitas loci, vel tempo-

ris

ris, vel alia facta probatione dictæ qualitatis in ꝓcessu poterit vigore dictæ clausulæ sequi condemnatio super eodē processu, secundum Bar. in l. i. C. de ordi. cog. arguendo de ciuilibus ad criminalia. l. ab sentem. ff. de pœn. Sed vbi non esset dicta clausula, si ratione talis qualitatis augetur pœna, non posset sequi condemnatio sine nouo processu, secundum Bar. in dicta l. senatus de accu. & in l. in delictis. §. si detracta. ff. de nox. tene menti. Ex quibus infertur, quòd si quid probetur in processu cōtra potestatem, vel eius officiales, de quo non fiat mentio in suprascripta inquisitione generali, vigore dictæ clausule, videtur quòd possint condemnari. arg. dictorum iurium.

INCHOATA † *& formata fuit dicta inquisitio die prima Nouembris 1462.*

Appositio istius clausulæ in ista inquisitione generali est vtilis, quia per eam apparet quo tempore incipit syndicatus, & consequenter apparet quando debet finire. nam de iure communi syndicatus durat per 50. dies, & si recedant remittuntur ad eum locum. l. i. C. vt om. iud. tam ciu. quam mil. De iure statutario & municipali assignātur diuersa tempora, nam in aliquibus locis statuuntur decem dies, in aliis sex, in aliis quinque, in aliis tres, aut pauciores, quorum aliqui dantur ad proponendum querelas & petitiones, & eis elapsis volentes querelare non audiuntur. ff. de excusatio. tutorum. l. scire oportet. § consequens & ponit Barto. in dict. §. proficisci. in ij. quæst. prin. Et hoc verum, nisi de nouo grauamine venerit ad notitiam querelantis. l. ii. C. de consor. eiusdem litis. Et est textus in l. de ætate. §. omnes. ff. de interr. acti. Alij designantur ad probandum & producendū, & similiter eis elapsis non audiunt̄ ꝓbationes, nisi ꝓbato legitimo impedimento, si tamen iudex eas admisit presumitur ex iuxta cā admisisse. l. iā tamen. §. in hac. ff. iudi. sol. alij assignant ad sententiandum, & eis elapsis perit instantia: & vlterius iudicare nō possunt, quia cū tēpus sit appositum iurisdictioni eo elapso expirat instantia & iurisdictio. secūdum Bal. ī d. §. proficisci. in iii. q. nisi specialiter in lege, vel statuto caueatur ꝙ vltra eos dies possint iudicare, vt est tex. no. & sing. in d. l. i. in fi. C. vt oēs iud. tam ciu. quā mil. Et ratio quare pōt iudicare post tēpus est, quia syndicator ibi habet iurisdictionē perpetuā. Sed per statuta cōmuniter datur syndicis iurisdictio ad tēpus, ideo nō possunt post tēpus iudicare. & quia causa debet breuissimo tpe expediri, pōt procedi diebus feriatis ēt in honorē Dei. l. ii. & l. iii. ff de feriis. & firmat Bal. in d. tract. in x. q.

183 † Et propter breuitatē instātię possunt ferè oēs termini cumulari, videlicet ad expediēdū ꝓbandū & ꝓbatū habendū, & similia secūdum Bal. in l. properandū. in princ. C. de iudi. facit extra de excep. pastoralis. Et finito tpe legis vel statuti, potestas & eius officiales possunt impunè recedere. d. l. i. tenetur tn̄ in casu illius. l. ꝓcuratorē dimittere, qa ibi spāliter prouidet, quod ēt post tempus possit eā terminare, sed per statuta cōiter datur terminus ad querelandū, & opponendū, probandū & decidendū, quo elapso habentur pro absolutis. a cuius statuti forma nō est recedēdū. l. supr. creādis. C. de cōue. fisc. debi. lib. x. & c. de causis de offic. de leg. l. diligēter. ff. mand. l. i. in prin. ff. de offici. cui mā. est iurif. & no. i ca. sedes. de rescri. & c. cū in multis. eo. tit. in vi. cū simi. Nec pōt etiā de consensu partiū prorogari. l. priuatorū. C. de iurif. omn. iudi. & in c. P. & G. extra de offic. delegar. vt nota. Bartol. in l. qui pro tribunali. ff. de re iudica. & l. properandum. in princip. C. de iudi. cautela tamen est, secundum Angel. in l. si ante acceptum ff. iudi. sol. quando instantia non potest consensu partium prorogari, quòd vno momento partes replicent omnia acta, vt not. gloss. in l. mutari. ff. de procura. tene menti.

Vbi autē per statutū præfigitur tēpus potestatis ad cognoscendū, & inquirendū de maleficiis. an possit cognoscere post tēpus, & an tēpus currat officialib. ignorātibus, maxime in maleficiis occultis, vide plene ꝑ Ang. de Aretio, ī sua practica maleficiorū, in verbo, inchoata & cętera.

SVPRADICTVS *dominum potestas alij supranominati negauerunt omnia & singula.*

184 ¶ † Formata inquisitione generali mādato

dato syndicatorum, iurant potestas & alij officiales ante omnia de veritate dicenda, nec sufficere iurate, & responde re hoc casu de credulitate, sed de veritate secūdum Bar. in l. Marcellus. ff. rer. amot. & no. in cap. i. de iura. calum. in vi. & in cap. fin. de iureiuran. & in l. bonę fidei. C. de reb. cre. vbi gl. dicit ꝙ finito officio poterunt respondere per procuratorem. Et possunt si volunt habere terminum ad respondendum, secundum Bald. in l. si accusationes. C. de accu.

Sed hoc nō seruatur in practica, imò lecta inquisitione incontinenti consueuerunt omnia negare in inquisitione cōtenta. In quo tamen tu aduertas ne incidas in periurium, in inquisitione ponuntur multa quæ fortè non sunt vera, vt furta, baratariæ & cætera delicta, ponuntur etiam alia que vt plurimum sūt vera, vt in eo, quod dicitur, quòd potestas & alii officiales fuerunt negligentes & remissi, ideo cautela erat ad euitandum periurium, negare narrata, prout narrantur, aut negare omnia vera esse, quòd significat aliqua esse quæ non sunt vera. Secus si negaret omnia & singula vera esse, vt colligitur ex no. per Bar. in l. si is, qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Sicut enim affirmatiua omnis homo currit, non est vera, si vnus tantum homo non currit, ita negando omnia contenta in inquisitione, negans euitat periurium, si vnum tantum contentum in ea non sit verum. Et aduerte quia ratione partis falsæ non licet negare totum. l. si quis cum totū. ff. de excep. rei iud. & l. i. §. si qs simpliciter. de verb. obli. licet Spec. in titu. de posi. §. vii. versi. ix. & versi. xi. teneat contrarium.

185 ¶ † Euitabit etiam iudex periurium, si sine dolo omisit seruare statutum per ignorantiam vel per negligentiam, licet in principio iurauerit seruare omnia statuta, quia periurium requirit dolum, vt no. ff. de regu. iur. l. non videtur. §. qui iussu. alias sequeretur, quòd omnes iudices sunt periuri: secundum Bal. in d. §. proficisci. q. xxxiiij. idem si omittit seruare statutum in leuibus, quia in his potest procedere de facto non seruatis statutis secundum Bald. in l. leuia de accus. in l. i. in fi. ff. de ven. inspi. si tamen omisit per culpā, licet non sit periurus, tenetur parti læsę ad interesse l. cū hi. §. cā. de transa.

Facta igitur responsione potestas, & officiales non debent carcerari, nec personaliter detineri, sed fideiussoribus relaxari, & si eos non inuenerit, iuratoria cautione dimitti, vt est tex. in l. i. C. vt omnes tam ciui. quā milit. nisi pro grauissimo crimine lęsæ maiestatis, homicidio, vel capitali, quo casu si est familiaris debet carcerari. Et potestas, iudex, vel miles socius fideiussoribus relaxari, vt notat in l. diuus. ff. de cust. reor. & no. Franc. Accur. in dicto suo tract. versic. puto tamen quòd ratione dignitatis.

Sed do. Bald. in d. §. proficisci. in viii. quæst. dixit, quod indistincte pro crimine capitali debent carcerari, & inter maximas causas capitales est baratarìa, s'm eum, quia tenetur crimine falsi. l. i. ff. de fal. quod no & tene menti. Et caueas a criminibus maximis, & maxime à baratarìa, ne i syndicatu detrudaris i carcerē.

186 ¶ † Negata dicta inquisitione, & assignato termino partibus ad probandum hincinde videndū est, quæ probationes requirantur in syndicatu contra potestatem, & eius officiales & familiam? dic qđ si est causa criminalis, probationes debēt esse luce meridiana clariores l. fina. C. de probatio. Et maxime si agatur de baratarìa, vel alio crimine, lege iulia repeti. vel de alio crimine publico vel priuato, vbi venit condemnandus de dolo vt est tex. in l. fi. C. vbi de rati. agi opor. firmat Bald. in d. §. proficisci. in q. x. vbi dicit, ꝙ probationes cōtra officiales debēt esse euidentes cū pro eis multū pręsumatur. l. si quos iudices. C. de offic. diuer. iu. Nec ob. si dicatur quòd crimen baratariæ assimilatur simoniæ, quia venditur iustitia auro per baratariā, sicut beneficium per simoniā, vt in §. necessitatis. in authn. vt iudi. sine quo. suffra. & in symonia sufficit probatio ꝑ indicia & adminicula, vt i n c. per tuas de symo. ergo idē videt in baratarìa: Quia respondetur ꝙ in symonia. requirit ꝓbatio plena ad cōdemnādū criminaliter symoniacū. extra de sym. c. licet Heli. sed ad remouendū ꝑlatū ab administratione, sufficiunt indicia. d. c.

per

per tuas. & ita requiratur plena probatio in barataria si causa est ciuilis, licet procedatur summarie: probationes regulariter debent esse plenæ: vt est text. in d. l. j. ibi. pro legum ratione. C. vt omnes tam ciuil. quam milit. & in cle. sæpe. de verb. signifi ibi, non tamen sic litem abbreuient quin exceptiones & probationes legitimæ non admittãtur. C. de assess. l. si post. & l. iubemus. C. de iudi. cum si. ita firmat Fran. Accur. in dict. eius tract. in ver. itẽ quæritur nunquid plene. Nec obst. quod dixit Bart. in l. iii. §. duæ causæ. ff. ad carbo. quod in sumaria cognitione admittitur probatio coniunctorum: quia illud verum in iudiciis possessoriis, vbi agitur de leui præiudicio secus si agatur contra officiales in syndicatu, quia probationes debent esse euidentes.

187 ¶ † Vnde dicit Ange. in l. ij. C. vbi de rati. agi. opor. quod contra officiales in syndicatu non recurritur ad iuramentum necessarium in supplementum probationis per illum tex. ibi instructio sufficiẽs &c. Sed hoc videtur dubium, ideo cogita: quia probatio per iuramentum videtur sufficiens instructio, ex quo est approbata per legem. ff. de iureiurando. l. admonendi. C. de rebus credi. l. bonæ fidei.

¶ Verum si officialis aufugit ante syndicatum præsumptio est contra eum de barataria: adeo quod creditur aduersario ꝑ eius sacramentum: vt dicit gloss. fin. in authent. vt iudi. sine quo. suf. §. necessitatẽ. & §. & quis autem. potest condemnari ẽt die feriata, ad exemplum latronum. vt in §. non sumus. eo. titu. etiam si sit absens. l. si apparitor. C. de coharta. lib. xij. idem si sit præsens, & probetur quod fuit in dolo: qui dolus probatur ex coniecturis & indicijs l. dolũ. C. de dolo. puta si per dolum male iudicauit, & propterea tenetur ad interesse: tale interesse potest probari per iuramentum ipsius agentis, vt in c. sacro de senten. excom. & hoc statuitur in odium dolosi. l. si quando. C. vnde vi. sicut dicimus in tabellione qui fuit in dolo, quod interesse probatur contra eũ per iuramentum, secundum Bald. in d. l. qui accusare. C. de eden.

Sed pone, ꝙ agitur contra potestatem, vel eius officiales in syndicatu de barataria, & ad probandum inducuntur testes Iodocus, & Petrus, qui dicũtur fuisse mediatores, & portasse & dedisse pecuniam officiali: an credatur eis? Dic quod non, si agatur criminaliter, quia sunt particeps criminis, vt est tex. in cap. j. de testam. in sexto. Sed si agatur ciuiliter, etiam si non probant plene: sicut dicimus in nuncio portante pecuniam, quia videntur deponere in facto proprio: secundum Bar. in l. de ferre. §. idem decreuerunt. ff. de iur. fis. faciunt tamen indicium, maxime si iuuẽtur ex alijs ad miniculis: vt no. in cap. per tuas. el ij. extr. de symo. Similiter non admittitur in contractu proxeneta, in quo fuit mediator, quia expectat commodũ de eo secundum Do. in cap. j. de testi. in vj. nisi admittatur vtraque parte consentiente. quia tunc probat propter consensum partium, vt in authẽ. de testi. §. quia vero. sed partibus inuitis, vel etiam altera parte nolente, vel etiam ipso proxeneta recusante, non debet cogi ad testificãdum, vt not. in d. c. quia vero & in d. c. j. & in c. cum dilectus. per glo. & de test. cog. & in Spec. de test. §. j. ver. item quod est proxeneta. & c. fi. de testi. in vj.

188 ¶ † Item pone, quod agitur contra potestatem, & dicitur, quod fecit aliquem confiteri maleficium per vim torturæ: duo testes inducti contra potestatem, deponunt quod per vim fuit compulsus confiteri: & decem inducti pro potestate, dicunt quòd reus sponte confessus est, quibus est magis credendum. Innoc. in cap. super hoc. de renun. dicit ꝙ magis creditur illis duobus deponẽtibus de vi, quia deponunt de actu corporali & visibili. s. ꝙ viderunt tormentari, sed alii decem deponunt de actu mentali & inuisibili. s. quod sponte confessus est, quia actus mẽtalis soli Deo est notus. & idem si notarius in instrumento dicat quod sponte confessus est, quia tale instrumentum reprobatur per duos testes, vt no. Bal. in d. tract. q. xiij. & Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. no. nuntia.

Quinimo dixit Bald. not. in l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cleri. quòd si probatur tortura alicuius, est impossibile quòd possit dici sponte confessus. vide ibi per eum. & in l. interpositas. C. de

trans.

trans.qualiter probetur tortura.& in l.nouissime.ff.quod fal.tu.auto.dixit,quòd semper præsumitur terror inferri ab officiali: & præsumitur metus instare, etiam si reus sit relaxatus: vt ibi per eum.& per Cyn.in l.ij.C. quod met.caus.adde quod dixit Bald.in l. falsus in fin.C.de fur.quod vbi aliter non potest probari tortura, sufficit probare quem fuisse detentum,vt confessio dicatur facta metu tormentorum.de quo per Cyn. in d. l. ij.

89 ¶ † Vnde dixit idem Bald.in l.j. C. ne ex delict.defunct.& in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori. quod violentia probatur per famam,& similiter tortura,quando vociferans torquetur in occulto allegat.l.de minore.§. torméta.ibi,cuius examinationes. ff. de quæstio & quod not.Cyn. in l.iiij.C.de ser. fug. vbi dicit,quòd id quod dicitur à personis fidedignis,est iusta causa credulitatis.

¶ Item probatur tortura si testis cognouit per sonam torti & qualitatem vocis in quolibet statu,& dicit eum audiuisse vociferantem,dũ torquebatur, secundum Bald. in l. conuenticulam.C.de epi.& cler.

¶ Item si dicatur quòd testes inducti per curiam deposuerunt metu tormentorum, probatur metus eoipso quod probatur eos fuisse ob hanc causam detentos, quia præsumitur metus tormentorum, secundum Bald. in dicta l.falsus.& per Cyn. in simili in d.l.ij.C. quod met.cau.

Et prædicta intellige ad probãdum confessionem violentam,non autem ad condemnã dum iudicem in syndicatu,quia ex præsumptionibus etiam vehementibus non debet condemnari,secundum Bart.in l. § si quis tamen.ff.quod vi aut clam.& no.Inno. in cap. quia verisimile.extra de præsump.& dixi supra in versicul. item quod fecerunt iniuste torqueri.

190 ¶ Aduerte † insuper quia multi repelluntur à testimonio contra officiales. vnde si fecerint aliquem carcerari,non est idoneus testis contra eos in syndicatu,secundum Bal.in l.si ipsius.C.famil.ercíscun.quia præsumitur eis odiosus, per illum text. & consequenter repellitur à testimonio, vt in auth. de testi. §.si vero odiosus.licet Oldr.in quodam suo consilio dixerit contra,quia edictum de testibus,est prohibitorium.l.j.ff.de test. ergo qui non reperitur ꝓhibitus,intelligitur idoneus. Repellitur etiam inimicus inimicitia capitali. ff.de arbit.l.licet.& in cap.per tuas el ij.de symo. Et etiam qui habitat cum tali inimico,vt in Spec.de teste.in princi.& §.j.versi.quod ab vno. Et non solum qui est inimicus vere, sed etiam putatiue apud vulgus, secundum Odofre.& Doct.in l.athletæ §. dat remissionem.ff. de excusat. tutor. Et non solum qui est inimicus mentis,sed qui præsumitur esse, puta, quia habet causam inimicitiæ, secundum Innocen.in cap.cum I.& A.de re iudic. Vel etiam si est suspectus de inimicitia similiter repellitur,secundum Inno. in c. cum P. Manconella. de accusat. hoc tamen relinquitur arbitrio iudicis, secundum Innoc. in cap. cum oportet.de accu.

91 ¶ Et capitalis † inimicitia probatur ex verbis minatorijs. not. glo. institu. de excusa. tuto. §.Item propter.& extenditur vsque ad quartum gradum.l.lex Cornelia. ff. de iniur. vel ad quemlibet de casata.l.j.C.si qua præd.pot. Et ratio quare inimici repelluntur, est, quia facile mentiuntur.l.iij.in princ.ff. de testi. Et prędicta vera de inimicis capitalibus,si sit causa criminalis,vel causa status, vel pecuniaria de maiori parte bonorum, vt not. Bart. in auth.si dicatur.C.de test. secus si sit leuis inimicitia,vel parua causa pecuniaria, quod totum relinquitur arbitrio iudicis, secundum Innoc.in d.c.cum oportet.& cap. ex parte.de testi.& not.iij.q.v j.c.ij.

Item consanguineus quærelantis non est idoneus,quia detrahitur eius fidei.l. lex Cornelia.in prin.ff.de iniur. Si enim amicitia repellit testem.ff.de vsur.l.sciendum.multo fortius consanguinitas detrahit fidei testis.l.iij. §.j.ff.de testi.ita consuluit Old.in consi.quod incipit. Quæritur si testis. Et si talis consanguineus interrogatus si attinet querelanti, dixit quod non, & postea probatur quod est coniunctus,tanquam falsus repellitur in aliis, vt consuluit Bart.in consi. quod incipit, in q. inter Franciscum Bonelli. Et præsumitur,qđ scienter dixerit falsum,cum inter coniunctos non cadat ignorantia.l Octaui.ff vnde cogn. & l.de tutela.C de in integ.resti. mi.ff. de testi.l.qui falsa vel varia.& l.eos.& ibi not.ff.de fal.& in c.in nostra.extra de testib. & per Innoc.in c.fraternitatis.de hæreti.

192 Item † repellitur minor.xx.anno.si agatur criminaliter.l. testimonium. ff. de testi. sicut etiam repellitur in alijs causis criminalibus, vt ibi.mulier autem de iure ciuili in causa criminali admittitur.l.ex eo.ff. de testib. sed de iure canonico repellitur quando criminaliter de crimine, secus si ciuiliter, vt not. glo. in c. super eo.& in cap.in literis. de testi. vnde in

terris

terris ecclesiæ repellitur, vt not. glo. in c. forus, in § fin. de verbo. signifi. & Floria. in d. l. ex eo. & Bart. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccles.

An autem officiales & famuli potestatis possint in syndicatu pro defensione innocentiæ potestatis testificari. Baldus in dicto §. proficisci. quæstione decimaoctaua, dicit quod sic, quia q̃stio de qua agitur non tangit testificantes. l. consensu super his. C. de repud. & est ratio secundum eum, quia in his, quæ fiunt in domo testimonium domesticum nõ repellitur. allegat extra de testibus cap. veniens. in fine. facit quod notat Innocen. in cap. in literis. de probationib. vbi dicit, quod familiares non repelluntur à testimonio, si non sunt subditi producentis. debet tamen iudex aduertere ad conditionem personarũ: secundum Innocentium & Ioannem Andr. ibi, idem dicit Salic. in l. secunda. C. de testib. quod domestici si sunt bonæ famæ, admittantur pro domino, quando non sunt deputati ad officium vile. alleg. Inno-

193 cen. in dicto cap. ex literis. An † autem berruarij admittantur ad testimonium pro potestate? Bald. dicit quod non. in dicta l. secunda. quia sunt personæ viles. Salice. ibi tenet contrarium, si non stant amplius cum potestate, nec sunt recessuri cum eo: quia tunc dicuntur eius familiares. argum. l. penulti. C. si rector. prouinciæ. & l. j. si qua prædi. pote. Tu autem concorda opinio. quod ita demum berruarii admittantur, si non sunt alii testes, & sic in subsidium. argu. d. l. consensu. C. de repu. decimaquarta quæst. secunda. cap. quanquam. & quod not. in cap. insinuante. de offic. delega. in glo. prima. & de priuileg. cap. licet. in sexto. in glos. super verb. familiaribus. & in cap. dilecto. in glos. in verbo, familiares. de offic. Archid. de verborum significa. cap. vltimo. in sexto. & c. magnæ. in fine. extra de voto. in quibus iuribus dicitur, qui familiares admittantur ad testimonium, & qui repellantur.

Nota tamen quod berruarii non p̃nt compelli ad testificandum contra ptatẽ, propter reuerentiã, quã sibi debent, s̃m Bal. in l. ii. de excusa. tuto. tene menti.

194 ¶ Tenetur † tñ in fine officii potestas exhibere totam familiam, vt super his, quæ gesta sunt ab eo, syndici, & alii quorum interest, possint ab ipsa familia indagare, & sic creditur eis contra potestatem, licet non possint cogi, secundum Bal. vbi supra. & in d. § proficisci. q. 36. & plenius per eum in l. etiam. C. de testib. vbi etiam dixit, quòd familiaris qui stetit cum potestate, si sit persona honestæ vitæ, potest testificari pro eo, alias non facit, quod no. Azo in summa. C. de assesso. & quod no. idem Bald in l. nimis graue. C. de testi. Et hoc totum stat in arbitrio iudicis, vt not. Inno. in d. c. in literis. & est tex. in l. iii. § tu magis. ff. de testi.

Vnde dixit Bal. in d. l. ẽt. vnum g̃nale in quolibet teste domestico, q̃d licet regulariter non admittat̃ eius testimonium, tamen si est ita honestus in vita, q̃d non sit verisimile eum deierare, admittitur. per tex. in d. c. in literis. in fine.

195 ¶ Conclude † ergo in hac materia, q̃d cũ edictum de testibus, sit prohibitoriũ. l. i. ff. de testi. omnes qui nõ sunt expresse prohibiti, & pro, & contra admittuntur. Aduerte tamẽ, quia in examinatione testis. debet scribi dictum cuiuslibet extensæ, non aũt debet notarius vnum extendere, & aliũ scribere, quod dixit vt alius, quia si tales testes sunt suspecti, non probant, q̃n producuntur à parte. secus si à iudice in inquisitione, quia in iudice cessat timor subornationis, vt not. in auth. qui semel. C. de proba. ita dicit Bald. in l. præcipimus. in fin. C. de appell.

Postremo adde, quod si statuto cauet̃, quod stetur relationi familię, stãdum est relationi vnius. l. i. §. familiæ. ff. de public. & l. si vnus. & ibi not. ff. de vi & vi arma. potest tamen dictum famuli reprobari, secundum Bal. in l. i. C. de re iudic. & per Bar. in l. diuus. ff de custo. reo.

QVI *dominus potestas, & officiales promiserunt parere mandatis syndicorum.*

196 ¶ Potestas † tenetur non solum pro debitis, & delictis commissis per eum, sed ẽt de commissis & omissis per officiales, & familiares, si delinquũt in officio, & rõne officii, & tenetur parti læsæ ad interesse, vt not. in l. i. §. si serui. ff. fu. aduer. naut. caup. stabu. & l. i. § familiæ. ff. de publi. &

in §.ne aũt. & in auth. de iudi.& est tex. in l.j.C.ad l.Iuli.reper.& glos.in l.j. C.vt omnes tam ciuil. quàm mili. & l. si post depositam.C.de assesso.& glo.in l.consiliarios.C.eo.titu.quia mala electio est in culpa.ideò tenetur pro eis l.licet.ff.naut. caup.stabu.& l.ij ff.furti aduer.nau. Si autem delictum non est commune cum officio, nec ratione officij: puta, quia officialis vel familiaris fecit homicidium vel furtum, vel aliud delictum extra officiũ: & tunc potestas de iure communi non tenetur de tali delicto, nec ciuiliter, nec criminaliter, vt est gl sing.in d.§.proficisci.& ibi per Dy.benè facit tex. in c.cum ad sedem.de restit.spol. & ibi glo. & no. Bar.in l.debet.§.j.ff.nau.caup.stabu.& in d.l.j § familiæ. & Guli.in l.nulli. C.quo. appella. & Bald. in l.ij. C. vbi de crimi. agi oporteat. Quod habet locum siue delinquant inter se, siue cum alio. vt est tex.in d.l debet.§ hæc actio. vbi exercitor nauis non tenetur de delictis commissis inter nautas, siue cum alijs extra officium.d.l.debet. §.j. Ideo si officiales vel familiares inuicem se percutiant, vel alium extra officium, potestas non tenetur, licet debeat formare processum contra delinquentes, sicut contra extraneũ. l. si quis forte.§. si quis comitum. ff. de pœn.& ab officio remouere. Quod probo ratione: quia si potestas teneretur, hoc casu non posset esse iudex contra talem officialem, vel familiarem, cuius contrarium dicitur, & not.in l.senatus.ff. de officio præsid & dict. §.si quis comitum. quia esset iudex in causa propria.

Hoc tamen limita, nisi aliquid ex tali delicto potestati perueniret immediate ab eo, qui deliquit.l.i.ff. de vi & vi arma. secus si perueniret mediãte alio. quia tũc non tenetur de eo quod peruenit: secundum Innocentium in ca. cum ad sedem. de restitu.spol.& Bar.in d.§.familiæ.

197 ¶ Et si † statutum dicit ꝙ potestas teneatur pro delicto officialium & familiæ vt communiter consueuit apponi in capitulis electionum, debet intelligi si ciuiliter agatur non criminaliter, secundum glo.& Docto.in d.§.proficisci. Et si dicatur, quòd potestas teneatur præsentare omnes de familia in syndicatu, & vnus officialis, vel familiaris facit homicidiũ, vel furtum, & immediatè aufugit, ita ꝙ potestas non potest eum præsentare, nõ tenetur ad impossibile.arg.l.Lucius §.fi. ff.de excus.tuto. quia casus fortuitus viro bonæ fidei obesse non debet. l. si à bonæ fidei.ff.de rei vendi.& casus fortuitus per consilium hominum prouideri non potest.l.ij.ff.de admin rer. ad ciuit perti. sed cautela est eo casu quo aufugit quòd ponatur in banno: quia tunc videtur stare per ipsam rempublicam quominus eũ repræsentet.arg.l.si quis.ff.si quis cau. & no. Bar.in l.si fideiussor.§.q pro rei qualitate.ff.qui satisd.cog.& no.gl.in l.capitis.ff.de fideius. Nec obst.si dicatur quod stetit per potestatem, qui posuit eum in banno: quia fecit hoc licite & ex necessitate officij. Cautius tamen esset si faceret eum accusari ab offenso, vel denuntiari à syndico, quam procedere per inquisitionem. Verum si facit eum poni in carcerem antequam aufugiat, & ponit custodes, & aufugit, tunc potestas tenetur de fuga: quia posuit malos custodes, l.ad commentariensem, vt ibi not. C.de custo. reorum.

198 ¶ Quid † autem si per formam statuti vel suæ electionis, potestas se obligauit ad soluendum omnem pœnam pro suis officialibus & familia, & ciuiliter, & criminaliter; certe intelligitur de pœna pecuniaria, non corporali, quæ per alium pro alio solui non potest, argu.l.qui seruum.in principio.ff. de interroga. actio. & l.sancimus.C.de pœn. 23.q.v.c.cum homo.& l.si à reo §.vulgo. ff de fideiuss. & l.iij.C.ad Turpil.

Sed pone, potestas non debet ducere vxorem in officio, vt dicit tex.in d.§.pficisci.quid si duxit & deliquit in officio, ratione officij? certè tenetur pro ea ad interesse partis, ſm Bal.in d.§.proficisci.ex quo infertur, secundum eum, quod tenet̃ pro omnibus, quos secum duxit, licet nõ sint præpositi alicui officio, si delinquunt prætextu officij, vt authen. de iudi. §. ne autem. Quod tamen non habet locũ in aliis officialibus non habentibus iurisdictionem.in d.l.j.§.familiæ. ff.de publica. & per Baldum in l. nulli. C. quo. appella.& l.ij.C.vbi de ratio.agi opor.&

in

in d.l.obseruandum.in principio. & in d.
§. proficisci.

199 ¶ Ex quibus † concluditur, quod pote
stas tenetur non solum pro suis officiali-
bus & familia,sed pro vxore & aliis,quos
secum duxit,licet non sint præpositi ali-
cui officio in duobus casibus de iure com
muni si delinquunt prætextu officii, & si
ciuiliter agatur, secus si criminaliter per
dictam glo.singularem.in d.§. proficisci.

Et si statutum dicit, quod teneatur de
de delicto officialium,& familiæ,debet in
telligi si agatur ciuiliter, nō criminaliter.
Et operatur vltra ius commune, quod te
neatur etiam de delicto commisso extra
officium.Et si in electione obligauit se ad
omnem pœnam pro sua familia ciuiliter
& criminaliter debet intelligi de pęna pe
cuniaria non de corporali,a qua pœna pe
cuniaria liberatur exhibendo reum prin
cipalem,secundum Bartol.in l. si cū exhi
buissent.ff.de publican.Et idem si nō stat
per eum quominus exhibeat, vt colligi-
tur ex prædictis.

200 ¶ † Et si statutum dicit,quod potestas
tenetur in syndicatu præsentare eius fa-
miliam, & si filius potestatis cōmittit ma
leficium, potestas tenetur eum præsenta
re,si seruiebat ei in officio,alias secus.se-
cundum Dyn.in l.j.§. fi.ff de publica.

Sed si statutum dicit, si familia illius,
qui est potestas deliquit, potestas tenea-
tur eum præsentare,tunc tenetur,si filius
in eo officio non seruiat.secundum Dyn.
in d.§.fi. Et aduerte quia ad hoc vt pote
stas teneatur, est necesse probare eū, qui
deliquit esse de familia,quod probatur eo
ipso, quod probo eum esse propositū ad
tale officium,vel eo ipso quod seruit cum
aliis famulis,licet non sit scriptus in libro
communis, vel in monstra cum aliis, se-
cundum Bartol.in d.l.familiæ, allegat ca
sum in l.fi in princip.C. de proxi. sacro.
scri.lib.12. Etenim eo ipso, quod proba-
tur talem sciente & patiéte potestate offi
cium exercere videtur eum ad officium
præposuisse.l.j.§. magistrum.ff. de exer-
cito.& per Bartol.

201 ¶ † Item aduerte, quod licet de iure
cōmuni potestas qui tenetur de delictis
officialium & familiæ, liberetur exhiben
do delinquentem. secundum Bartol. in
d.l.familiæ.& d.l. cum exhibuissent.& l.
j.C.de pœn.iudi. qui male iudicat. Tamē
si per formam electionis vel statuti,pro-
misit soluere omnem condemnationem
fiendam de suis officialibus & familia,nō
liberatur exhibendo, quia non est fide-
iussor de iudicio sisti, sed de iudicato sol-
uendo.l.græce.§.post litē.ff.de fideiusso.
Secus si statutum,vel electio dicat,quòd
teneatur pro suis officialibus & familia,
quia tunc liberatur exhibendo, vt d.l.
familiæ.Et videtur promittere de iudicio
sisti, vel simpliciter pro eo fideiubere;
ideo sistendo & exhibendo liberatur, vt
dictis iuribus.& l. sane C de fideiusso.
Et est speciale in officiali, vt præsentan
do liberum hominem,liberatur ab eo,ad
quod poterat ex suo delicto conueniri.
Regulariter aūt contra in alijs, qui pro
libero homine tenentur, quia exhiben-
do non liberantur.l. hæc autem actio. ff.
nau.cau sta.Sed do.Bald.in quodam suo
consi dixit,ꝙ de iure communi potestas
exhibendo officialem & familiam non li
beratur,si est debitor ex maleficio: cum
sit vsus opera malorum hominum d.l.
debet.§.j ff.naut caupo. stab. secus si est
debitor ex cōtractu, quia potestas est fi-
deiussor de iudicio sisti.d.l.si post deposi
tam C.de asses.ideò liberatur exhiben-
do: dumtamen exhibeatur,ꝙ possit cogi.
vnde si exhiberet eum cū saluo condu-
ctu,nō liberatur potestas.ff.de publi. sed
& hi qui.§.siue autem.Verum si talis of-
ficialis,vel famulus decesserit ante syndi
catum,potestas liberatur.d.§. siue autē.
& l.si decesserit.ff.qui satisd cogan.& no.
Bar.in d.§ nouissime.quia tenetur ad in-
star fideiussoris. d. l. si post depositam.&
d.l.si decesserit.quod fortè procedit quā-
do ipse officialis, non potestas fuit princi
paliter conuentus,quia si potestas fuisset
conuētus principaliter, teneretur etiam
post mortem talis: vt est tex.not. in l. fi.
§ hoc autem.ff.naut.caup.stab.

202 † Sed pone, quòd potestas in princi-
pio sui officij fecit fieri proclama, quòd
nullus faciat aliquam credentiam, seu
aliquid credat alicui de sua familia,cum
non intendat teneri pro eo, prout ego
semper facere consueui. Et ex forma sta
tuti seu electionis cauetur, quod finito

officio debeat pro se & officialibus, & familia cuilibet respondere, an eo casu teneatur pro debitis per eos contractis? videtur quod non, vt probat text. in l. sed si pupilli. §. proscribere. ff. de institor. vbi proclama seu protestatio excusat dominum, ne teneantur pro institore.

In contrarium facit, quia talis electio transiuit in contractum. l. quod semel. ff. de decre. ab ord. facien. & l. Cæsar. ff. de publi. & quod a principio fuit voluntatis, est ex post facto necessitatis. l. sicut. C. de act. & obligatio. Item quia vox præconia paucis innotescit. vt in authen. qui semel C. quomod. & quan. iud. Sed prædictis non obstantibus Bal. consuluit, quod non teneatur: in consilio quod incipit, dicit electio potestatis. alleg. d. §. proscribere. si sit publice præconizatum, vel publice notificatum, ita quod verisimiliter potuerit deuenire ad notitiam plurimorum. vt d. §. proscribere. & in c. j. de postulatio. præl. cum similibus facit l. iii. §. cęterum. ff. nau. caupon. stabul. & in authen. iusiurandum, quod pręst. ab his. j. & in auth. de manda. princip. §. festinabis. Nec obstãt verba dictæ electionis, quia restringuntur per dictionem, secundum, ad formam statuti, quando apponitur post genus: vt in cap. Abbate sane de verbor. significatio. sicut dictio: prout. l. edita. C. de edend.

Et prædicta vera nisi contraxerit in rẽ necessariam potestati, vel suæ familiæ ratione officii explicandi, quia tunc potestas tenetur non obstante bannimento. l. fin. ff. de exercito. & l. iiii. ff. de in rẽ verso, quod not. & tene menti. quia occurrit tibi de facto in ciuitate Asculi in ser Sancte Milite socio, qui contraxit plura debita, & aufugit, & creditores propter dictũ bannum quieuerunt.

203 ¶ † Verum si potestas facit banniri, quod omnes debentes aliquid recipere ab officialibus, & familia compareat intra decẽ dies, alias non audientur, tale bannum non nocet creditoribus, quin audiantur post terminum. Nec obst. l. diffamari. C. de inge. ma. quia loquitur in termino assignato creditori certo per iudicem competentem. Vides ergo, quod potestas tanquam caput familiæ, tenetur exhibere, aut soluere.

Quid autem si soluit in syndicatu, quia condemnauit in plus, aut minus, secundũ consilium sui collateralis: an habeat regressum contra eum, qui male consuluit? Dic, quod si potestas per dolum tulit sententiam iniquam, & soluit, licet etiam collateralis fuerit in dolo consulendo: non tamen habet regressum contra collateralem, quia punitur ex dolo suo, quia forte erat legum doctor, & cognouit quod faciebat iniustitiam, ideo dolus cum dolo compensatur. l. ii. & ibi per Ang. ff. quod quisque iuris. Sicut dicimus in minore legum Doctore, qui non restituitur aduersus id, quod commisit in iudicio per ignorantiam iuris. & no. in l. j. C. qui & aduer. quos. & ponit Angel. in d. l. ii. Si vero potestas erat iuris ignarus, & tulit sententiam iniquam secundum consilium collateralis, qui per dolum vel imperitiã male consuluit, & tunc licet potestas teneatur tanquam caput l. j. ff. furt. aduers. nau. quia ipse tulit sententiam nomine suo, tamen ipse habet regressum contra collateralem qui dedit consilium, etiam si per imperitiam, quia asseruit se peritum, nam de imperitia potestas nõ tenetur, sed collateralis, vel iudex qui asserit se peritum bene tenetur: vt text. in dict. l. ii. ff. quod quisque iuris. & ibi hoc tenet Bart. & Bald. & not. in authent. de iudi. §. necessitatẽ. & ibi bona gloss. & in authentic. de quæstore. §. maxime. & ibi text. in §. iubemus. Vnde cauti collaterales, & iudices videntes potestatem dispositum ad ferendum iniquam sententiam, non debent eum associare, nec sedere cum ipso ad banchũ, alias eis sedentibus præsumitur lata de consilio eorum. Sed Guid. de Suza. in l. ii. allega. l. quoniam iudices. C. de appellat. tenet, quod potestas habet regressum contra eos. d. l. ii.

204 ¶ † Et aduerte quia in sentẽtia dicitur, quod fuit lata de consilio & de liberatione collateralis, & sub examine iudicis maleficiorũ, ideo pôt in syndicatu dari quęre la cõtra collateralẽ, & iudicẽ, sicut cõtra potestatẽ, cũ ẽt ipsi teneantur. secundum Ang. in l. i. C. de his qui latr. per illũ text. ibi sub examine. concor. l. si ille. C. de cu pref. lib. 12. & not. in l. fi. C. de lega. li. 12. & in authen. de litig. §. omnem. & firmat

Ange.

Ang. in d.l. ſi ille. per illum tex. in verbo, robuſtam. Tutius tamen eſt, quòd detur contra poteſtatem, & iudices ſimul: cum omnes teneantur, poteſtas tãquã caput, & quia male iudicauit: & collaterales, & iudex, q̃a male cõſuluerunt, & examinarunt, vt in dictis iuribus. Tene menti. Sed an poteſtas qui ſoluit in ſyndicatu pro alijs officialibus, vel famulis, habeat regreſſum cõtra eum pro quo ſoluit? Dic quod non, ſi talis officialis, vel famulus illud, quod fecit iniuſte, fecit mãdato poteſtatis: & imputet ſibi poteſtas qui iniuſte mandauit, vt no. Dyn. in c. quod quis mandato. de regu. iur. lib. vj. & Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. Idẽ etiam ſi ſciente poteſtate, & non prohibente aliquid iniuſte fecit, quia tunc etiã imputandum eſt poteſtati. l. j. ff. ſi famil. fur. fecisſ. dic. Sed ſi poteſtate ignorante officiales aut famuli contrahunt debita, aut in adminiſtratione officij delinquũt, & poteſtas in ſyndicatu pro eis ſoluit: nõ eſt dubium, quòd habet regreſſum cõtra eos pro quibus ſoluit, vt not. in l. j. §. fin. ff. de publica. & l. j. ff. furt. aduerſ. nau. & l. j. ff. ſi fa. fur. fe. dic. & l. conſiliarios. C. de aſſeſſor. & l. j. C. ad leg. Iul. Tene tamen menti.

205 ¶ † Poſtremo aduerte, q̃ ſi officialis nõ vult ſtare cum ſuo rectore tempore ſyndicatus: quia fortè dedit ei petitionẽ pro ſalario: nihilominus debet habere ab eo expenſas, vt eſt glo. in l. fin. C. de ordine cognitionum. & in c. ex parte. de accuſ.

¶ Item poteſtas qui conducit collateralem, vel iudicem debet ei facere expenſas in eundo, ſtando & redeundo, vt not. Bar. in l. ſuper creandis. C. de conue. fiſc. debi. lib. x. & Bald. in l. j. C. de neg. geſt. Tene menti.

¶ Et ſi officialis fuit conductus, non facta mentione ſuper pacto ſui ſalarij, intelligitur cũ ſalario conſueto, ſecundũ Bal. in l. excepto. C. loca. facit l. ſi prius. §. placuit ff. de aqua plu. arcen. & Bald. in l. Gallus. de liber. & poſth. & Io. And. c. fin. de con ſuetu. in vj. Et poteſt petere illud declarari per ſuos ſyndicos, ſecundum Bar. in fin. ff. de var. & extraor. cog. Et debet poteſtas bene tractare officiales, maxime in cibo & potu, nõ ſicut berruarios, item in honore & alijs ſuis cõmoditatibus, & ipſi debet parere poteſtati in iuſtis & honeſtis. l. medico. in prin. ff de oper. lib. quia poteſtas nõ dat expẽſas de ſuo, ſed de pecunia cõmunis, licet ſecus in vicario Epiſcopi, vt in c. ij. de offi. vic. lib. vj.

206 ¶ † Item aduerte, quia ſi officiales negligunt officia, poteſtas non tenetur in ſyndicatu pro eis, ſed ipſi officiales, vt videtur glo. inſti. de excuſ. tut. in verbo, Romanæ. quam vide: quia non videtur loqui in officialibus. ideo Florianus dixit cõtrarium in l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi fornacarius. ff. ad leg. Aquil. quia mala electio eſt in culpa. Tene menti.

Pro *quo domino Ioanne, & officialibus ſolenniter fideiuſſerunt.*

Poteſtas & officiales debent fideiubere & non carcerari. Et ſi non inueniant, fideiuſſores, cum iuratoria cautione dimitti debẽt, niſi pro grauiſsimis criminibus, vt dictum fuit ſupra in ver. Supradictus dominus poteſtas. & d. l. j. in fi. C. vt oẽs tam ciuil. quàm milita. Hodie tamen pleriſque locis de iure municipali & in practica non dãtur fideiuſſores ciues: vt Senis: ſed retinentur per camerarium vltra terzariam ſalarij arneñſia. Et ſi iurat nõ inuenire fideiuſſorẽ, relaxatur iuratoria cautione præſtita. Et ita fuit ſeruatum de facto in do. Franciſco de Tagliacozo, tunc capitaneo ſenatorum. Bononiæ dãtur fideiuſſores: Florentiæ ſunt aliqui ciues qui confitentur habere in depoſitũ arma, equos & arneſia poteſtatis. Verum ſi multæ petitiones magnæ importantiæ darentur, forte non eſſet relaxandus iuratoria cautione, ſi eſt forenſis, & ſub alio dominio & iuriſdictione, vt eſſe cõſueuit quia ſi aufugeret poteſtas, nõ eſt cautũ ꝑ tale iuramentũ cõitati vel particularibus perſonis, quibus eſt facta iniuſtitia. Nec obſt. d. l. j. in fi. quia ideo ibi relaxatur iuratoria cautione, quia tempore illius. l. omnes officiales erant ſub eodem principe, & imperatore. Et fugientes debebant remitti ad locum adminiſtrati officij, vt dicit ibi tex. & ſic eſt omnibus cautum.

207 ¶ † Secus ſi poteſtas eſt Florentinus & adminiſtrat officiũ in terris eccleſiæ, vel alterius dominij: q̃a tũc non poſſet remitti. Nec eſſet cautum communitati & alijs

personis quibus fecit iniustitiam: ideo nõ debet eo casu dimitti iuratoria cautione.

¶Verum si datis fideiussoribus relaxatur & condemnatur ad pœnam pecuniariam & personalem: fideiussores tenetur solũ ad pœnam pecuniariam, non autem ad personalem: secundum Bar. in l. fideiussores. ff. de fideiussoribus. & l. sancimus. C. de pœnis.

¶An autem debeant prius excuti potestas vel officiales condemnati, quàm deueniatur ad fideiussores? Et est clarum de iure communi, quod prius debet excuti principalis: secundum Bart. in l. j. ff. de administ. rer. ad ciui. pertin. & in auth. præsente. C. de fideiusso. licet de iure codicis erat in electione, creditoris conuenire fideiussorem, non facta excussione principali. l. iure. nostro. C. de fideiussor.

208 ¶ † Et ita etiam communiter seruatur hodie: quia in obligatione fideiussoris cõmuniter renũtiatur priuilegio excussionis, & omnibus alijs beneficijs: poterunt conueniri non excusso principali: secundum Doctor. in d. authe. præsente. & not. glo. & Docto. in authen. de fideius. §. j. quod not. quia hodie in instrumentis renuntiat omnibus beneficijs, & sententia lata contra principalem mãdatur executioni contra fideiussorem. l. fi. C. de re iudi. dummodo sit lata intra tempus à statuto præfixum: secus si instantia sit à partibus de voluntate iudicis prorogata: in qua prorogatione fideiussores non interuenerunt: quia tunc talis sententia contra fideiussores non poterit executioni mandari: vt no. in l. Labeo. §. per fideiussorem. & ibi bonus tex. de arbi. & l. si cum Hermes. C. loca. & l. cum apud. & l. cum lite mortua. ff. iudi. sol. & si fideiusserunt in inquisitione generali, & promiserunt soluere omnem condemnationem fiendam per dictos syndicos, si fuit absolutus ab inquisitione generali, & condemnatus super aliqua petitione vel querela speciali fideiussores dati super inquisitione generali tenentur: nec sententia lata super petitione speciali mandabitur contra eos executioni, vt est bonus text. in l. si fideiussores magistratuum. & l. fi. ff. de fideiussor. pro quo facit regula qua cauetur, quòd vbi quis tenetur ex cõdemnatione alterius pro maleficio, ex dispositione legis, vel hominis, tunc tenetur quãdo principalis fuit condemnatus diffinitiue non in contumaciam. l. præses. C. de pigno. & ponit Bart. in disputatione quę inci. statuto Perusino cauetur.

209 ¶ † Cauti ergo syndici capiant fideiussionem late, vt comprehendant omnem causam, videlicet quod potestas & officiales promittant soluere omnem condemnationem, quæ fiet de ipso potestate, officialibus & familia, quomodocunque, & qualitercunque, & ex quacũque causa in dicto syndicatu, ẽt si fuerit appellatum, & per iudices appellationis iudicatum, alias fideiussores non tenentur ad condemnationem latam per iudicem appellationis. l. græce. §. post litem. ff. de fideiusso. & l. cum apud. ff. iudicat. solui. & l. si quis reum. & ibi per Bart. ff. de custod. reo. nam fideiussor de iudicio sisti lata sententia liberatur, vt d. §. post litem. sic etiam liberatur fideiussor de præsentando. d. l. si quis reum.

Item liberatur si fideiussit pro aliquo, qui promisit stare & parere mãdatis talis iudicis, vt not. Bald. in additio. Specu. in tit. de reo. in prin. versi. sed si quis. facit quod not. Dyn. in l. continuus. §. cũ quis. de verb. obliga. ideo debet dici, ꝙ dictus potestas, & alij promiserunt parere mandatis dictorum syndicorum, & soluere & pati omnem condemnationem & pœnã, quam de eis dicti syndici, vel iudex appellationum faceret, quacunq; ratione vel causa. pro quibus dicti fideiussores solenniter fideiusserunt, & eo casu, licet nõ apponatur obligatio, & renuntiatio, fideiussores in omni casu tenentur. vt no. gl. in l. inter stipulantem. in princi. & l. cũ filius. in prin. de verb. obli. & not. Bar. in l. si quis pro eo. i prin. ff. de fideiu. Quod tamen intellige in causis mere pecuniariis, secus in corporali, vel in defectum solutionis, corporis afflictiua: quia in his nõ põt dari fideiussor, vt not. Bart. in d. l. j. si quis reum. ff. de cust. reor. Et si daretur expresse nõ obligatur, quia nemo est dominus membrorum suorum, vt not. glo. xxiij. q. v. c. cum homo. tex. in l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. facit etiam quod not. in l. ob æs. ff. de act. & obli.

Et

210 ¶ Et aduerte, quia vbi est pœna merè pecuniaria, iudex tenetur relaxare eum q̃ offert fideiussorem idoneũ, aliàs detinendo vel carcerãdo eũ; tenetur in syndicatu actione iniuriarum. vt no. Bar. in l. si vero pro cõdemnato. §. i. ff. qui sat. cog.

Et qui nõ inuenit fideiussorem, debet detineri in carceribus. l. eos. §. super his. C. de appel. l. ii. in prin. ff. de custod. reor. fallit in officiali q liberatur iuratoria cautione, vt dictũ est supra. Itẽ fallit in fœmina, quæ se non inuenit fideiussorẽ, debet etiam relaxari iuratoria cautione: vt no. in authen. cui relictũ. C. de ind. vid. tol.

Item aduerte quando plures detinentur pro eodem delicto, de quo venit imponenda pœna pecuniaria, vnus potest fideiubere pro alio, vt notat Bar. in l. Romanos. ff. de tuto. & curat. dat. ab his.

Postremo aduerte tu iudex & notarie, quando recipis fideiussores quòd sint idonei, aliàs teneris ad interesse reipublicæ. l. i. §. sciendum. ff. de magistrati. conuenien. & insti. de satisd. tutor. & sciẽdum. & licet illa loquãtur in fideiussore pupilli, idem dicendum in fideiussore reipublicæ, quia pupillus & respublica æquiparãtur. l. Imperatores. ff. de re iudi.

Et ideo cautela est, quòd iudex & notarius quando recipit fideiussores quos ignorat esse idoneos, quòd facit eos dare approbatores, quos cognoscat esse idoneos, & eo ipso q̃ fideiussor alicuius delinquentis patitur se scribi in actis pro fideiussores, videtur sollẽniter promisisse, etiã sine stipulatione, sicut fideiussor pupilli, propter dictam æquiparatatione pupilli, & reipublicæ, vt est casus singu. in l. cum ostendimus. §. fi. ff. de fideius. iuncta d. l. Imperatores. aliàs fideiussor regulariter sine verbis & stipulatione non obligatur. l. blanditus. C. de fideius.

SVPRADICTVS *dominus Io annes, & alij supranominati dederunt licentiam dictis syndicis.*

211 ¶ † Ista clausula istius licentiæ est inuẽta, quia regulariter in quolibet actu requiritur partis citatio. l. de vnoquoque. ff. de re iud. & l. nam ita diuus. ff. de adoptio. quia partes possunt facere per pactũ quòd iudicium valeat sine partis citatione, vt not. dixit Bal. in l. vt perfectius. C. de annal. excep. & l. f. §. fi. C de tẽpor. appel. & licet loquant̃ in ciuili, tñ idẽ ĩ criminalib. in q̃bus p̃ceditur ad instar ciuiliũ. l. absentẽ. ff. de pœn. Operat̃ ergo multũ ista cõcessio licẽtiæ q̃a sine partis citatione põt iudex p̃cedere vsque ad sentẽtiã. Et quia dictio, vsque ponit̃ aliquãdo inclusiue, vt not. gloss. in l. i. ff. de pignor. action. & Bartol. in leg. patronus. §. Sempronio. ff. de lega. iii. ideo cum ministerio dicitur, vsque ad sententiam inclusiuè, vt possit iudex sine alia citatione sententiã ferre, vt no. Bartolus in l. is qui reus. ff. de public. iudicijs. & Salic. in d. l. absentem. C. de accusa. versic. sed quæro an in criminalibus. aliàs sententia non valeret sine speciali citatione ad audiendam sententiam, vt in capitu. consuluit. de officio delegat. & no. Innocent. in capitu. auditis. de procurato. Sed in syndicatu sufficit generalis citatio ad totam causam, secundum Innocent. in d. capitu. consuluit & capitu: auditis. Aduerte tamen, quòd vbi pars est præsens, non requiritur alia citatio, vt est casus not. & singul. in l. etiã. §. fi. ff. de min. & no. in c. fina. de election. libr. vj. Aduerte tamen tu cautus officialis, & protesteris, quòd non vis dictã licẽtiam cõcedere, & quòd vis citari in quolibet actu, tunc processus non valebit, nisi te citato. d. l. nam ita diuus. & l. de vnoquoq;. & licet loquantur in ciuilibus, idẽ in criminalibus, vbi vertitur maius periculum, & agitur de maiori præiudicio, ideo cautius est agiendum, vt in cap. vbi maius de elect. lib. vi.

ET *dicti domini syndici monuerunt.*

212 ¶ † Ista monitio habet vim citationis peremptoriæ. l. ii. C. quo. & quan. iudex. & pendet, & validatur à licentia procedendi, aliàs non valeret. Et propterea si dicti officiales dictã licentiã nõ dederunt audita dicta monitione possunt protestari quòd volunt citari, & iudice procedente absque citatione possunt appellare, secundum Barto. in extraua. ad reprimen. in versicu. per edictum. & Io. de Imo. in l. qui ante calendas. in fin. de verb. oblig. & Pet. de Ancha. in cle. i. de for. comp. & per Inno. in c. consuluit. de offic. deleg. & in c. fi. de dolo & cõtu. & no. in l. cõsentaneũ. C. quom. & quãd. iud. aliàs si reus

esset absens, potest generaliter citari ad libellum recipiendum litem contestandū. & de calumnia iurādum, & ad omnes singulos actus vsque ad sententiam inclusiue, & non est necesse ꝙ amplius citetur. & ita seruat curia Romana in absētibus, secundum Inno. in c. auditis. de procur.

QVI *dominus Ioannes constituit procuratores.*

213 ¶ † In hac causa syndicatus potestas potest se defendere per procuratorem, cum sit regulariter pecuniāria. secus autem si esset capitalis, quia in in tali causa non admittitur procurator. l. pe. §. ad crimen. ff. de publ. iud. & l. seruum quoque. §. publice. & ibi plenè no. ff de procur. vel lapso tempore syndicatus, si causa nō esset expedita, potestas potest recedere relicto procuratore de causa instructo, vt est casus not. in l. i. § quòd si intra. C. vt om. iud. tam ciui. quàm mili.

DEINDE *dicti domini syndici commiserunt Luchino publico prçconi.*

Licet vox prçconia paucis innotescat, vt in auth. q semel. C. quomodo & quād. iudex. tamen in nostra inquisitione generali, quia non sunt certi illi, qui sunt grauati à potestate & aliis officialibus necesse est quòd fiat generalis citatio proclama seu edicta, aliàs vbi persona est certa citatio debet fieri specialiter & ꝑ nuntiū, vt in authent. si omnes. C. si vt se ab hære. abstineat. & ad certam horam, & ad certum actū aliàs citatio non tenet. l. aut qui aliter. §. i. ff. quod vi aut clam. Et communiter in processu syndicatus per formam statuti disponitur, quòd fiant tria bannimenta, quòd si quis voluerit querelam exponere, cōpareat intra tres dies, vnum pro primo, alium pro secundo, & tertiū pro vltimo & peremptorio termino, aliàs non audietur, & sic habet vim peremptorij. l. ad peremptoriū. & l. post edictum. ff. de iud. l. cōsentaneum. C. quo modo & quando iudex. & l. tres denuntiationes. eod. ti. & dictum fuit suprà, in versicul. inchoata & formata fuit &c. Et est necesse quòd talis citatio & vocatio per præconem, fiat ex cōmissione dictorum syndicorū, aliàs nō teneret, sicut nō tenet citatio nūtij facta sine cōmissione iudicis. l. fi. C. de req. reis. Et si non constat de commissione, sufficit quòd in relatione præco dicat fecisse de commissione syndicorum. Cyn. Baldus & Salice. in dict. l. fi. aliàs non valeret.

QVI *præco retulit bannimenta fecisse.*

214 ¶ † An cridatur præconi & nuntio referenti. Dic quòd sic in comissionibus sibi factis, & relationibus concernentibus officium suum, secundum Bar. in l. i. §. cura carnis. ff. de offic. prçfe. Vigil. & in extrauag. ad reprimendum. in verbis ꝑ nuntium. Sed in his quæ non concernunt officium suum, puta quia nuntius refert Petrum vulnerasse Iacobum, non creditur ei. Operatur tamen dicta relatio, ꝙ iudex potex de illo delicto per viam inquisitionis procedere. l. ea quidem. & ibi Doct. C. de accus. & ponit Bar. in d. §. cura carnis. & Doct. in d l. denuntiationes. & Innoc. & Io. Andr. in c. quoniam contra. de prob. licet vt plurimum ad officiū nuntij eligantur personæ viles & infames, secundum Barto. in d. extrauag. in verbo, per nuntium. & in l. nec infames. C. de decu. libr. x.

Et aduerte, quia si nuntius refert personaliter citasse Petrum, & Petrus dicit contrariū, & cū iuramento, est in arbitrio iudicis cui magis credat, cōsiderata qualitate facti & conditione personç, vt no. dixit Ioann. And. in c. cum parati. de accus. & Sali. in d. li. in d. l. tres denuntiationes. C. quomod. & quan. iud. Et simili modo si in in actis reperitur scriptum, quòd talis nuntius retulit citasse Petrum, & Petrus negat, cui magis credat, & dicit Cy. in l. si quis decurio. C. de fal. quòd iudex debet considerare cuius famæ est notarius & nuntius. In dubio tamen magis credendum est notario, propter eius autoritatem, quia debet esse persona magis honesta. argumen. not. per Barto. & Doct. in l. Barbarius. ff. de offic. prætor.

215 ¶ † Et tene mēti ꝙ iudex pōt cōmittere citationē nō solū publico nūtio, sed ēt parti, & eius relationi cum iuramento creditur, vt not. glo. & Bar. in l. miles. §. i. ff. de re iu. bene facit tex. in l. eū qui. §. si epistolā. ff. de fur. & ita pract. Asculi.

Cætera ad materiam vide per Bart. in dicto versicu. per nuntium. & per Bal. in d. l. consentaneum. & l. fi. C. de req. reis.

& per

& per Ioã.de Imo. in l.si finita.ff.de dã. inf.& l.cõsensus.§.fi.ff. de app. & p Cano.in d.cap.cum parati. & cap.quoniam contra de proba.

IN *termino comparuit Sed Iacobus Petri.*

Si agatur de iure publico, & de pœna applicanda fisco, quilibet admittitur ad querelandum contra potestatem & eius officiales, vt not.glos.in l.iubemus.C.ad leg.iul.rep.& l.ii.ibi, à quocunque pulsãte.C.vbi de rati.agi oportet. possunt tamen contra personas talium querelantiũ opponi exceptiones, que possunt opponi contra personas accusatorum, de quibus per Bal.in rubr.& l.i. per totom. C.qui accu.non pos.Item admittitur ad querelandum quilibet pro interesse proprio, qui prosequitur suam vel suorum iniuriam. Et tunc non potest opponi exceptio contra personam querelantis.l. ii.& ibi not.ff.de accu.& l.de crimine.C. qui accuar.non pos. & in Speculator. de accusatore,in fin. Et an & quando potestas,& iudex teneatur, si tortus moritur in tortura? Pro declaratione istius primę quærele, vide plura supra in versi. item in eo quod fecerunt plures cap. versi.q.d autem si potestas.

CORAM *nobis Quiriacho de Ancona.*

Ista querela continet plura contra iustitiam, videlicet, capturam, detentionẽ carcerationem, membri debilitationem, & torturam non data copia indiciorum reo, propter quę omnia tenetur potestas & iudex ciuiliter parti læsæ actione iniuriarum ad interesse, secundum Bal.C.de pœna iud.qui ma.iud. super rub. & not. glos.in l.ii.§ fin.ff. quis cau. & de iniur. l.iniuriarum æstimatio. & dixi supra in glo.item quòd fecit plures cap.

Item tenetur criminaliter ad pœnã statuti, vbi statutum loquitur, vel arbitrio iudicis, vbi non loquitur, vel similitudine supplicii, vbi sine indiciis mandat cap. innocentes, secundum Bal. in l. fi.C.de hisque latro. & dixi in d. versi.

216 ¶ †Sed quomodo possunt ciuilis & criminalis actio in eodem libello cumulari, cum vna alteri præiudicet.l.i.C.quãdo ciui.acti.cri.preiu. Respõdeo secũdũ Bal. in ꝙ conã filio ꝙ incipit, Præsupposito statuto de inquisitione quod licet regulariter ciuilis & criminalis non possunt cumulari tamen fallit in iudicio syndicatus, in quo proceditur extraordinarie, nec curatur de apicibus iuris, sed ꝓcedit inspecta veritate, & expeditur breuissimo tempore ex non scripto, vt in auth. de iud.§.necessitatis.& not.ĩ c.ii. de ofic. iud. Vel dic secundum doct.in d.l.i.quod licet ciuilis & criminalis non possint eodem libello cumulari, tamen põt ꝓponi actio criminalis,& officio iudicis peti restitui damna, expensas, & interesse partis secundum Bart. in l.interdum.§. qui furem.ff.de furt.& Ang.in d.l.i. & l. qui de crimine.C.qui acc.non pos.& l. quod euitandi.C.de condi.ob causam. & l.medicus.ff.de var.& extraord.cog.& in aut. de man.princ.§.si delinquunt. Quod suadet ratio breuitatis temporis syndicatus vt in d.§. necessitatem. in auth. vt iud. sine quo. suf. & ita seruatur in practica, quia petitur reum criminaliter condemnari, & puniri ad pœnam applicandam fisco, secundum formam iuris & statutorum,& ad damna,& expensas, & interesse partis, & restitutionis rerũ ablatarum, vt no.in d.§.qui furem.

217 ¶ † An autẽ in causa syndicatus requiratur libelli, oblatio, lit. contesta. & alia quæ sunt de substantia iudicii,& processus qñ proceditur super querelis contra potestatẽ & officiales porrectis? Dic ꝙ vbi per statuta est data forma, illa est seruanda, per l.i.§.qui mandatã. & l.si prętor.ff.de off.eius cui mã.est iur.& ĩ c.i.et c.ꝑterea de offic.deleg.Sed vbi forma nõ est data, sed sũt electi syndici simpliciter ad syndicãdũ, debet forma iuris, cõis seruari.s.vt detur libellus, lis cõtestetur, de calũnia iuretur,& alia fiãt, de q̃bus ĩ l. prolatã. C. de sẽt.& ĩ c.qm cõtra de ꝓbatiõ. aliàs nõ valeret quod agitur.l.i.& ibi no. C.vt omnes tam ciui. quã milit. & ita tenet Bald.in dict.§.proficisci. in.x. quest. Nec ob.d.§.necessitatem.in auth. vt iudi.sine quo.suf.& glo. in d.l.penult.ĩ quibus dicitur quòd in syndicatibus hodie non seruatur ordo iuris, quia illud verũ quando potestas aufugit. & ite intelligitur quòd ibi no.Ang. & Inn.in c. fi.de offi.iud.& in cle.sæpe.de verb. signifi. & not.

not.in auth. nisi breuiores.C. de sen.ex peri.recitandi.

218 ¶ † Vel dic quod potest agi duplici via, vt dictum est.s.ciuiliter & criminaliter, nam super furtis & malè ablatis põt agi. lege iulia repe.vt l.lege iulia.in fin.ff. ad leg. Iul. repe. põt etiã agi ciuiliter.l.i. & ii. & ibi not.eo.tit. licèt vt plurimũ agat ciuiliter, non criminaliter, vt refert Francis. Accur.in dict. suo tractatu. in i.q. vt dixi.suprà in ver. hæc est quædam inquisitio. ver. sed vbi per statuta. Sed si agatur criminaliter per accusationem, vel in quisitionem, eo casu quo põt inquiri, sẽper de iure communi est necessarius libellus.l.libellorũ.in fi ff.de accu. & d.l.i. in fi.ibi, accusatione super criminibus facta pro inscriptione libellorum. & in ca. qualiter & quãdo.de accu. & not. in l.ij. §.si publico.ff.de adult. Et idem si agatur ciuiliter, vt in auth. offeratur.C. de lit.contest.nisi sit causa leuis & parua, vt in d.aut.nisi breuiores.& in d.§.necessitatem. etiam si agatur criminaliter.l.leuia. & ibi not.ff. de accu. Et eo casu poterunt syndicatores summatim interrogare de negotio de quo agitur.l.vbicunque.ff.de inter.actio. & si officiales confitentur, mandant restitui id de quo facta est confessio, quia confessus habetur pro iudicato.l.i.C.de confes.& l. proinde.§.i.ff.ad l.Aquil.& dixi.suprà in vers. hęc est q̃dã iquisitio.vers.& ibi ꝑ statuta

219 ¶ † Aduerte tamẽ singulariter ad vnũ ꝙ acta in syndicatu de iure cõmuni debent scribi à notariis syndicorum gratis, & sine expensa, vt not.in d.§.necessitatem.& firmat Fran.Accur.in d. tractatu. ver. item quæritur quando aliquis.

An autem publicatio attestationũ sit necessaria & de substantia.gloss. tenet ꝙ sic,in l.prolatam. C.de senten.quod habet locum etiam si procedatur summariè & sine figura iudicij, vt in c.fi. à cõtrario sensu, de hære. in vj.& ponit Bar.in extrauaganti,ad reprimen.in verbo,sine figura iudicii.Quod intellige verum si is cõtra quem producuntur,hoc petit,aliàs attestationes semper sunt notæ iudici, ideo non est necessaria publicatio, si nõ petitur,vt ĩ c.qualiter & q̃n.el.ii.de accusatio. & in ca.secundo eod.titulo.libr.vj.

220 ¶ † Item si petitur cõpia attestationũ debet dari, vt pars possit sed defendere, & si denegatur, põt appellari, vt est tex. cum gl.ĩ d.c.qualiter & q̃n.Et q̃a dixi suprà quod in cã syndicatus nõ põt ꝓcedi diebus feriatis ĩ honorem Dei,ꝑ tex. ĩ l. dies festos.C.de feriis.& in c.fi.eo.ti.Sed ꝑ statuta cõmuniter ꝓuidetur, quòd ꝓcedatur etiã diebus feriatis in honorem Dei.& ita seruatur in practica, de iure communi non posset procedi.

Postremò,q̃a dicitur iu supradicta q̃rela,ꝙ dominus ptãs fecit ipsum Quiria cum torqueri sine ĩdiciis,& denegata copia indiciorum. Est uidendum q̃d sit indicium, vnde dicatur,an possit ꝓcedi cõtra aliquem sine ĩdiciis.Et an sit dãda copia indiciorũ. Quæ sint indicia sufficientia ad torturã,& qualiter indicia ꝓbenť.

221 ¶ † Quòad primũ respõdeo secundum doct. ꝙ cum de ĩdicio nõ põt dari determinata doctrina, nõ põt rectè diffiniri, sed remittitur arbitrio recti & boni iudicis, q̃ iudicabit ĩdicium sufficiens.& non sufficiens etiã ex tribus ex qualitate ꝑsonæ, & qualitate delicti,& demõstrationibus,seu aliis p̃sumptionibus occurrentibus,sc̃d̃m Bar.ĩ l.fi.ff. de q̃stio. alleg.l.iii. §.tu magis.& §.eiusdẽ.ff.de test.Sed Bal. ĩ l.ea quidem.C. de accu. distiguendo dixit ꝙ duplex est ĩdiciũ, semiplenum, & plenum.Semiplenum est p̃sumptio fortiter mouens animum, ad aliquid credendum, vel nõ credendum,vt not. ĩ l. ꝓbatio.ff.de ꝓba.Plenum ĩdicium est demõstratio rei ꝑ signa sufficientia,ꝑ quæ animus in aliquo tãquã existenti vero quescit, & plus inuestigare non curat,tu not. in l.indicia.C.de re iud.

Et dr̃ ĩdiciũ ab ĩdico ĩdicas,ĩde ĩdiciũ.ĩ. demõstratiuũ ad ĩueniẽdũ veritatẽ.l.adultera.C.de adul.& l.solẽt.ff.de p̃scrip.ver.

222 ¶ † Quo ad tertiũ respõdeo ꝙ sine indiciis nõ põt ꝓcedi cõtra aliquem, ad aliquem actum capturę ꝑsonę, vel tormentorum,vel formationis inquisitionis, vt not.Bar.in l.i.& l.de minore.§. tormenta.ff.de quæst. & l.fin.eo.titul.& Ang.in l.si vacantia.C.de bon vac.lib.x. & cap. qualiter & quando & c.inquisitionis. & ibi plene per Innocen. & Ioan. And. & cano.de accu.

Quod

Quod limita secundum Bald. in l.nullus.C.ad leg.iul.maie. nisi inquisitio fiat de conscientia principis vel alterius regentis ciuitatem, qui habetur loco principis.secundum Bald.in l.hostes.ff.de cap. & not.glos.in l. Cyn. in l.fin. C.de præscip.long.temp.quia conscientia principis, vel alterius regentis loco principis, supplet omnem defectum solemnitatis, & procedit inquisitio sine indiciis secundum Bald.in d.l.nullus. per illum text.

223 ¶ † Alias regulariter inquisitio sine indiciis, vel fama publica non tenet. vt est text.in d.c.qualiter & quando &c.verum si reus opponit,si vero reus non opponit tenet inquisitio & processus. vt est casus in c.fin.de accu.lib.vj.

Et si formatur inquisitio sine indiciis, & reus in tormentis confitetur & postea ratificat. non potest ex tali confessione etiam per interuallum facta post tormenta condemnari,vt est casus sing.in l.pen. & ibi per Bart.ff.de quæst.Secus si sponte confitetur ibi sine tortura præcedente quia tunc tenet confessio sine indiciis.vt est text.in c.fina.& ibi not.de accu.lib.vj.

Quoad quartum dic,quod regulariter debet dari reo copia indiciorum. vt not. doct.& ibi glos.& Bartol. in l. custodias. ff.de pub.iudi.& Innoc.in d.c.qualiter & quando. Si tamen non fuerit data copia, non vitiatur processus.secundum Bartol. in d.l.custodias.arg.l.ij.& ibi no.C.de sent.ad sylla.lib.x. quod verum si non petatur. Sed si non datur reo postulanti, & vlterius procedatur, non valet processus ipso iure.vt not.in d.c.qualiter & quando.& c.inquisitionis de accu. hoc tamen fallit in tribus casibus.secundum Angel. in l.si vacãtia post formam specialis inquisitionis quo ad personas, & delicta.

224 ¶ † Primus est quando ex forma statuti inquisitio est remedium ordinarium, quia statutum dicit,quod iudex possit inquirere de omnibus criminibus & delictis quia tunc non est danda copia famæ, & aliorum indiciorum, secundum eum, alias sic,vbi proceditur de iure communi secundum regulas Barto.in l.ij.§. si publico.ff de adulteriis,quia tunc reo petente est danda copia,alias non teneret inquisitio,nec processus.

Secundus casus est, quando iudex procedit ad inquisitionem ex mero officio & non ad quærelam alterius, quia tunc non est danda copia, secundum Anton. de Butr.in d.cap.qualiter & quando.

Tertius casus est quando procedit ad denunciationem syndici vel officialis.qa tunc non est danda copia famæ. secundũ Angel.in d.l. si vacantia.sed aliorum indiciorum bene est danda, ita intelligit Bartol.in d.l.custodias.& d.§. si publico. secũdum Angel.de Aret. in dict. versicul. fama publica.

225 ¶ † Quarto esset videndum,quę sint indicia sufficientia ad torturam? Respondeo secundum Bartol.& docto.in d.l.fin. & l.j §.ij.& l.maritus.§.pe.ff.de quæstio. quod hoc residet in pectore iudicis, possunt enim esse plura indicia adeo leuia, quod non sufficiunt,& potest esse vnum solum indicium adeo vrgens & manifestum, quod sufficit, puta si vnus testis bonæ famæ deponit quod vidit maleficium committi,potest reus poni ad torturam. secundum Bartol. in d.l.fi. & l.si quis alicui.& ibi glos.& docto.C.de adult.idem si iuuenis sit inuentus in domo pulchræ iuuenculæ præsumitur stuprũ,vel adulterium commisisse.secundum Bal. in l.si.ff. de hære. insti. Vel reperitur homo occisus & aliquis prope eum cũ cultelo euaginato, aut sanguinolento, est cõtra eum sufficiens & manifestum indicium.secundum Bart.in l.ij.in princ.ff.de furt.Item si fuit visus admenare,licet non fuit visus percutere, vel fuit visus aufugere, & est fama quod erat inimicus. ista sufficiũt ad torturam, non tamen ad condemnationem.vt firmat Io. And. in addit. Spec.in tit.de probat.§.j ver..xiij.& Io.de Imo. in l.fin.ff.de hæred.instit.

226 ¶ † Inuestigare etiam debet bonus iudex quo vultu,qua fronte,& quo pallore reus inquisitus respondeat.l. de minore. §.tormenta ff.de qnæstio. item cuius vitæ,& cuius famæ.vt ibi not. Bart.& an sit consuetus talia facere,vel non.l.desertorem.§.his,qui.ff.de re milit.Itẽ si inquisitus habet malas conuersationes quia ex mala conuersatione quis efficitur malus. vt est text.in l.ædiles.§.Ped us.ff.de ædil. edict.Item si fuit conuersatus in loco,maxime

xime tempore commissi delicti. l. fina. C. si mād. ita fue. ali. & ponit Bar. in d. l. fi. ff. de qō.

Qualiter autem probetur indicium, dic quod si testis non deponit directe super maleficio, de quo quæritur, debet probari ad minus per duos testes, secundum Bartol. in l. fi. & not. glo. & doc. in l. fi. C. famil. ercifcun. puta, quia dicunt vidisse Titium prope domum in qua fuit factum furtum de nocte. Sed si deponit super maleficio, puta, quia dicit testis, quod vidit Titium vulnerantem Gaium, sufficit vnus testis, vt not. glos. & docto. in d. l. si quis alicui. Quod est verum, intellige reo citato ad videndum iuramenta talium testium alias non præiudicat reo, nec probatur indicium, secundum Bar. in d. l. si quis alicui. & ideo testes examinati super inquisitione generali non præiudicant malefactori contra quem postea specialiter inquiritur, si nō fuit citatus. C. de testa. l. si quando. & Bartol. ponit in d. l. fi. ff. de quęstio. Cætera autem ad materiam indiciorum vide ibi plene per eum & per Ange. de Are. super verbo, fama publica. Et de fama, vide plene vt dixi supra, super verbo fama publica.

Item qualiter probetur tortura, & plura circa torturam? vide supra in capitul. item in eo quod fecerunt plures capi.

227 ¶ Pœna † debilitationis membri occasione torturæ imponi debet secundum formā statuti, quo ad pœnam communis. Et quo ad partem imponitur pœna iuris communis, quæ est ratione iniuriæ illatæ, quantum iudici æquum videbitur. Et ad intereffe expensarum factarum in medicis, & medicinis, & operarum, quibus offensus caruit & cariturus est dicta occasione, vt est text. instit. de oblig. quæ ex quasi delic. §. ob hominē vero.

Coram nobis dominus Sindicus agit, vti syndicus communis.

Pro declaratione istius petitionis vide supra in c. item quod dicti milites vero caueant & prudenter attendant.

Coram uobis agit dictus syndicus: quia condemnauerit.

Qua pœna punitur potestas, & collateralis qui condemnauerunt innocentem, vel absoluerunt nocentem, vide plene supra in c. item in eo quod plures condemnauerunt.

Coram nobis agit dictus syndicus: quia per baratariam absoluerit.

Require quid sit barataria, & vnde dicatur & de pœna committentis baratariam, & qualiter probetur vide supra in c. item quod dictus do. Ioannes & eius officiales plures baratarias commiserunt. Item si vis scire quando per dolum & quando per imperitiam tulerunt iniquam sentētiam, & plures alias quęstiones ad materiam facientes, vide plenissime supra in capitul. item quod plures condemnauerunt innocentes.

Suprascripti domini Syndici decreuerunt dictis procurationibus, copias dictarum querelarum.

228 ¶ Copia † libelli in ordinarijs est danda expensis actoris, vt in authen. offeratur. C. de litis contestatio. sed in hoc iudicio syndicatus & alijs summarijs debet dari expensis petentis. & idem in alijs actionibus. sufficit enim quod petenti fiat copia describendi l. j. §. edēda. ff. de edend. & not. gloss. in dict. authenti. offeratur. & ibi dicit Bartolus, quod in hoc est seruandus mos curiarum. Sed vbi petitur copia mandati, debet dari expensis procuratoris, ne ex interuentu procuratoris conditio aduersarij fiat deterior, quam si dominus per se litigaret. l. ij. §. defendi. ff. ex quib. causis in poss. ea. Et idem si sit opus mittere ad dominum absentem pro aliqua responsione fienda capitulis, vel aliqua declaratione, quia debet mitti expensis procuratoris, secundum Bartolum in d. §. defendi. Tene menti.

Comparuerūt dicti procuratores in termino.

Litis contestatio regulariter fit per petitionem & responsionem. Si in responsione non fit protestati o, quod non animo litem contestandi. l. j. C. de litis contestatione. & in capi. vnic. eodem titul. Si tamen apponitur dicta protestatio, nunquā per talem responsionē inducitur litis contestatio, vt est gloss. notab. quam communiter sequuntur Doctores in d. l. j. C. de litis contestatio. erit ergo remedium, vt iudex mandet pure & simpliciter litem contestari, & reo recusante in contumaciam fiet immissio in possessionem ex primo & secundo decreto, vt not. gloss. Barto. & doctor. in l. consentaneum. C. quomodo & quādo iudex.

An autem in causa syndicatus requiratur litis contestatio, vide supra in declaratione primæ petitionis productę per syndicum communis. versi. si autem in causa syndicatus.

Qui domini syndici statuerunt in terminum trium dierum ad probandum.

229 ¶ Terminus † etiam ad probandum in dubio est peremptorius. l. fin. & l. oratione. §. fi. ff. de

ff.de furt.& l.j.in fin.C.de dila. & multo fortius si assignatur ad probandum & probatum habendum, ideo post lapsum termini non admittitur probatio, vt i c.pastoralis.de except. et no. Bar.in l.si finita.§ Iulianus.ff.de damn. infect.& in dict.l.fin.ff.de fer.& l.mancipiorum.ff.de optio.lega.

In termino comparuerunt procuratores dictorum officialium, & accusauerunt contumaciam.

Etiam post terminum admittitur actor vel reus ad aliquid faciendum vel producendum si parti aduersæ nihil deperijt, secundum glo. Cyn.& Docto.in l.ea.C.qui accu.non poss. & Dyn.in capitul.indultum de regul.iur. in vj.Sed Bar.in l.fin.ff.de fer.dixit contrarium quia terminus est peremptorius.dict.l. fi. nisi producens iuret de nouo ad eius notitiam peruenisse id, quod intendit producere, vt est textus in d.cap.pastoralis.de exceptionib.

Suprascripti domini syndici commiserunt Zannobio publico nuncio quod citet & requirat infrascriptos testes quatenus prima die intertijs compareant & comparere debeant coram dictis dominis syndicis ad iurandum, & testimonium veritatis prabendum super dicta inquisitione generali, omni meliori modo, &c.

¶ Nomina testium sunt ista videlicet,

Antonius Bartholomæi,
Iacobus Petri Ioannis,
Ser Ioannes Antonij, } de Anconæ
Ser Dominicus Nicolai,
Ser Ioannes ser Iacobi.

Qui testes omnes comparuerunt in termino citationis coram dictis dominis syndicis. Et ad ipsorum dominorum syndicorum delationem iurauerunt dicere veritatem super dicta inquisitione, remotis pretio, amore & timore & omni alia humana gratia.

230 ¶ † Qui Antonius iuratus vt supra, & examinatus per dictos dominos syndicos, interrogatus super dicta inquisitione generali & contentis in ea suo iuramento testificando dixit, nihil scire. Interrogatus de fama publica si est publica vox, & fama in dicta ciuitate, quod dictus olim potestas, iudices, milites, socij, officiales, & familiares commiserunt, vel omiserunt contenta in singulis capitulis dictę inquisitionis, vel aliquid prædictorum, singula singulis referendo, suo iuramento dixit, nihil scire de aliquo delicto, vel infamia dicti olim potestatis, suorum officialium, & familię sed potius audiuisse eos fuisse diligentes in exercēdo eorū officia, & ita fuit & est publica vox, & fama apud maiorē partē eorū qui eos cognouerunt, & viderunt in dicta ciuitate. In causa sciētiæ dixit, sæpe conuersatus fuit in palatio, & curia dicti olim potestatis, & vidit eos diligenter exercere eorum officia, singula singulis referendo. Et ita audiuit publice dici, & est publica vox & fama in dicta ciuitate apud maiorem partem cognoscentium eos.

Interrogatus de loco, dixit, in diuersis locis dictæ ciuitatis, præsertim in curia, & palatio habitationis dicti potestatis. Interrogatus de tempore, dixit, pluribus & diuersis diebus durante tempore dicti officij. Interrogatus de præsentibus, dixit, de se teste, suprascriptis Iacobo ser Ioann. & ser Dominico, & pluribus alijs ciuibus. & incolis dictæ ciuitatis. Super generalibus rite & recte respondit.

231 ¶ Ser † Ioannes Antonij alter testis iuratus & examinatus per dictos dominos syndicos suo iuramento, dixit nihil scire de contentis in dicta inquisitione. Et quod durante tempore administrationis officij dicti olim potestatis, & suorum officialium, fuit notarius actorum & causarum ciuilium.

Et continuo conuersatus est in curia & in palatio habitationis dicti olim potestatis & officialium, vidit eos diligenter & sollicite exercere eorum officia, singula singulis referendo, & ita fuit & est publica vox, & fama in dicta ciuitate apud maiorem partem personarum, & hominum congnoscentiū eos.

Ser Dominicus Nicolai de Ancona alter testis iuratus & examinatus, vt supra suo iuramento testificando dixit hoc scire, videlicet, quod ipse testis vna cum ser Ioannis suprascripto durante tempore, officij dicti olim potestatis fuit notarius actorum ad ciuilia, & vidit dictum olim potestatem, & iudices ministrare iustitiam petentibus, & alios officiales sollicite, & diligenter exercere eorum officia, singula singulis referendo, & ita fuit & est publica vox & fama apud maiorem partem hominum, & personarum cognoscentium eos in ciuitate prædicta. Et idem in effectu deposuerunt & dixerunt suprascripti Iacobus & ser Ioannes, licet per diuersa verba idem importantia.

Qui domini Syndici monuerunt partes ad audiendum sententiam.

Hæc

232 ¶Hec † monitio iudicis habet vim citationis peremptoriæ, vt est casus singu.& ibi gl.& doc.in l.ii. quomodo & quando iud. aliàs si iudex fecit citari partem ad audiendum sententiam, nõ intelligitur citatio p̄ emptoria, nisi expressè dicatur in citatione, vt no. in dict.l.ii.& Bart.in extrauag.ad reprimen.in verbo, per nuntium.& si fiat citatio ad audiendum iudicis voluntatem, si dicatur peremptoriè, nõ tenet, nisi expressè dicatur, ad audiendum sententiam, vt no.in l. perẽptoriũ.ff.de iud.& in c.cõsuluit.de offi.delega.& est tex.in clem.sæpe. in verbo, citatis ad id partibus.de verbo.signifi. Et aduerte, quia citatio fieri debet ad certum diem, & horam, & ad certum actũ, aliàs non tenet, nec potest fieri in eo termino alius actus, vt est casus nota.in l. aut qui aliter.§.i.ff. quod vi aut clam. Quod est verũ de iure ciuili, sed de iure canonico si dies nõ apponitur in citatione, debet citatus cõparere quam primum potest, vt in c.cum parati de appel. & ibi nota.

Item aduerte & not. quod vltima hora instãtiæ iudex potest ferre sententiã etiam parte non citata, vt dixit singulariter Bar.in l.Seius & Augerius.ff. Falci. quia intelligitur ea hora citatus à lege, vel statuto, tene menti perpetuo.

233 ¶Postremo † aduerte, quod In casu nostro citatio, vel monitio nõ videtur fuisse necessaria propter monitionem quam fecerũt syndici in responsione inquisitionis, & licentiæ quam dederunt officiales procedendi vsque ad sententiam inclusiuè, vt dictum fuit supra.in ver.supradict. domini syndici mouerunt, &c. & dicti officiales dederũt licentiam, &c. & ponit Bar.in l.is qui reus.ff. de pub.iud. & in l. si finita.§.Iulia.ff de dam. infect. & in l. post edictum.ff.de iudi. Requiritur tamẽ ex forma statuti, vel de cõsuetudine, q̄ ante prolationem sententiæ conuocetur consilium sono campanæ & voce præconis ad audiendum ferri sententiam. & hoc debet apparere in actus.l.ii.ff.de decret.ab odi.fac. Ad hoc vt volentes appellare pro interesse reipublicæ, vel condemnati non possint prætendere ignorantiã, iuxta nota in auth.si omnes.C.si ab hære.se absti. Et aduerte. quia pro parte syndici communis, & particularium personarum querelantium, nihil est probatum de contentis in dicta inquisitione & querelis contra dictos officiales, sententia debet ferri absolutoria, etiã si pro parte ipsorum officialium nihil esset p̄batum de eorum diligentia. C.de edend. d.l.qui accusare. & in c. cum in ecclesia. de causa posses.& proprieta.

In Dei nomine amen. hæc est quædam sententia absolutoria lata per suprascriptos syndicos, &c.

Nos Antonius, Petrus & Quiriacus, syndici suprascripti, electi & deputati p̄ magnificum cõmune Anconæ ad syndicandum magnificum militem domin. Ioannem olim potestatem, & alios supradictos collaterales, iudices, officiales, & familiam, sedentes pro tribunali. &c.

SALVO *semper & reseruato, &c.*

DOMINVM Ioannem de Magalotis olim potestatem, dominum Senensẽ collateralẽ, dominum Matthæũ de Triuio iudicem maleficiorũ &c. Et describantur singuli cum toto tenore inquisitionis, de qua supra in principio.

234 ¶ † Et quia non constat nobis prædictos dominum Ioannem collateralẽ, iudicẽ, officiales, & familiã nõ fore culpabiles de contentis in dicta inquisitione, & querelis cõtra eos productis, tam per negationem ipsorum in iudicio coram nobis legitimè factam, quam per testes per nos examinatos de innocẽtia dictorum officialium per publicam vocem & famam deponentes.

Idcirco prædictos,
Dominum Ioannem,
Collateralem,
Iudicem officiales,
Et familiam,
Ab omnibus & singulis in dicta inquisitione & querelis contentis absoluimus & liberamus, & pro absolutis & liberatis haberi volumus, & mandamus omni meliori modo via iure & forma, quibus magis & melius de iure possumus & debemus.

Lata data &c.p̄sentibus Fabritio Bartholomei & Ioanne Francisci de Ancona ad prędicta habitis, vocatis, & rogatis, & pręsentibus dicto domino Ioannis & alijs

alijs officialibus & acceptantibus &c.

Et præsente dicto syndico communis, & viua voce appellante reseruato sibi iure appellandi in scriptis omni meliori modo &c.

De virtute dictę clausulę, omni meliori modo &c. vide per domi. Ioannem de Imol. in l. si cum nulla. ff. de re iudicata, & quid importat alia clausula. supra posita quæ communiter consueuit apponi in sententijs criminalibus, saluo semper & reseruato, &c. Bart. in l. iudex postquam. ff. de re iudicata. & in l. i. § i. ff. ad Turpillianum. & Bald. in l. non dubium. C. de leg. & in §. quibus. in prima constitutione Codicis, & in l. cōsentaneū. C. quomodo & quando iudex. & Doctor. in dicta l.

235 iudex postquam † cōmuniter concludunt quòd si apponatur ante verbum, condemnamus, & ante tenorem inquisitionis, prout consueuit vt fieri in practica est magnæ importantiæ, quia per illam iudex declarat intentionē suam, quod non intendit imponere maiorem, vel minorem pęnā, quàm imponatur pro eo delicto per statutū, vel ius cōmune. & quāuis in sententia exprimatur pœna pecuniaria maior vel minor, iudex virtute dictæ clausulæ excusatur, quia non intendit recedere a pœna legis vel statuti. & actus agentiū non operantur vltra eorū intentionem. l. non omnis in principio. ff. si certum petatur. & in d. l. i. §. i. ff. ad Turpillianum.

Quod procedit & habet locum in pœnis merè pecuniarijs, sed si pęna esset corporalis seu corporis afflictiua, & iudex modum excederet condemnando & exequendo pœnam maiorem vel minorem, quā imponatur per statutum, vel per ius cōmune, tunc iudex virtute dictæ clausulæ non excusaretur, cum per executionē iam factam dicta clausula nihil operetur. l. si quis prouocatione. C. de appellatio. quia facta non possunt haberi pro infectis. in libello. §. factæ ff. de capti.

Itē si dicta clausula apponeretur post verbum, condemnamus, nihil operatur, quia iudex post latam sententiā seu post verbum condemnamus, vel absoluimus bene vel male functus est officio suo. d. l. iudex postquam. ff. de re iudi.

236 ¶ † An autem a sententia lata cōtra potestatē & eius officiales & familiā possit appellari, & ad quē? Dic de iure cōmuni si condēnantur criminaliter de delictis circa officiū & occasione officij, nō possunt appellare. l. nullus. iunct. gl. C. quā. appel. & in Specul. de appel. §. in quibus. ver. tertio no. licet secus si ciuiliter vel ēt criminaliter pro delictis non pertinētib. ad officiū, puta, pro adulterio, furto, & homicidio, vel alio delicto extra officiū, quia tūc de iure communi poterunt appellare, vt probant tex. in d. l. nulli. ver. in eo tantūmodo negotio iunct. gl. ibi nā de adulterio, vel simili tunc stabo legi superiori, &c. & ita intelligitur ibi Bar. vbi ēt subdit, quod illa l. nulli. quæ prohibet officiales appellare. non loquitur in sententia lata contra eos per syndicatores, sed quando nuntius, notarius, vel assessor cōdemnatur ab illo iudice, cuius erāt officiales, quia non præsumitur, quod talis iudex ferat contra eos sententiā iniquā, nisi clarè reperisset delictum cōmissum. ista fuit opi. Plac. quā refert Azo in sum. quo ap. nō reci. ita intelligit eam gl. in c. nulli. ii. q. i. ibi d. l. est canonizata. Sed Bald. post Iac. But. intelligit illā in officiali nō habēte iurisdictionē, qui male gessit officiū suū, & fuit cōiunctus & cōdemnatus. con cor. l. abstinendum eo. ti. Alij intelligunt d. l. magis rigorosè & male, secundū Bal. ibi vt loquatur de condemnatis ex gestis in officio iurisdictionali, quia ex quo sunt condēnati, est præsumptio iuris contra eos, quòd deliquerint, ideo nō appellāt. secundum Cyn. Sed minus rigorose contra omnem æquitatem intelligunt illam legem, secundum Bald. ibi ideo adheret primæ lect. Bart. alleg. l. minoribus. C. de his quib. vt indig. Sed lect. & intellectus Bart. & gloss. magis conuenit illi literæ.

237 ¶ † Aduerte tamē, quia licet de iure cōmuni dicto casu prohibeantur appellare, non tamen prohibentur supplicare & per supplicationē ad superiorem recurrere, quia vbi est prohibita appellatio, non tamen est prohibita supplicatio. l. i. & auth. quæ supplicatio. C. quando lib. prin. da. & ibi no.

Et quando licet appellare, causa appellationis de iure communi debet tractari

in

in loco, & coram superiore loci ad ministrari officij.l.i. C. vbi de rat.agi oportet.& no.glos.in l.i.C.ad leg.Iul.repe.

Aduerte tamen, quia communiter vbique vidi statuta generaliter disponentia, quòd à sententia syndicatorũ potestas, & eius familia non possit appellare, sed teneat illi acquiescere, & seruare sub certa pœna, & ita cõiter scribit in capitulis, q̃ mittuntur in electione. An tunc potestas poterit nõ obstante statuto & cap.appellare? Et videtur prima facie, quòd tale statutum non valet, & quòd possit appellare, quia solus princeps potest tollere appellationem.lib.i.§.fi.ff.a quib.ap.non licet. & maxime si populus ita statuens nõ habet iurisdictionem in causis appellationum, quia non potest per statutũ impediri iurisdictio superioris. c. ii. de maio. & obed.l.nam magistratus.ff.de arbi.& l.ille a quo.§.tẽpestiuũ.ff.ad Treb.& idem si habet solũ primam appellationem, quia impediẽdo primã, impediret secundam, quæ deuolui debet ad superiorem, argu.
238 l.oratio.ff.de spons. † Quod maxime procedit de iure ciuili, secundũ quod nõ põt appellari ad principem omissis mediis.l.i.§.si quis & l.Imperatore. & ff.de appella. & idem si per statutum prohiberetur secunda appellatio, quæ deuoluit ad superiorẽ.d.l.ii.i fi.ff.a quib.ap.nõ lic. Quod ꝓcedit ẽt de iure canonico, secundũ qđ potest appellari ad Papã omissis medijs.c.si duobus.& c.sollicitudine.de appellationibus. quia per tale statutum impeditur iurisdictio superioris, quod fieri non potest, vt d.c.ii.secus si omnis iurisdictio primæ & secundæ appellationis ꝑtineret ad statuentes, quia tunc tale statutum valet.l.ii.§.exactis.ff.de origi. iur. Sed certe videtur, quòd valeat omni casu, quia tale statutum non videtur factum in cõtemptum iurisdictionis superioris, cum de illo non faciat mẽtionem, argument.l. nonnumquàm .ff.de condi. & demonstra.& l.expressa.ff. de reg. iur. pro quo facit, q̃a pacto priuatorum hoc fieri, potest, ꝙ non liceat appellare.l.fin. §.fi.C.de tempo.appel.& l.tale pactum. §.qui ꝓuocauit. ff.de pactis. & l.i § si qs ante ff.a quib.appella.nõ lic.ergo fortius per statutũ, vt no.gl.C.de decre.decurio. super rubri.lib.x.& l.nec pign^us.§.priuatorum.ff.de regul. iur. prætere a appellatio est de iure ciuili. l.ii.in princ.ff.de appellationib.ideo potest per statutum & aliud ius ciuile prohiberi.& probatur instit.de iure na.gen.& ciuil.§.penulti &. ff.a quib.appel.nõ lic.per totum.l.i.& ii. & per totum. C. quor. appellation. non recip. Quod maxime videt̃ habere locũ, vbi in capitulis quę mittuntur cum electione hoc expresse dicitur, sicut vidi quasi in omnibus electionib. mihi transmissis, quia tun prohibetur appellatio, nõ solum., per statutum sed etiam per pactum & contractum arg.eorum quæ not.Dyn. in c.quod semel.de regu.iur.lib.vi.& per Barto.in l.omnes populi.ver.deinde quęritur vtrum liceat facere statuta.ff.de institu.& iur facit l.sicut.C.de actionib. & obligation.& l.vbi ita donatur.ff de do-
239 nationib.caus.mort.† Ideo ad tollendũ omnem dubitationem cautela erit, qđ potestas & officiales, qui iniuste fuerunt condemnati in syndicatu, recurrant ad remedium supplicationis, quia licet sit prohibita appellatio, non est prohibita supplicatio, vt d.authentic.quæ supplicatio.C.quand.libr.princip.da.& ita seruatur in practica in terris ecclesiæ.

Expedita inquisitione & processu, & eius declaratione, vbi vidimus de quibus officiales teneantur, consequens est, vt videamus de eo quod octauo loco proposuimus, videlicet de quibus non teneantur quamuis prima facie teneri videantur.

De q̃bus officiales nõ teneãtur.

¶ Et primo si ex forma statuti, vel rescripti concessum est potestati, vel alteri officiali merũ arbitrum, & denegauerit officium suũ alicui, in eo, quod residet in mero arbitrio.nõ dicitur grauare, ideo nõ tenetur in syndicatu, vt firmat sing. Inno. in c.fin.de feriis.pro quo videtur casus in l.videamus.§.pe.in fin.ff.de in lir.iuran. & not.Ang.in l.non quicquid. ff.de iudi. & Spec.in ti.de offic.iudic. §.deseruit. & no.in cle.si.de iudi.
240 ¶ † Item si committitur ei, quòd faciat vt sibi videbitur, quia non debet syndicari de eo, quod fecit, secundum Ioan.And.in cap.secundo.de iur.calum.

in vi. in verbo videbitur.ĩ nouella. Secus
ſi denegat illa, quæ conſiſtunt in eius of
ficio nobili, quia licet debeat miſericor
diter implorari, vt eſt glo. ff. de inter-
rog.actio.ſuper rubr.tamen ſi iudex de-
negat, dicitur grauare partem & tenetur
parti ad ĩtereſſe ĩ ſyndicatu, vt firmat ſin
gulariter Barto.in l.i.§.permittitur.ff.de
aqua quot.& eſti. Tene menti.

¶ Verum ſi datur arbitrio poteſtati, vel
iudici cõtra turbantes ſtatutũ, poterũt ex
cauſa minuere pœnam ordinariã legis,
vel ſtatuti, quia forte turbatio non fuit
ex ordine dato, ſed inconſulte.arg.l.ho-
die.ff.de pœn. & ff. ad leg. Cor.de ſicar.
l.iii.§.leg.& l.ſi quis ingenuã.§.in ciuilib.
de c.ideo nõ tenetur in ſyndicatu, ſecun-
dum Bald.in d.§.proficiſci.q.16.vbi ſub-
dit, quòd iudices debent cauere, ne ſint
minus gratioſi, etiam in arbitrijs: argu. l.
cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſact.& not.
Ioan.And.in c.i. de re iudic.in nouel.

241 ¶ Itẽ ſi datũ eſt arbitriũ poteſtati pro-
cedendi ſcḋm æquitatẽ, non attento iuris
rigore procedendo ſummarie vigore di
cti arbitrij nõ facit litẽ ſuã, nec tenetur in
ſyndicatu, quia abbreuiatio inſtantiæ eſt
æqua & fauorabilis, & eius protelatio eſt
rigoroſa & odioſa niſi ſtatuta terminũ ni
mis breuẽ, qa tũc omne extremũ eſt vitio
ſum, ſcḋm Bald.in d.tract.q.20. alleg. Iac.
Bu.in l.pperandũ. in princ.in noua lect.
C.de iudi.facit.l.iudices.C.eo.ti.

Item nõ tenetᷣ poteſtas de eo, qđ ha-
bet liberã poteſtatẽ faciẽdi, qa intelligiť
a iure abſolutus.ſcḋm Barr.in l.alio. ff.de
ali.& cib. le. Et idẽ ſi hẽt plenũ & liberũ
arbitriũ, quę verba ſignificant liberã vo-
luntatem abſolutã & abſtractã à regulis
iuris ſcḋm Bar.in l.fideicommiſſa.§.quan-
quam.& §. fideicommiſſum. ff.de leg.iii.

¶ Item ſi pformã alicuiꝰ ſtatuti facit cõ
tra libertatẽ eccľie, nõ tenetᷣ, & non pec-
cat, ſcḋm Bal.in d.tract.q. 28. qa iudex ſi
vellet, nõ põt aliter facere, cũ non habeat
iuriſdictionẽ faciẽdi, vel mutãdi ſtatuta.
vñ nõ peccat ipſe ſed ille q fecit tale ſta-
tutũ, ſcḋm But.ĩ authẽ.ſtatimꝰ. C.de epiſ.
& cle. Tu dic, ꝙ iſtud dictũ nõ vr̃ verũ. cũ
omne ſtatutũ cõtra libertatẽ eccľię ſit ip
ſo iure nullũ, & conſequẽter nõ ſeruandũ
vt not.in auth.caſſa. C. de ſac.ſanct.eccl.
imo ſeruans incidit, in excõmunicationẽ,
vt in c. nouerunt.de ſen.excom.

242 ¶ † Itẽ ſi tullit ſentẽtiã iniquã à qua fuit
appellatũ, non tenetur appellatione pen
dente, niſi ad ſumptus, litis quia pars po-
terit conſequi intereſſe coram iudice ap
pellationis, vt firmat idẽ Bald.in d.tract.
q.xx.alleg.gloſſ.in l.i.ff.quod cuiuſ.vniu.
not.& Bar.in l.ex quibus. ff.de alie.iudi.
mut.cauſ.fa.per illum text.& per l. Mar-
cellus.§.ex hoc edicto.ff.rẽ ratã haberi.

¶ Similiter ſi tulit ſententiã quæ eſt ip-
ſo iure nulla, non tenetur ex ipſa pro-
nunciatione ſola niſi proceſſerit ad exe-
cutionem facti.l. pe. & ibi per Bart.ff.de
var.& extra.cog.& firmat Baldus in dict.
tract.in q.21.& in l. ſi quis in conſcriben
do.C. de pact.& l.i.in fi.ff. quod quiſ.iur.

¶ Sic etiã non tenetur, ſi facit executio-
nem perſonalem, mittendo furẽ ad fur-
cas. intra tempus appellandi, ſi fur erat
cõfeſſus, & de crimine cõſtabat, quia mor
te rei ſententia trãſit in rẽ iudicatã, ſcḋm
Bald.in dict.tra.q.12. Secus ſi eſſet appel
latum, quia tũc tenetur pœna capitis, ac
ſi occidiſſet innocẽtem, quia aufert ei de
fenſionẽ legitima.l.nõ tantũ.ff.de appel.
& l.addictos.C.de appel. & ita dicit Bal.
ꝙ ſeruat conſuetudo. Subdens quòd nõ
poteſt appellationi renuntiari, etiam ſi
ſit confeſſus.d.l.non tãtum. & l. pactum
inter hæredem. ff.de pact.& not.in l.i.ff.
de fur, bal. Quod intellige verum niſi
ſit confeſſus & coniunctus, quia tunc nõ
auditur appellans.l.ii.C. quo app.nõ re.
Vel niſi ſit publicus & famoſus fur, & la-
tro.l.conſtitutionibus. ff. de ap. Vel niſi
aliter prouideatur per ſtatuta, vt cõmu-
niter fieri conſueuit, ꝙ executiones non
ſuſpẽdãtur, ne delicta remaneant impuni
ta. tene menti.

243 ¶ † Sic etiam nõ tenetur, ſi præcedente
famula publica, vel legitimis indicijs for
mabit inquiſitionem contra aliquẽ, quẽ
poſtea non repertũ culpabilem abſoluit.
l.iuſtiſſimos.C.de offi.rect. pro. quia nõ
debet erubeſcere, ſi id quod male inchoa
uit, non male diffiniuit.l. deſtitiſſe. ff. de
iudi. Secus ſi temere & ſine indicijs in-
quiſiuit, quia tunc licet inquiſitũ abſol-
uat, tenebitur in ſyndicatu ad expẽſas.l.
ſeueriter. C. de excu..tutor.& not Bald.

in d.tract.q.xvj. Et facit litē suā si temere inquirit ad instantiā syndici, sicut qñ motu proprio: ſm Bal. in l.j. §. si præses. ff. de magi.conue. quod no. & tene mēti.

¶ Item non tenetur, si ex causa trāsgreditur pœnā legis, vel statuti, licet iurauerit statuta seruare: iuxta not. in c. venientes. de iureiur. cū forte transgrediendo id fecit, propter quòd multorum salus procurator. arg. l. pe. C. de fer. & l. si qs filio. ff. de iniu. rup. irr. ve fa. testa. ita firmat Bal. in d. tract. q xi. alleg. Innoc. in c. j. de consti. de quo late per Bar. & Doct. in d. l. quid ergo. § pœna grauior. ff. de infa. & in l. si seuerior. C. ex qui. cau. inf. irro. Tu vide Bal. in l. præses. C. de transa. vbi ponit an potestates terrarum possint remittere & augere de pœnis fiscalibus. Aduerte tamen, quia si statuto cauetur, ꝙ potestas teneatur in centū si cōdemnauit aliquē in plus quàm debeat: tale statutū habet locum etiam si condemnat aliquē indebite in tota summa, secundum Bart. in l. si seruus. §. si ita scriptum. ff. de leg. j.

244 ¶ † Item non tenetur si in leuibus, procedit de facto sine processu omittēdo formam statuti, nec dicitur periurus, vt firmat Bald. in d. §. proficisci. q. 33. alle. no. per Bart. in l. leuia. ff de accu. & l fin. de ventr. inspic. ff. de condi. & demonstra. l. quamuis. & l. cui de nō. ff. de ædil. edi. Sed in grauibus, si dolo omittit formam statuti, tenetur, & est periurus, si culpa non est periurus, sed tenetur in syndicatu parti ad interesse, si sine culpa, non punitur: & eius factum tenet l. cum hi. §. eā. ff. de transact. alias sequeretur ꝙ omnes iudices essent periuri: quia raro est ꝙ in aliquo non peccent, & periurium non committitur sine dolo: secundum Bal. in d. q. & l. non videtur. § qui iussu. ff. de reg. iur. bene facit tex. in c j. de re iud. lib. vj. Et no. ꝙ licet iudex sit in dolo, & periurus: non tamen est infamis ipso iure, sed per sentētiam, iuxta no. in l. Lucius. ff. de infam. Non obst. l. si quis maior. C. de transa. quia ibi speciale in periuro, qui iurauit super contractu: ergo in contrarium est ius commune. l. j. in fi. ff. ad municip. ita tenet Bald. in d. tract. q. xxxi.

¶ Item non tenetur si de facto per buletam & sine processu facit solui aliquā pœnam quamuis iniuste: dum tamen dicta pœna deueniat in commune: quia ille qui soluit, habet regressum contra cōe, non contra officialem, vt est casus sing. & ibi singulariter hoc tenet Bar. in l. ij. §. graui. ff. de admi. rer. ad ciu. perti. & Ang. in fi. additionnm quas fecit ad dictū tractatum Bald. in d. §. proficisci.

245 ¶ † Item non tenetur si ex iusta & euidenti causa publicæ vtilitatis non seruauit statuta, arg. l. rescripto. ff. de mune. & hon. l. quāuis. ff. de in ius voc. & l. hoc edicto. ff. de calum. arg. l. ita vulneratus. ibi, multum enim. ff. ad leg. Aquil. & l. aut facta. in fi. ff. de pœn. & l. i. C. ad leg. iul. rep. & l. qui cedem. ff. de sica. & firmat Franc. Accur. in d. tract.

¶ Similiter non tenetur iudex præstādo authoritatē actui ipso iure nullo: secundum Bal. in l. i. ff. de tut. & ratio. distrah.

¶ Item non tenetur miles socius, & alij officiales, & familiares, de eo quod fecerunt mandato potestatis, illicite & iniustè, sed tenetur ipse potestas mādans. Ita dicit Bal. in l. excusantur. & per hoc fuit laceratus Florentiæ libellus contra militem datus, de eo, quòd indebite fecerat mandaco executoris. Et simili modo fuit delusus qui dedit petitionem contra militem in ciuitate Asculi, tempore domini Antonii Bononiensis de Luca, qui tacuit durante tempore quo potuerunt dari petitiones, & post tempus dixit fecisse mandato potestatis præsente potestate & confitente, & quia terminus erat elapsus non potuit dare quærelam contra potestatem. Sed aduerte, quia Ang. in addi. ad dictum tractatū, tenet cōtrariū. q. xix. quia si miles videt mandatum iniustum, nō debet exequi, vt est gl. in c. pastoralis. Plus etiam dixit in addi. 5 r. ꝙ si officiales nō resistunt iudici iniustitiam facienti, tenentur ipsi in syndicatu. alleg. l. omnes. C. de decu. lib. x. subdit etiam in q. lij. quòd si potestas cogat iudices quod ferant sententiam iniquam, tenetur pœna falsi, secundum Bart. in l. j. ff. de fals. quod no. Et tene menti.

246 ¶ † Item non tenetur quando sententia per eum lata reuocatur ex nouis probationibus factis in causa appellationis quia tunc non dicitur iniuste iudicasse.

Simi-

¶Similiter non tenetur, si detinuit aliquem in carceribus, vt manifestet socios criminis & mandatores, quia est iusta causa carcerandi ita dicit Bart. in l. ii. § diuus. & eodem modo non tenetur, si ponit eũ ad torturam dicta occasione. secũdũ Ang. q. 59. Sic etiam non tenetur, si nõ seruat reformationem sibi non traditam in volumine statutorum in archiuo communis. secundũ Ange. in aut. de consu. in fi.

¶Item non tenetur, si recipit pro accusato vel inquisito fideiussores minus idoneos, si principalis inquisitus est idoneus secus si non est idoneus quia tunc tenetur, secundum Bal. in l. j. §. magistratus. ff. de magi. conue. ita intelligit Bal. in auth. generaliter. C. de epis. & cler.

247 ¶ † Simili modo non tenetur si fuit ab eius sententia appellatũ, & appellationi expresse renunciatum, secus si tacite per desertionem. vt dictum est supra. in ver. quod plures condemnauerunt.

¶Itẽ pro leuissima culpa nõ tenet̃ criminaliter, sed ciuiliter tñ. vt dictũ fuit sup. in ver. nõ sederunt ad banchum iuris.

¶Item non tenetur de fuga carcerati, si fecit eũ poni in bãno post fugam, quia nõ stat per eũ, sed rempublicã cuius authoritate positus est in bãno, vt dictũ est sup. in verb. item quod milites socii.

¶Itẽ non tenet̃ de eo, quod alicui facere denegauit, si ille cui fuit denegatũ, æque bene põt ab alio iudice cõsequi. secũdum Bar. in l. iiii. §. si tã vicinũ. de dam. infect.

¶Similiter non syndicantur officiales de negligẽtia, nisi sit dissoluta & dolo proxima, ita seruat cõsuetudo, ꝑ quã officialib⁹ multũ fauetur, secundũ Ang. in d. tractat. q 60. quia inquisitio de negligẽtia dicitur scrupulosa, secundum eum. alle. l. si seruus vetitus. ff. de rigore iuris debeat ita syndicari de negligentia omittẽdo, sicut de culpa in faciendo. l. mãcipia. C. de ser. fugit. & l. si quis in cõscribẽdo. C. de pact. & l. iudices. C. de decu.

248 ¶ † Item nõ tenetur si fecit decapitari homicidam, qui fecit homicidium in terra confederata illi, in qua officium exercet. l. non dubito. ff. de capt.

¶Item non tenetur si ꝓ executione sui officii accepit mulũ vel asinũ prouinciali-bus pro iustitia facienda dũmodo offerat mercedẽ pro vectura: alias tenetur si gratis accipiat. secundum Angel. in d. tracta. q. 66. & dictum est sup. in ver. item quod milites socii.

¶Et similiter non tenetur si cõpulit priuatum ad vendendum terram, in qua erigũtur furcæ pro suspendẽdo latronem: quia in hoc versatur publica vtilitas. secundum Io. And. in addi. Spec. in tit. de execu. senten. in prin.

¶Itẽ non tenetur si non condemnat victum victori in expensis quando non est petitũ: vt est glo. sing. secundum d. Nico. de schis. in c. fi. in glo. fi. de resc.

¶Item non tenetur iudex, si non audierit allegationes, quando est ipse peritus: quia nõ dicitur grauare partem: secundũ Inno. in c. pastoralis. de cau. pos. & prop.

249 ¶ † Similiter non tenetur, si cogit aliquã vilem personã ad exequendũ sententiã in suspendendo, vel aliter occidendo malefactorem: vt in auth. de sanct. epis. §. monachus. secundum Guli. Cy. Ray. & Bart. vt dictum est supra.

¶Sic etiam non tenetur si petita restitutione per syndicum communis, addit pœnam condemnationi quam fecerat in minori quantitate quam deberet, quia errauerat. secundum Ang. in addit. 70.

¶Item non tenetur, si facit relaxari carceratum, quem inuenit in carceribus & nescitur ex qua causa, facta prius proclamatione generali, quod si quis vult opponere, quare non debeat relaxari, compareat in termino: secundum Barto. in l. si quis vxori. § si fugitiuum. ff. de furt. & refert Ange. in d. addit.

¶Simili modo non tenetur iudex, qui errauit ex rationabili causa. vt not. gloss. xi. q. iii. c. temerarius.

¶Item non tenetur, si non seruat constitutionem, quæ non est more vtentium comprobata secundum Archi. i. ii. distin. c. in multis legibus. Item nõ tenet̃ si nõ facit illud quod lex vel statutũ reponit in sua potestate. secũdũ Bal. in l. nõ quicquid. ff. de iudi. Quod tamẽ videt̃ dubiũ: quia si statutũ dicit, ꝙ possit inquirere de delictis, & non inquirit, tenetur.

250 ¶ † Item non tenetur, si eius familia deliquit extra territorium, in quo exercet officium: secundum Bal. in l. exercitor. ff.

nau.cau.stab.sic ẽt nõ tenetur si iuste iudicauerit, licet pars promiserit conseruare eũ indemnẽ, & non dicitur corruptus, cũ ipsa iustit a ipsum cõseruet, secundũ Bar. in l. si quis vxori §. si fugitiuum. ff. de furt.
¶ Similiter non tenetur, si denegauit dare consilium sapiẽtis, quod fuit peritum per calumniam euidentem, puta, in casu certo & non dubio, etiam si statutum dicat consilium dari debere, vt not. Bal. in l. j. in fi. ff. de legib. Item non tenetur, si nõ seruauit statuta illicita, impossibilia, & libertati ecclesiasticæ contraria, nec est periurus, licet generaliter iurauerit omnia statuta seruare. vide supra in verbo, item ꝙ nõ iurauerũt. & no. in c. i. de iureiu. lib. vi.
¶ Item non tenetur qui condemnauit reũ de cicatrice notoria, de qua cõstat per inspectionem oculorum, licet non adhibuerit medicos, quia non erant in loco illo, etiam si statutum dicat, quod non possit cõdemnare de cicatrice, nisi adhibitis medicis, secundum Bald. in l. j. C. vt quę desint aduo. parti.
251 ¶ † Item non tenetur, si tulit sententiam die feriata in honorem Dei, vel prætextu testium non iuratorum, vbi statutum dat ei arbitrium ꝙ non teneatur seruare solennitates legales, secundum Bart. in l. j. ff. de testamen. milit. Item non tenetur, si condemnauit pro insultu facto ad domum, eum qui insultauit filium ad domum patris, vel vxorem ad domum mariti, quia domus patris est domus filij: & domus mariti est vxoris, secundũ Bald. in l. i. §. domini appellatione. ff. ad Sillan.
¶ Item non tenetur, si captum pro crimine & confessum, non solum facit poni in compedibus, sed in cippis & catenis. Et idem si non est confessus, si tamen est crimen graue respectu sui, vel respectu immunitatis eius, secus si crimen nõ sit graue, quia tunc sufficit ponere eum in carceribus. l. i. in §. fina. & l. confessus. §. diuus. ff. de custod. reor.
252 ¶ † Item non tenetur ea pœna qua tenebatur fugiens de carcere, quando fugit negligentia custodis l. fina. ff. de custod. reo. Secus si dolo, quia tenetur eadem pœna. l. ad commentariensem. C. de custo. reor. licet Bald. ibi dicat idem si culpa vel negligentia tene menti perpetuo.

¶ Item non tenetur, si in criminali tulit sententiam reo nõ citato, casus est sing. in l. quamuis indubitati. C. de adulte.
¶ Similiter non tenetur, si non confiscauit vestes damnati ad mortem sed fecit vendi, & pecunias conuerti in necessitatem sui officij, casus est sing. in l. diuus ff. de custodia reorum.
¶ Item nõ tenetur, si propter tumultum populi qui aliter sedari non poterat, fecit & accelerauit executionem personalem pendẽte dilatione. l. qui cedem. ff. de sica. dum tamen iuste, quia non debet contra iustitiam ad tumultum populi ad pœnã personalem procedere, etiam si aliter sedari non posset, quia vanæ voces populi non sunt audiendæ, l. decurionum. C. de pœnis. cuius contrarium fecit Pilatus cõtra Christum ad tumultum Iudæorum.
¶ Item non tenetur si pro causa criminali incipit: captura secundum Bal. in l. consentaneum. C. quõ & qñ iud. & nota. in c. qualiter & qñ. & in c. licet Heli. de accus.
253 ¶ † Simili modo non tenetur, si non admitit beneficiũ cõfessionis illi, qui primo negauit, licet postea confessus fuerit, secundum Bal. in l. j. C. de furt.
¶ Item non tenetur ex eo, quod retinuit concubinam in officio. l. j. ff. de concub. licet de iure ciuili nõ possit ibi capere vxorẽ. ff. de ritu nuptia. l. si quis officium.
¶ Item non tenentur officiales, qui concesserunt cardinali illum qui ducebatur ad mortem: quia cardinales habent ex priuilegio, vt possunt eũ, qui ducitur ad mortem, liberare, ſm Bald. in l. addictos. C. de episc. aud. quòd not. & tene menti.
¶ Item non tenetur, si carceratus in carcere seipsũ occidit. ff. ad legẽ. Aquil. l. quẽadmodum. §. j. in fin. & l. fina. quod nota.
¶ Item non tenetur officialis & præpositus super aptãdis stratis, si facit destrui domũ priuati, vt fiat via pulchrior. tex. est in l. ædificia. C. de ædi. priua.
254 ¶ † Item non tenetur potestas in syndicatu soluere salarium famulis qui recesserunt ante tempus, vel noluerunt seruire quia non debetur salarium, etiam pro tempore præterito: secundum Bald. in l. ij. C. loca. vbi idem dicit in assessore & officiali. in l. ædem. C. loca.
¶ Item non tenetur si fuit aliquo tem-

pore

pore absens cum licentia superioris: & debet habere salarium totius temporis secũdum Bartol. in l. hac lege. C. de proxi. sacro. scri. lib. xij.

Item non tenetur si labitur instantia, & nõ stetit per eum sed per partem, quæ fuit negligens in interpellando iudicem. l. ij. C. de naufragi. ibi. si per negligentiam lib. xii. ff. quis ord. in bo. pos. serue ibi. vt singulos dies.

255 ¶ † Item non tenetur, si tulit sententiam die feriata, quando eius iurisdictio expirat, glo. est no. in cle. fi. de iud.

Item nõ tenetur delegatus, si denegat de causa cognoscere: quia asserit se aliis impeditũ, & creditur in simili verbo eius. vt est gl. no. in c. pastoralis. in gl. j. de offi. deleg. Admittitur tñ probatio in contrariũ. vt est glo. sing. in l. optimã. C. de contrahẽ. & cõmit. stip. Sed si est delegatus iudex, & petitur reuocari vt sit testis in causa, nõ creditur simplici verbo, sed debet iurare illa de causa nihil scire, si vult iudicare. vt est gl. fin. in c. dilecto filio. de test.

Item non tenetur si incontinenti mulctauit litigatorem, qui ipsi iudici verbalẽ iniuriam intulit. secundum Dyn. in l. j. §. expilatores. ff. de effra. & expi.

Itẽ non tenetur si debet tenere collateralem doctorem, qui amisit priuilegium: dumtamen probet hoc per testes.

256 ¶ † Item non tenetur si mitius condemnauit in corpus militem, quã plebeiũ, & in pecunia mitius plebeiũ, q̃ militem, & mitius in corpus nobilem, q̃ ignorabilẽ, & in pecunia durius. vt no. glo. in §. rusticus. de pac. Constã. col. x. & ibi Bal. quod miles non suspenditur pro eo delicto, quo plebeius. all. ff. de re milit. l. desertorẽ. §. pœna militum.

Item non tenetur finito officio de eo quod promisit ꝓ republica, vel pro cõmuni durãte officio pura, ꝓ aptatione palatii: vt not. in l. fi. ff. si quis cau. & l. sciendũ. §. tutores. ff. q. satis. cog. & l. ꝓcurator qui ꝓ euictione. ff. de proc. & l. cũ post mortẽ. ff. de admi. tu. Quod no. qa dum fuisti de prioribus promisisti magistro Blasio de Pio sina mercedẽ pro aptatione palatii: & quia non perfecit eo tempore, nunquam fuit sibi solutum post finitum officium.

Insuper non tenetur si sine dolo & ꝑ imperitiam facit contra iustitiam de re leui, vbi lex vel statutum, aut rescriptum remittit eius conscientiæ: vt not. gloss. in clement. j. de iure patro.

Vtrũ offendens officiales in syndicatu puniatur, ac si eos offendisset durante officio.

257 ¶ † Nono principaliter est videndum, vtrũ offendẽs officiales in syndicatu, puniatur ac si offendisset durante officio, pœna statuti loquẽtis de pœna offendẽtis potestatẽ & officiales. Bal. in d. §. ꝓficisci dicit, ꝙ si offendat ratione prçcedẽtis officii, offendens punitur pœna statuti. Sed Ludouic. de vrbe in l. si quis in graui §. de his. ff. ad sil. dicit se fortiter dubitare de eo quod Bald. dixit de offendente officialem in syndicatu, quia qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundũ tempus verbi. l. in delictis. §. si detract. ff. de nox. Ac. vero dixit ꝙ statutum puniens offendentẽ officialẽ, debet intelligi durãte officio. nõ eo finito, quod tamẽ idem limitat, nisi offendatur tẽpore syndicatus, vel etiam finito syndicatu intra illud modicum tempus, quod datur pro sarcinulis componẽdis: sicut dicimus in legatis. l. ii. §. legatis. versiculo plane. ff. de iudi.

Contra hanc decisionem facit text. in l. constitutum. ff. de testa. milit. vbi priuilegium quod datur militibus, tribunis non competit, nisi durante officio tribunatus, non post officium.

Officialis durante officio an reputetur ciuis.

258 ¶ † An autẽ potestas & eius familia, durante officio syndicatus debeant reputari tanquam ciues illius ciuitatis, in qua officiũ gesserũt. Fran. Acc. in d. tract. ver. itẽ queritur an rector & eius familia. arguit primo quod non, cum statutum non cõprehendat nisi subditos. l. j. & ibi not. C. de sum. trin. Sed isti non subditi: ergo &c. l. præses. ff. de officio præsi.

Contrarium tamẽ determinauit, quia ciues dicũtur municipes, & eius municipii ciues. §. j. ff. ad munip. Sed rectores appellãtur magistratus municipales. l. magistratus. eo. tit. ita firmat gl. de dom. Gallepieso ptãte Bononiæ: in l. j. C. de decu. lib. x.

Cautelę ad detentionem officialium.

Postremo dicendum est de quibusdā cautelis adhibendis pro defensione potestatis & suorum officialium in syndicatu. Et primum si fecerunt aliquem capi. cautela est quod in relaxatione faciant si bi dari fideiussores de præsentādo toties quoties fuerit requisitus, per quem fideiussorem videtur approbare capturam, & confiteri se legitime captum, secundū Bar. in sua disputatione quę incipit, Lapus quidam fuit captus.

259 ¶ † Item si fecerūt aliquem capi & torqueri, cautela est quòd faciant apparere in actis, quod fecerūt ipsum citari ad informandum curiam, & quòd fuit contumax, & noluit comparere, quia contumax iuste capitur & torquetur secūdum Angel. in l. iniuriam. §. si quis decreto. ff. de iniuriis.

Itē erit alia cautela, quòd captus vel tortus describatur in testem in aliqua inquisitione, & eo nolente testificari super dicta inquisitione, vel vacillante, vel dicente se nihil scire, poterit iuste carcerare secundum Bald. in l. presbyteri. C. de episcop. & cleric. Caueat tamen iudex ne prædicta faciat contra veritatem, quia licet per eas cautelas possit euadere iudicium poli, iuxta capitulum cum æterni. de sent. & re iud. lib. vi.

260 ¶ † Item cautela erit quod potestas q ex forma statuti vel electionis tenetur soluere pœnam, aut exhibere officialem, vel familiarem delinquentem, quòd faciat procedi per capitaneum, vel ipse formet processum, & ponat talem delinquentem, qui aufugit in banno, & non tenebitur in syndicatu. Ita dicit nota. Bald. in l. si fideiussor. §. qui vero pro condemnato. ff. qui satisdar. coguntur.

Erit etiam cautela alia, quòd potestas vel officialis, qui incidit in aliquam pœnam, quia fecit contra statutum, quod intra tempus querelandi faciat porrigi petitionem per aliquem amicum secretum, qui præueniat alios volentes talem petitionē porrigere super qua audiendus erit qui præuenit, & ratione præuentionis alii maliuoli excluduntur, vt not. in l. si seruus plurium. ff. de legatis i. Et deinde si ille, qui dedit querelam omittit eam probare, potestas vel officialis absoluitur. l. qui accusare. C. de eden. cum simil.

261 ¶ † Item cautela erit si iudex condemnauit delinquentē in minori pœna quàm debuerat, quòd durante officio faciat per syndicum communis peti restitutionem aduersus sententiam, & concessa restitutione suppleat debitum. argumē. l. pe. §. de qua. ff. de infa. & l. si quid ergo. §. pœna grauior. eo ti. & no. Bald. in suis conclusionibus. in verbo, pœna. & ita dicit audiuisse à Barto. in voce. Aliàs iudex de iure communi, postquam tulit sententiam, non potest supplere, quia functus est officio suo. ff. de re iudi. l. iudex postquàm. tene menti dictas cautelas.

Sed tutior cautela & honorabilior q̄ possit adhiberi ad euadendum in syndicatu. mi Laurentij, quam ego semper seruaui, & honorem in omnibus magistratibus reportaui, quòd quotidie de mane & sero sumpto prandio & cæna, cum collateralibus, & officialibus processus pendentes in criminalibus, & ciuilibus reuideas, & examines, & in tuo bastardello quid actum est, & quid superest ad agendum secundum formam legis municipalis, aut statutorum deficiente iure communi discutias, & procedas, & per notarium de causa rogatum describi facias. Et in cunctis agendis nil vendicet odium, nil fauor vsurpet, timor exulet, pręmium aut expectatio pręmii iustitiam nō euertat. Sed stateram gesta in manibus, lāces appendas, ex quo libramine, vt in omnibus quæ in causis agenda fuerint, præsertim in concipiendis sententiis, præ oculis habeas solum Deum, iuxta capitulum cum æterni. de sent. & re iud. libr. vi. Et Deo propitio eris in syndicatu securus, & reportabis in fine gloriam, & honorē.

FINIS.

SINGVLARIS TRACTATVS IN MATERIA SYNDICATVS

Clariss. V.I. interpretis D. PARIDIS DE PVTEO Neapolitani post primam eius perfunctoriam compositionem,

A D. GABRIELE SARAYNA IVRISCONSVLTO *Veronensi nuperrimè in ordinem digestus, ac innumerabilibus erroribus, repurgatus.*

SVMMARIVM.

1 *Ius idem sibi dici quod ipse alij dixerit, non nisi cum ratione & æquitate statutum.*
2 *Vergilius Neapoli literis operam dedit.*
3 *Seneca dum Neapoli studijs uacaret à nobilibus derisus.*
4 *Neapolim antiquam matrem, & studij domũ esse Federicus Imperator testatur.*
5 *Accursius Federici Imperatoris temporibus ius ciuile glossis adornauit.*
6 *Ciuitas studij fauore ex præscriptione priuilegia habere potest.*

PROHEMIVM.



Excogitanti mihi sæpe materiã syndicatus per necessariam ad cultũ iustitiæ, & vndique dispersam in vnum redigere cõpendiũ, & ab alijs omissa supplere: vt & ille Papirius leges sine ordine latas in vnũ cõposuit, & ẽt Appius Claudius qui cum actiones dispersas in vnam formam redegisset Gneus Flauius scriba eius libertini filius subreptũ librũ populo Romano tradidit, quod adeo gratum munus populo fuit, vt Tribunus plebis fieret, Senator, & ædilis curulis. l. ij. §. tulerunt. & §. postea. de orig. iuris. Fuereque magistratus creati: qui iuri dicendo præessent. d. l. ij. §. post originẽ. Fuitq; expediẽs, vt hi magistratus de gestis redderent rationem. l. j. C. vt omnes causæ tam ciui. & in tit. C. & ff. ad leg. Iul. repe. & de magist. conue. & authen. vt iudices
1 sine quoquo suff. per totum. †Summa. n. ratione & æquitate statutum est idẽ ius sibi dici, quod ipse aliis dixerit. l. j. ff. quod quisq; iuris. Nam & inter apes princeps est: instituitq; natura, vt & ipse apes, alio rum princeps aculeo careat, ne aliis suo aculeo officere possit. c. in apibus. 2. q. 1. Secũdũ Theologos, isto aculeo magistratus carere debet, ne subditos iniuste affligat, & opprimat: à quo præcipue abstinẽt magistratus Syndicatus cogitatione. arg. l. hac consultissima. in ver. at cum humana fragilitas. in verbo, cogitatione. C. qui testam. face. poss. Nec me ad hæc spe præmii accessisse quispiã arbitretur, vt & ille Gneus fecit. Sed vt iuuenibus studiosis in Neapolitana Academia proficiam, qui opere perfecto pollicitam reipublicæ curam appetunt, vt in proœmio instit. in fi. Nec putet quisquam Gimnasium Neapolitanum adulterinum: quia legimus ab antiquissimis seculis, Neapoli studia, gimnasiumq; Neapolitanũ floruisse, qđ magnorum authorum comprobatur au-
2 thoritate. Nã †Seruius optimus, vt Macrobius retulit, Vergilium Neapoli studuisse, testatur. Plinius posterior Siluiũ Italicum, cuius optimũ extat opus: Neapoli studiis operam dedisse, & mediã finisse vitam. Laurentius, qui multorũ Philosophorum vitam colligit, refert Heschinem vnum ex octo ita nuncupatum magnum oratorem Neapoli floruisse: & Horatius in odis refert Neapolim studiorũ otiosam, quod etiam Statii comprobatur authoritate in siluis: qui dum de otio literarum loquitur, Neapolim in eo numero ponit, & Martial. am. in suo, quoddam Hẽdeca syllabo refert hæc verba, & quas docta Neapolis creauit: & Seneca in epi-
3 stola inquit: † ꝙ cum Neapoli studiis vacaret, & ad studia bonarum artium vadens à nobilibus sæpe fuit derisus. Teste

& Plinio.21.naturalis hystoriæ: Ciceronē villā in loco propè Neapolim Academiā nuncupatā, ibi cōpositis voluminib⁹ monumentaneū sibi instituit, vbi fontes calidi erumpunt quā appellauit Academiā, Atheniensis academiæ æmulatione: quod ēt summorum Imperatorum au-
4 thoritate ostenditur. † Nam Federicus Imperator in registris testatur ciuitatē Neapolim antiquā matrem: & domū studii fuisse, qui ciuitati priuilegia ampla cōcessit: magistrumq; Petrū de Ibernia reformatorem ipsis studii ordinasse, cuius
5 † Federici temporibus iura ciuilia glossabat Accursius in annis domini M.ccxxv. vt glo.dicit: & Ang.l.in causis.C.de accusatio. Et exinde tempore incliti regis Roberti Iurisconsultos, & Philosophos quā plurimos in studio Neapolitano publica mercede conductos, præsertim Iacob. de Beluis. vt registra nostra testantur. Testatur etiā Doctor insignis Nicolaus de Neapoli l.sed reprobari.ff.de excus tuto. quòd doct. ex cæteris studiis Italiæ aduenientes Neapoli iterum examinabantur & insufficientes erant reprobati: vbi etiā
6 dicit Iacob.de Are.quod † ciuitas pōt ha-
a bere priuilegia studii ex præscriptione.[a] Etiam Lucas de Penna in repet.l. fin. ff. de iurisd.om.iud. inquit de studio Neapolitano in quo præerat rector do. Laurentius Pulderic us Neapolitanus, nam & ciuitas ipsa armipotens, & antiqua studiorum alumna fuit quæ per tempora floruere, at nunc Ferdinandum Regē, qui suæ iuuentutis, & pubertatis temporibus mea doctrina literarum studiis præmaxime iuri ciuili operā dederat restaurata & suscitata, & nouę reformationis studio illustrata, suoque sumptu professores insignes magistri philosophi conducti & post quietum regnum sapientia, & auxilio diui Francisci Sfortiæ vicecomitis Insubrium ducis, vt late in libro Sfortiadorum describitur hostesque fugatos, totaque Italia sua potentia, & sapientia pacata mundam sine sorde iustitiam qualis nunquā fuit regnicolis ministrauit, ciuitatem etiam ornauit bonis moribus ingens fertilitas, & cœlorū clementia fuit, & ipsius sapientissimi regis opera, nunc studia ipsa virent, si qua autem deesse videbuntur alicui intelligat nō studium, aut voluntatem mihi Paridi de Puteo legū indigno professori Partenopensi in his defuisse, sed facultatē submittens me emendationi melius sentientis, vt dicit iurisconsultus in l. Claudius fœlix ff.qui potio. in pigno.haben. Hæc autem ad laudē omnipotentis Dei ordinata sunt, & ad regimen & decorē almæ Partenopæ vrbis, & regis patriæ.

a ¶ *Ex præscriptione.*] Adde Cardina. *in clem.* *ij* § *fin. de magi.*

S V M M A R I V M.

1 *Princeps tenetur Deo reddere rationem pro subditorum iniuria.*
2 *Syndicatio quid sit.*
3 *Officialis debet ad instar cibi digerere id, quod concedit in officio tempore syndicatus.*
4 *Rationem uillicationis suæ unusquisque reddere tenetur.*
5 *Officiales qui laudabiliter officium suum gesserunt, sunt publice commendandi. & nume 7.*
6 *Officiali non minor debetur honor post depositum officium, quàm ipso durante.*
8 *Officiali deposito qui male gessit officiū nullus honor debetur quinimo arma ipsius depicta in palatio debent cum uituperio deleri.*
9 *Iustitiā si quis barataurit dicitur proditor.*

Euidentialia.



SYNDICATVI officialium operam daturū prius nosce oportet adinuentum fuisse:
1 † quia princeps Deo rationem pro subditorum iniustitia reddere tenetur. in authen. vt iud. sine quoquo suffragio. §. scri-
2 ptum exemplar. vbi alias est Rubr. † Est autem syndicatio experimentum totius iustitiæ, & quia Cæsariani fraudum consuetudine omnia temerare consueuerant l. defensionis facultas. C. de iure fisci. lib. x. & in dicto titu. vt iudic. sine quoquo suff. in princip. quæ causam dedere, vt ab officialibus arcta postularetur ratio, quæ per prius nō tam scrupulosa inquirebatur, vt in titu. de magistra. con-
3 ue. Nam † æquum visum est, vt quod officialis

officialis in officio comedit tempore syndicatus ad instar cibi digerat: dixit gl. in l. ii. C. de cohart. lib. 12. Arctādus n. est vbi
a administrauit [a] l. i. C. vbi sent. vel clar. & l. ii. ad leg. Iul. repet. & l. i. vbi de ratio. agi opor. Et si bene in officio se habuerit, laudis præmia consequatur: si autem male, puniatur, vt in d. tit. vt iudic. sine quoquo suff. in §. i. & in constitu. regni volumus.
4 de numero officia † Et ideo officiales syndicatum ægre perferre non debent: quia diuinum præceptum est, vt quisquis reddat rationem villicationis suæ, vt in euāgelio dicitur: Et colligitur primo Re-
b gum [b] vbi Samuel sic ait ad populum, Loquimini ad me corā domino vtrum bouem cuiusq; tulerim aut asinum: si quēpiam calumniauerim, si oppressi aliquem, & si de manu cuiusquā munus accepi, & restituam vobis? & dixerunt; non es calumniatus nos, neq; oppressisti, neq; tulisti de manu alicuius quidpiam, & dixit ad eos; testis est dominus, quia non inueneritis quidpiam in manu mea, & dixit Spec. in titu. de syndicatu. in prin. quòd officiū syndicatus rectorum ī Italia viget, quòd habet ipsos excedentes in officio punire, quæ non habet merum vel mixtum imperium nisi sit specialiter datum, exercebūtur per rectorem illius prouinciæ vel ciuitatis, vt ibi per Specu. nam hi syndicandi ex bene gestis laudem reportabunt & præmia, & Dei minister appellabitur. 22. q. v. qui malos. Andræas de Iser. in titu. quæ sint regalia. in versic. bona condemnatorum. Et propterea lex regni statuit; vt officiales siut annales, vt in constit. regni occupatis, vbi glos. rationem assignauit dicens, neque eos quibus placuit grauare iustitiam esse, neque eos quibus di-
5 splicuit tenere prudentius. Et ideo † hi qui se laudabiliter in officio habuerunt, sunt publice commendādi. l. iustissimos. C. de officio rectoris ,puinciæ. & in psalmo 32. Rectos decet collaudatio. Et fiet talis cōmendatio per sententiam proferendam in syndicatu ipsorum. argu. in l. per hanc. C. de numera. libr. 12. & facit l. fina. C. de professo. & med. lib. decimo. ff. de re militar. l. milites. §. missionum. & de his qui not. infam. l. ii. §. ignominiæ. Et hoc ne vilescat authoritas iudicum. argu. extra de
6 accusationib. c. aliqualiter. lo primo. † Nā non minor debetur honor magistratui post depositum officium, quàm sibi exhibebatur ipso durante, [c] de questo. l. penul.
c
7 ad fin. & l. fina. ff. de decurionib. Et in signum honoris, & commēdationis officiali dantur per cōmunitates & dominos terrarum vexilla cum insignis & armis ipsorum, vel alia munera & paramenta in signum quòd se bene & laudabiliter gesserunt. argu. l. i. C. de statuis & imaginibus. Et ēt arma eorum depingi permittitur in prætoriis, & in plateis ciuitatum, quas
8 rexerunt. † Et econtra si male se gesserunt, aut iustitiam peruertendo, vel aliter excedendo nulla danť munera, quinimo arma si qua depinxerint ī palatio delentur cum vituperio. argu. l. eorum. cum ibi notatis per Bart. ff. de pœnis. vbi dixit
9 † quod arma proditoris vbiq; in ciuitate existentia, sunt delenda, vbi etiam dicit, quod statuæ eorum sunt de ciuitate pellendæ. is enim, qui iustitiam baratauit, dicitur proditor, quia proceditur contra ipsum ad instar criminis læsæ maiestatis, vt in l. i & auth. ibi posita. C. de pœna iudicis qui male iudic.

a ¶ *Vbi administrauit.*] *Sed nunquid in patria, & quando: Dic prout infra in cap. de officio syndicatorum in uersicu officialis. & secundum id quod ibi in apostil.*

b ¶ *Primo Regum*] *Quod est in cap 12. ad quod adde quod habetur Ecclesiast. cap. 29.*

c ¶ *Ipso durante*] *Quod dictum confirma cum in simili uideamus, quod memoria & reliquiæ pristinæ qualitatis etiam abolitæ multum operantur prout copiose. & not habetur per Feli. San in c quæ in eccle. in i. col. in prin. versicu. fallit quinto post princip.*

¶ Primo videbitur.

De excessibus Imperatorum.
De excessibus Regum.
De excessibus baronum.
De excessibus militum.
De excessibus consiliariorum Regum.
De excessibus aduocatorum.
De excessibus potestatum terrarum, suorumq; officialium, iudicum, assessorū, nunciorum, syndicorum, familiarum eorundem, & de eorum potestate.

De

SVMMARIVM.

1 *Corripere alterum volēs, debet seipsum prius castigare & numero 3.4.5. & 6.*
2 *Princeps debet præ ceteris abstinere à vendicanda re quam ipse vendidit.*



1 QVI alios† vult iudicādo corripere, sua debet prius malefacta emēdare. l. iustas. C. de iure fisci. lib. x. Is enim pōt de errore alterius iudicare, q nō habet quid in seipso
a condemnet.a iij. q. vij. iudicet. & Tullius cōtra Sallustiū. Carere debet omni vitio qui in alterum dicere paratus est, demū maledicit, facit l. j. ne fiscus rem, quā ven
2 dit euincat † vbi princeps præ cæteris abstinere debet à vēdicanda re, quā vendidit, ne fit dominator in populo. x. quæstio in cap. cognouimus. nec debet exercere tyrannidē. ead. quæst. capitu. sequen.
3 Ordo † denique correctionis est, vt princeps primo incipiat à seipso. ix. quæst. vj. porrò. in fin. deinde à subditis. sicut etiā non potest esse hospitalitatis hortator hospitibus hostia claudens. 42. distinctio.
4 capitu. i. & turpe. est † Doctori cū culpa redarguit ipsum, in authentic. vt iudic. sine quoq. suffrag. §. oportet. vbi glo. alleg. Catonem. Et qui in lege glorialis, p prævaricationē legis Deū inhonoras. de quibus. 26. distinct. c. i. 35. distinctio. ecclesiæ princeps. & 40. distinct. multi. vbi dicit
5 Archid. †. in fœlix qui rectè docet & viuat inique, infœlix cuius nulli sapientia
6 prodest 16. q. i. reuertimini. † Quomodo autem principes seculi quærāt aliorum vitam corrigere, qui seipsos nō corrigāt. ff. de adulter. l. si vxor. §. iudex. Quomodo autem prædicant nō furandum, si ipsi furātur? vt ait Apost. ad Rom. ii. Et quomodo alium quæris docere, qui teipsum non doces? Nec potest princeps aliorum corrigere mores, qui non corrigit suos. 48. distinctio. nocere. Quærant ergo principes qui legem syndicatu dedere, seipsos diiudicare, vt legem ipsam obseruēt. vt, quod quisq; iuris in alium statuit, ipse eodem iure vtatur. l. i. ff. quod quisque iuris. Ea de re primo, videndum erit de excessibus magnorum principum, vt & ipsi cognoscāt rationibus & legibus subijci. l. digna vox. C. de legibus, & in populis non dominari, sed regere, & deinde de excessibus aliorum inferiorum dominorum, & iudicum qui iudicant orbem terrarum.

a *Condemnet.*] *Facit, quod habetur Matth. vij cap & Marc iiij & Luc vi & quod per apost ad Ro. c. ij. & Specul de aduoc. § sexto. vers. postmodum.*

SVMMARIVM.

1 *Imperator est summus princeps, & luminare maius dicitur.*
2 *Imperator excedit vndecim modis & nume. 3.4.5.6.7.8.9.10.11 & 12.*

De excessibus Imperatoris.



1 ET primò, De excessibus. Imperatoris † qui est summus princeps, & luminare maius cap. solitæ. de maior. & obe. quia maior

2 maior.plus offendit.40.dist. homo. † Excedit autem Imperator qui non facit iustitiam populo propter,quod veniunt flagitia.vig.iij.q.v. si quos. & q.v. Regū De nullo enim magis Deo placet,quā de iu-
3 stitia.23.q.v.c.quali nos. † Excedit etiā cum impugnat ecclesiam Romanam matrem suam.12. q.ij. qui abstulit 117. distinct.eccles.& c.j.de natis ex lib.ven. Ex
a qua causa deponitur [a] extrà de electio. c. venerabilem.§.obiectioni.& §. fin. de re iudica.ad Apostolicæ.in vj.quia Deus sibi turionem ecclesiæ commisit. 23. quæstio.i.principes.
4 ¶ † Excedit etiam quando astringit clericos in suo foro cōtra id,quod dicitur.11. q.i.continua. & c. nullus.& c. placuit.12.
5 q.i.futuram † Excedit etiam immiscendo se electionibus prælatorum contra iura.63.dist.sacrorum & §.seq. & c.Adrianus.& c.ego. Lud.& C.de sac.sanct.eccle. quisquis. Nisi hoc habet de speciali priuilegio Papæ.d.cap. Adrianus.cum sequenti.& §.principibus.& §.verum.& in cap. nobis.de iure patronat.
6 ¶ † Excedit etiam quando aliōs ex odio exheredat,& deiicit, & quosdam ex leui opinione sublimat.15 q.vj.certa ratione. Et quando sine causa pedagia concedit, & mutat monetam, quæ non possunt sine causa legitima fieri, nisi pro defensione reipublicæ contra infideles,aliàs ad restitutionem tenetur, nisi habeat ex priuilegio Papæ, vel ex antiquata consuetudine.de verbo.signific. innouamus. 24.canon.si quis. cum simil.b. Et Hostien.in summa de censi.§.ex quibus versicu. sed nūquid dicit,quòd si Imperator,vel Rex mutauit monetam pro lucro tēporali in grauamen populi,quòd tenetur ad restitutionem extra de iureiurand. capitu. quanto,nisi populo consentiente.capitu. fin. de maior. & obedien. Hostiens. ibi
7 ¶ † Excedit etiam quando abiicit vxorē vt in d.cap per venerabilem.§.videbatur. Etiam excedit in hæresim labendo.ii. q. iii. Iulianus. Etiam excedit Imperator qui nō reueretur Episcopos, qui sunt maioris dignitatis.96. distinctio.cap. duo.& in c.solitis.de maio. & obe. & quando in ipsos manus iniicit distinctio.cano. venera.& can.ad Apostolicæ.de quorum pœna habetur in clement. Fœlicis. de pœn.
8 † Et etiam quando nō defendit ecclesiā, vt tenetur.propter,quòd potest deponi. d.c.principes.97.distinctio.eccle sia.15.q. vj.alius.Et vt nostris.tēporibus vidimus cum ecclesia fluctuat & Imperator,se fingit dormire,arbor quidem magna est modernus Imperator noster, sicut cipressus fructus nullos generans. Item quia plerunque in periurium incurrit non seruādo fidelitatem, quam iurat Papæ & Romanæ ecclesiæ.63. distinctio. ego extrà. de re iudica.cap.ad Apostolicę. in ver.de ierauit.in vi. extra de iureiurand. in clementi.ne Romani.& Specul. in titul. de
9 iureiurand.§.i.versic. istud autem. † Itē quando non curat recuperare terram sanctam,& inimicos crucis impugnare, cum ad hoc sit Romanum imperium à domino institutum.97.distinction.cano. eccl. 24.quæstion.v.principes 96. distinct. cano. Constantinus. & quod not. Innocēt. in capitu.quod super.de voto.
10 ¶ † Ac etiam quando esset inutilis, furiosus,vel mente captus, vt in cap.grādi. de supplenda negligentia prælatorum.et dixit gloss.i titulo,si de inuestitura lis oriatur,in verbo, sed istud,quod populus potest deponere Imperatorem insufficientem, vel mente captum, & not. Cyn.ff. de leg.l.non ambigitur. vbi Bald. tenet contrarium, quod licet olim posset, hodie non potest tamen Papa posset per iura suprà allegata, & hoc tenet Bald. in dict.l.nō ambigitur.vbi dicit, quod si Imperator est inutilis,vel ebriosus, qui non sustinet reipublicę curas,quòd Papa potest eum priuare,& non populus in casibus not.in cap.ad Apostolicæ. de re iudi-
11 cata. Item † quando alienat bona Imperii, quia non sunt proprietarii Imperii, sed administratores, vt in euangelio exiuit edictum à Cæsare Augusto,&c. & per not.in l.bene à Zenone.de quadrienni p̄scriptione octaua distinctione canone
12 quo iure † Et quādo nimis grauaret subditos,quia deponitur.decimaquinta quęstione vj.si alius Innocentius in cap. q̄ super.de voto. Bal. in cap. cum in ecclesiarum.de officio delegati, nisi cum causa faceret pro iusta defensione statuti. l.i. & per totum.C.de superindicto.libro decimo

cimo. & not. in c.i. quæ ſint regalia. De
cęteris vero exceſsibus Imperatoris, vi-
de proxi.capit.

a ¶ *Deponitur.*] *Quibus de cauſis verò caſſetur, vel deponatur vide* Hoſtienſ *in cap. nihil de iniu & c. alius. 15 q vj & glo. in c ſi Papa. 28 & c.*

SVMMARIVM.

1 *Reges excedũt multis modis: vt infrà ꝑ totum.*
9 *Apes electus in regem abijcit aculeũ, vel ſaltẽ eo non vtitur.*
43 *Reges mali canes rabidi appellantur*
44 *Reges indocti ſunt tanquam ſimulachra.*
45 *Reges debent eſſe iniquitatis correctores, & non iniqui.*
46 *Rex debet omnes ſuperexcellere: & per ſe eſſe ſufficiens.*
47 *Rex qualis eſſe debeat ſecundum* Philoſophũ.
58 *Rex non curans de regno an debeat expelli cũ conſilio* Papæ.
59 *Federicus quare fuerit depoſitus ab imperio.*
75 *Populus* Deo *infidelis meretur tyrannum habere & non regem.*
77 Rex *dicitur pater quo ad gubernationem & dilectionem.*
78 *Rex & reſpublica idem ſunt.*

De Regum, Principum, & Ducum cxceſsibus.

CAP. I.



OST Imperatorum exceſ-
ſus, de Regum, & aliorum
principum, & præeminen-
tiũ exceſsibus eſt tangẽdũ.
1 ¶ † Excedunt autem reges
primo clericos trahendo ad proprium fo
rũ. vnde deponendi eſſent propria digni-
tate. 11.q.1.nullus. nam qui cœleſtem im
pugnat eius forum ſequi debet. 11.q.1.
2 Chriſtianis. † Secundo, quia à clericis,
& eccleſiaſticis perſonis penſiones, & pœ
nas extorquent contra iura, & eccleſiaſti
cam libertatem. 25.q.ii.c.quicũque. & te-
nentur iniuriarum. extra de iniuriis. cap.
3 olim. ad idem. 23.q.8.cap.quãuis. † Ter-
tio, quando non faciunt iuſtitiã, quia ſunt
deponendi. vigeſimatertia qõ.5.c.Regũ.
vigeſimaquinta q.vi.alius. Quarto, quia
occupant alienas terras non contenti ꝓ-
priis terminis. 24.quæſtio.3.transferant.
4 † Quinto, quando talleis & exactioni-
bus populum Dei affligunt indebite, &
corporibus iniuriantur. 14.q.5.cap.non
ſane. 23 q.4.quando vult. & c. ſi eccleſia.
in fine. Sexto, quia cum vnus vir vni
vix ſufficiat mulieri, ipſi volunt habere
plures mulieres, ſicut equus, & mulus, in
quibus non eſt intellectus. Quare excõ-
municari deberet Rex ſi apparet incorri
gibilis. 11.q.3.præcipue. & cap.regalium.
2.q.1. ſcelus. extra de diuor. cap. gaude-
5 mus. † Septimo, ſi crimen ſacrilegii &
lęſæ maieſtatis diuinæ cõmittant & vſu-
ras Iudæis ſuper Chriſtiano exerceri ꝑ-
mittant. 54.diſtinct. nulla. 17.q 4. conſti
tuat, de quo per Hoſtienſem in ſumma
de vſu. verſicu. tamen poſſunt principes.
6 † Octauo, in decimis & primitiis quas
non ſoluunt, vt ſoluere tenentur. decima
ſexta quæſtione prima. cap. reuertimini.
& cap. decimo. 23. quæſt. v. dicat aliquis.
de conſecratio. diſtinctio. 45. in fi. duode
cima quæſtione prima. duo. & quod not.
de vit. & honeſta. cleric. cap. omnes prin
7 cipes. † Nono, quia ſequuntur auguria,
& in eis cõfidũt, & in ſortibus à vera fide
deuiantes. 26. quęſt. quinta. auguriis. & c.
Epiſcopi. ideo ſine luce ſunt tales reges,
quia nihil maius reſplendet in principe,
quàm recta fides. de ſumma trinit. l. inter
claras. vigeſimaſexta diſtin. canon. ſi Im-
8 perator. † Decimo, quia iroſi, furioſi,
& crudeles ſunt, cum deberent eſſe man
ſueti, & humani: inde dicit lex. C. de do-
nationibus inter virum. l. fina. nihil aliud
tam peculiare eſt imperialis maieſtatis,
quàm humanitas, per quam ſola Dei ſer-
uatur imitatio. & Prouerbio. 20. miſeri-
cordia & veritas cuſtodiunt regem, & ro
9 boratur clementia thronus eius. † Et
ideo dicitur quod apes electus in regem,
perdit aculeum. & hæc etiam dicit Iſido-
rus libro duodecimo. capitulo de regibus.
vbi dicit, quòd virtutes regis duæ ſunt,
iuſtitia & pietas. nam iuſtitia per ſe ſeue-
ra eſt. vigeſimatertia quæſtio. 4. cano.
duo. & canon. præcepta. & xlv. diſtinc. in
10 multis. † Vndecimo, quia leges ini-
quas conſtituunt contra illud, quod ha-
betur. 23. quæſt. quarta. ſi eccleſia. in fine.
& diſt. 4. erit autem lex. Duodecimo,
quia

quia non faciunt id, ad quod est potestas regis instituta vt mali a malo coherceantur, & boni inter malos quiete viuant. 13. quæstion. v. cano. si nostra. & quæstio. iiij. qui peccat. ante finem. & in proœmio decretorum, Rex pacificus. distin. iij. canon. j.
11 ¶ † Quartodecimo quando impugnant ecclesias, & clericos, quos deberent defendere. 23. quæstio. Maximianus & cap. sequen. & q. v. principes. xj. quæst. j. Christianis. Nec impugnant hæreses, sicut deberent. 23. q. iiij. & capitul. si ecclesia. in fin. imo eis fauēt pro pe
12 cunia. ¶ † Quintodecimo, quando non puniunt, blasphemātes sicut deberent. 23. quęst. iiij. non inuenitur. & 11. quæstion. iij. Imperatores. prout tempore præsenti facit Illustrissimus & sapientissimus, dominus Ludouicus. Maran. Sfort. dux Barri Illustrissimi Ducis Mediolan. Hatuelis sui gubernator qui de pecunijs blasphemantium erigi ordinauit ecclesiam, & monasterium ordinis seruorum sub vocabulo, Virginis Mariæ de la Misericordia extra, & prope muros Vi-
13 gleuani. ¶ † Sextodecimo, quia non subijciunt seipsos Dei sacerdotibus sicut deberent, & permittunt ab eis se venerari, & manus osculari. x. distinctio. certum est 63. distinct. canon. Valentinianus. de iu-
14 di. can. nouit. 29. distinctio. duo in fin. ¶ † Septimodecimo, quia recipiunt ab Episcopis, vel Archiepiscopis homagium vel fidelitatem, cum nihil temporale teneant ab eisdem contra iura. vt not. extra de sica. capit. ex diligenti. de regul. iur. cap. fina. ex grauen. &
15 vide Innocen. de electio. significasti. ¶ † Item excedunt quia restituunt illegitimos natalibus, & eos succedere faciunt in præiudicium legitimorum succedentium. in authentic. quib. mod. natur. effician. legitim. §. admonendi. colum. vij. & eod. titu. §. j. & ij. & extra qui filij sint legitim. capitul. per venerabilem. ¶ Item regna sua diuidunt, & scindunt inter filios, vel consanguineos, quod fieri non debet, vt nota. extra de voto. cap. licet. in glo. vbi Innocen.
16 † Itē q̄a nō pręstāt auxilia viduis, & ecclesiasticis. psonis. cū inuocatur ab eis. 23. quæst. v. administratores. & quod no. Inn. in c. j. de of-
17 ficio ordinarij. † Item quia non seruant iuramenta quæ præstant in coronatione de non alienando bona regni sui, & conseruando honore eius, & de non mutuando eius legitimā monetā, extra de iureiurādo. c. quāto. & c.
18 † intellecto. & de re iud. sanc. in vj. Item q̄a maiora negotia expediunt suo sensu: vel cum paucis, cum deberēt conuocare maiorē partē regni sui. de quo p Innoc. in dict. c. quanto.
19 ¶ † Item quia quando indigent curatoribus, seu coadiutoribus propter eorum nimam iuuentutem, fatuitatem, crudelitatem, aut simplicitatem, nolunt eos recipere ab Imperatore, vel ecclesia, & sæpe iniuste priuant filios, vel nepotes ex eorum linea descendentes, vt not. extra de supplen. negligentia prælator. grande. per Innocent. de foro
20 competen. capitul. licet. † Item quia vsurpant officia sacerdotum, vnde lepra spirituali percutiuntur. 28. q. vij. § item. & qui recipiūt res ecclesię ab eis sacrilegi sunt et ipsi. 12. quæstio. ij. indigne. & c. de rebus. & 17. quest.
21 sacrilegium. † Item malos habent consiliarios, quorum consilio multa mala operantur contra id quod legitur. 86. distinction. capitul. tanta. j. quæstio. j. estote. extra de iureiurand. cap. quanto. in princip. habent enim consiliarios bilingues, ne quàm & ad inuicem inuidos, quærentes semper quæ sua sunt, & non quæ regni, & quæ Regis, qui modico tempore ditati de bonis regni regnum consumunt, & Regem cum vsuris, adulationibus, & mendacijs contra consilium Aristotelis ad Alexandrum dicentis, Consulto procerum seruos contenne bilingues. & nequam nec quos humiles natura iacere præcipit
22 exalta † Item quia sæpe subditos excoriant, qui deberent esse iusti cultores, contra illud Psalmi. Qui deuorant plebem meam sicut escam panis, bona & reditus regni suis ventribus & carnalitatibus expendētes, contra quos Eze. 19. Factus est Leo, & didicit prædam capere, & hominē deuorare habētes ministros, qui sanguinem pauperum sugunt, & in sinu dominorum euomunt, cōtra quos clamat dominus per Isaiam. iij. Quare ateritis populū meū, & habetur Ecclesi. iiij. Verti me ad illa, quæ sub sole geruntur, & vidi calumnias, & lachrymas innocentum, & consolatorem neminem posse resistere eorum violentię, & laudaui magis mori quam viuere, & contra tales Isaias clamauit. Principes tui infideles, socij furum. Et iterum Machabæorū iij. Qui comedunt carnem populi mei, & pellem eius desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt. Ecce ipsi lupos se exhibent gregi. ipsi rapiunt, ipsi dispergunt, ipsi perimunt contra tales clamant iura. x. quæstio. iij. de his. cum cap. sequen. & quæ leguntur extra de censit. cap. cum apostolus. & gloss. 35. distinct. capit. cum

cum instantia .tales non Reges, sed Re-
guli sunt,impinguati solatio carnali.Ioã.
23 iiij.¶†Item sunt vani gloriosi, & super-
bi,& non se homines recognoscunt, nec
Deum regem regum.24 q.iiij.non inue-
niunt cum sequent. Item,quia cum,sint
dicti Reges à se & alios iuste regendi.12.
quæst.i.duo. nec se nec alios regunt, sed
exemplum mortis præbent subditis.11.
24 quæst.iii.præcipuè.¶†Item quia nõ sunt
clementes apud subditos, & ideo deme-
rentur apud Deum. l.si Imperialis.C.de
nuptiis.vbi glos.& Bald.Item sunt aliquã
do authores periurii.l.i.C.si aduersus vẽ
ditionem.vbi Bald.Item vbi legem trans
grediuntur dispensando.ff.de pœnis.l.re
legati.& l.qua in prouincia.§.diuus ff.de
25 ritu nuptiarum.¶†Item quia cõfirmant
sæpe iniustè quæsita, & violenter posses-
sa in præiudicium partis contra leges.C.
vnde vi.l.authoritatem. & de fundis. &
sal. rei domin.l. si qua loca. libr.xi. Bald.
in cap.i.de natura feud.
26 ¶†Item quia faciunt priuilegia permittẽ
do hæresim, vel vsuram.C.de vsur. au-
then.ad hæc.Bald.in l.i. de constitution.
principum.vbi dicit quòd non debet ali
cui auferre iurisdictionem vel dominum
sine causa Item faciẽdo aliquid in alte-
rius iniuriã.l. nec auus.de emancipa.lib.
l.ii.C.de precib.l.Imperato. offeren.in l.
rescripta.& l.nec damnosa.ff. de iustit.&
iure.l.iustitiam.in princip. & l. præscri-
ptione. si contra ius vel vtilitat. publicã.
& Bar.in l.Gallus.§. & quid si tantum.
ff.de liberis & posthumis. vbi dicit quod
a non potest tollere ius alteri quæsitum a
27 ¶†Item cum noua vectigalia sine maxi-
ma causa imponit.cap. innouamus de cẽ
sit.& in l.i.C.noua vectigalia. Item quã
do priuilegia sine causa aufert. l.fin.de di
uersis prædiis libr.xj. Bald. de feud. sine
culpa in princip, & in capitu. delicta de
consang. & affinitate. in nouæ. & in au-
then.de referend. in princi.And. de Iser.
in titu.qui succe.teneant.in vii. colum.&
argument.ff. de donationibus.l.Lucius.
28 ¶†Item quando mandat aliquid contra
conscientiam, quia non est ei obediendũ
in pace: nec in bello Bal.in auth.habita.
29 ne filius pro patre. ¶† Item peccãt re-
ges sine causa iusta vtendo potestate ab-
soluta.Innocentius in cap.nouit. de ele-
ctionibus.& notat.in l.relegati. de pęn.
& notatur in l.final. si contra ius vel vti-
litatem publicam. Et dixit Andræas de
30 Isernia in procemio Institution. † quòd
quãdo princeps non vtitur potestate or
dinaria quod peccat. Et dicit Innoc. in
cap. innouamus. de sensit. quod prin-
ceps non debet vti potestate suprema,
nisi ex causa aliàs peccat mortaliter, &
ꝙ notat Andræas de Isernia ĩ tit. q̃ sint
regalia. in verbo.bona committentium.
31 ¶†Item excedunt Reges quia si clerici
pro beneficiis ecclesiasticis recurrant ad
Papam,priuant ipsos fructibus beneficio
rum,quinimò etiam mulctant eorum cõ
sanguineos & ipsos expellunt de suis do
miniis.per glossam singularem in capitu.
sciant cũcti.de electionibus in vi. vbi pro
hibetur offendi consanguineus clerici
32 si respectu ipsius clerici hoc faciat.†nam
iniuria facta consanguineo clerici vide-
b tur sibi facta. b Bartolus. in l.i.C. de his
quæ pœne nomine Bald. in l. prima.C.
de in dicta viduitate tollend. Excedent
enim in taleis, & exactionibus indebitis
subditorum.24. quæstio.v. canon. sanè.
33 ¶†Item excedunt, quia faciunt aliquan
do constitutiones contra ecclesiasticam
libertatem directa, vel indirecta via capi-
tulo cum laicis. de rebus ecclesiæ nõ alie
nan. propter quod tam ipsi, quam scri-
ptores, & conseruatores ipsarũ sunt ex-
communicatũ, & feudis quæ tenent ab ec
clesiis sunt priuandi c.nouit.de sentẽ. ex
com.& in c.grauem & possunt talia feu-
da aliis potentioribus concedi, qui ipsa
petant,, & ecclesias recognoscant. cap.ii.
34 de feud.¶†Item quia sæpè se impediunt
de spiritualibus,quod non licet.c. Messa-
na.de elect.de arb.c.cõtingit. de iudic.c.
decernimus.de pręsc.causam de deci.quã
uis.& plerunque iura clericorum subtra
hunt & subiiciunt seruituti, contra iura.
1 distin.ius publicum.i. quæstio.i. conti-
nua.de iureiuran.peruenit.& capitu. mi-
35 nus.& sequen.¶†Item quia liberos ho-
mines subiiciunt seruituti,& in eos gra-
ues existunt. 14. quæstione quinta cap.
non sane. sicut dicit Salamon. Breue
regnum non parcit subditis, quia in lata
gente gloria principis, & diminutione
populi

populi contritio principis denotatur.j.q. iiij.§.item.& ver.item dicendum.
36 ¶ † Item quia non seruant misericordiam pauperi, maxime non habenti quid offerat.11.q.3.pauper.quos pauperes interdum suspendunt ꝓ medico: quos quãdoque sine iustitia occidunt. sed qui non timet iustum iudicem non credat eũ beniuolum vel pacificum inuenire. 23.q.v.
37 c.regum. † Item de facili guerras & bella faciunt, ex quibus affliguntur populi, quos sine authoritate superioris facere non licet.24.q.2.in summa.& c.i.& Host. in summa de treuga & pace.§.quid sit iu
38 stum bellum.¶† Item iustitiam differendo propter quod partes affligunt laboribus & expensis, adeo quod compelluntur, vel iuri suo renuntiare, vel componere.sicut legitur extra de hæret. c.nulli. & propterea tenetur ad interesse & ad restitutionem, sicut alter priuatus, legitur in c.fi.§.fin.de hæretic. & cap.cęterum.in fine.de iudic.& cap.scimus. & l.properandum.§ illo proculdubio.C.de iudic.& in auth.vt differen.iudic.
39 ¶† Item excedunt in concussionibus & rapinis, in taliis, spoliis, & homicidiis, extra de rap.cap.j.de iureiurand.c.sicut.23. q.8.non putet. Excedunt autem quãdo derelicta cura publica, & ministerio iustitiæ, de regno non curantes per nemora continuo vagantur in venationibus ferarum: non quidem recreationis causa, sed omnem curam & diligentiam in venando ponentes, & respublica perit, & opus iustitię diminuitur, & qui Rex erat, nunc venator rusticanus effectus est, & regnum ab aliquibus occupatur, & subditi opprimuntur, & nullum in republica bonum esse potest rectore in belluã conuerso. Venatores enim legibus & canonibus sunt odiosi: & nullam propterea merentur munerum excusationem tãquam illicitæ rei operam dantes.l.venatoribus. C.de excusat.munerum.lib. decimo. vbi
40 glo.testatur, quòd † decretum dicit, nullum venatorem legibus fore sanctũ. text. est.24 distinct.can.quorundam.& 86.di-
41 stinct.Esau. † Hoc ideo quia venatio deuiat ab omni opere bono, & donare venatoribus, & histrionibus vitium est.86.distinct.canon.donare.& dixit textus eadẽ distinctione, qui venatoribus donant, nequissimi sunt, & grauiter delinquunt, vbi
42 subdit † qui venatori donat, non homini donat, sed arti nequissimæ, subdens ꝙ honoratur in venatoribus vitium, & non natura: vbi dicitur qui delectantur in venatoribus videbunt Deum, & tristabuntur.& dixit Hieremias psalmo 86. Esau venator erat, quia peccator erat, & plus dixit textus eadem distinctione, quid ꝓdest quod est luxuria.vbi glos. dicit quod dum quis est in venatione de diuinis cogitare nequit. minime ergo cogitabit de republica. Mali enim consiliarij & regum deceptoris dicunt regibus delectamini in venatione, vt vita vestra ex tali exercitio prolungetur, & in delectatione viuas, & nobis dimitte curas reipublicæ, qui cõsulemus, & hoc vt ipsi regnum lacerent & tanquã reges adorentur, prauum tale consilium suspiciunt reges linei & lapidei, & qui tanquam pupilli, & orphani
43 reguntur, & non regunt. Ideoque † mali reges, atque rectores canes rabidi appellantur. quadragesimatertia distinct. cap. si rector. Aliquando lupi rapaces. Ezechiel. 22. & octuagesimaoctaua distinct. cap.nihil. quod quando est propria lucra persequuntur.8.quæstio.1.sunt quidam. Aliquando etiam canes impudici propter defectum regiminis.2.q.7.c.nec hi qui iuste a susceptis honoribus deiiciuntur. 81. distinct.c.dictum. & sicut Capo se ipsum impinguat, sic iudices & reges cupidi nullo iustitię zelo, aut charitatis amore fruẽtes solum propriis delectationibus student.xxvi.distin.cap.ecclesiæ.

¶ O tunc miranda respublida, cum hi lupi rapaces præsident, nam mali prælati & reges, quibus non est cura de subditis, & quos vt seruos pertractant fures, latrones, & ludi merito appellantur. 24.q.3. tres personas. Hæc enim modernis temporibus rabies in principibus, & regibus regnat qui paucos habentes ministros oĩa propriis commodis cõuertunt. Amplius rex & iudex in reddẽda iustitia mortuus & ꝙ ad alios remittit iustitiã scifcitantes ab eo, non verus est textus. sed falsissimus iudex, & est sicut idolum ligneum, quod est simile homini, & dici potest si-
44 mulachrum. Baruch. c.fi. † sunt.n.reges

carnales.

carnales simulachra lutea. Salomon xvij. Reges & principes indocti, sunt simulachra lignea, tanquàm rudes & insensibiles, de quibus Hier.v. Lapidei vero reges & principes dicuntur, quia facti sunt ex fortitudine temporali, & non ex virtute, vel sola sanguinis nobilitate pensata, & non ex fortitudine iustitię, vnde hi reges iniqui sunt, & cum delinquunt, hoc malum prouenit reipublicæ, quia auferunt sibi licentiam alios increpandi. in auth. vt iud. sine quoquo suff. §. itaque. quini-
45 mo rege iniusto nihil peius. † Vnde Policrates dixit, quòd sicut perfectum animal est homo, ita separatũ à iustitia pessimum est omniũ. Vnde secundũ Ciprianum in lib. de xij. gradibus, regẽ nõ iniquum, sed correctorem iniquorum esse oportet, quoniam in iustitia regis, exaltabitur, solium eius, & iustitia illius est neminem iniuste per potentiã opprimere, sine personarum acceptione aduenis, pupillis, & viduis defensorem esse, crimina prohibere & non exaltare impudicos histriones, non nutrire impios, de terra perdere praue viuentes, ecclesias defendere, pauperes eleemosynis alere, iustos super regni negociis constituere, senes, sapientes, & sobrios consiliarios habere, iracundiam differre, patriam defendere, filios suos non sinere impie agere, certis horis orationibus intendere, deinde subditorum querelas patienter audire, cibũ ante curam non gustare. Veh enunciati, cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt, teste Salomone, & deterius cuius rex cibum euomit, vt iterum comedat, hi enim sensu carẽtes propter crapulas & ebrietatem regnum disperdunt, & cum paucis improbis se claudentes reipublicæ non student, sed aliis rempublicam dant in prędam, qui se pascunt & suos cęteros despiciunt, & regnum corruit, & respublica est sine rectore, & in contubernio viduata coniuge ipsi incrassantur, & dilatantur & ipsa respublica depauperatur, & cum necessitas vrget thesauro euacuato regnum ab alienigenis occupatur, & cæteri talliantur & angariantur, & his afficiuntur, vt reipublicæ consulatur, veh regno, veh reipublicæ veh subditis, veh prudentibus ac nobilibus & virtute prædi-

ditis, qui facti sunt serui libertate præ-
46 data. † & habetur. viij. Ethicorum. non est rex, qui nõ est per se sufficiens & omnibus super excellens, & super omnia regis iniustitia nõ solum præsentis imperij bonum denigrat, sed etiam suos posteros, ne post se hæreditatẽ teneãt propter piaculum Salomonis, Dominus regnum Israel de manibus filiorum eius dispersit & propter iustitiam regis Dauid lucernam de semine eius semper reliquit in Hierusalem, bono autẽ, & iusto regi philosophus dat rectum consiliũ. sic inquiẽs.
47 † Cunctis esto benignus, nemini blãdus, paucis familiaris, omnibus æquus, ad iracundiam tardus, ad clementiam pronus, in aduersis firmus, & in prosperis cautus, omnibus prodesse debes, & nulli nocere, decet autẽ animaduertere ne regem faciat tecum iniquitas imperandi, quia leges humanas Deus per principes distribuit humano generi. xxi. quæstio. vii. cap. quicunque. & viii. dist. c. quo iure. ne vegna per reges, & principes sacrilegos, seuientes iniustos, aut tyrannos gubernantur, qui propterea tempore reipublicæ propter tyrannidem expulsi sunt. l. ii. §. exactis. ff. de origin. iur. nã portant gladiũ xxxiii. q. v. c. sunt quædam. de maior. & obed. solitæ. vt impios perdant de terra. xxiiii. q. v. can. res. quorum est proprium iustitiam & iudicium facere. d. q. c. regul. qui si contrarium agant non reges, sed tyranni censentur. nam si ipsi exceduntur: & quod faciunt patiuntur. ff. quod met. cau. sed & post. & quod iniuste in alios faciunt iuste substinent in auth. de san. epis. §. omnibus autem. nã iniustitia quã in alios faciunt, in ipsos debet conuerti.
48 in auth. scenicas. circa me, † Excedunt ẽt ipsi reges aliquid agentes contra ius diuinum, contra quòd nihil possunt, vt in l. fi. C. si contra ius vel vtil. publi.
49 ¶ † Excedunt etiam qñ aliquid concedũt cum iniuria alterius. C. de eman. lib. l. nec auus, & qñ sine causa in damnum subditorum dispensat. l. fi. de senatoribus. & cũ bona subditorum auferunt eis inuitis, vel a suis auferri permittunt, vt no. de nata. resti. l. fi. in glo. nisi ratione publicæ vtilitatis, & honestatis, vt in l. item si verberatum. de rei vend. & per And. de Iser. in

titu.

titu.de cap.qui curiam vend.§. si mulier.
50 ¶† Excedunt etiam statuendo, vt quod
vnus debet, alter soluat.per gloss. d.l.fi.si
contra ius. ac etiam per rescriptum etiã
ex certa scientia statuunt, vt in cã proce
datur parte absente. C.si per vim vel alio
modo.l.fi.& C.vndevi.l. meminerint cũ
51 ðti.¶†Excedunt etiã cum bona alterius
citra ordinẽ iuris in alium tranferri vo-
lunt.argu.glo. in l.si pacto quo pœnã. in
ff.de pact.ac etiã qñ sine causa iustam &
licitam appellationem tollunt, quia esset
cõtra ius diuinum, vt habetur actũ.xxv.
ad Cæsarẽ appellasti,ad Cæsarẽ,ibis vbi
aperte colligitur secundum Andr. de
Iser.in prologo consti.reg.in tit.quę sint
rega in verbo, bona committentium. &
in titu.de prohi. feu.alie. per lecta.§.pre
52 terea.si inter†duos. quia ius alterius nõ
potest rex.sine causa tollere.C. de preci.
impera.offer.l.quoties.& dum vtũtur po
testate absoluta sine causa,quia tunc mor
taliter peccant,secundum Inno.extrà de
53 cẽsi.c.ignoramus.† nam nõ dicitur pos-
se quæ cum peccato fieri pñt.xxij.q.ii.&
de condi. insti.l. si filius. quia debet vti
potestate ordinaria, & viuere secundum
leges. C. de legi.l. digna vox. & institu.
54 quib.mod.test.infir.§.fin.¶†. Ac etiã quã
do concedunt rescripta ius alterius tollẽ
do,quia positi sunt vt faciant iustitiam &
iudicium.ii Regum.x.c. & ideo quando
terminos iustitiæ egrediuntur, non dicũ
55 tur reges.ii.q.i. scelus. ¶† Idem in om-
nibus,in quibus dispensant cõtra ius,de-
bent cum cã facere.l.fi.ff. de sena.¶† Ex-
cedunt etiam cũ se, de beneficiis ecclesia
sticis impediunt volẽdo illa cõferre, vel
conferri facere pro eorum velle, secun-
dum Andr.de Iser.in proœ. constitutio.
regni, nisi eam suspitionis vt ibi.
56 ¶† Ac etiã excedũt reges qñ ipsi reges
sunt negligentes iustitiã ministrare, vel
perperàm iudicatũ emendare, nam tunc
dicitur eorum regnum vacare de facto &
de iure.capitul.licet de foro competen. &
cap.ex tenore.& cap.ex transmiss.& cap.
cæterum. de iudic. & late per Andre. de
Iser.in titulo de prohi.feud. alien.per Fe
57 dericu.in l. Imperialem.§.† Præterea si
inter duos. quo,casu confugietur ad Pa-
pã quia nõ dicitur rex qui perperã agit,
secunda q̃stione prima canone scelus, tri
gesimatertia quæstione secunda admone
58 re. in gloss. † inde dicitur quòd rex non
curans de regno, debet expelli cum con
silio Papæ.argument.decimaquinta quę
stione secunda canone alius. vbi gloss.di-
cit quòd Papa deposuit regem. nã Deus
permittit opprobrium deiectionis in ma
lis dominis.quia regnũ transferũt de gẽ-
te in gentem propter iniustitias, & diuer
sos dolos.Ecclesiastici primo. nam regnã
tes voluntate & non ratione deiiciuntur
Dei iustitiæ, quia violenta imperia ne-
mo diu continuit, Moderata durant se-
59 cundum.Senecam.† nã Federicus fuit de
positus ab imperio, quia collectas in re-
gno imposuit, & quia homines seruiliter
tractabat,& ecclesiam Dei affligebat, vt
in capitulo depositionis suæ continetur,
primus etiam fuit, Federicus qui ecclesiã
Dei conquassauit, deinde cruce signatus
in quodam flumine Armeniæ Dei iudi-
cio extitit suffocatus. Ideo multum de-
bent studere reges, vt sint sapiẽtes, quia
rex sapiens est stabilimẽtum populi. Pro
uerbio.xvj.Sapiens non excedit, nec ex-
ceditur, quia nõ fallit, nec fallitur.l.ii. de
põde.auri.lib.x.quia cor regis est ĩ manu
Dei,cor tyrãni nõ, quia nõ est rex cuius
ꝓpriũ est facere iustitiã. scđo Regũ. c. x.
60 ¶†Excedunt etiam reges, quia remit-
tunt pœnas homicidis in præiudiciũ rei-
publice,& consanguineorum occisi,quo-
rum punitio eis esset consolatio.ff.de pœ
nis.l.capitaliũ.§.fi. Andr.de Iser. in titu.
q̃ sunt.rega.in verbo, & bona cõmitẽtiũ.
61 ¶ † Excedunt etiam contra liberta-
tem matrimoniorum dum volunt ma-
trimonia celebrari ad eorum volunta-
tem, vt supra est dictum. Excedunt†e-
62 tiam dum filias, vel vxores subditorum
per vim, vel importunitatem carnali-
ter recognoscunt putantes hoc licere,
per id quod habetur Regum in capitu.
viii. vbi dicitur hoc erit ius regis filios
vestros faciet seruos suos æquites, &
præcursores, & fabros armorum, filias
vestras faciet vnguentarias, & quæ-
stuarias, & panificas, seruos vestros,
ancillas ponet in opere suo,optima quę-
que dabit seruis,& vos eritis ei serui.¶ Nã
dicit Andr. de Iser. in proœmio consti-

tutsonum, quòd non declaratur ibi ius regnum ex institutione diuina, sed magis pnuntiatur ex vsurpatione regũ, qui ius antiquum constituunt in tyrannide de generantes, & subditos de prædentes, quia hoc dicebat Samuel ad terrendos eos, ne regẽ peterent. & idem dicit And.
63 in titul. de capi. qui curi. vendit. ¶ † Excedunt denique reges, quando imponũt extraordinaria grauamina subditis, vel superiuncta, quæ non licet. vt in tit. de super indicto. l. b. x. nisi in casib. tamẽ ratione communis boni hoc faceret si nõ haberet quicquã, alias non licet ne extendat manus suas ad iniquitatem. nam si haberet vnde faceret expensas. & illud ĩ superfluis vestibus, & in alijs deliciosis expendat, nõ potest hæc exigere a vasallis, quia filius patrem, & libertus patronum nõ tenetur alere, si habeãt vnde se alant. ff. de liber. exhibend. l. si quis à liberis. §. sed si filius. & §. alimenta.
64 ¶ † Idem si sua culpa haberet bellũ vt tyrannica abusione vasalli rebellarent, vt nequeũtes iugum sustinere pestiferum: vel si iniustum bellum esse ex parte sua, q̃a non tenentur ad superindicta vasalli ex quo eius culpa præcessit casum. ff. de
65 posi. l. j. § si pecuniam. ¶ † Et quia excedunt suos terminos excedũtur à nõ suis terminis, sicut dicitur de Tarquinio expulso. ff. de ori. iur. l. ii. §. exactis. secundũ Andr. de Iser. in titu. quę sint rega. in verbo, extraordinaria. vbi etiam disputauit si licet occidere regem tyrãnum vt infra proxi. c. videbis. & dixit idem Andr. de
66 Iser. in eo. ti. in verbo, monetis. † quòd si rex male se gereret populum tyrannizãdo, quòd potest per populum expelli sicut Tarquinium expulerũt Romani l. ii. in §. exactis. de origin. iur.

Excednnt reges imponendo noua vectigalia sine cã ex absoluta ṗtate. Innoc. de censi. c. innouamus. & tunc nõ dicitur rex quãdo sine causa & imprudẽter agit ij. q. i. scelus xxxiiii. q. i. admonere. Andr. de Iser. in tit. quæ sint rega. in verbo, flumina. vbi etiam dicit, quòd sine causa non tollit vniuersitati publicum, vel commune, sicut nec re priuati. l. si cõtrarius.
67 ¶ Excedunt † etiam reges, quia imponũt exactiones vectigalium ex aliqua colorata causa. l. i. noua vec. & deinde abutũtur exactionibus, quia non conuenerunt in causas, quare fuerunt imposita, tamẽ nõ debent ista vectigalia de nouo imponere pro iustitia ministranda, quam debet seruare cum redditibus regni sui ad hæc institutis, cum quibus redditibus tenetur custodire subditos ab incursibus latronũ, alias tenetur ad restitutionẽ, secundum Thomam de Aquino. in tit. de censis. §. ex quibus. vers. breuiter. qui si sine causa imponat, peccat, quia est rapina, secun-dum Innoc. & Andræam de Iser. in titu.
68 q̃ sint regalia. in verbo, vectigalia. ¶ † Excedunt etiã reges si faciãt monetam ęre contaminatam, & iniusti ponderis quia est rapina, secundum Hostien. in c. quã
69 to. de iureiurand. ¶ Excedũnt † etiam reges qui tẽpore guerræ & necessitatis faciunt monetã de vili materia, ferro vel corio, quã iubent expendi, & cessante necessitate, non recolligunt nec emendant damna subditis propterea occurrentia, nec recompensant, secundum Andræam de Iser. in titu. quę sint rega. in verbo mo
70 netæ. ¶ Excedunt † etiam crapulantes & vino inebriantes, sensuque carentes, non curantes de republica, sed de vinositate, famosa vina vndique ex terrarum finibus anhelantes facti sunt sicut equus & mulus non habentes intellectum, ac regni iustitiam & curam vni ex paucis cõmittentes, putãt se omnia recte agere, ac velut pupilli: cæci, & insensati ducuntur, & subditi in foueas cum regibus cadunt.
71 † & cum due sint personæ quibus mundus iste regatur: regalis & sacerdotalis. ii. quæstio. vii. cum Dauid. in authen. quomodo oportet episcopus. in prin. & ex institutione diuina habent regimina populorũ de offi. præfec. præto. l. i. in verbo,
72 regimẽtis † qui propterea dicuntur reges, quia Deo seruant leges, iusta pręcipiẽdo, & cõtratia ṗhibendo. 22. q. 3. c. si
a ecclesia fuereq; regna ex instõne diuina a.
b & iuregẽtium b condita. l. i. de acquir. rer. domi. l. ex hoc iure. de iusti. & iure quibus oportet ex pacto societatis humanę obtemperare. viii. distin. c. quæ cõtra mores. & hi qui. Deo leges non seruant, nõ regunt, sed q̃ ab aliis regũtur, crapulanẽ, & i lasciuis viuũt, reges Dei nõ sunt: nec mundi,

mũdi, sed tyrãni, regnũ occupãtes, & regis officiũ demerẽtes facti sunt homines lutei, & sicut reges larvati, & Momi, & sicut facci palea imbuti in figura hõẽs hi n. expellẽdi sunt & exauthorandi ne rẽpublicã perdãt. hi. n. reges sunt quãdo bñ agunt, nõ si ꝑperã. ii. q. scelus. i. q. vii. non oẽs. 23. q. ii. admonere. Et cũ oĩa debeãt
73 cũ cõsilio seniũ agere † q̃a in antiquis est sapientia. 5. q. vii. episcopus. 20. diff. c. fin. suo sensu ducunt. Propterea stultus est princeps qui cõsilio nõ aquiescit. 22. dist. fi. suo sensu ducunt. Propterea stultus est princeps nõ acquiescit. 22. dist. de Cõstãtino, qui crapulando, & consilia prudenti non sequens, & vni tantũ inherendo pri
74 vatur. vii. q. i. deniq. inde si subditi† viderent regẽ nocẽdi cupiditate, vel vlciscendi crudelitate animũ implacabilẽ, vel feritatẽ bellãdi, aut libidine dominandi, & his similia retinentẽ nõ deberẽt sibi subditi obedire. 23. q. i. q̃d culpatur. vbi gl. ꝙ aliquãdo principẽ facit reũ iniquitas imperãdi. hi. n. non reges, sed tyranni sunt ĩ populo dominãtes, & nõ regnãtes diuina ꝑmissione, † q̃a ĩfidelis Deo populus tyrãnũ hr̃e meretur, nõ regẽ, vt dr̃ ꝑ Esor. Verbũ diuinum dabo eis regem in fure meo. Iob 33. Regnare facit hypocritã ꝑpter peccata populi. ideo rebelles bono principi ẽt efficiuntur serui. insti. de iure ꝑsona. §. i. & bona cõfiscantur. l. pe. & fin. ad leg. Iul. maie. & terra ponitur ad aratrũ. ff. quẽad. vsufru. amit. l. si vsufruct. & in aliũ locum trãsferuntur. C. de iur. fis. l. certa forma. † ac fideli populo datur rex.
76 iustus. 23. q. v. regul. & scribitur in epistola ĩter claras: Rex. n. qui nõ agit, vt Rex, nõ dr̃ Rex, quia illa q̃ carent effectu, carent & nomine. C. de nupt. l. imperialis. §. i. Sic ergo diligat. iustitiam subditorum vt in aliorum iniuria nihil committat. c. ex tenore. de foro compet. Est †. n. offi
77 cium boni regis subditos diligere, quia est pater quo ad gubernationem & dilectionẽ, quia est pater patriæ, & illorum qui sunt in ea qui propterea eorum commoda reputat propria. C. de caduc. tol. l. i. in fi. & in auth. vt iudi. sine quoquo. §. cogitatio. & damna eorum debet remouere bonum reipublicæ, & statum regni debet suo augere ingenio. de offi. præsid. l. obseruãdum in auth. de resti. & ea quæ parit. §. ob quam. quia est caput ipsius reĩ
78 publicæ, quia idem † sunt respublica & principes. de bono. possess. l. non est quod est verum quando auget, nam si rem publicam minuat non dicitur rex. q̃ũo oportet episcopos in princip. & ĩ c. ĩtellecto. de iureiur. & gl. in l. sciendum de leg.

a ¶ *Quæsitum.*] *Adde Paulum de Castr. ad hoc solenniter in consil. 281. incipien. In Christi, & c primum dubium & copiosè elin in cap. qui in eccles in ix col. circa fin. cum sequent. colum de cõstitutio in nouiter impressis chart. 26 & domin. Socin. in cons 144. incip. Visa bulla Bonifacij. versicu quinimo etiam in ij. part chart. 24.*

b ¶ *Facta.*] *Adde Cardinal in clemen primæ in princip in 13. nota de exces. prælato & gloss. in clemen secunda in verbo, quomodolibet. de senten execu & Angel in consilio 98. incipient. Visa narratione facti consilij.*

c ¶ *Posse.*] *Adde tex in clemen sæpe de verborum significatio & in cap. nisi cum de renuntia xij quæstione ij & si illi & 25 quæstio ij. si ea & Petrus de Anch. & Antonius de Butr in capitulo exceptionem & Baldus in l penult versicul & not pro princip C. de bonis quæ liberis & Bartolus in l Gallus. in princip in i colum. versicu op. dicitur hic de liberis. & posthum.*

d ¶ *Diuina.*] *Vide petrum de Anchar in consi. 35 incipient Pro maiori diligentia vbi plura prosequitur in materia regnorũ, & regna habuerint exordium.*

e ¶ *De iuregentium.*] *Adde Baldũ in tractatu scismat x col in versicu & est notandum quod duplex est concordia & in repetitione l i in v. col magna. C. de ma lib.*

SVMMARIVM.

1 *Rex debet vitare opera tyranni.*
2 *Rex iniustus dicitur tyrannus*
3 *Tyrannus quis esse dicatur? & quis rex.*
4 *Regis nulla sancta societas neque fides.*
5 *Reges quare dicantur sacri.*
6 *Reges debent interdũ dare audientiã publice. & vultũ suum ostendere & nu 7. 9 & 12.*
8 *Vultus regis quid significet moraliter*
13 *Regis officiũ est iustitiam facere & nume 14*
15 *Rex sapiens est stabilimentum populi.*

16 *Rex dicitur qui alios regit, & à nemine regitur & nu.21.*
17 *Rex bonus est melior quàm bona lex.*
18 *Rex grauiter excedit qui regnum suum destruit.*
19 *Federicus Imperator pro tyranno habitus est.*
20 *Respublica ad quorum vtilitatem gerenda sit.*
22 *Rex non debet esse iuuenis.*

CAP. II.

1 REX autem † licet sit legitime institutus debet vitare mores & opera tyrannorū, quę sunt iniustis legibus populum subiectum opprimere, collectis & tributis indebitis aggrauare, rebus propriis spoliare, muneribus indebitis angariare, ab inuadentibus hostibus nō defendere magistratus iniquos ad excoriandos populos velut aquā ex Aegipti plagis cōstituere, & his similia, vt enim ait Augustinus.ii.de ciuitate Dei. Rex † cū est iniu-
2 stus, tyrannus est. & Arist.viij.Ethi. † Ty-
3 rannus est qui quod sibi cōferēs est, intendit, rex qui quod est vtile subditorū, & rex qui per se sufficiēs est, & omnibus super excellens, & talis nullo indigēs auxilio non sibi sed subditis intēdit, vt ibidem. exercere quippe dominationem in subditos, & censum exigere magis ad tyrannidem, quàm ad regimen pertinet. 94.distin.c. fin. Tullius primo de officiis
4 † nulla sancta societas, nec; fides regni est. vnde paria sunt regem esse tyrannū, sacrilegū, fatuum excommunicatum, & hæreticū, extra de elect.c. venerabile.§. nunquid, & de principatibus more tyrānico viuētibus scribitur Prouer. 28. Leo rugiens & vrsus esuriēs princeps impius super populum pauperem. & Isaiæ. 18.
5 Princeps tui infideles socii furum. † Dicuntur autē boni reges sacri ꝓp iustitiā sacratisimā seu leges, q̄ sp̄ debent esse in vultu cordis sui, q̄ sunt sacratissimæ. ff. de legibus.l.leges. Vel propter iudicium, ꝙ semper iustum & sacrum debet procedere de vultu suo.c.i.in prin.extra vt ecclesiastica benefic.& hoc præcipue dum pu-
6 blice audientiam facit, † quam interdum facere dēt.in auth.de depo.in princ. col. vj. & l.lecta est in auditorio. ff. si certā petatur.& Prouerbio. 20. Rex qui sedet in solio iudicis dissipat omne malum natu suo, intende dicit Imperator quotiens usus exegerit inuocatis singulis causis atque personis præsentanea constituta præstamus.l.final. in princip. de his q ad ecclesiam confugi. & tunc potissime nulla in eo debet esse impietas. Prouerbio. 25. Aufert impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius alias autem licet sit princeps instructus ad iustitiæ opem, si difficilem tamen accessum faciat, erit tanquam si fons aquæ præcludatur. Quid enim Prodest habere sapientiam & iustitiam, si aditum, & iustitiam negas, si consulendi & iudicandi potestatem intercludas clausi fonte vt nec alijs influat, nec tibi prosit, vt latius ponit Ambros. ii. de
7 officijs, † Oportet autem regem vultum suum subditis ostendere.l.i.C.de public. leti.libr.xii.quia vultus principis repræsentat vultū totius reipublic.in qua sunt omnium vultus, quia species corporis simulachrum est mētis figuraque probita-
8 tis. † nam vultus est liber & litera mentis.nu.41.distinctio.§.sicut.at in rege nō crimen, sed virtus & in hilaritate vultus eius debet esse vita & clementia eius. ꝓuerb.16.& in c.19.sicut ros super herbā,
9 ita & eius hilaritas in subditos, † sicut erat vultus regis Salomonis quē vniuersa terra videre desiderabat vt audiret eius sapientiam, vt dicitur iij. regum.capitu.decimo nec decet vltus eius lucem in abscondito latere.Iob.29. Lux vultus mei non cadet in terram, & ex vultus regis cognoscūtur sensus & vir-
10 tutes eius. Ecclesiast. 19. † mortaliter autem vultus regis significat illuminationem iustitiæ, & verum iudicium, secundutu Papiā, vnde Psalmista. De vultu meo iudicium prodeat, & oculi mei videant æquitatem, vt autem illis quorum rex est inexorabilis, & qui vultum non pandit subditis, nec ipsos vultu cle-
11 mentie intuetur, † quia ex vultu cognoscitur ira cordis, secundum Plutar.ibi, & ne vultu meo, an ex corde, an etiam ex verbis ita me corruptū intelligas qui .n.
12 ambulat ī tenebris luēc odit. ¶ Ad † qd enim subditi tributa & fiscalia onera per soluūt regib⁹ nisi vt eorū fruantur ꝓsentia,

tia, & cum res se ingerit, exaudiantur, qui si præsentia regis priuantur, videntur omni. regis spe iustitiæ & gratia destituti, sunt etiam enim isti motus tyrannici, & magis tyrannis quàm iustis regibus conuenientes, est enim maior dominatio tyrannica quàm esse posit, effugere præsentiam populorum, & ipsis non præesse, vt principem decet, nam mõstruosus & iniustus rex potius quàm catholicus & pius ac misericors censebitur, quia proprium regis est iudicium & iustitiã facere. 23. q.
13 v. regum est. vnde † & via regia dicitur per iustitiam ambulare, extra de accusa. cap. qualiter. lo j. nam debet in veritate pauperes iudicare. Prouerbiorũ. 29. quomodo ergo dicitur via regia ambulare, & iudicium & iustitiam facere, si se nõ permittat intueri, nec suã præsentiam subditis exhibet pro iustitia? tunc enim cuncta male disponit, si non per se, sed per alios regnũ regit, erit tunc pupillus & regnũ eius insensati: & dicetur prauus rex, qui rex dici non meretur. ij. quæstio. j. scelus. huic enim regi non conuenit illud quod dicitur in cap. si ecclesia. xxiii. quę-
14 stio. iiii. in fin. † quod regis officium est iusta præcipere, & illicita prohibere, & cuncta æqua moderatione disponere. 97. distinctio. c. ecclesia. & talis rex eriget terram, auarus autem destruet eam. prouerbiorum 29. quia ergo eius potestas con-
a stituta est, vt mali coerceantur à malo. [a] & boni inter malos quiete viuant xxiii. q. iiii. qui peccat. & quæstio. v. non frustra. quomodo hic rex, qui de regno non curat, nec suum officium subditis impendit, sed per tutores regnum administrat, poterit cuncta bene disponere. Illis enim regibus debetur iuste fidelitas, qui curam regni habent. ea. quæstione si apud. & subiecto, & tributi solutio. xj. q. j. c. magnũ. Qui enim regni curã per se non habet, alios regno suo pręesse facit, quomodo petet tributa? Certè dicetur ei, Constitui te regem, vt faceres iustitiam & iudiciũ, & tu regnum alteri cõmisisti, ergo nomen & officium regni nõ digne mereris, erit ergo hic rex ligneus siue statua, & nõ rector, imo rectius, tũc regnũ ibi in perditionẽ, & cuncta male disponentur. Qui alios vult regere, debet esse intellectu prę

stantior aliis, & ab aliis non regi, cæci sũt & duces cæcorum, multũ debẽt studere
15 reges vt sint sapientes. † Rex sapiẽs est stabilimentũ populi. Prouerior. 16. Dicitur autem rex qui alios regit & a nemine regit. l. si de leg. tñ cõsilio prudentum se regere debet. eo. ti. l. humanum. Bal. in
16 prin. ff. veteris. ¶ † Creati autem sunt reges ex necessitate, quia omnia indigent capite, qa homines faciles sunt ad dissentiendum, & ideo indigãt rege. Bal. in l. ex
17 hoc iure de iusti. & iure. † vbi dicit, qđ melior est bonus rex, quàm bona lex. si ergo regitur, & nõ regit, non dicetur, rex, & tunc talis rex tanquam inutilis deberet priuari, vel si esset ebriosus, qui non sustineret reipublicæ curas secũdũ Bal. post Cyn. in l. non ambiguitur. de legib. & in l. post susceptam. de excusatio. tut. & idem Bald. de pace constant. in fin. vbi
18 tradit de Imperatore. ¶ † Excedit etiam rex qui regnum dominio tyrannico exinaniuerit, & ad destructionem; seruitutem, paupertatem, & depopulationem duxerit, aut etiam dominos, barones, & primates regni, qui multos in curiis eorum sustinẽt, & aliũ homines virtuosos, nobiles, probos, & sapientes viro regni non tollerando sed deprimendo, & ad nihil deducendo, aut seruiliter per tractã-
19 do, vt fecit † Imperator Federicus, qui regnum domino tyrannico cõquassauit, & homines regni seruili conditione quasi viuere compullit, propter quod fuit depositus ab Imperio, vt in decretali depositionis suæ. ad Apostolicæ. & Andre. de Iser. in tit. de prohibi. feud. alien. §. prętereà ducatus. Nam semper improbis regibus meliores regni odiosi sunt, & ideo tanquam male versantes in regno priuandi sunt, secundum And. de Iser. in ti. quib. mod. feud. amit. §. similiter si dominum. Et ideo regni & principatus successiones, deferendæ sunt ac commoda subiectorũ. i. quæst. i. ecce. & capit. sequent. August. iiii. de ciuitate Dei. Vtile est vt boni longe lateque regnent, & debet sub ditos non tantũ gubernaculis tueri, sed etiã vt doctrinis ædificari possint, vnde dicit. Prouerb. sexto. Dñs dat sapientiã: &
20 ex ore eius prudentiã. † & Tullius primo de officiis. Procuratio re publicæ ad

eorũ vtilitatem a quibus commiſsi ſunt,
non ad eorum quibus commiſſa gerēda
eſt. & ſicut anima regit corpus, ita rex ſta
tuitnr in regni gubernacione. Ariſtot. ſe-
21 cundo Politicorũ. Quia † rex eſt paſtor
populorũ. viii. Ethicorum. & debet eſſe ꝑ
ſe ſufficiens. 36. diſtinction. §. ecce. cum
ſeq. & eſſe in eo ſcientia & claritas. viii. q.
i. ſigno. in fin. qui ſicut cunctos dignita-
te præcellit, ſic & virtute debet excedere
ad hoc. 19. diſtinction. in memoriã. aliàs
erit ſtatua, ſecundum Auguſt. ſecundo
de liber. arbi. cap. 15. & Grec. in epiſtol.
22 ad Alex. & Egid. de regi. prin. libr. i. † qui
non debet eſſe iuuenis; ſecundũ Ariſto.
tertio Ethicor. ex iuuene rege recta oriri
ad virtutem, difficile eſt, niſi ſit legibus
enutritus. Errant ergo qui damnant re-
ges, qui in legibus enutriuntur, & autho
ritatem Ariſtot. offendunt, qui ait expe-
dire regem legibus eſſe enutritum, vt ſu
pra. Caueant ergo a prauis conſiliarijs. ꝗ
clam procurant guerras, bella, & diſſen-
ſiones in republica vt ipſi impinguentur
& ſanguinem iuſtorũ bibant, & regē eo-
rum in idolũ cõuertant, hi enim nõ ſunt
tolerandi, præcaueant ergo reges a re-
ctoribus, vt regant, & non regantur.

a ¶ *A malo.*] *Adde quòd reges ſunt dati à*
Deo populis ad vindictam malefactorum &
ad laudem bonorum 11 q 1 *magnum in fin.*
& dicit Bald *in capitu. ſignificantibus. de*
offic. delega. quòd rex in regno ſuo in tempo-
ralibus eſt vicarius Dei *& hoc refert & ſe-*
quitur Felin *in capitu cum non liceat. de præ.*
ſcription id 5 *col poſt medium.*

SVMMARIVM

1 *An liceat occidere regem tyrannum, qui nõ ha*
bet ſuperiorem vel ei non paret? & nume-
ro 2 *&* 3 *& infra per totum.*

CAP. III.

1 AN liceat † occidere regem
tyrannum? Dic quòd pro-
pter tyrãnidem licitum eſt
bellum, ſi a prǽſide exercea
tur. i. Macha. vbi de bello
Macha. cõtra Antiochũ: de hoc Policra-
tus lib. iii. c. vltimo. Porro tyrannũ occide
re nõ modo licitũ, ſed æquũ & iuſtũ eſt.
qui enim gladiũ accipit gladio dignus eſt
interimi, ſed accipere dicitur qui eũ pro
pria authoritate vſurpat, nõ qui vtendo
eo a domino accipit poteſtatem, vtique
qui a Deo poteſtatem accipit legibus ſer
uit, & iuſtitiæ famulus eſt, qui ergo
cum vſurpat iura deprimit, in eum me-
rito armãtur iura, qui euacuare nititur
male publicam poteſtatem. Et cum mul
ta ſint crimina maieſtatis, nullum gra-
uius eſt, eo quod aduerſus ipſum corpus
iuſtitię exercetur. ſi ergo maieſtatis cri
men omnes perſecutores admitti, quan-
to magis illud, quod leges præmit? Cer-
te publicũ hoſtē occiſum nemo vlciſcitur
ſecundũ Lucam de Pen. in l. i. C. de ar-
mor. vſu. libr. ii. pro quo adduco tex. in l.
minime. ff. de religio. qui etiam adducit,
2 † quòd Ioel mulier interfecerat Siſã re-
gem, qui & tyrannus erat quę benedicta
fuit a Deo iudicum. iiii. & v. c. ſic & Ayot
occidit regē Moab. eo. lib. c. iii. Et quibus
apparet etiã diuina lege licet occidit tyrã
nũ, qñ enim occiditur impius Chriſto in
funditur, & vbi abhominatio aboletur ſa
tisfactio conſecratur. 15. q. i. nec is virtus
nãque plantari non poteſt, niſi vitiũ euel
3 latur. de pœnit. diſtinct. ii. quia radix. † &
Seneca in Hercule furente ſic ait. Nulla
amplior magis opima victima Ioui ma-
ctari poteſt, quàm res iniquus. Tirannus
enim talis eſt, vt de pœna eius magiſque
4 de amicitia cogitandum ſit, † vt ait Li-
uius de bello Maced. lib. viii. In vita qui-
dem tyrãni nulla, fides nulla pietas, nul
la ſpes, nulla charitas, nulli beniuolen-
tiæ locus. Nã tyrannus vir eſt deceptio-
nibus illudēs, detractionis artifex eſt, cu
ius pace Deus veritas, & iuſtitia offendit,
quę idē ſunt ii. q. iii. exiſtimauit. pro cu-
ius amicitia Deus nõ dēt offendi. 17. q.
5 ii. miror. † Nã in perditione tyranni ſum
mi numinis ſperatur venia, ꝑ quod mul-
torũ ſalus & incolumitas ꝓcurator. arg.
ff. de ferijs. l. prouinciarum. facit viii. q. ii.
dilectiſsimi l. diſt. c. ſi quis præpoſtera.
6 † Perſequenda quidem eſt hominem ini
quitas, naturę vero humanę potius miſe
randũ. 22. q. iiii. duo iſta. in fi. Vnde a ty-
rannis cauſantur iniuſtitie, propter quas
omnis pax deſtruitur, & interdum duces
expellentur, necantur reges, & tante di-
ſcordiæ ſubſequũtur, vt & tyranni exiſtãt
& optimates exterminentur, & præclariſ
ſima cõſtituta reſpu. dilabat, & maxima

etiam

etiã regio ſubuertatur, vt ait Tullius ſe-
cundo de officiis. & Senec.lib.ii.de proui
7 dẽtia Dei.† multa namque mala ex iuſti
tia tyrrannorum eueniunt, quia malefi-
cia non puniuntur, vt noſtris tẽporibus
8 ſentimus. Eccleſia.viij. † Quia non pro-
fertur citò contra malos ſententia, filij
hominum abſque vllo timore perpetrãt
mala. vnde ſine prauorum & ſine ſcelera
torum interitu vix poteſt regno pax pro
uenire.22.q.v. quis enim. & his necatis
reſpublic.recipit ſtatum ſuum.ff. de ori-
gin.iur.l ii.§.initium.in fin.§.Deus quip
pe in reorum & impiorum flagellatione
9 placatur.24. quæſt.iiii. ſi quos.† Interdũ
autem peccata fidelium per Saracenos &
barbaros cum ſæuitia vendicantur.56.di
ſtinct.ſi gens.in fi.¶Mali magiſtratus ſæ
pè de pecunia in republic. cogitant ma-
gis, quàm de iuſtitia curam habent ty-
rannos, & ciuitatibus erigũt erectos cum
eorũ factionibus fouẽt, & nutriunt, ino-
pes deprimunt, alunt iniquitates, & ſta-
tum pacificum ciuitatem euertunt. & di-
cit Caſsio.vij. variarum epiſtolar.47.Tũc
in regno plena eſt tranquillitas, quando
nullus in eodem iudicis iniquitatem for
midat. vbi ergo viget preſſura tyranni
abſque ſpe libertatis & releuationis, non
iniuſtè pugnatur: nulla enim iuſtior cau-
ſa belli gerendi, quàm ſeruitutis depul-
ſio, vt ait Tullius in Philippi. vii. Vnde
apud Romanos primum pro libertate vr
bis, deinde pro dominio eſt pugnatum,
10 vt ait Pollit. libr.viij c.v.† Melior eſt q-
dẽ mors, q̃ vita amara Eccleſiaſtic.30. At
que nil amarius eſt, q̃ vita ſub crudelitate
tirãni. Et Salomõ iciuitate ĩ qua abũdat
iniquitas & iniuſtitia melius eſt mori, q̃
11 viuere. & † Tullius tertio de officijs. Nul-
la eſt ſocietas cũ tyrãnis, neque .n. eſt cõ
tra naturã ſpoliare eum ſi poſsis, quã eſt
honeſtum necare, atque huius modi ge-
nus peſtiferum, & impium ex hominum
12 ſocietate exterminandum eſt.† Nã tẽpo
re tyrannidis hæreſes conſurgunt, & li-
bertates eccleſiæ ſubuertũtur, authentic.
decernimus.de ſacroſanct. eccleſ. & nu-
ptiæ contrahuntur inceſtæ.l.fi.de inceſt.
nupt. non eſt libertas matrimoniorũ, qa
tyrãni q̃runt amplas dotes pro ſequaci-
bus, nã ipſorum proprium eſt ciuitates
deſolare, ſacra prædari, ac pernicioſos
magis & impios & iniuſtos eſſe, vt dici-
tur.iiii.Ethico.Et ideo ſub tyranno reſ-
public. nulla eſt ſecundum Tullium pri
mo de offic. nam & cruciatibus hominũ
depaſcuntur vt ait Oroſius ii.ad Augu.
& neminem qui aut libertate dignus ſit,
aut liber omnino eſſe velit amicum arbi-
tratur vt de Dyoniſio refert. Tull.quin-
to tuſcul.quæſtio.& Valer.lib.vi.de ſeue-
ritate vocat hoſtes liberatis, iuſteque ita-
que tyrannus occiditur, licet quidam vel
timidi vel nimium iuſti dicant contrariũ
12 ſic & † Abſalon iuſte fuit occiſus vt pax
haberetur quãuis Dauid vt eum viuũ ſer
uarent, mãdauerit, perditum vero fleuit,
& regni ſui pace quæſita ſuam mœſtitiã
cõſolatus eſt.23.q.v.quis enim.& Liuius
13 in lib. de bello Macedo. † gladius enim
eſt vltor iniquitatum. Iob.19 in fin. Nã
ſicut princeps pugnat ꝓ legibus, iuſtitia,
& populi libertate, & legibus regit.ita ty
rannus quærit euacuare leges, & popu-
14 lum reuocare in ſeruitute,† imago diui-
nitatis in principe, tyrannus vero eſt ad
uerſariȩ fortitudinis, & prauitatis imago:
igitur tanq̃ prauitatis imago occidẽdus:
late proſe quit. Policratus in lib.vi.c.17.
15 qui dicit, † ꝙ tirannus eſt [a] qui violenta
a dominatione populum præmit. & idem
eod.libr.c.20.& c.16.qui dixit poſtremo,
quòd diuina lege licitum eſt ipſum occi
dere. Andr.de Iſer.in tit.quæ ſint regalia
in verbo, extraordinaria col.i.dixit, quòd
gẽtes Philoſophi dixerunt occidendum
tyrannum, cum quo nulla nobis ſocie-
tas eſſe poteſt alleg. Tullium iii. de offic.
16 tamen dixit, † quòd hoc catholica veri-
tas non patitur quia beatus Petr. iubet
obedire dominis, non tantum bonis &
modeſtis, ſed etiam diſcolis, quia poteſt
recurri ad ſuperiorem ſi habet, argu-
men.15.q.2.c.alius. vbi cũ conſilio Papæ
deiecerunt regem nõ curãtẽ de regno. vbi
gloſſ. dixit, quòd Papa depoſuit. Vel ſi
ſuperiorem non haberent poſſent per ſe.
& eſt exemplum de Tarquinio expulſo.
l.ii.§.exactis.ff.de origi. iur. & ibi Andr.
de Iſer. Bald.autem in d. §. exactis dixit,
quòd licet malus rex ſit tyrannus, quòd
ſubditi nõ poſſunt derogare iuri ſuperio
ris, tamen in princi.ff. veteris, dixit, ꝙ

si dominus seuere & tyrannice vtatur iurisdictione, quòd subditi non tenent sibi obedire:& per not.per Bar.in l.hostes. de captiuis.& dixit idem Bar.in l.post susce-
27 ptam.de excus.tut.quod † si rex est omnino inutilis debet sibi dari coadiutor. & Bal.in tit. si de inuestitura lis oriatur. vbi post glo. dixit,quod populus potest depo nere Imperatorem insufficientē,& mente captum.& idem Bald.in l.non ambigitur.de legib.quod debet priuari per Papā quando esset inutilis & ebriosus, qui non sustineret reipublicæ curas,& de pace cōstan.§.fi. Thom.autem de Aquino in secunda secundæ.artic.penul. dixit, ꝙ meritorium est occidere tyrannum, tñ contrarium fuit decisum in Concilio Constātiæ.& vide Thom.de Aquino ibi, qui fecit libellum ad Regem Cipri qui incipit, cogitaui mihi. in iiij chart. vbi de hoc latè,& vidimus in diebus nostris.

a ¶Tyrannus est.] *Qui & unde dicatur tyrannus vide dominum Marianum Sooin in consi xxv. incip. Sequendo ordinem vers circa quam quæstionem ibi est igitur in prima part.*

SVMMARIVM.

1 *Barones excedunt multis modis. vt nu. 3 4.5. 8 14 19 20.21 22 25.26 & 27.*
3 *Baro si velit grauare uasallos in seruitijs vltra casus debitos tunc competit officium iudicis ut releuentur ab oneribus.*
6 *Consuetudo an & quando inducat seruitium.*
9 *Verbum possessio à seruo prolatum quomodo intelligatur.*
10 *Notarios creare & monetam cudere est de suprema potestate principis.*
11 *Pœnæ publicationis bonorum quando ex crimine venit imponenda tacitè vel expressè tunc omnes habentes merum imperium possunt hanc pœnam imponere*
12 *Regaliū confessione an uideantur concessa oīa quæ personæ principis cohærent & nu 13.*
15 *Barones an possint iubere suis subditis quòd nō uadant ad molendina quàm ad sua*
16 *Statuta dominorum quibus dolus inest, non ualent.*
17 *Doli exceptio pōt opponi cōtra statuta iniqua.*
18 *Dominus non debet subditos malè tractare.*
23 *Statuendi potestas causatur à iurisdictione.*
24 *Appellari potest à grauamine statuti iniqui.*
28 *Coloni qui tenentur colere fundum an teneantur ibi stare si dominus eos verberet.*
29 *Vxor uerberata à marito an possit ab eo diuertere.*
30 *Agricola æquiparatur uasallo.*
31 *Vasalli possunt inuito dño renuntiare feudo.*
32 *Vasalli qui obligantur dominis ad seruitia, non possunt habitare in alijs terris præstādo eis debita seruitia. Et an si recesserint & redire compellantur perdant bona num 33. 34 36 38.39 & 40 & 43.*
35 *Vasallus fugiens à facie domini sui committit furtum sui ipsius Et an posit propria authoritate capi nu. 42.*
37 *Furari an liceat rem pro re.*
41 *Vasalli & subditi possunt uendicari per barones, & comites quorum sunt vasalli.*

De excessibus baronum erga subditos.

CAP. I.

1 EXcedunt †autem barones va-
sallos angariantes seruitijs, & ad onera,ad quę non tenentur, qui vltra sex casus grauari non possunt,qui ponuntur in Specu.in tit.de feud.§.quoniā. versic.& not ꝙ vasalli imperij.ad fin.§.in antepen.col. vbi alleg.Roffred.Beneuentanum in libellis:licet Io.Andr.dicat iure hoc non caueri: tamen Roffred. habuit à cōstitutione regni de adiutoriis exhi. vbi
2 glo.alleg.Rofre.quæ dixit,† quod si baro velit grauare vasallos in seruitiis vltra casus debitos,quod competit officium iudicis,vt releuentur ab oneribus. & Bal.in c. fin.de prohi.feu.alie.per Fed.& Specul.in tit.de censi.§.ii.ver.sępe.& seq & in titu. de maio.& obed.& in titu.de off.iudi.per
3 Specul. ¶.†Excedunt deniq; barones mittendo vasallos pro seruitiis eorum cum propriis expensis vasallorum, & sine curię competenti salario,quod nō licet.arg. l.illicitas.§ illicita.de off.prę.& in consti. regni,quę incip.omnes officiales. vbi punitur pęna dupli.& in cap.regni.quod incipit grauamina.& est aliud c.quod incip. vt nullus officialis vel subofficialis & extat alia constitutio regni. quæ incip.Sicut nostra,seruitia. vbi similiter statuitur, & plus quod si animalia moriantur quę fuerunt capta pro seruitiis curię,quod debet per

per curiam persolui æstimatio. quę iura habent locum, quando homines mitte-
4 rentur pro seruitiis publicis curię, † si tamen baro vellet mittere pro seruitiis priuatis eius, vt quia exerceret mercantiam vel ad culturam terrarum, puto quod non posset inuitos cogere, quia illa seruitia non spectãt curię baronis, vel officialis, sed sunt seruitia priuata. argumen.d. constitutionis.quę dicit promittenda pecunia. secunda constitutio dicit quod potest subditus compelli æquo pretio. & in d.cap.grauamina vbi est glos Neapo.quę dicit à contrario sensu,quod mitti possit pro seruitiis cum expensis curię. tamen Andr.de Iser.in titu.quę sint rega. in ver
5 sicu.angarię & plaustrorum. † dicit quod princeps recipit plaustra, & currus ab inuitis soluta mercede: alii vero officiales recipiunt tantum à volentibus cum liberto,seu mercede. qui si ab inuitis exigant, puniuntur de iure communi pęna viginti librarum auri.l.iudices.in fine. C.de cursu public.libro duodecimo. nisi aliter sit consuetudo mittendi de vno loco ad alium sine curię salario competenti.vt in d.cap.grauamina. & in alio cap.
6 regni. nullus officialis, quia † consuetudo tunc inducit seruitium, & viii.q.vlti. seruitium. & dat iurisdictionem & priuilegium.viii.q.iii.conquestus.in fin.de consue.c.cum dilectus.et inducit seruitutem de aq.pluu.arcen.l.i com prę. l.venditor. quę intellige de consuetudine pręscripta, vel illa quę est inducta à tempore, cuius in contrarium non est memoria. extra de verbor.significa.cap.abbas.& c.super quibusdam.§.pręterea.extra de consue. c.fi. de aq.quot.l.ductus aquę. & l.ii.de omni agro.secundum glo.Neap.in d.c.grauamina.& idẽ dixit in alio c.regni.quod incip. itẽ quod iustitiarij non capiãt. vbi idẽ dixit de consuetudine, & quod à volẽtibus nõ inuitẽ,& aialia ad vecturã capere pñt. arg.de of.pręf.vr.l.j.§.cura. & fur.aduer. naut.l.i.& comm.præd.l venator.§.si constat. Tñ quia aliqñ barones, vt in plurib⁹ priuilegiis & instrumentis venditionum, castrorum,terrarum, & villæ habẽt priuilegia & concessiones baroniæ, vel venditiones Regum,in quibus dicitur,cum regaliis,angariis,& perangariis,an tunc possint ipsi barones extorquere ista seruitia à vasallis inuitis soluta mercede,sicut ipse Rex posset soluendo mercedes, & locria, & puto quod sic,vt dicta verba priuilegiorum,& venditionum operentur aliquid, per not.in l.non aliter.de lega.iii.& l.ille aut ille.§.cum in verbis.eo.tit.de exerci. l.j.§ is qui nauem.sunt.n.verba in priuilegiis intelligenda,vt aliquid vltra ius cõe operentur.c.cum in his.de priuileg.& ad muni.l.i.si qñ.de leg i.de priuil.c.si papa. in vi.de verb.ob. l quicquid astringendę.
7 † Tñ propter hoc non poterunt ipsi Barones excedere,& satis grauare subditos, quia facultas aliquid faciendi concessa intelligitur,vt ex bona fide agat, & tali facultate vtatur ciuiliter & humaniter.arg. ff.manda.l.creator.§.Lucius. de seru. l. si cui. ff.de ædili.edic. l.sicut venerator. Et
8 † aduertendũ quod licet in talibus priuilegiis hęc concederentur: puto, quod in hac generali concessione regalium nõ veniant oia regalia, sed ea tm̃, quæ possent conuenire baroni, quia non poterit ꝑpea monetam cudere,nec notarios creare,aut de crimine lęsæ maiestatis cognoscere, nec pœnã publicationis omnium bonorũ imponere,quia ista sunt regalia, quę concernunt supremam potestatem principis, quæ in generali concessione non veniũt. l.i.in fi.de off.eius cui man.est iuris.& verba generalia priuilegii in dubio debent intelligi ẽm qualitatem personę proferẽtis,& ex ea accipiunt declarationem. l.sti
9 pulatio ista.§.sicut.de verb.obl. † vbi verbum possessio à seruo prolatũ intelligitur quo ad detentationem,& nõ quo ad iuris possessionẽ,cuius est incapax.ad idẽ c. solitæ.de maio.& obed. & etiam secundum qualitatem personę,ad quam diriguntur. l.plenum.§.equitii.de vsu & hab. de iudi. l.sed & si susceperit.§.si libertus.de testa. mil.l.ex militari.de iniu.testa.l.si quis filio.j.§.sed & si quis.de pręb.c.ei cui. in vi. quia talia sunt subiecta qualia prędicata
a demonstrant. [a] l.j.de diuer.rescr.c.dudũ. in glo.fina.de deci. Cum ergo creare notarios sit de suprema potestate principis sibi inhęrentis, vt in titu. quę sint reg. in
10 verb.magistratuum, † & et monetã cu-
b dere,vt in eo.tit. [b] & in c.quãdo.de iureiu. et cognoscere de crimine lęsæ maiestatis: vt in

vt in illo tit. ac etiã omniũ bonorum publicatio, vt in tit. C. nem. licet sine iuss.
11 prin. cõfisc. vbi dixit no. Ang. † ꝙ quãdo ex crimine venit imponenda pęna publicatiõis bonorũ tacite vel expressè, tũc omnes habentes merum imperium possunt hanc pęnam imponere. de offic. psi. l. Illicitas. §. qui vniuersas. & in l. qui de portatorũ. de pę. & l. qui contra. de ince. nupt. & habẽtes regalia, per tex. in l i. de bon. vac. lib. x. iũcto dict c. i. quæ sint reg. vel habentes supremam potestatem, vt Reges & principes, ac etiam ciuitates potestatum qui non recognoscunt superiorem, qui habẽt merum imperium, & habentes absolutũ arbitrium in criminalibus à domino concessum, qui etiam ĩ eorum præceptis possunt imponere penam publicationis omnium bonorum. glo. est singul. in authen. de armis. habentes merum imperium possunt pęnam confiscationis omnium bonorum in hoc regno imponere. argu. d. l. i C. nemin. licet. l. i. de priuil. scho. lib. xii. dicens idem in eo ꝗ merum imperium præscripsit. argu. l. ii. de bo. vacan. lib. x. & argu. l. iii. & l. prædiis. § final. de legat. iii. & l. prædia. §. fin. de fund. instru. de itin. act. priua. l. ii. §. eũ. Quia præscriptio ad rem cohærentem adiacentem se extendit per iura prædicta. Et de istis cõfiscationibus in terra baronis vide latè per And. in tit. de pac. tenen. §. si vero. in versi. & dispensentur. & de tali concessione facta comiti vel baroni concedendo sibi regalia generaliter. vi de Andræ. de Isern. in titul. quæ sint regalia. in rubrica, vbi videtur tenere con-
12 trarium scilicet, † quod concedendo regalia ꝙ ueniant omnia, quæ personæ prĩcipis cohærent, vt ibi late per ipsũ, cuius opinio non seruatur de consuetudine in regno In ducali dominio Mediolani reseruãtur superiori daciũ ferrariciæ, trata gualdorũ; ꝗa de stilo cãcellariæ ista tria non ponuntur in priuilegijs, licet quasi omnia regalia cõcernẽtia vtile dñium, & nõ supremã principis potestatẽ ponan-
13 tur; † & propterea qui habẽt regalia ex priuilegio in regno sibi generaliter concesso nõ creãt notarios, nec in crĩe lesæ maiestatis procedũt nec monetã cudere pñt, nisi exprese cõcedatur eis cudere monetã, vt in ciuitate Aquile, nam ex forma priuilegiorum specialiter quasi omnia regalia conceduntur, cum dicitur mõtibus planis, aquarum decursibus, gabellis, passibus, viis, anditis, pœnis, mulctis &c. tamen aliqua non conceduntur. s. notariorum creatio, monetam cudere, thesauri, & bona committentium crimẽ læse maiestatis, quæ tanquàm non specialiter cõcessa non veniunt, vt sentit text. in dict. tit. quæ sint regalia. in verbo, nisi quę specialiter alijs conceduntur, licet Andr. aliter sentiat, & non bene iudicio meo. & hoc etiam tenet contra Andræ. de Iser. Lucas de Penna. in l. i. C. de priuil. schol. lib. xii. dicens quòd ea quæ sunt mere regalia, vt creare tabelliones, monetam cudere & similia, quæ non possunt cadere in priuatum, velut regum ossibus inhærentia nequeunt a ptãte Regis separari,
14 vt in l. i. de veterantis. libr. xii. † Excedunt etiam barones vasallos grauando, tyrãnizando, & cogendo inuitos emere baiulationes, gabellas, & tabernas eorum in credentiã pro immẽso, & maiori ptio, quã exigi possunt, qui propterea vendũt pluribus vt habiliter possint pretiũ consequi contra constitu regni, quæ incipit, magistri cameræ, & capituli regni de terrenis. quod incipit terreriis & in alio c. in titul. de occupatis. qui propterea tollunt subditis arbitria, vt non possunt hospitari hospites in eorũ hospitijs, nisi prius sint recepti hospitãtes in hospitijs ipsorũ baronũ, ꝙ non licet, quia publica versatur vtilitas, quòd in ciuitatibus sint isti hospites. ff. nautæ caupon. l. i. in princip. & est eis libertas recipiendi, vel non recipiendi, hospites. dict. l. i. in i. responso. & in ii. in versi. neque quisquam a cõtrario sensu literæ, nam superior sine causa nõ potest cuique interdicere vti arte & ministerio suo. l. moris. ff. de pœnis. de interdictis & relegatis. l. i & iii. cum similib. Et de hoc, an baro possit iubere subditis hospitibus, vel hospitantibus ꝙ non hospitentur quousque non sit hospitiũ baronis plerũ hospitibus, vel quod non accedant ad alia molendina, nisi ad sua vel ad alia pascua? dic ꝗ non, quia subditi in iurisdictionalibus tenentur obedire do-
16 minis eorũ, & in mandatis discretis † ꝗa

statuta

statuta dominorũ quibus dolus inest non valent. C.commũi. vel episc.l.interlocutio. & de leg.j.l.filius. §.diui. per Dy. & C.de fideic.l.quoties.per Cy.& Inno. in c.j.de iudic.de man.vindi.l.illud.de except.dol.
17 l.j.in fin.vbi dr̃ † ꝙ contra statuta iniqua põt opponi exceptio doli,vnde ei non debet parere,ẽt si sit subditus astrictus iuro fidelitatis.ff.de ver.obli.l.multum. & hoc non reperitur in capitulis fidelitatis. c.j. de for fid. & cuilibet debet esse libertas. l. quibus.de cond.& demõ.& quia hoc non licet per pactum.ff. de pact.l.nemo. & tali imperio facta rescinduntur.l.si priuatus. qui & à qui.de dol.l.totiens.& Imperator hoc nõ posset sine offensa iustitiæ,nisi ratione alicuius publicæ necessitatis. l.Lucius.ff.de euic.& de re.ven.l.item si verberatum.de leg.ij.l.qui solidum.§.j.nã Imperator fouet ea, quę sunt liberi arbitrij.
18 C.de testa.l.omnium.† Et dominus non debet subditos male tractare.ff.de fideius. l.inuitus.& mandata non sunt implenda, nisi ad mandantis authoritaté pertineãt. ff.de annu.leg.l.quoties. §.Põpo. de ope. liber.l.cerdoné. quędam.n.præcepta seruanda non sunt.ff.de hære.instit. l paterfamilias.in glo.fina.& ideo clauis iustitiæ errat,nam bono principi nõ conuenit cupiditatis auaritiæ thesaurum implere, qa thesaurus principis sunt subditi bene se habentes.in authen.vt iud sine quoquo suf.
19 §.cogitatio.de cadu.toll.l.i.in † fin.Et si excedit propter cupiditatem fit tyrãnus, secundum Sene. & ideo si fiat tale decretum concernens cõmodum principis priuati iuris non valeret,vt si sint molendina eius priuata,quia est ambitiosum. l.ambitiosa.de decr.ab ord. secus si sint molendina fiscalia,vel publica,sicut not. in l.sed & Celsus.de contrahẽ.empt. & tunc valet,quia est munus publicum,& erunt tũc talia præcepta iusta,quando necessitas publica exigit.l.munerum. §.item. de mun. & hono,& hoc in dominis habentibus liberam potestatem,secus in habentibus limitatã iurisdictionem,quia excedere non possunt.C.de decurio.l. duumviri.& not. in l.pen.de cond.ob cau.Ita consuluit Bal., cons.lv.Et quòd qui recognoscit superiorem hęc non possit, facit, quia hoc est nouum vectigal,& non potest imponi per principem nisi ex aliqua causa, quia omnium subditorum peculiariter interest, & potest de hoc argui, secus si recognoscat superiorem secundum And.de Iser.in tit. quæ sint regalia. in verbo, bona committentium. vbi dicit, quòd princeps est pater subditorum in prospiciendo commodis eorum.& idem dixit in dicto titulo,in
20 verbo,littora.& in verbo, flumina. † vbi dicit quòd princeps non potest concedere publica loca, nec in eis pati fieri aliquid cum incommodo vsus publici. etiam dixit, quòd princeps sine causa non tollit vniuersitati publicũ, vel commune sicut nec rem priuati,& sic intelligitur potestas principis secundum eum. & hoc esset tollere liberum arbitrium & commune bonum subditorum, qui plus dixit ibi in verbo,flumina. quòd princeps imponens vectigalia sine causa committit rapinam, & dicitur auferre bona subditorum,quia si-
21 ne causa ius alterius exhaurit. † Nam regna & principatus sunt non tam ad vtilitatem ipsorum quàm ad commoda subiectorum.prima quęstio.j.cap.ecce.& seq. & Augu.de ciui.Dei.iiij.c. Vtile est vt boni longè lateque regnent, neque enim tã ipsis quàm illis vtile est quibus regnant.
22 † & Tullius primo de officiis. procuratio reipublicæ ad eorum vtilitatem, quibus commissi sunt,non ad eorum quibus cõmissa, gerenda est. si ergo hoc non debet licere principi, multominus baronibus, qui habent limitatam iurisdictionem in certis casibus,tamen possunt grauare sub-
23 ditos, vt supra diximus. † Et cũ potestas statuendi causetur à iurisdictione,quę est de publico introducta cum potestate iuris dicendi & statuendi.vt not.in l.j.de iurisdic.omn.iudic. non debet plus extendi authoritas baronum quàm eis à iure permittatur.arg.de iurisdi.omn.iudic.l.extra territorium.& l.cum vnus. §. his qui.de bon. auth.iudi.pos. & clemen. pastoralis. de iudi. & de iure non possunt talia statuta & præcepta facere, in grauamen subditorum,eis arbitria auferendo,vt supra est dictum. Si ergo barones ipsi velint exerceri facere eorum tabernas, faciant sine pręiudicio subditorum, taliter quòd non priuentur subditi exercitio tabernarum suarum. argu.l.quoties.§.penul.de polli.

& l. si priuatus. qui & a quibus. & l. venditor. §. si cõstat. ff. cõmunia prædio. & per not. ꝑ Bar. in j. cõsti. ff. de cano. de cõsti. c. cũ oẽs. & eo. ti. c. quæ in ecclesiarũ. vbi videtur, ꝙ in præiudiciũ tertii, ẽt subditi ci uitas non potest statuere, & per doct. ibi. & facit de c. d. l. eos. & insti. de legi. agna. m̃ fi. & quod not. in l. omnes. si contra ius vel vti. pu. & in l. Antiochensiũ. de priui. cre. & in c. in nostra. per Innocen. de iniu
24 riis. & damno dato. † quinimo etiã a grauamine statuti iniqui potest appellari qñ fit contra certas speciales personas, non quando generaliter. vt habetur in l. omnes populi. per Bart. de iustitia & iure. & & ista sunt facta contra personas speciales. s. hospitantes & pascere volẽtes. ergo &c. & ita concludit, quod barones talia præcepta ambitiosa ad sui commodum: & in præiudicium subditorum facere nõ possunt.

25 ¶ † Excedunt etiam barones, quia sepe vxores & filias vassallorum inuitas cognoscunt carnaliter propter quod ipsorũ vasallorum proprietate priuantur, vt in cõsti. regni. si vasallus. in tit. de fideiussione domini a vasallis, ac etiam dum ipsos contra iustitiam aggrauant: vt in consti. præsen. de homi. baronis. Ac etiam excedunt dum negligunt vasallis eorum iustitiam ministrare, quo casu post monitionem eis factam per regiam curiam, vel per iniustitiarum causa reuertitur ad iustitiariũ: vt in const. iustitiarii nomen. de offi. iust. & in const. officiorũ de discreta cognitione causarũ. ¶ Excedũt ẽt multis aliis modis de quibus in c. regni quod incipit terreri.
26 ¶ † Excedunt autem quia habentes appetitum canonicum subditos spoliant. Bal. in l. solent. §. nunc vero. de offic procon. allegat Iacob. de bel. in authent. scriptum
27 exẽplar. ¶ † Excedunt etiã barones tenere volentes vasallos sub iugo perpetuæ seruitutis, ipsos nequiter & crudeliter tractando, qui si recedant ad alias liberas ciuitates illos vendicant, vt ad propria redeant, qui si propter iniustitiam & seueritatẽ dominorũ recesserint, redire nõ cõpelluntur. quod not. per Bar. in l. cũ satis. C. de agri. & cen. lib. xj. vbi dixit quod coloni qui tenentur colere fundum, non tenentur ibi stare, si dñs eos verberet, per il lum tex. & per tex. in l. j. C. in qui. cau. co
28 loni. & cen. † vel si dominus sit ita rixo-
29 sus quod ibi stare non põt. † Dicens idẽ in vxore quæ a viro verberatur: quod potest ab eo diuertere per text. in aut. vt cũ de appel. cogno. §. quia vero. & arg. l. si cõuenerit. ff. ꝓ socio. & hoc tenet Lucas de pẽna. in l. si coloni. de agri. & censi. li. xj. in xii. q. in vasallo, qui a domino crudeliter & tyrannice tractatur, quia vasalli possũt impune dimittere talem dominum. arg. tex. d. l. si coloni. & extra de resti. spo. c. li-
30 tera. † Nam agricolæ æquiparantur vasallis secundũ And. de Iser. in tit. de prohiben. feu. alie. ꝑ Fed. l. imperialẽ. §. pen. vbi terra pro qua quis est vasallus domini efficẽretur sterilis. ita quod vasalli nõ possent vlterius in illa morari, poterunt recedere. arg. l. si qui a prioribus. de fund. patrimo. li. xj. & l. iii. & not. in glos. fin. de agri. & cen. secundũ Lucã de penna in d.
31 l. si coloni. qui dixit in d. l. † quod vasalli possunt inuito domino renuntiare feudũ quod efficeretur sterile: & ad alia loca se transferre dicens hic not. contra dominos crudeles qui volunt vasallos tenere inuitos ar. l. vis eius. C. de proba. & gl. in d. l. ii. Si tamẽ tenebãtur dominis eorum seruire de seruitiis personalibus, redire cõpelluntur: vt in consti. regni quisquis de bur
32 gẽsibus: † quia vasalli qui obligantur dominis ad seruitia nõ possunt habitare in aliis terris præstando eis seruitia debita: secundũ Andr. in d. consti. nisi ipsos vasallos dominus acriter verberauerit, vel vxorem aut filiam inuitam carnaliter cognouerit, vel si in causa criminali pro eo non fideiubet quia perdit vasalligiũ & non tenebitur redire ad baroniam. vt in consti. regni. si vasallus de fideiusso. domina va
33 sallis. † Tamẽ in casibus in quibus tenentur habitare in terra baronis: & recesserint & redire compellãtur an per dãt bona? constitutio regni quæ incipit, errores in tit. de his qui debet accedere ad ordinẽ clericatus. statuit, quod si is qui est subditus baroni ratione bonorum velit clericari, ꝙ debet dimittere bona quæ tenet a domino suo. & alia constitutio quæ incipit personas. statuit ꝙ si homo domanij accesserit ad terrã baronis domanio illo derelicto, ꝙ punitur publicatione bono-
rum

rum suorum ipse & receptator. deinde vero successit capitulum regni. Item statuimus, volens, quod vasalli ecclesiarum eis ad personalia seruitia obiecti, si de terra aufugerint, possunt eorum domini ipsos vasallos per omnem coercionis modum compellere legitime: vt ad loca a quibus recesserunt, reuertantur, & commorentur in cens. & sic videtur, ꝙ coercere possint in bonis vt redeant: deinde successit in regno capitulum honorii, quod incipit ad nouas cõminantias quo prouisum est, quod vasalli personaliter obligati non possunt deserere terram, ratione obligationis personalis: sed si obligetur ratione rei, dimissa re possũt ipsius terræ relinquere incolatum, & sic videtur inferri quod perdat bona, quæ tenet a domino. & ita Lucas de penna in l. si coloni. de agr. & cens. refert dictũ. c. de verbo ad verbum. & extat etiã aliud capitulum honorii editum in fauorem prælatorum, ꝙ eius vasalli obligati personaliter non possint recedere, & redire cogantur ad terrã. Ego vero non memini legisse quod perdant bona patrimonialia, quæ non tenẽt a domino, nisi dicamus ꝙ dominus possit sibi prouidere in hoc casu, cogi faciendo ipsum per superiorem mandando sibi & imponendo pœnam perditionis bonorum burgensaticorum si non redeant. vel per omnem coercionis modum. Ergo cũ vasallus obligatus de persona a feudo aufugerit: quia ipse est pars feudi: vt dixit Andr. de Isern. in constitu. regni probationum defectus. argumen. l. quemadmo-
34 dum. de agrico. & censi. † qui etiã æquiparatur liberto. vt in cap. j. quibus mod. feu. admit. merito dominus poterit ipsum ad reuertendum compellere, & fiet ista compulsio secundum quod ius
35 disponit: † nam vasallus fugiens a facie sui domini committit furtum suiipsius secundum Bald. in l. j. C. de ser. fugit. in fi. ac etiam dñm spoliat seruitiis: & sic cum delinquat in dominum, poterit dominus authoritate superioris ꝑpter eius fugam & contumaciam immittere manũ ad bona eius secundum formã iuris, per tex. in l. j. ii. & iii. de requi. reis. vel fiat per capturam personæ si haberi poterit: vel ꝑ capturam pignorum, aut mulctã. argu. l. sed & hæc in §. prætor. de procu. & l. cum non solum. §. necessitas. de bonis quæ li.
36 & in iuribus ibi. in glo. alle. † & sic ista cõpulsio fiet iuribus præturæ. scilicet ꝑ manus iniectionem ad bona etiam patrimonialia ipso existente in contumacia non redeundi. per text. in consti. regni si vasallus de fideiussione domini a vasallis. Nã si bona existant in sua iurisdictione poterit baro bona retinere vtendo retentione pro suo interesse, & seruitutibus, quibus dominum spoliauerit per not. in l. j. C. de pig. vbi glo. dixit quod potest vti retentione etiam contra obligatum nudo pacto. & in l. si non sortem. in §. si centũ. de cond. indebi. sicque cogetur redire ꝑ attestationem bonorum, qui dominũ spoliauit seruitiis & subuentionibus, ad quæ tenentur vasalli dominis eorum. arg. not. per Inno. in c. olim de resti. spol. & glo. in l. si coloni. de agri. & censi. li. xj. & per no. per Innoc. c. quia plerique de immuni. eccles. & per Bald. in l. secunda. C. de fur-
37 tis. vbi dicunt, † quod si tu me spoliasti re mea & non est mihi facultas recuperandi alia via, quod possum tibi subtrahere aliam rem, & illam detinere quousque habeã rem meam. Et sic vasallo fugiente a feudo qui erat obligatus ad seruitia personalia poterit si fuerit requisitus vasallus ipse a barone sequestrari facere bona sua etiã patrimonialia, vt tædio affectus redeat, & ex fructibus bonorum ipsorum exolui facere onera, ad quæ tenebatur vasallus. per not. per Bar. in l. incola. ff. ad muni. Tamẽ Spec. in tit. de feudis. in §. quoniam. ver. viii. l. queri-
38 tur. videtur tenere, † quod vasallus recedens a terra domini nõ possit priuari bonis a domino sibi cõcessis, quem ibi Bal. sequitur, tamen cõstitutio regni est in cõtrarium vt supra, & alia constitutio quæ incipit. ad subiectorum, prouidet quod teneatur illa bona vendere iusto pretio. & Bald. in præambu. feud. dixit, quod si vasallus recedat insalutato hospite, non tamen renuntiando feudum, quod cogitur si domino placuerit redire & seruire per l. omnes. de agri. & censi. lib. xj. & adde aliud capitul. honorii. vbi sic dicitur-
39 † Item licet idẽ princeps statuerit aliqua de vasallis ecclesiarũ eis ad ꝑsonalia

ſeruitia obligatis forſan à terris in qui-
bus morari debent aufugerint, per prælatos & eccleſiaſticas perſonas reuocandis:
nos tamen diximus diſtinguendum, vt ſi
ratione perſonæ ad huiuſmodi ſeruitia
teneantur, poſsint, ſi receſſerint legitime
reuocari. ſi vero tenentur rerum tantum
modo ratione, & recedere voluerint res
ipſas eccleſijs & perſonis eiſdem omne
dimittere, compellantur. & dixit And. de
40 Iſer. in d. conſtit. quiſquis. † quòd ſi va-
ſallus habet bona à domino: licet nō ſub
conditione morandi in terra ſua, ꝙ taci-
tè ſubintelligitur: & in regno eſt obſerua
tum, ꝙ ſi vadat ad terram domanij, ꝙ
bona non perdat. Secus ſi ad terram alte
rius baronis accedat: quia perdit bona,
quæ tenet à feudo, vel redire compelli-
41 tur, vt ſupra & vltra prædicta, quòd † ſub
diti & vaſalli poſſunt vendicari per comi
tes & barones, quorum ſunt vaſalli, not.
per glo. cum ibi not. in l. j. §. per hanc. ff.
de rei vendi. per medium iuriſdictionis.
& habetur vij. quæſt. j. c. non debet. & di-
cunt docto. in d. § per hanc. ꝙ forma li-
belli traditur per Inno. in c. tuam. de or-
din. cogni. & Specu. in titu. de offic. iudi.
quarta parte. & ideo prouidit dicta conſti
tutio quiſquis de burgenſib. quòd vaſalli
demaniales habitantes in terra baronis
reuocantur infra certum terminum, ſi-
militer etiam vaſalli baronum exiſtentes
in terra demaniali ſunt remittēdi ad ter
ram baronis, vt in dicta conſti. quiſquis.
& in c. occupatis. De modo probandi, ꝙ
ſint vaſalli, habetur in conſtit. regni pro-
bationum defectū. quam bene not. Quia
hodie barones regni vt poſsint vendica-
re vaſallos vt angararios, dicunt quòd te
nentur facere ſeruitia perſonalia, vt por-
tare literas de terra in terram, vel exer-
cere officium cauſa berlingatus pro do-
mino, vel deferre cipum in prima die an-
ni: quia iſtæ probationes ſunt ſufficien-
tes, vt quid ſit angararius vel obligatus
perſonaliter domino per dicta conſtitu-
tio. quia portare cipum die dicta ſit ex
quadam curialitate. argumen. no. in l. ſo-
lent. in §. non vero. de officio proconſul.
vbi gl. Bar. & Bal. & etiam exercere illud
officium eſt munus, quod etiam de iure
communi tenentur exercere ciues & in-
colæ. ff. ad munici. l. j. §. j. in verbo, vt ſyn
dicus fiat, & deferre literas non tenentur
non ſoluta mercede vaſallo, vt ſupra late
eſt ſcriptum. Plus etiam eſt prouiſum per
conſti. regni, quia frequenter vaſalli de-
maniale non poſſunt ſe obligare baroni-
bus perſonaliter, vel aliter occaſione ca-
ſtri, vel feudi vt ibi habetur, nec etiā poſ-
ſunt retineri in terra baronis vt recom-
mendat, vt in conſtitutio. ad ſubiectorū
de hominibus baronum. nec etiam ibi ha
bitare, vt in conſtitutio. prædicta. & vide
capitulum regni quod incipit. prædeceſ-
ſorum. in rub. de occupatis, vbi de recō-
mendatis. Erit ergo practica, quando ba
ro vult vendicare vaſallum, qui acceſsit
ad habitandum in terram alterius baro-
nis: vel quando eſſent vaſalli à feudo vel
à terra ſua diſperſi, ꝙ mandari faciat per
iuſtitiarium regionis, vel per magnā cu-
riam, vel per alium ſuperiorē ſub pœna
priuationis bonorum, vt redeant ad habi
tandum in terra baronis in termino ſta-
tuendo, quo nō redeunte proferatur ſen
tentia publicationis bonorum, ſi domi-
nus hoc voluerit, vel condemnetur ad re
uertendum. & ſi non fecerit, capiatur de
perſona, & redire cogatur ipſe cum filiis,
vt in dictis conſtitutionibus habetur. &
per And. late in conſtit. regni. §. vaſallus.
vbi tradit qualiter & per quos iudices
42 fiat iſta iuſtitia. † Tamen an vaſallus fu-
giens à terra baronis poſsit authoritate
propria per dominum ipſius cap. And. de
Barulo. in l. j. C. de colo. pale. lib. xj. dixit
quòd non, ſi detinetur ab alio: ſed agere
debet. l. extat. C. quòd metus cauſa. & l.
fi. de exhiben. reis. & l. j. C. ne quis in ſua
cauſa. de actio. & obligat. l. negantes. aut
non, & tunc debet remitti ad locū vnde
fugit. l. j. & ij. vbi cauſa ſtatus: ſi autē nihil
dicit poteſt ſua authoritate capere: quia
quod ſuum eſt retinet. ff. de acquirē. poſ-
ſeſ. l. iij. §. ſi ſeruus. & §. quod Nerua. &
l. j. §. per ſeruum. quod non habet locum
cum non eſt egreſſus domini poteſtatē.
& idem videtur dicendum de vaſallo po
teſtatem domini fugientis. argu. l. ſi colo
ni. de agri. & cenſi. & l. fin.
43 ¶ Nam † vaſallus ſimpliciter fugiens eſt
in poteſtate domini reducendus. argum.
l. ſerui fugitiui. ff. de ſeruis fugitiuis. l. ij.
ſecun-

secúdum dominum Ludouicum in l.j.C. de coloni.pale.& vide Bartol.in l.j. C. vbi causa status.

a ¶ *Demonstrant*] *Adde domin. Maria Soci in consil 33 in versicul vi probatur in i parte.*

b ¶ *In eod tit*] *& ibi, ad hoc vide Bal in cap. i iij colum.*

c ¶ *Verberatur*] *Nunquid autem eam verberare ei liceat ex causa vide Felin in cap illud, post princip iiij col de præsump*

d ¶ *Renuntiare feudum*] *Et an & quando, vide Felin in capi quæ in eccles i in 29 column. de constitu*

e ¶ *Rem meam*] *vide domin Iasó May plene in l si non sortem § si centum & ibi Bartol. post glo in vltim oppo dom Alexan de Imol. in lect & in apostil de condi in deb.*

SVMMARIVM.

1 *Baro, an & quando possit prohibere vasallos ne veniant ad curiã regiã. & n. 2. 3. 4. 5 & 6.*

CAP. II.



N baro teneatur de robaria facta in territorio suo [a] vel in iurisdictione, vide infra in verbo, tortura.† Excedunt etiam barones prohibentes, eorum vasallos pro querelis delictorum venire ad regem, qui videntur teneri crimine læsæ maiestatis, secundum Lucam de penna in l.j.in fin. C. vt nemo ad suum pater.l.cuiusque.in tertio responso. ad legem Iuliam maiestatis, vbi dicit, quòd est crimẽ lęsę maiestatis.facere quominus subiectus obediat, sicut si quis fecerit, vt regi subditos in eius iurisdictionem non veniant.argumen.ff.de his quę in fraud.credi.l.qui autem simili. Quod puto esse verum, quando ipse baro hoc faceret in derogationem regiæ
2 dignitatis, vel eius iurisdictionis.† Tamen si ipse haberet merum & mixtum imperium in terris suis, vel cognitionem primarum causarum ciuilium, & criminalium posset prohibere vasallum ne in derogationem iurisdictionis & priuilegiorum suorum veni-
3 ret ad curiam regiam,† quia in iurisdictionalibus seruatur ordo, quia quilibet debet tam in ciuilibus, quam in criminalibus conueniri in sua prouincia, vnde est oriundus, vel vbi contraxit vel deliquit in authentic. vt omnes obe.iudic.prouin.per totum.in authentic. vt iudices sine quoquo suffra.§.volumus. & in titu.vbi de cri.agi oport.& auth.ibi posita.& in l.j.vbi de possessio. & in l. j. vbi in rem actio.& in c.statutum.de rescript.in vj. Nam
4 † ad principem non debent venire, per saltum pro iustitia consequenda sed gradatim quia primo debet adiri ordinarius, deinde proximus superior, si ordinarius grauat, tertio ad principem.l.j.§ si quis in appellatione ff.de appellatio.& in l.ad imperatorem.& in l.ad principem.eod.titu.& de decurio.l.curiales.vbi princeps non vocat aliquem pro sua priuata causa, sed pro publica, sic text.in dic. titu.vt omnes obed.iudic.prouinc.§. hic no-
5 bis.† Quod non debet quis distrahere aduersarium à propria prouincia, & ducere ad regiam ciuitatem pro quibuscũq; causis actor vel reus, quia visa est virorum & mulierum multitudo ex proprijs locis agitata, ac veniẽs ad regiam ciuitatem pro iustitia, quorum plurimi mendicãtes & afflicti ibi interdum mortui fuere, ac plures expẽsas pati, quam rei existimatio, est autem impium ingemiscentem ferre. vbi text. annullat priuilegia in contrarium obtenta nisi sint clausa in corpore iuris vt ibi late in duabus glosis. Et propterea ba-
6 ro hoc facere poterit, † quia ius disponit.& qui facit lege permittente non excedit. C. de adulter.l.Graccus. cum simili.& in regno Siciliæ olim hoc obseruabatur, quòd in regia curia non trahebantur subditi, nisi in crimine lesę maiestatis, guerra mota, & in causis magnorũ feudorũ, & in appellationibus, & in certis alijs casibus, vt in cõstitutio. regni statuimus de offic.magistr.iuste. & inde fuerunt factę aliæ ordinationes, quòd quisque posset in regia curia conueniri. deinde fuit facta certa limitatio causarum, deinde vero fuerunt concessa priuilegia primarum & secundarum causarum fere omnibus baronibus cum mero & mixto imperio, & quod non possent cõnueniri eorum subditi in regia curia, vt per priuilegia apparet. Tamen hodie in regio consilio omnes de regno conueniuntur, nisi habentes speciale priuilegium vt ibi non conueniatur, & nisi in appellationibus, & in certis causis negatę iustitie, excepti clericis & miserabilibus personis secundum iura communia, & regni constitutiones, vt ibi, late videbis.

¶ *Suo*] *Vide Bal in c i § marchio in iiij col. versic. extra quaro qui feud. da poss versi sew.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Principes inferiores qui dicantur? & quot modis excedāt: nu. 2. 3 & 4. & infra per totū.*

De excessibus principum inferiorum.

CAP. I.



DICENDVM insuper de excessibus principum & aliorum praeeminentium, qui autem sint isti principes, duces, marchiones, & comites, vide in libro feudorum. in tit. quis dicatur dux, & not. extra de electio. in c. fundamenta. §. vt ergo. in glo. Ioan. Andre. quae incipit in libro feudorum principatus. authentic. & si sit per se quaedam superior dignitas post imperatores & reges, de quibus habetur extra de elect. c. venerabili. §. videlicet, & §. nunquid. cum sequent. & extra de iureiurand. Romani in clemen. largo tamen vocabulo comprehendit Imperatores & Reges. d. cap. Romani. & 17. quaestio. vij. sane. in fi. & xij. quest. j. de rebus. sic enim accipitur Ioan. viij. & de poen. disti. ij. si enim

1 † Hic enim primo in talijs exactionibus, operibus, angarijs, indebitis, subditos opprimunt. xxiij. quaestione. v. non sane. faciūt denique multa cōtra libertatem ecclesiasticam. cap. cum laicis. de rebus ecclesi. non alienan. propter quod feudis & bonis quae ab ecclesia tenent sunt priuandi. c. nouit. & cap. grauem. de senten. excommuni. & possunt feuda ipsa propterea alijs potentioribus concedi, vt ipsi vendicent feuda & ecclesiam recognoscant.

2 c. ij. de feud. ¶ Excedunt † etiam quia se de spiritualibus intromittūt. de elect. c. Massana. de arbitr. contingit. de iudi. c. decernimus. de praescript. causam. de decimis. c. quamuis. & c. prohibemus. Nam impediunt se de electionibus praelatorum, opponentes se electo dicentes, quod habēt eum suspectum statui suo de proditione alicuius terrae, de homicidio, vel adulterio, quia praesumitur, quod se opponant vt interim spiritualia teneant, vel faciant eos redimi, tamen hac suspitione cessante ipsi potiusquam alij admittūtur secundum Inno. in c. super his extra de accusa. vbi vide. & etiam vide in prooemio constitu. regni latarum, an hoc habeat locum in regno Siciliae. ¶ Excedūt

3 † ēt quia liberos homines subijciūt seruituti, & in eis graues existūt. 24. quest. v. non sane. & dicit propterea Salomon breue regnum non parcit subditis, quia in lata gente gloria principis. ij. quaestio. iij. §. item. ¶ Excedunt

4 † etiam quia in licitis suis superioribus inobedientes existunt, ipsos quando sunt imponentes contemnendo. 22. distinct. §. verum. 23. quaestio. j. c. quid culpatur. ij. quaestion. v.

5 miles. ¶ Excedunt † etiam quia non seruant misericordiam pauperi non habenti quid eis offerat. xj. quaestion. iiij. pauperi. quoniam & frequenter pauperes suspendunt pro modico & ideo quandoque sine misericordia occidūtur, & qui non timet iustum iudicem non credat eum beniuolum inuenire 23. quaestio. v.

6 regum. ¶ Excedunt † etiam quia ecclesiasticos non honorant, sicut debent. c. solitae. de maioritate. & obedien. sed eis iura propria subtrahunt, & plerunque subijciunt seruituti, hoc facientes contra dict. cap. j. ius publicum. de iure patronatus. peruenit. de iureiurand. capitu.

7 minus. & c. sequenti. ¶ † Excedunt etiam quia de facili faciunt guerras authoritate propria, vt no. 24. q. ij. in summa. & cap. j. & Hostiens. in summa de treug. & pace. §. quid sit iustum

8 bellum. ¶ Excedunt † etiam quia subditos vasallos suos offendunt & exhaeredant, nulla lata sententia eis ius dicendo. C. ne quis in sua causa. l. j. de his qui ad ecclesiam confug. denūtiamus. C. de iudaeis. l. nullus. & nihil interest hoc faciant nulla lata sententia, vel vitiose lata. ff. qui satisdare cogūtur. l. quoties. de authoritate tutorum. l. nulla differentia.

9 ¶ Excedunt † etiam in iustitia differenda, affligendo partes laboribus & expensis, quod ante cogantur iuri sui renuntiare, vendere, vel cōponere, super ipso. propterea quod tenētur ad interesse & ad restitutionem totius. argu. extra de haeretic. cap. final. & cap. caeterum. in fine. de iudi. & de iudi. l. properandum. in §.

10 illo proculdubio. ¶ Excedunt † etiam in concussionibus, rapinis, talijs, & spolijs, & homicidijs. extra de rapt. cap. j. de iureiurand. cap. sicut. & c. ij. 23. quaestio. viij.

SVMMARIVM.

1 *Milites concutientes homines dicuntur excedere excedunt etiam multis alijs modis vt infra per totum*

2 *Concussor punitur poena quadrupli.*

De

De excessibus militum sæcularium.

CAP. I.



EXCEDVNT autẽ milites sæculares simplicis militię: quia non contenti suis stipendiis concutiunt homi-
1 nes,† & dicitur concutere aliquid petere vltra debitũ ratione officii per oppressionem, & per minas pecunias extorquere.ff.de concus.l.i.& ii. no.
2 xxiii.q.i.paratus.in vlt. glos.† & punitur
2 concussor pęna quadrupli.a 23.q.i.militare.in glo. fin. & dicitur Ioan.iii. Neminẽ concutiatis, neque calumniam faciatis: estote contẽti stipendiis vestris. 23.q.iii. paratus.in fin. & cap. militare.in fin. 76.
3 distinct.c. non satis. ¶ † Excedunt etiam aliquando expugnando patriam. & dominum cui seruire tenentur ex debita fidelitate.ff.de iusti.& iur.l. vt vim. de religio.l. minime.23. q.i. quid culpatur. & cap.summa milia.22.q.v cap. de forma.
4 ¶ † Excedunt quia accipiunt stipendium & non seruiunt, vel seruiunt & non cum tot equis ideo tenentur ad restitutionẽ. argu.8 i.distin.c.si quis satis. & extra de
5 censi.c.cum instantia in princi. ¶ † Excedunt etiam quia nõ militat propter rem publicam, sed propter prædas & diuitias augendas.23.quæstio.i.militare.
6 ¶ † Excedunt etiam quia fugiunt aliquando de bellis iustis, & dominos deserunt inter hostes.vnde & infames sunt.vi.q.i. infames.& sunt rei maiestatis.l.iiii.ad leg. Iul.maiesta.& capite puniuntur nisi dominum defendere non potuerint. ff. de re mili.l.omne delictum.& in d.cap. infa
7 mes.in verbo, tales. ¶ † Excedunt etiam quia aliquando vilificantes se assumunt officium procurationis contra l militem. C.de procur.& ff.eo.l.filius. §. veterani. & not.extra de postu.præl.cap. bonæ. in glos.i. ¶ Excedunt etiam quia non seruãt communiter iuramentum, quod præstãt non euitaturos se mortem pro salutę rei publicæ. vt not.ii.q.i.prohibentur in i.gl.
8 ¶ † Excedunt etiam quia comeatu nõ accepto se absentant, & sunt in domo volentes gaudere priuilegio militari, & habere stipendium contra legem. ff. quib. ex caus.maior.l.miles & l. qui mittũtur. & not. extra de conces. præbend. capit. quia.in glo. sit miles. ¶ Excedunt etiam, quia si occidant præsbyterum non possunt amplius vti militia, & si vtantur puniuntur.extra de pęn. & remis. cap.ii.
9 ¶ † Excedunt etiam quãdo non vtuntur militia ad id ad quod est instituta scilicet propter iniuriam propulsandam, & propter vindictam contra impios profe
10 rendam. 23. quæst.i.cap.i. ¶ † Excedunt etiam quia aliquando non vacant militiæ, sed negotiis mercatorum, vsuris, & vilissimis ministeriis suam militiam deturpantes.i. distinctio. cap. ius militare.
11 ¶ † Excedunt etiam quia militant nocendi cupiditate, vlciscendi crudelitate, bellandi feritate, dominandi cupiditate, cum animi implacabilitate.i.qõ.v. præcipuè. 23.q.i.quid culpatur.in princ. & c. apud. nam hac intentione militia debet agi, vt mali coerceantur, & boni subleuentur, vt ibi etiam quando non intendunt communi vtilitati in militando, sed priuatæ, contra id quod habetur.24. q.i. summa.
12 ¶ † Excedunt etiam quia non obediunt suis superioribus in vtilibus & licitis, vel in dubiis.c.summa.& c.quid culpatur in fine. ¶ Excedunt etiam quia vsurpant vltra stipendia sua contra, quod habetur. 23.q.i.militare & sine legitima authoritate superioris guerram faciunt, vel occidunt homines contra id quod habetur.
13 xxiij.q.ii.c.iustũ.ii.q.v.miles. ¶ † Excedunt etiam, quia ante victoriam dimittunt bellare, vel militiam ante tempus. extra. de renun.c.i. quia non debet solui militia non completis stipendiis. l. iii. C.de his qui non exple. stipen. & in supradictis capitulis.
14 ¶ † Excedunt etiam quia hodie communiter sunt prædones.23.quęst.i.militare. quod proprie ad latrones in nemore pertinet.& ideo milites grauiter delinquentes exauthorantur, siue degradantur. vt not.de pęni.cap.degradatio.in vi. & Innocen.in cap.ex literis.de restitutio. spoliatio.& de re.in cap.ii.de testi.c.testimonium.& exauthorantur quia eis calcaria à pedibus tolluntur, & ensis à latere aufertur, & galea à capite tollitur, & ita

fuit obseruatum in quodam milite, qui ganeas prostitutas venalesque tenebat.

a ¶ *Quadrupli*] *Concussionis pœna quæ sit, uide glo & Cardi in clem ij. § i de hære si quis teneatur crimine concussionis uide Spec in tit. de executore uer. sed nunquid teneatur: & in tit de salar. §. i uer sed quid si delegatus.*

SVMMARIVM.

1 *Consiliarij principum excedunt multis modis, ut infra per totum.*

5 *Iurans seruare statuta intelligitur iurare de licitis.*

9 *Consiliarij dicuntur militare ad latus principum. Et ideo in contractibus eorum requiritur consensus principis nu 10.*

12 *Consiliarij debent esse uiri optimi.*

De excessibus consiliariorum. CAP. I.



Xcedunt cõsiliarij prin-
1 cipum † qui propalant sententiam proferendam, vel eam vendunt vel per pecuniam profitentur illam daturos, quia fustibus cæduntur. l. itē apud §. idem ait. ff. de iniur. vbi gl. dixit de assessore, vel comite præsidis. & late in l. qui explicandi. C. de accus. qui etiam cõmuniter excedunt cum vadunt extra ciuitatem sine licentia principis. Bart. in l. diuum virum. C. de decurionib.

2 ¶ † Excedunt & reuelando secreta consilia regum, etiam fidelibus, quia incidunt
a in periurium, a & si reuelant amico regis, qui propterea factus est inimicus eius, quia incidunt in crimen læsæ maiestatis. ff. eo. l. cuique. in verbo, dolo. Secus si sit in damnum tertii cui dixerit cõsiliarius, talis dedit consilium contra te, quia tenetur pœna. l. si quis aliquid. §. instrumenta. ff. de pœn. & §. siquis instrumentum. & pœn. l. qui falsa. vel varia. ff. de test. vbi punitur testis dictum suum reuelans: secundum And. de Isern. quibus modis feudum amittatur. & Bald. in l. athletas. in §. calumniator. de infami. alleg. Host. di-
3 xisse, † ꝙ dicitur preuaricator consiliarius reuelans secreta. & idem Bald. in l. fina. qui satisdare coguntur, dixit, quòd tenentur habere secreta ea quæ eis in crēdentia cōmittuntur, nisi sint cōtra rempublicā ibi dixit Bald. & propterea sunt puniendi. l. siquis aliquid. in princi. de pœn. vbi Bartol. de pace constant. §. ego.
4 in fine. † vbi dixit, ꝙ reuelans secreta debet remoueri, nisi promiserit non reuelare secreta consilij illiciti, quia non potest sine metu periurii reuelare. per gloss. in cap. ego M. de iureiurando. in verbo, nul
5 li pandant. sicut etiam dicitur: † quòd iurans seruare statuta intelligitur de licitis. glo. in c. i. de iureiurando, in sexto. & glo. in l. nemo. §. qui iussu. de regulis iuris. & facit glo. decimatertia distinctione in cap. nerui. secundum Ludouicum in
6 suis singula. nume. 512. Etiam † dum comminantur iudicibus inferioribus, ne iudicant sicut deberent, quia tenentur. l. Iulia. de vi public. ad leg. Iul. de vi pu-
7 blic. l. qui dolo. vbi dicit text. † quòd iudicia debent esse in tuto: vt non fiant aliter quàm ius dictat. ¶ Excedunt etiam quando recipiunt aliorum procurationes, quod est eis inhibitum: secundum Bartolum in l. si quis procurator. C. de decurionibus libr. x.
8 ¶ † Excedunt etiam emendo res subditorum, quod est eis à iure prohibitum. dixit Bald. in l. fina. C. de rescindenda venditione. quia nō possunt tenere nisi emāt de consensu domini. argumento. l. non est verisimile. ff. quod metus causa. quod dixit esse verum in consiliariis magnorū dominorum, qui tenent locum principum, sicut sunt legati, & cardinales, & domini magnarum ciuitatum, non in consiliariis Episcoporum, vel minorum magistratum, in quibus de consuetudine non seruatur. & faciunt not. in l principalibus. ff. si certum petatur. & de iure fisci. l. aufertur. & l. quòd à præside. vbi Bart. & bonus text. in l. i. de contrario iudicio. ita Bald. in dicta l. fina. C. de rescindenda venditio. Tamen al quando possunt emere, vt infra habetur in verbo con-
9 trahere. Nam † isti cōsiliarii dicuntur militare ad latus principum. l. verum. §. ex facto. de minoribus. & de excusationibus tutorum. l. iurisperitos. vbi Bartol. dixit, quòd non debent sedere ad pedes, sed ad
b latus. b Et isti hodie habentur loco decurio-

curionum.glo.in l.sed & dolo.ff. de do-
lo.& est similis in rubrica, quæ sit longa
consuetudo.quas gloss.Bald.ibi intelligit
de consilio ciuitatum,& glo.in l.plane.ff.
quod cuiusque vniuer. & quod not. in l.
magistri de pactis. Nam hi consiliarii mi
litant ad latus principum sicut illustres.
l.quisquis.ad legem Iuliam maiestatis.in
verbo,illustrium. & aliquando principes
10 appellantur,l.j.si qua.præ.pote.† & ideo
in contractibus eorum requiritur consen
sus principis per l.primam.in prin.C.de
his qui per metum iudi. male iudi. & est
tex.expressus.in l.j. C. de contrario iu-
dic. circa principium. quod hodie male
obseruatur in regno.& vide And.de Iser.
in tit.de feudo guar.vbi late.
11 ¶ † Excedunt etiam si quid princeps ex
iracundia, vel mala informatione rescri-
bat contra ius, si illud exequantur, quia
non debent exequi:sed rescribere princi-
pi.l.si vindicari.C.de pęn.qui tex.est ca
nonizatus in c. cum apud Thessalonicā.
xj.q.iij.vbi glo.& dixit Ang. in auth. de
mand.princi. in versic. in aliis.per illum
tex.in verbo, cito. quòd si princeps re-
scribat officiali suo, quòd si talis banni-
tus deueniat in posse suo cito faciet ip-
sum decapitare,quòd debet differre. 20.
diebus & non incidit in pœnam, vt ibi.
12 † hi enim consiliarij debent esse iusti &
viri optimi,ac eorum stipendiis conten-
ti,& non extendere manus ad iniquita-
tem,alias expelluntur.Ioan.And.in cap.
quanto. de iureiuran. vbi Papa appellat
malos consiliarios deceptores regum:si-
militer istorum consiliariorum principū
13 maximus est fauor:† quia si offendantur
prætextu officii iu iudicando, vel consu-
lendo principi, vel aliquid zelo iustitiæ
faciendo, crimen læsæ maiestatis offen-
dens incurrit, sicut etiam si offendantur
collaterales principum,vel secretarii,aut
alter intimus vel aduocatus sacri consi-
storij principum,vt per And.in tit. quæ
sint regalia.in verbo,committentium cri
men. & in consti. regni.id est de iniuria
curia ill.& in sequenti constitu. qui cum
sint hodie loco senatorum sunt ab om-
ni iniuria defendendi.l. ius senatorum.
C.de dignit. lib 12. qui habēt multa pri
uilegia,de quibus in titu.de silen. lib.12.

14 † Et idem puto dicendum de notarijs
principis,qui militare dicuntur, cancel-
larij consistorij principis. glo.in authen.
de præposit.sacro.scrinio.& in l.j.& ij.&
ibi Bartol. de princip. libr. duodecimo,
quos si quis offendat ex causa officij &
non ex odio priuato, similiter dicitur cō
mittere crimen læsæ maiestatis per iura
supradicta. Et hoc obseruatum fuit in
persona Andr.de Isern. qui protulit sen
tentiam in curia regia contra quendam
baronem Gallicum, qui propterea cum
Andr. de Isern. ex castellonouo sero exi-
ret ante portam petruciam,gallicus cum
familiaribus eundem occidit,& fuit con-
tra interfectorem ad instar criminis læ-
sæ maiestatis processum, & bona ipsius
publicata, & forbannitus cum præmio
mille ducatorum pollicito per regem, si
15 quis occisorem necaret, † præcaueant
erga iudicantes, ne nocte vagentur,
quia veritas & iustitia odium pariunt
condemnatis.

a ¶ *In periurium.*] *Adde Bal. in l. nullum. in i. colum.in fine uersiculo sed hic incidenter quæro C.de testibus. fallit tamen si cum licentia reuelatur,ita Bald in cap i. in fin. de no. for. fidelita.*

b ¶ *Sed ad latus.*] *Fallit in consiliarijs Papæ, qui debent sedere ad pedes Papæ d l iurisperitos.in prin & ibi allegat hic in tex.*

SVMMARIVM.

1 *Aduocati excedunt multis modis uide infra per totum.*
2 *Multitudo est legibus & canonibus inimica.*
3 *Iudex potest imponere finem aduocato multū loquenti.*
6 *Aduocatus incidit in falsum reuelando secreta partis.*
23 *Nauta cogitur nauigare & hospes hospitari, tamen non coguntur inimicum recipere.*
24 *Aduocatus si compellatur aduocare contra dominum non ob id perdit feudum.*
27 *Aduocatus non potest aduocare contra patriam, nec contra dominum, nisi cum mandato superioris.*

De excessibus aduocatotum.

CAP. I.

1 ADVOCATI † causarum excedūt qui
filaterias suas perorando dilatant,vt
appa-

appareant scioli, quos reprehendit euan
gelium, dicens: Dilatant autem filaterias
suas, & magnificãt fimbrias: amant enim
primos recubitus in cœnis, & proprias ca
thedras in sinagogis, & salutationes in fo
ro, & vocari ab hominibus rabi. & Salo-
mon ait, in multiloquio nõ deest peccatũ:
nam vbi multitudo, ibi confusio. ¶ Et dũ
quis effusio sermone se iactat, in prom-
ptum incidit sui periculum l. fin. in fin. C.
de dot. prom. Multitudo quidem restrin
gitur. C. de proxim. sacror. l. comperi-
mus. lib. xij.
2 ¶ † Et virtus in modicis consistit ex mul-
tis. in auth. de referen. circa princ. Quia
nihil quod immẽsum est, bonum existit.
3 in auth. de men. ordi. in prin. † Quia mul
a titudo est legibus & canonibus inimica. a
extra de præben. c. quia in tantum. Breui
ter autem dicenda dicere cõmodius est l.
j. in prin. de offi. præf. præto. & C. de ve-
teri iure enuclean. l. tanta. de appellatio.
l. ampliorem. ¶ Et propterea iudex finem
imponit aduocato multum oranti. ff. de
his qui in testam. delen. l. proxime. circa
fin. Et iudex ex suo officio potest interdi
cere aduocato verboso. C. de post. l. quis-
quis. infra de arbit. l. ne in arbitris. in fi. de
appellat. l. ampliorẽ. C. de veter. iur. enu-
clean. l. tanta. §. si quis autem. Vbi lex in-
terdicit superfluis verborum ambagibus.
& in l. ex ea. ff. de postul. vbi glo. not. & l.
moris. ff. de pœn. & est expressum in con-
stitutione regni, quæ incipit, Cultus iu-
stitiæ. quòd iudex ex nimia locutione
4 interdicit officium aduocato. ¶ † Excedũt
etiam aduocati qui ob instruendas lite-
ras falsas pecunias recipiunt, propter qđ
tenentur pœna falsi. l. lege Cornelia. ff.
de sicar. & in l. j. §. j. eod. titu. Ac etiam fa
cientes pactum de quota litis ipse vel pro
curator de diuidendis bonis alicuius li-
tigantis, qui iustitiam fouet dicuntur fa
cere ad perniciem innocentis, & tenen-
tur. lege Iul. de vi priuat. l. ex senatus. ff.
eod. titu. vbi glos. ꝙ tenentur pœna falsi.
& l. j. §. j. ff. de fal. quòd lex Cornelia de
sicar. & etiam crimine concussionis. l. ij.
5 de concussio. † Ac etiam si consultus ab
vna parte perdit omnia iura sua: deinde
reuelauit parti aduersæ, quæ iustitiã non
fouebat: & cum fecit pactum de quota li
tis & obtinuit, punitur pœna falsi: quia
fecit falsam pactionem, sciens se non ha-
bere iustitiam, & fecit societatem in ne-
cem innocentis, & incidit in falsum. l. j.
§. j. de falsis. quòd habet locum in ciuili
& in criminali. l. ex senatus. de vi priuat.
& quod not. in l. i. §. i. de calum. vbi glos.
6 † Et incidit in falsum reuelando secreta
partis. d. l. j. §. si quis. de falsis. & per l.
si quis obrepserit. ita Bartol. in l. i. ff. de
præuaricatorib. & vide glo. in l. senatus.
ff. de accusatio. & est concussio. l. i. de con
cussionibus. ¶ Excedunt etiam aduocati
legentes falsum in tabulis publicis, quia
tenentur crimine læsæ maiestatis. l. ii. ad
legem Iuliam maiestatis. Quando ad læ
sionem publicam hoc fecerit: secundum
gloss. ibi, & non ad læsionem tertii. & in
l. falsus. ff. eod.
8 ¶ † Excedit etiam aduocatus qui procu-
rat cum iudice, vt malam sentẽtiam pro
ferat, quia tenetur lege Cornelia de sica.
Et magistratus, qui etiam hoc cum ipso
iudice faceret. l. i. de siccar. ¶ Excedit etiã
aduocatus, qui instrumenta vnius partis
apud se deposita alteri ostendit, quia te-
netur pœna falsi. l. j. §. quæ deposita. de
falsis. vbi bona gloss. secundum Bartol.
9 † quod facit contra actorum notarios,
qui ostendunt articulos alteri parti an-
te publicationem in causa. & idem in l. si
quis. §. si quis. instrumentum. ff. de pœ-
nis. vbi tex. not.
10 ¶ † Etiam excedit si aliud iudicis retu-
lit, quod non est verum: quia tenebitur
falsi. l. i. vbi glo. de fals. quæ dixit quòd re
cipiens pecuniam vt falsam faciat aduo-
cationem, & si procurat iudicem corrum
pi tenetur pœna falsi. dicta l. i. §. i. quia est
simile crimini læsæ maiestatis. l. prima. &
in authen. ibi posita. C. de pœna iudic.
& in l. qui falsi. §. primo. eod. titu. vbi ad-
uocatus qui recitauit coram iudice fal-
sum instrumentum fuit relegatus decen
11 nio. † Item cum subtrahit instrumenta
publica, licet non teneatur falsi, nisi sit
testamentum, tamen tenetur illa lege
si corrumpat. l. Paulus. vbi glo. & Barto-
lus. ff. de falsis. vel si celat aliquid vt ve-
rum non appareat. dicta l. Paulus. §. Pau-
lus. quod est verum quando celat vt ne-
mini appareat, non si vni tantum l. ii. §. si

quis

quis dolo. de tabulis exhibendis. secundũ Bartol. ibi, qui dicit idem si truncaret sigilla literarum apostolicarum, vel aliarũ literarum apostolicarum. vel aliarum literarum. Similiter si falsas leges allegat punitur. l. fina. de falsis. vbi glo. dicit idem si sit lex correcta vbi Bartol. dixit idem in allegante apostillas & dicta doctorũ, quæ non sunt, nisi docerentur publice in scholis, quod erant dicta talis doctoris. secundum Bartolum ibi, qui distinxit in allegãte leges correctas. Punitur denique aduocatus qui infidelem fecerit aduocationem. de pęnis. l. aut facta. in princip.

12 ¶ † Excedunt etiam qui sub spe & obtentu lucri causas fouent desperatas contra formam iuris. vt in l. rem nouẽ. C. de iudiciis. vbi de forma iuramenti quod pręstant aduocati. & in l. quisquis. C. de postuland. & in constitutione regni, quæ incipit aduocatos. quæ mandat quod aduocati causas non recipiant desperatas. & quod contra conscientiam nullatenus allegent & cum cognouerint causam iustã

13 non fouere, illam deserant. ¶ † Excedũt etiam aduocati, cum aduocationẽ & patrocinium præstant latronibus publicis: pro quibus nullus aduocare debet, nec eis patrocinium præbere. l. per omnes C. de inferiorib. ciuitatum. vbi textus notabilis per quem dixit Bald. in l. si fugitiui. C. de seru. fugiti. quod iudices non debent pati aliquem aduocare pro insignibus furibus & latronibus, quorũ peri-

14 culi sui nota seruet infamia. ¶ † Excedunt etiam aduocati cauillosi, quia propterea à iudice repelluntur l. iij. de his quæ in testam. delen. l. si remunerandi. §. Maurus. ff. mandat. & dixit gloss. in l. Clodius. de acquiren. hæred. quod iudex potest sententiam fundare ex aliis causis, quàm ex allegatis per aduocatum, dum modo, quod ex actis appareat, sicut etiã potest iudex inter opiniones doctorum inhærere cui velit. per notata in l. cum prolatæ. de re iudicata. ¶ Et potest aduocatum quamuis peritissimum reprehendere, per dictam l. Clodius. vbi Papinianus acutissimi ingenij fuit à Paulo reprehensus. & in l. auferturr de iure fisci. vbi glo. voluit Papinianum fuisse reprehensum, quia quandoque bonus dormitat Homerus, secundum Bartol. qui allegat dictam l. Clodius.

15 ¶ † Excedunt etiam aduocati qui nimis solliciti sunt in causis, qui propterea præsumuntur omnia mala excogitare, in authen. de exhibendis reis. §. sancimus. & parum habere de conscientia. Bald. in l. ab Anastasio. C. manda. qui dixit hoc est esse verum in aduocatis illiteratis: secundum Bald. in l. si qui aduocatorum. C. de

16 postulando. † Tamen licet aduocato per subterfugia decipere alium aduocatum, vt fecit Moyses. vigesimasecunda quæstione secunda. canone dominus noster.

17 ¶ † Excedunt etiam aduocati, qui paciscũtur de quota litis, qui debent priuari tanquam deprædatores: quia etiam de minima parte litis pacisci non licet sub nomine quotæ, nec de aliqua re litigiosa. l. si qui aduocati. de postulando. & de præscriptis verbis. l. naturalis. §. penultimo. tamen de alia re licet pacisci. l. j. de suffragio. & l. sumptus. ff. de pactis. & l. procurator in litem. de procuratoribus. & ff. mandati. l. remunerandi. §. Maurus. vbi gloss. tenet quòd si procurator facit sumptus, litis quòd valet pactum de quota litis, licet gloss. in dicta l. sumptus. sit in contrarium, vbi glo. quòd etiam non licet per nomen quotæ etiam in centesima quota: & vbi non per nomina quotæ paciscitur: sed de re de qua litigatur, vel quantitate debet quantitas ponderari, quia vbi mos & conueniens salarium res illa excedit præsumitur fraus, vt ibi in glo. secus vbi mos non exceditur, quia valet pactum secundum glossam in l. sub specie. de posthum. quæ videtur contraria. & hoc habet iudex arbitrari ex litis quantitate, & aduocati facundia, vt notatur. in l. salarium. ff. mandati. secundum Baldum in dicta l. sumptus. vnde qui paciscitur de eo quod est in lite, dicitur redemptor litis, licet non paciscatur per modum quotis. l. litem. ff. de procuratoribus. vnde non valet pactum de soluendo decem pro centenario illorum, qui vertuntur in lite, secus si simpliciter, secundum Doctores in dicta l. sumptus. & vide in l. j. de suffrag. & Speculator in titulo de salario aduocatorum, & Innocen. in cap. j. vt lite non contestata

ſtata.& ideo talia pacta non valent: quia
aduocati præſumuntur calumniare. &
erit nimis ſollicitus & omnia mala exco
gitans, ſecundũ Bal. in l.ab Anaſtaſio.ff.
18 mandat.¶† Excedunt etiam aduocati q
iurant adiuuare lites per verum & iuſtũ,
& non cum mala conſcientia, de qua con
ſcientia ſtatur dicto ſuo, quia quandocũ
que dicit ſe habere conſcientiam læſam
ex mala lite poteſt à patrocinio deſiſte-
re. vt habetur in l. rem non nouã. de iu-
di.& habetur in c. ſtatutum.§.penultim.
de reſcript.in vi.tamen an tunc lucretur
integrum ſalarium, quia ſtat per partem,
19 reperias tu deciſionem veram. ¶†Exce-
dunt etiam aduocati quãdo cauſa differ-
tur propter eius negligentiam qui puni-
tur in duabus libras auri. l. properandũ.
§ illo.C.de iudic. & habetur in l. ſi va-
cantia.C. de bon. vacan. Quod tenetur
aduocatus ſi clientulus eſt paſſus damnũ
b eius dolo aut culpa [b] tamen officio iudi-
cis cogitur pars ſibi ſoluere ſalarium ne
20 lis differatur quia† iudicis officium exten
ditur ad aduocatos, qui ſunt membra li-
tis ſecundũ Bald.ibi, qui, dicit quòd aduo
catus non poteſt deſerere litem niſi vo-
lente clienculo, & vbi facit, & clientulus
ſuus negligentia, vel dolo ſuccũberet, te-
netur de dolo.& idem de dolo partis par
ticipato cum aduocato.l. ſi dolo malo.C.
21 de dol.vbi textus notabilis.¶† Excedunt
etiam quiddam impium & malum con-
ſilium. Bal.in l.ita vulneratus. ad legem
Aquiliã. vbi dicit quòd debet puniri vbi
dedit conſilium mortis. Et dixit Bald. in
22 repetitione.l.i.in fin.de officio aſſeſſo.† quod
aduocati ſemper negãt piper nigrum, et
aliquando dicunt eſſe album. ¶Excedũt
etiam aduocati cum recuſant eorum of-
ficium omnibus impartiri. gloſſ. in l.i.§.
ait prætor.de in ius uocando.ſicut nota-
23 rius in corpore de tabelli.in princip. † ſi-
cut etiam compellitur caupo hoſpitati &
nauta nauigare.l.j. nautæ caupones. & l.
i.& l.cum nauarcorum.lib.x. Sed nullus
iſtorum cogitur recipere inimicum, aut
contra amicum operari, ſecundum gloſ.
ibi ſingularem, & eſt gloſſ.i.l.in ſacris.de
proximis ſacror. lib.xij. quod quis cogi-
tur iudicare conſulere. & gloſſ.in c.i.quę
fuit prima cauſa beneſic. amittendi di-
24 xit, † quòd ſi aduocatus compellatur ad-
uocare contra dominum ſuum non per-
dit feudum aliàs ſecus.ubi gloſ. etiam di-
xit quòd quis non cogitur ſine ſalario ad
c uocare etiam pro paupere [c] ¶† Excedunt
25 etiam aduocati qui promittũt aduocare
pro una parte ſi ſuſcipiant patrocinium
alterius partis.l.fina.ff.de poſtulan. Si ta-
men in camera conſuluit uni poteſt hoc
non obſtante eſſe aduocatus alterius par
tis, vt ibi, niſi ſint illi reuellata ſecreta al
terius partis, quia erit pręuaricator, ut di
xit Gulie.ſi tanquam conſulatori aut ad
uocato ſint ſibi nudata ſecreta, & ſolutũ
ſibi condignum ſalarium pro conſilio,
quia non debent contrariis partibus con
ſulere, ſecus ſi ſit ſolum tentatus à parte
quia eſt obuiandum malitiis eorum ſecũ
dũ Guliel.in d.l. ubi idẽ Bal.in ij.lectu.
26 ¶†De cæteris uero exceſsibus aduoca-
torum. uide in Spec.in tit. de aduocato.
ubi late per ipſum ubi ĩter alia dixit unũ
nota. quod interdum aduocatus nimia
cupiditate rapitur & pro uilli ſtipẽdio tã
quã degener poſtulat cũ ſit infamis.iii.
q.vii.§.tria.verſi.apud vrbẽ. qui etiã di-
xit quod aduocatus nõ poteſt aduocare
contra patriam, nec contra dominũ ſuũ
niſi habuerit mandatum a ſuperiore. quod
debet procurare is. pro quo intendit ad-
uocare arg.l.frater à fratre. de condictio-
ne indebit. dicens quòd Papa præcipit
aduocatis vt aſsiſterent agentibus con-
tra eccleſiam Romanam. argu. extra de
re iudic.capitulo ad apoſtolicæ. in vj. Ex
concluſione dicti Spe. etiam ſumpta eſt
practica. quòd aduocati faciunt quòd
clientuli eorum impetrent mandata à re
gibus vt intercedant pro ipſis contra re-
gem & fiſcum regium.

a *Inimica] Facit doctrina Hiero ſuper Heremiam libr ij.in princ, reprehenſibile inquit nimis in ſcripturis ſine longitudine, ſine breuitati connexum & adde Valer. iiij c i multa & magna breuiter ſunt dicenda.*

b *¶Culpa.] uide tu Felin. in capitulo paſtoralis in tertia colum. in fin. de iudic. & in capitulo paſtoralis in §. quia uero. in me. ij colum. de offic delegat. vbi quid in foro conſcientia & quid in foro contentioſo & an ſit obligatur ad reſtitutionem.*

c *¶Paupere.] vide Feli in cap.i.de offic indi.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Officiali & iudicibus in fine officij, & in syndicatu fauendū est p syndicatores & n 12.*
2 *Iudex est tutela publica in medio posita ne quis sua authoritate sibi ius dicat.*
3 *Officialis depositus nihilominus appellatur officialis.*
4 *Decuriones post decurionatum non torquentur in reuerentiam prioris dignitatis*
5 *Officialis habet præsumptionem iuris pro se de rebus gestis in officio & nu 8 9 & 10.*
6 *Iudicis & legis facta pari ratione procedūt.*
7 *Iudicis uox est uiua uox legis.*
11 *Iudex & bonus vir sunt conuertibilia.*
13 *Persuasio est compulsio quædam & æquiparatur torturæ.*

De officio syndicatorum, & qui sint sindicatores, & an officialis semel syndicatus posit in patria conueniri, & de gestis pendente syndicatu, & de repsalijs cōtra syndicatores iniuste condemnantes, & multa de materia & mō syndicatus.

CAP. I.

1 ER syndicatores †officiali & iudicibus in fine officii & in syndicatu fauendum est in dubio, & non sunt calumniandi, nec contra ipsos facienda inquisitio scrupulosa in reuerentiam prioris officij. arg. l. diuo Marco. de quęstio. C. Nam dixit Ange. in auth. vt iudices sine quoquo suffra. §. oportet. per illum text. quòd iudices si puras habuerint manus magna fulgebunt gloria. econtra si furta commiserint, punientur. Is ergo qui mundas habuit manus in officio, & qui non diffamatur de corruptione vel barataria non debet pati scrupulosam inquisitionem, per d. §. oportet. Nam magistratus datur propter vtilitatem publicam, & non ita promptius contra ipsum subuenitur. l. j. in fin. ff. de magistrati. conuen.
2 † Est enim iudex tutela publica in medio posita ne quis sua authoritate sibi ius dicat. l. nul
lus. C. de iudcis. si finito officio offendatur pu
nitur offensor, ac si offenderet ipsū tempore
officij. in authē. vt iudi. sine quoquo, suffra.
3 & Bald. in §. proficisci. q. vij. † Nam etiam
depositus ab officio appellatur officialis, vt
concludit per optima iura Andreas de Iser.
in constitu. regni statuimus. de officio magi-
stri iustitiarij. licet Barto. in l. item quæritur.
§. qui impleto. ff. locati. dixerit quòd officia-
lis finito officio non dicitur officialis. Et non
licet iudici finita causa sibi iniuriari, vel in-
ferre conuitium, & hoc facientes puniun-
tur & efficiuntur infames. l. iudici. ff. de iniu-
rijs, cōiūcta l. istud. ff. de appel. vbi Bar. dicit
quòd extraordinarie puniuntur. nam lex fa-
uet eis finito officio in memoriam prioris of
a ficij, [a] quòd non torqueantur, argum. l. diuo
Marco & l. milites. de quæsti. vbi dixit singu
lariter Bart. quod cum quidam miles fuisset
potestas, & staret ad syndicatum, & essent cō
tra ipsum aliqua indicia de delicto, & syndi-
catores vellent illum potestatem torquere, ip
4 se consuluit quod torqueri nō poterat, † quia
decuriones post decurionatum non torquen
tur in reuerentiam prioris dignitatis. d. l. di-
uo Marco. Nam ipse officialis pater fuit ciuī
tatis. glo. in l. fin. de inco. vbi dixit de potesta-
te Bononiæ. & tāquam patri non debet insti-
3 ¶† Et in hoc casu an contra rectorem ciuitatis forensem, qui iniustitiam fecit, pos sint concedi reprę saliæ, Iaco.de bel. in d.disputatione tenuit quòd sic. arg.l. i.quod quisque iuris.Barto. autem in dicto tractatu dixit quòd si fecit talem iustitiam de qua non potest conueniri durante officio, vt in l.pars literarum.de iudi. & tunc contra eum non possunt concedi:quia etiam superior quia non posset durante officio.similiter finito officio nó possunt concedi, nisi requisito iudice qui habet eum syndicare, & iudex illius rectoris non debet requiri, secus si fecit talem iniustitiam pto qua durante officio poterat conueniri, & tunc eadem ratione contra ipsum reprę saliæ concedi poterunt non requisito proprio iudice ipsius, quia talis causa non deberet coram ipso agitari, sed deberet remitti ad locũ officij.l.ij.C. vbi de ratio.& in l.j C. vt omnes causæ.& dixit etiam Bart.in dicto tractatu.in fin. quod exacto succurritur contra rectores, qui neglexerunt facere iustitiam sicut succurr itur contra debitorem:quia ipsi rectores sunt debitores iustitiæ, & prius debet discuti debitor principalis quo non existente soluendo, vel eo non reperto venitur ad iudicem, quĩ iustitiam ministrare neglexit, & hoc fuit obseruatum tempore regis Alfonsi, quãdo dom.Ioan.de cóstatio siculus, q fuerat potestas ciuitatis Florétiæ, & in syndicatu cõdẽnatus Florétiæ: pro eo quod noluit cõtra iustitiam decapitari facere certos ciues, qui dicebantur rebelles, & fuerat propterea condemnatus ad ducatos quatuor mille, & exactus qui deinde adiuit regem Alfonsum tanquam eius vasallus, et petijt reprę salias contra Florentinos, cui pp dictam iniustitiam sibi factã in syndicatu fuerũt decretæ reprę salię in fauorem dñi Ioannis pdicti, in qua causa ego fui commissarius, et sic me referente fuit in pleno consilio prouisum, et vide infra in verb.reprę salię. ¶Quidam obtinuit sententiam in sui fauorem contra quendam exterum, et sententiã in rẽ iudicatam transiuit.& actor accessit cũ executorialibus literis ad terrã condemnati pro executione obtinẽda, & iudex illius terræ noluit exequi sententiam dictam, & fuit inquisitus in syndicatu, de executione sentẽtię denegata per not.per Bar. in l.a diuo Pio.§.sententiam. Roma.ff. de re iudi. vbi dixit quòd si iudex alterius territorij requisitus pro executione sententiæ denegat exequi, quòd facit litem suam, & fuit condemnatus, & soluit condemnationẽ, qui obtinuit reprę salias contra condẽnantes ipsum indebite in syndicatu, & dubitatum fuit an potuerit iuste condemnari ea de causa, quia dicatur propter neglectam iustitiam, & qa iudex causam suam defendebat ex eo ꝙ talis sentẽtia erat nulliter prolata, & executionem non merebatur, certe iudex non potuit condemnari, quia licet potuit illius nullius sententiæ executio denegari lege quarta.§. condemnatum. & lege si cum nulla.de re iudicat. & l.si prętor.§.Marcellus.de iudic.quia iudex iure v tens non potest dici iustitiam ministrasse. ff. de iniuriis. lege iniuriarum. §. primo & §.quæ iure. & C.ad legem iuliam repet.l. fina. §.& licet.

¶Nam nõ potest prætendi iudicem iusti stitiam neglexisse ministrare, ob quam negligentiam possent concedi repræsalia, per nota. in capitulo primo de milit. vasallo, quando pars iustitiam non foue bat perẽdo exequi sententiam iniustam, vel nullam, quia vbi deficit iustitia, nõ potest esse negligentia. argumento. ff. si certum petatur l. eius qui in prouincia, & lege prima de condict. ob causa, & de acquirẽda possessione, lege Pomponius. in fin. vbi dicitur, quòd quando deficit subiectum, non potest esse qualitas, & repræsaliæ debent rite & recte concedi, & si sic nõ fuerunt rite & recte concessę, vt debuit, non sunt validę, dixit Angelus in consilio cxciiij.

¶In authen.] & anno. Vbi hanc materiam vide Sali & an & quando & in quibus concedi possint & quæ requirant ad eas concedendas & an si iniuste conceduntur impetrans teneatur, vide copiose per dom. Socin in consi. ccxxxi. incip cum in præsenti consultatione. uersi circa vij & vltimam eo versic sequent. vsque ad fin char cxi Sed quero nunquid accessit contra ciues possint exercere contra com mitatenses cum sint odiosa & stricte interpretanda ad quod vide dict. Vel in cap Rodulphus de rescri in ix co ante me. versi faciunt etiam si in nouiter impressis char cxxi.

SVMMARIVM.

1 *Litem calumniosam instituens dicitur trahere ius ad iniquum compendium.*

2 *Iudex nõ debet calumnijs aures accomodare.*

Syndicatorum officium qđ sit. CAP. I.



AD syndicatorum officium pertinet quòd officiales qui mundas manus in officio habuerunt in eorum syndicatu in auth. vt iud. sine quoquo suffra. §. si quis authen. nõ inquietentur indebite, nec fiat contra ipsos ignominiosa inquisitio, nec dentur petitiones friuolæ, & non procedẽtes ac calumniosæ ad vexandum, & inuoluendum ac implicandum eum litibus, & litigiis ac sumptibus, & expensis, quas reijcere & prescindere ad officiũ boni iudicis spectat ne quid calumniose petatur. l. ii. C. de falsis. & Inno. in c. post elect. de cõ-

1 ces præben. † Quia instituens litem calumniosam dicitur trahere ius ad iniquũ compendiũ. l. fi. C. de vsucap. pro empto. & nititur contra ius diuinũ faciens contra bonam fidem. ff. de regul. iur. l. bona fides. nam cum authoritate iuris non debet bonum & æquum violari, in quo genere plerumque errant. de verb. obli. l. si seruum. §. sequitur. in fi. quòd dicitur esse perniciosum. l. quæ ædibus. de dam. infe. Ipse enim non debet tales petitiones auribus propriis audire. ff. de iure dotium. l. si extraneus. §. i. Sed prouidere ꝙ quis nõ frustretur friuolis petitionibus, vel ineptis, & calumniosis. §. l. non ignorat. de fruct. & lit. expen. & c. cum cessante. de appella. per nota. in l. i. de offic asse. & in l. i. vt quæ desunt. in l. vbi pactum. C. de transact. & in gloss. & facit lex fina. C. vt nemo priua. Nec permittere nimiam scrupolositatem iuris, quia per eã plerumque perniciose erratur. d. l. si seruum. § sequitur. ff. mãdati. l. si fideiussor. § quędã. de iniusto. text. l. posthu. circa

2 principium. Nam † calumnijs non debet iudex aures accommodare. C. de falsis. l. satis aperte. & Bald. in l. exceptionẽ. de probatio. alleg. gloss. in c. i. in ver. de absentia. de elect. in vj. & quòd habetur in l. planè. de peti. hær. & in l. fin. C. eod. vbi dicitur quòd iudex ex officio hoc potest. & per not. per Inno. in c. cum olim. de cẽsi. & Bald. in rubri. de manu. Is ergo qui se bene gessit in officio furtis & sceleribus semine maculando meretur omnem dignitatem & honorem. l. iudices. C. de dignita. l. xii. & l. pen. de veteranis, ergo tanquam omni honore & præmio dignus per l. i. de statuis & imagi. non debet in syndicatu calumniari & vexari cõtra honorem & dignitatem suã per iura prædicta, & debent reiici tales conuiciantes officialibus in fine officii, & puniri per ea quæ infra late scripsimus. vbi de iniuria officialum tractauimus.

SVMMARIVM.

1 *Officialis perpetuo conueniri potest pro suis excessibus & delictis in patria sua.*

2 *Absolutus semel nõ debet amplius molestari, nisi ratione ignorantiæ, vel præuaricationis.*

Statutum

3 Statutum puniens offendentem officialem intelligitur non solum durante officio, sed etiam infra tempus infra quod stare tenetur ad syndicatum finito infra quod parat suas ad recessum.
4 Officialis non debet arma deferre infra tempus quo tenetur stare ad syndicatum.
5 Sententia specialis an possit sequi contra officialem ex generali inquisitione.
6 Syndicatores à teneant ad pœnam si nō expedierint causam infra tempora à iure statuta.

Officialis.
CAP. I


FFICIALIS finito officio tenetur stare ad syndicatum videlicet 25. die. certo tempore.l.j.C. vt omnes causæ. quo elapso potest recedere. tamen veniendo ad patriā potest ibi conueniri ad damnū passis perpetuo.glo. est singu. in l.ij ff. ad leg. Iuliam repetunda. Quod est verum quando non stat ad syndicatum, & nulla sententia absolutoria lata est, quia potest cōueniri perpetuo. sed si fuisset absolutus per syndicatores obstante exceptione rei iudicatæ nō posset conueniri.ff. de accusa.l.senatus.de exceptione rei. iudica.l.si quis cum totum.§.si ancillam.& hoc tenet Angel.i l.iubemus.C. ad legem Iul. repetun. Bar. autem in l. datur.ff. eo.te-
1 net indistinctè, † quòd officialis pro suis excessibus, & delictis in patria sua possit perpetuo conueniri, secundum naturam actionis, per glo. ibi ordi. & facit l.j. vbi de crimi.Tamen Bald. tenet contrarium in repeti.l.obseruare.§.proficisci.ff.de officio proconsu.& legat.quæstio.iiij. quando ratione officij conueniretur. Secus si pro delicto aliquo cōueniatur in quo nō protenditur nomen officij, quia potest ī patria conueniri, ex quo nihil habet cōmune tale delictum cum ratione syndicationis.Salice. autem in dict.l.ii. dicit quod si tempore syndicatus non fuit conuentus, poterit conueniri in patria vsque ad tempus præfixum actioni,per illum tex. & sic possent opi. concordari.quòd si stetit syndicatui per dies quinquaginta & fuit absolutus, quia nemo querelauit vel multi,& non iste qui agit in patria, & sic vera opinio & Bar.vbi autem iste querelauit in syndicatu,& nō probauit,vel causam non compleuit, & fuit officialis absolutus, & non possit conueniri in patria vlterius. Sed Alexand. de Imol. in dict.l.ii.ad leg.Iul.dixit quòd Francis.de
a Galli.in c.penul.a extra de iudi. dixit, quod quando in loco officii fuissent facta proclamata,vt omnes qui vellēt petere comparerent.&c. & post terminum prædictū per syndicatores sit pronuntiatum in cōtumacia non comparentium, & absolutus potestas,quòd amplius non audiantur, argumen.l. si eo tēpore.de resti. pig. in cap.fin. qui ma.accu.poss. Non obstat authen.qui semel.C. quomodo & quando iudex. quia illa authen.loquitur ante litis contestatio.& in alio casu, & ita dicit obtinuisse, pro quo facit lex senatus. de accusa. & licet nau. caup. & l. si quis cum totum.§.si ancillam.de exceptio.rei iudi.eum simi.pro quo vide Bald. in l.ii. C.quo appella.& in l.iii.§.eo modo.nau. caup.& quòd no.gl. in authen. vt iudic. sine quoquo suffra.in §.necessitatem. & pro hoc facit.l. si cui.§. idem. de accusa.
2 vbi videtur, † quod semel absolutus nō
b debet amplius molestari, b nisi ratione ignorantiæ vel præuaricationis, vt ibi late per Bart.& in l.si quis homicidij. eod. titu.& in l. ex morte.ad leg. Aquil. & in l.ii §.hoc vi.bo.rap.& quod not.in l.diffamari.de inge. ma.& Bal.in d.authen. qui semel.ibi,de absoluto ratione contumaciæ actoris.Et licet dubium,sit in absolutoria lata in crimine,quia non probatum an pariat exceptionem rei iudic. de eodē crimine,si iterum accusetur,vt i d.§.hoc per Bar.& in l.Iulianus.de cōdi.indebi.& in l.denūciasse.§.q d tn.de adulter.Tamē in causa syndicatus puto esse speciale quod non possit vlterius molestari per prima iura, nisi iste de nouo volens in patria conuenire, vel accusare officialem fuisset ignorans, vel absens per not. in d. lege si cui.§ hisdem.& in similibus supra allega. & vide supra in capitulo an officialis semel syndicatus. ¶Statutum† pu-
3 niens offendentem officialem intelligitur non solum durante officio per lege tribunus. & l. Titius.ff de re milita. sed etiam infra tempus, infra quod stare tenetur ad syndicatum, & syndicatu finito

nito infra quod præparat sarcinulas suas ad recessum, secundum Angel. & Bald. argum. l. ii. §. omnes. ver. planè. in glo. ff. de iudic. & est glo. sing. in authen. vt iudic. sine quoquo suffra. i §. illud. in gloss. mortis. quæ dicit quòd offendens potestatē tempore quo stat in syndicatu tenetur capitaliter, vt ibi in verbo, amarissimum, & Bald. in §. proficisci. q. vii. non alleg. dict. glos. quod est verum, nisi ipse officialis alios offendat, arg. l. ii. §. sed si agat. ff. de iudi. & ita practicaui, quia syndicandus iniuriabatur querelantibus, & illi eum sunt iniuriati, quòd non teneantur capitaliter, quia prouocati ab eo. & suprà proxime. in capitu. an sit potestas. & vide supra in c. dicitur. circa principium.
4 ¶ Et adde † quòd aliqui dixerūt. per dict. l. tribunus. quòd officialis deposito officio dum stat ad syndicatum, non potest arma deferre, aliàs punitur. & vide supra in c an potestas. & in c. an offendens potestatem. & vide infra in verbo, officiali, offensa. ¶ †
5 An ex generali inquisitione posit sequi sententia specialis contra officialem? Baldus tenet quòd sic, & nisi quo ad priuata commoda, vnde dicit quòd assessores, & familiares sint cauti q̄ petant sua salaria, cū generalis eis nō patrocinetur inquisitio secundū Bald. in §. profisci. quæstion. vj. & Bartol. in l. i. de variis & extraordin. cogni. ¶ An sentētia in syndicatu debeat proferri in præsentia ancianorum, qui non volunt interesse? Dic quòd satis est si legitime requirantur, quia contumacia est pro presentia. in authen. qua in ꝓnuncia. vbi de crimine, argu. c. fi. de arbitr. l. vj. & extra de accusa. cap. cum in veteri. & Baldus i dict. §. proficisci. quæstio. vj. ¶ Qualiter probetur, quòd quis steterit ad syndicatum in alio officio ante gesto. vide supra circa principium operis. in capitulo quomodo autem probabitur. ¶ †
6 An syndicatores qui non expediuerunt causam infra tempora à iure statuta teneantur ad pœnam, & excusentur ex aliquibus causis, vel posint morā purgare? vide infra ĩ verbo īstātia ĩ c. i. & in oibus sequētib⁹. Officialis syndicandus debet suspēdi ab officio interim, quia instrueret testes qui sciunt veritatem, vel eis minas inferret: extra de testibus. c. tàm in literis. §. i. & c. constitutus. de excessibus prælato. c. cum tanta. 40. quæstio. ii. post modum, & q̄d nota. de accusatio. c. olim. & vide infra. in verbo, accusatus in officio. cap. i. ¶ An syndicatores habentes iurisdictionē ex priuilegio, vel statuto ciuitatis sint ordinarii vel delegati, vide ĩfra ĩ verbo, suspitio. ¶ An syndicatores possint allegari suspecti siue sint ordinarij, vel ad vniuersitatē causarum? vide ibidem. ¶ An processus facti per syndicatores allegatos suspectos valeant, vide ibidē. ¶ suspitiones contra syndicatores, vide ibidē in verbo suspitio. ¶ An syndicator q sollicitat homines, vt querelēt contra officialem syndicandum, possit recusari, vide ibidem. ¶ An officialis qui recusat omnes syndicatores vt suspectos audiatur, vide ibidem. ¶ Syndicator suspectus officiali principali est suspectus omnibus suis familiaribus. ¶ An suspectus possit recusari si cum eo sint alij syndicatores non suspecti, vel si caput eorum est suspectum, vide ibidem. ¶ An recusetur syndicator qui est de vno corpore, vel collegio cum querelante contra officialem, ibidem. ¶ An si syndicator est persona valde honestissima possit recusari ibidem. ¶ Si officialis dederit cautionem in fine officij de stando iuri coram syndicatoribus nō est sibi præclusa via eos recusandi si fuerint suspecti, vide ibidē in verbo, suspitio. infra.

a ¶ *In capitu. penultim*] *Tu ibi ad hoc vide Abbatem idem tenentem in 5. colum. & dic quòd imò videtur. contra quòd in propria patria conueniretur non obst tali cautela per capitu aduersus de immunitate ecclesi. & ita tenet ibi Petrus de Anchara. dicens quòd officialis absolutus à syndicatu ad hunc etiam in propria patria conueniri potest non obstante quod elapsus sit terminus edicti sed tene istam cautelam pro vera, quòd ad hoc euitandum debet officialis facere fieri proclama &c. ut per dominum Felinum. san. in dicto capitulo penultim. iij colum penulti. in princip. in uersicu circa cautelam dicentem etiam non obstare dict capitu aduersus quia loquitur in casu quem ponit Bald in § proficisci. pro fallentia. v in delicto concernente nedum officium sed etiam personam officialis. vt ibi per Abbatē in iij col. in uersi & facit iste textus.*

Et adde quòd huic cautelæ non obstat etiam l. 1. C. vt nemo inui. quia fallit vbi subest iusta causa cogendi nolentes agere vt agant, vt dicitur ibi in gloss quæstion exemplificetur in scholari recessuro Et in officiali potest esse duplex causa iusta. Prima ne officialis tardetur in loco Secunda quia defensiones concernentes gesta in officio habent promptiores in loco officij quã in patria, vt p Abbat. in d. c penul. quẽ ita ibi refert Feli. col supra alle.

b ¶ *Molestari.*] *Sed quid si quis sit absolutus de vulnere nunquid iterum accusari possit de homicidio ex vulnere secuto? dic quòd non, ita Bald in additio ad Speculato. in titu de accusatio uersicu absolutus sed quid si episcopus absoluat quem pro iniuria in clericum illata an condemnari poterit pro iudicẽ laycum? dic ut per Bald in consil incipient In Christi nomine amen facta est inquisitio contra laycum & ad istam materiam ad saturitatem copiose & not. vide Felinum in c de his extra de accusatio ubi ponit ad istam regulã negatiuam. 13. not ab limitationes quas ibi vide.*

SVMMARIVM.

1 *Princeps concedendo priuilegium, an videatur casum incogitatum intelligere sicut ius intelligit? & num. 2.*

3 *Princeps in verbis generalibus non videtur concedere absurdum & iniquum*

4 *Priuilegia principũ nõ extendũtur ad odiosos.*

CAP. II.

EST tamẽ circa pdicta aduertẽdũ, qa licet multę ciuitates regni hẽant statuta, & priuilegia ꝙ possint eligere suos ciues ad syndicãdũ officialem vna cũ successore, vt est ciuitatis Mediolani, Papię, & aliæ ducalis domini Neapolis, quòd non possint allegari suspecti, inter quas est ciuitas etiam Capuana, quia talia statuta & priuilegia erunt ciuili modo intelligenda vt in l. si quando. de inofficio. testament. & l. sicut. de seruitu. dummodo non eligant suspectos, quia licet princeps det alicui iudicem secundum supplicationem, non videtur proptera dispensare contra ius in l. libertus. la ii. ff. de in ius vocan. vbi hoc dicunt doctor. quòd princeps dando iudicem non videtur permittere, nisi debito

1 modo agatur. Nam † etiã princeps priuilegium concedendo videtur casum incogitatum intelligere, sicut ius intelligit. Andr. de Iser. in titu. de contro. inuest. in fin. argu. dict. l. si cui. & l. quanquàm. de ritu nupp. vt verba ciuiliter intelligantur.

2 ¶ Nam † talis præsumitur esse intẽtio in priuilegio qualis est legis scriptæ: & naturalis rationis, secundum Bald. in c. i. apud quos quæstio feudi. argum. l. nec auus. de emancip. libe. & l. ex facto. in principio: de vulgar. & pupillari. Et quia princeps non videtur velle aliquid iniustum. not. in c. i. de constitu. in vi. & Bald. in auth. hoc inter liberos. de testamen. & facit. c. ex transmissa. de foro competẽt. quia voluntas & mens principis talis esse præsumitur, qualis esse tenetur, secundum Bal. in proœmio. ff. in verbo, augustus. & in l. omnes populi. in verbo: vel vlterius. de iu

3 stitia & iur. † ¶ Nam etiam non videtur princeps in verbis generalibus concedere absurdum, & iniquum dict. l. si quando. ¶ Et tale priuilegium quòd possint eligere syndicatores ex suis ciuilibus intelligetur de idoneis, & habilibus, argu. l. vt habeat. de sacrosan. & l. vt gradatim. de mu. & ho. facit extra de rescript. c. causam quę. & clemen. Romanus pontifex.

4 de sent. excom. † vbi simplex principis rescriptum non videtur habilitare inhabilem, quia priuilegia principum non extenduntur ad odiosos, & non merentes. l. testamenta. de testam. milita. & de leg. ii. l. Lucius Titius. & de manu l. centurio. & dicit Bart. in d. §. Titius. quòd priuilegium datum priori non extenditur ad priorem, qui fuit cassus, vel in syndicatu damnatus, & sic cũ suspecti sunt odiosi legi, quia a iudicando remouentur vt supra est tactum tale priuilegium nõ intelligit de ciuibus suspectis, & verba priuilegii que dicerent, quòd tales syndicatores non possent allegari suspecti, intelligentur, non de suspicione iusta, quia si suspitio esset iusta, tale priuilegium non clauderet casum iustæ suspitionis, per gloss. singul. in capitu. ad hæc. de restitutio. vbi si per principem committatur causa, recusatione remota, non intelligitur remota recusatio euidens vel iuridica, sed friuola. & gloss. in l. prima §. interdum. ff. à quibus appel. non licet.

vbi clausula, appellatione remota, intelligitur de friuola. & extra de appel. c. ptopo suit. & c. vt debitus. & idem dixit Bart. in d. §. interdum. quòd si in rescripto dicatur nulla exceptione obstante, intelligitur. de friuola, & non de rationabili: per c. si qñ. de rescrip. Et idem Bar. dixit quando remouetur omnis interpretatio, quod intelligitur de friuola, in l. cunctos populos. de sum. trinit. & facit c. ex parte. de off. deleg. vbi si rescribitur procedi non obstante exceptione aliqua, non intelligitur de exceptione, quæ ex iuris æquitate procedit. Et sic concluditur, quòd tale priuilegium nō excludit iustam suspitionem ipsorū syndicatorum, sed friuolam & iniustam.

SVMMARIVM.

1 *Syndicatus quid sit.*
2 *Emens officium omnia mala agere præsumitur. Et quomodo procedendum sit contra officialem fugientem? nu. 3.*
4 *Causa modica quæ dicatur.*
5 *Fugiens à syndicatu habetur pro confesso.*
6 *Mulieres an possint esse de consilio in condendis legibus, uel statutis.*
7 *Fœminæ non habent iurisdictionem de iure scripto, nisi comitissæ.*
8 *Vxores Regum an & quando habeant iurisdictionem, quam habent viri.*

CAP. III.

1 DIcitur † autem syndicatus, quasi de querelis singulorū sermo: secundum Doct. antiquos, & arg. glos. in l. j. §. j. quòd cuiusq; vniuer. nomi. ideoque Imperator qui continuo inuigilat pro subditorum quiete, statuit, officia gratis conferri: quia ex auaritia quæ animabus iudicum inhæret, & quæ malorum
a omniū est radix, omnia mala prouenīūt.a
2 † Et propterea emens officium omnia male agere præsumitur. dicit text. in auth. vt iud. sine quoquo suff. circa prin. statuens, quod officiales gratis iustitiam faciant, & in fiscalibus, & iurēt: & si deliquerint puniantur, habērēq; salaria à publico, vt in §. i. illus titu. & stent ad syndicandū finito officio quinquaginta dieb' redditur omnibus rationem, & si fugiant, puniantur, & capiantur ab omnibus vt viles serui & in prouinciam reducantur eorum expensis, & furta restituant, & teneantur in quadruplum eius, quod acceperint tanquam fures manifesti, vt in §. necessi. eiusdem tituli, quo casu stabit per sex menses carceratus in syndicatu. vt ibi. qui si fugiat pēdente administratione teneretur crimine læsæ maiestatis, vt in d. §. & in titu. de admini. in prin. & infra. & in l. j. C. vt omn. caus. & capietur ēt die feriata, secundum glo. ibi, quia quasi contra pessimos latrones exercetur talis captura, vt in §. sciant. & quia celeritatem desiderat. arg. l. prouinciarum. de feri. Nisi esset priuilegium, vel pactum, quòd teneretur stare ad syndicatum, quia capi non pōt, & pactum deberet seruari, s'm Ang. in d. tit. in §. oportebit. dicens, ita esse de consuetudine, de quo infra videbitur in ver. electio. in c. an valeat ele-
3 ctio. ¶ † Et procedetur contra talem fugientem à syndicatu ex non scripto sine libello, & sine scriptura sententiæ. d. §. necessitatem. in quo est speciale, sicut etiam in causis breuioribus, vt in auth. nisi breuiores. & vt in causis vilibus, vt fœni, & paleæ, & pauperum, vt in auth. de man. prin. §. sit tibi. Et ideo dicit Iaco. de Bel. in d. §. necessitatem. quod ad instar mali officialis etiam in causa dilapidationis prælati non sit necessaria scriptura, nec sententia, quia desiderat celeritatem. arg. l. iiii. in fi. de dam. infe. & inde dixit Angel. quod vbi lex vel statutum dicit causam expediri ex non scripto, quod omnes iuris solēnitates intelliguntur reiectæ, etiam acta libellus
4 & sententia, vt in causis modicis. † & di-
b cetur modica causa arbitrio iudicis.b vt in dictis iuribus, & de iure constitutionis regni causa modica dicitur duorum augustalium, vt in constit. dilationes. de dilationi. In quibus proceditur ex nō scripto. vt ibi. Si tamen ipsi se bene gesserint in officiis, & manus habuerint mundas, nō offendātur depositis officiis, nec ante, nec post, & offendentes grauiter puniantur. Et hoc ibi statuit Imperator vt officiales ipsi omnibus æquam obseruent iustitiam, & neminem opprimāt, ad hoc vt subditi cum deuotione lætanter sibi tributa soluant, & laudes de tali lege Deo offerāt, q eis dedit patrias

patrias habitare secure, & proprias facultates habere firmissime. vt in auth. vt iud. sine quoq. suffr. circa medium. Et ad prædicta facit, quia officiali fugienti à syndicatu duplicatur tempus quo alias stetisset. l. nec magistratui. C. de decurio. libr. x. secundum Ludo. in l ij. ff. quod quisq; iu.
5 quod † fugiens à syndicatu habetur pro confesso. l. j. vbi Bar. ad Sillanianum. Ang. in l. Iul. ff. ad Sillan. & Bald. in l. succurrit. quibus ex caus. maio. & salarium perdit. Bal. in l. ij. C. locati. & reducitur eius sum ptibus Barto. in l. Thracensibus. C. de decurio. libr. x. quam l. in d. tit. vt iudic. sine quoquo suffrag. contra officiales, & circa obseruationem iustitię Iustinianus Imperator author condidit habito consilio cũ Theodora Augusta vxore sua. tex. in d. §. hæc omnia. qui textus videtur mihi quod sit singularis ad limitationem eorum quę dicit Barto. in l. prima. ff. de legi. in princ.
6 & in fi. vbi dicit in verbo, virorum, † quod mulieres non possunt esse de consilio in condendis legibus senatusconsulto vel cõstitutionibus, aut statutis. quia consilium earum est mobile, vt per illum textum dicit Bald. in l. filia. C. de inoff. testam. quod ideo non erit petendum, nec sequendum. l. cum pater. in fi. C. de spon. Quod hoc limitetur non habere locum in Augusta, seu in reginis & commitissis vt earum cõsilio vel authoritate posiint leges condi. sicut etiam ipse Augustæ reginæ, & comitissæ possunt iudicare, vt in l. fi. & ibi nor. per glos. & Cyn. C. de arbitr. vt comitissa Campaneæ quę habet iurisdictionem, vbi
7 dicit Bald. † quod fœminæ non habent iurisdictionem, de iure scripto, nisi comitissæ per quam glossam dixit Angel. in l. cum prætor. §. fin. ff. de iudi. quod fœmina quæ succedit in iurisdictione, vt comitissa, vel regina potest iudicare per se, dicens, quod hoc fecit regina Ioanna quæ sedens in solio tulit sententiam contra illos de Balso. tamen dux Andrię viso isto scripto ostendit mihi sententiam summi pontificis reuocationis dictæ sententiæ. Et adde vnam glossam nemini notam in auth. de iudic. §. sedebunt. quę dicit, quod Sibilla sedit in maiori palatio, quod est Romæ apud sanctum Ioannem ad lateranum, & ibi iudicauit, licet regulariter fœminæ à ciuilibus officijs exclusæ non iudicent. l. cum pater. §. non autem. de iudic. Fallit in clarissimis mulieribus, vt supra, vbi ex consuetudine iudicant, ẽm gl. 12. q. c. & cũ deuotissimam. & iii. q. fin. cum mulierem. & q. iiii. si quos. & ita loquitur c. cum dilecti. de arbitr. & idem Bald. dixit in l. in multis. de stat. homi. quod comitissę quę succedunt in dignitate, & quibus dignitas prouenit ex genere habent officium iudicandi. Et dixit Bal. in l. j. C. de eman. libe. quod reginis tribuitur iurisdictio ordinaria, quam tamen exercent iure proprietatis, secundum Cyn. in d. l. fin. & ibi Angel. extra de arbitris. cap. dilectus. & Angel. in l. j. §. sexum. de postulan. & Innocen. in c. dilecta. de maioritate & obedientia. Et Bartol. in l. j. de mulierib. & in quo loco. libr. decimo, & quod dicit Bald. in l. mulieres. C. de adopt. referens adoptionẽ factam per reginam Ioannam de duce Andegauię cum consensu Papę Clementis propter quę dicit, quòd ipsæ reginæ & Augustę quando habet regnum & dignitatem iure proprietas possunt leges condere, & interesse in legibus condendis. Et licet d. Lucas de Penna in l. cubicularios. C. de præpositis sacri cubiluli. libro duodecimo dixerit, quòd augusta nõ poterit leges concedere, & quòd sibi tribuuntur illa priuilegia quæ sunt attributa principi sola eius dignitate inspecta. Sed talia priuilegia puto, quòd debeãt intelligi quando ipsa augusta non habet iurisdictionem ex successione, & iure ꝓprietatis, sed est vxor principalis tantũ, & regnum seu comitatus est viri, & non suum, quia tunc non habet iurisdictionem aliquam in regno viri, sed habet honorem Augustæ per l. fiscus. de iure fisci. quo casu gaudet tantum priuilegiis Augustæ. l. princeps de legibus. & l. fi. de priuil. domus August. libro vndecimo, & dict. l. cubicularios. & l. licitatio. §. fiscus. de publ. vnde isto casu non posset leges
8 condere. † Ideo reges habentes vxores faciunt eas vicarias eorum, et tunc habẽt iurisdictionẽ, quã habent viri. argumen. l. ossa. ff. de reli. et l. i. de offi. eius. et ita vidimus, quòd reginæ regniquæ habuerũt hoc regnũ iure successionis, et ꝓprietatis eorũ cõdiderũt in regno leges, et cõstitutiones,

tiones. vt regina Ioanna prima, quæ fecit multa capitula in regno: pſertim de creatione officialium, & syndicatu ipsorum, de quibus infra videbitis, quæ capitula valuerunt: & valent, & sunt seruanda. Et etiam aliqua fecit regina Ioanna secunda, vt similiter infra tangetur. Et hæc interposuisse solatij causa placuit pro reginis regni huius, quia constitutiones earum validæ fuerunt: vt aliàs fecit Barto. in l. Barbarius. de offic. præsid.

a ¶Proueniunt.] *Vnde auarus appellatur cæcus & ambitiosus c quorundam de electio. lib. vi. quia excecatur eius animus. vt agenda non videat et à prohibitis non declinet. 57. dist. vtrũ. & c sicut hi. Et adde quòd auaritia est idolorũ seruitus, vt in c auaritiæ de præbend.*

b ¶Iudicis.] *Vide Felin in cap. si pro debilitate. statim post medium. prima colum. de off deleg.*

c ¶Non iudicent.] *Adde Specul in tit. de except. § ij versic sed quæro.*

SVMMARIVM.

1 *Magistratus an statim post finitum tempus officij debeat officium relinquere, uel expectare successorem? & nu 2 & 3.*

4 *Scientia sine eloquentia parum proficit & eloquentia sine scientia multum reipub nocet.*

5 *Iudex non obseruans statuta sibi non tradita non tenetur.*

CAP. IIII.



Sequitur de modo & forma syndicationis. In quo sciendum est, quòd † magistra-
1 tus, vel potestas finito tempore sui officij, scilicet semestri, vel anni, non debet statim officiũ deponere, sed debet successorem expectare. ff. de off. procons. l. meminisse, & vsque ad eius aduentum ius dicere, vt ibi in text. propter ciuium vtilitatem, vt in l. j. §. administratores. C. vt om. cau. & in l. præfectus. ff. de off. præfe. augu. in l. si forte. de of. præsi. & per Docto. plene in l. eum qui. §. iudicare. ff. de iurisdic. om. iudic. Et extat capitulum regis Roberti, quod incipit scire vos volumus, ꝙ nuper edictum fecimus: & hoc bene fuit institutũ, quia multa interim accidere possunt scandala in ci-
2 uitate: † licet de iure authenticorum debebat ante aduentum successoris officium deponere per duos dies: vt in authen. de colla. §. illud. in fi. col. vii. & intellige postquàm notificauerit successor aduentum suum, secundum Azo. in sum. tituli vt omnes causæ. Imò & post aduentum successoris, si eius officium non est de momento ad momentum finitum potest administrare, licet non necessitetur. glo. est in c. Et si Christus. de iureiurã. & no. in l. meminerint. C. vnde vi. & in d. §. iudicare. & est capitulum regni, quod incipit, Insuper. quòd omnis officialis debet notificare aduentum suo prædecessori: & ex tunc gagia computantur à die notificationis, tñ hodie per statuta terrarum in hoc prouisum est diuersimode, & in aliquibus locis est statutum, quòd officialis aduenienς ꝑ tres dies stat extra ciuitatem ad videndũ statuta, ad se informandum de moribus ciuitatum, & de alijs, & antiquus officialis exeat, & in regno nunquam deponit officium, nisi post ingressum factum, & visis & lectis suis commissionibus: vt in constit.
3 regni scire te volumus, † vbi dr̃, quòd antiquus officialis exercet officium antequã sint sibi delatæ literæ desistẽtiæ. & est tex. in l. j. de off. præf. Augu. & in l. meminisse.
4 de off. procons. Et dixit † Bal. in l. falsus. C. de furt. quòd facta ab officiali reuocato valent antequã sint sibi præsentatæ literæ desistentiæ: vbi dicit idem in Episcopo reuocato, & procedi habet hoc ordine, quia successor per duos dies ante debet significare aduentum suum prouincialibus vel ciuibus cum aliquali commendatione sui ipsius, vt dixit tex. i l. obseruare. §. ante quã. de off. procon. & ẽt antiquo potestati amicabiles literas destinare, vt in suo aduentu occurrant officiales, & non turbentur ab officiis ciues, vt in d. §. anteꝙ̃. & in d. §. illud. ¶Ingrediaturq; per illam portam seu partem prouinciæ, per quam ingredi moris est, vel adueniant ad illam ciuitatem, seu terrã prouinciæ, in qua solent alij plurimum venire, & se præsentare, dicit tex. in d. l. obseruare. §. obseruare. quia multæ ciuitates habent in hoc prerogatiuam quòd prius vadat ad vnam ciuitatem quàm ad aliam. vbi text. not. dixit fuisse decretum per Imperatorem ad consultationem Asiriorum, vt procõsul, per mare Asiam applicaret, in quibus consuetudo prouinciæ, seu ciuitatis obseruabitur.

tur. Nam in nobilissima ciuitate Neapolis solet officialis in die ingressus congregatis proceribus, doctoribus, & nobilibus ciuitatis in ecclesia maiori, in ecclesia sancti Eustorgij extra & prope muros ciuitatis sancti Laurentij abinde accedere ad palatium curiæ cum nobilibus associatus sit autem ingressus, quia decessor reperiet in tribunali, sicut magistratus in solio sedere debent veluti reges exercitu circunstante, quia propter hoc designatur vigor regiminis. 45. distinct. disciplina. in fin. & inde dicuntur magistrarus insignia. ff. de postu. l. j. §. casum. & facit. ff. de offic. pręsi. l. obseruãdum. in prin. & in fi. Debet nãq; magistratus ipse sedere sublimior 95. dist. c. Episcopus in ecclesia. Debet autem habere tribunal primum & secundum gradũ, in quo debet sedere ipse magistratus ius reddens, debet habere secundum gradum inferiorem, vbi recipiendi sunt viri illustres, cùm coram eo disceptant, tertiũ & infimum qui reliquis altercantibus deputatur. l. quotiens. circa medium. C. vbi senat. vel claris. in secundo autem loco huius secretarij debent esse aduocati, de quo mentio fit in l. fi. de off. diuer. iudic. non autem in primo. C. de off. ciuil. iudic. l. ij. Et quantumcunque quis sit illustris & maximus, non est honor iudicibus sedere cum illo tribunali. in authẽ. vt ab illustri. circa medium, & successor aduenicns sedebit ad latus eius in loco aliquantulum infimo, & leguntur commissiones noui officialis, & pręsentantur literę desistentię decessori quibus princeps significat, quod officium deponat nouo præsidi. quibus lectis, & insinuatis decessor sceptrum deponit in manibus noui: & sibi assignat tribunal. quo acto decessor siue eius assessor orationem habebit in publico de assignatione officij, deq; laudibus ciuitatis, & obedientia ciuium pollicendo de gestis reddere rationem, quia ad officium assessoris quando opus est potestati pertinet orare sua sciẽtia vel eloquentia. dixit glos. in l. j. de offi.
4 assess. ff. vbi Bal. intulit † quòd scientia sine eloquentia parum proficit: & eloquentia sine scientia multum reipublicę nocet, secũdum Arist. j. Ethi. ¶ Nouus vero ples seu eius assessor similirer orabit de laudibus iustitiæ: & de iustitia principis, ciues exhortando ad bene viuendum, & ad obedientiam summam, pollicẽdo statuta obseruare, & bonas consuetudines ciuitatis augere, & nõ minuere, vt dicitur in auth. de defenso. ciuita. § interim. & de iudi. §. omnes. Inde vero se syndici prioris ciuitatis exhibere & pręsentare debent nouo potestati statuta ciuitatis consuetudines scriptas & priuilegia, vt iuret illa seruare.
5 vt in d. §. interim. Et hoc fiat, † quia iudex qui non obseruat statuta sibi non tradita non tenetur, secundum Ange. in authẽ. de consuetu. in fi. & dixit idem Ang. in auth. de mand. princ. in prin. quod assessores nõ tenentur seruare quorum copia non fuit eis tradita. Et si iurauit seruare statuta, non extenditur tale iuramentum ad statuta post iuramentum condita, secundum Inno. in c. pen. de constit. secundum Ang. in dicto princi. Decessor vero deinde assignabit successori omnia acta pendentia, ita disponit Mediolani decretum, licet male obseruetur sigillata per inuentariũ, & captiuos omnes existentes in curia per publicum instrumentum, de quo ingressu etiam fiet instrumentum, vt à die ingressus currant gagia nouo præsidis, & annus vel semestre officii vt in supradictis capitulis regni, iurabitque nouus potestas si in curia regis non iurauit exercere ad honorem, & fidelitatem principis, & in forma, vt infra in versic. iura. tenebitur ẽt officialis depositus informare successorẽ in principio regiminis. ita Bald. in l. in seruus ex suo facto. argu. l. si pure. ff. de fideicommis. liber. Et scias quod syndicandi interim debent ab officio suspendi, vt habetur infra in versic, accusati. in c. an si opponatur contra potestatem. vt supra.

SVMMARIVM.

1 *Syndicatores debent banna emittere per ciuitatem in locis publicis & consuetis: & in uillis ciuitati adiacentibus. nume. 6. Et debet fieri tale præconium in scriptis nume. 2. Et si aliquis compareat & iuret quod fuit absens ante finem officij syndicandi: & ignorans banni publici audietur. nume. 3. & quid in forensi. nu. 4.*

CAP.

CAP. V.

1 DEINDE † vero eliguntur syndicatores qui banna emittant per ciuitatem in locis publicis & consuetis, vt volentes contra potestatem antiquum assessores eiusque officiales, & famulos querelare compareant, & fiant banna ipsa publica in locis publicis & consuetis ciuitatis. vt omnibus veniant in notitiam, quia vox pconis paucis innotescit. l. pen. ff. de in integ. restitu. & ideo vt omnes ligent etiam surdos. l. i. §. i. C. de postuland. Fieri debet per totam ciuitatem. secundum Bal. in c. i. de milit. vasallo. alleg. Archid. 16. distinctio. cap. quòd dictis. & Bald. in authen qui semel. C. quom. & quan. iudex. & Bald. in l. diffamari. de inge. man.
2 † & debet fieri etiam tale præconium in scriptis, poni in valuis coram testibus, vel per instrumentum publicum, vt edictum, quia edictum est tantæ authoritatis, quòd ignorantia priuatorum non patrocinatur. gloss. not. in l. pen. C. de peric. tuto. Nam talis publicatio banni non solum debet fieri in publico, sed in actu populoso. gloss. in clemen. tamen. de election. & affixio talis banni, vt omnes
a liget, & probet, debet esse de originali a scriptura ipsius banni sigillata. decisio Ro. 232. & debet ibi persistere durante termino banni. l. si pupillus. §. præscribere. de institution. lvt eius vigor non deficiat. Vel debet conseruari tale bannum in archiuo. Bal. in l. i. C. quomodo & quãdo iudex. in authen. de mandat. princip. §. fin. vel scrineis curiæ, vel penes scribas. authen. ad hæc. de fide instrum. & in cap.
3 ad audentiam. de fid. instrum. §. i. † Si tamen aliquis compareret: & iuraret quòd fuit absens ante finem officij syndicandi, & ignorans illius banni publici audietur iuxta nota in c. cũ in tua. qui matrimon. accus. possunt. & Archidiaco. plene. 82. distin. c. apposuisti. & Innocen. in c. ii. de constitution. & Bart. in l. fina. de decret. ab ordin. facien. & audietur iste absens & ignorans etiam post bannum, nõ tamen retardabitur causa syndicatus: quia postea expediri poterit querela istius. per l. i. C. vt omni. causæ. vbi dicitur quòd post 50. dies dimisso procuratore causæ
4 poteruut expediri. † Et etiam audietur si esset forensis qui nouiter venerit ad ciuitatem. & reperiit syndicari officialem dicens non habuisse notitiam banni, qa sua querela audietur post tempus banni dato iuramento ꝙ ignorans fuerit publicæ denunciationis, per supradicta, & per nota. per Bal. in authen. si omnes. C. si ve
5 se ab hædit. absti. qui dicit † quòd bannum vel edictum non ligat absentes. vt in l. oẽs populi. de iust. & iur. & Andræ. in constitu. regni humanitatis.
6 Debet † etiam fieri hoc præconium in villis ciuitati adiacentibus, quia rusticis non habentibus notitiam non currerent tempora banni. argu. l. prouincialium. de erogat milit. annon. vbi dicit Lucas de Penna quòd rustici per se faciũt plebem. in authen. quibus mod. natu. efficiant. legitim. §. legitimi. quia illos solum astringit lex ad quos peruenit. 35. q. i. in princ. & l. fina. de decret. ab ordin. facien. & in authen. de incest. nup. in fin. & in authẽ. vt factæ nouæ constiiutiones. in fi. & in l. i. de grege dominico. Licet alibi dicatur quòd rustici sint de plebe ciuitatis. xviii. distinctio. c. decernimus. non tamen quo ad causandã notitiã eorum quæ ad ipsos peruenire debent. d. quęsti. i. & dicta banna affigantur in locis publicis, vel fiat relatio penes acta cum testibus. qui interfuere in omissione bannorum: ne aliqui dicant bona minime facta fuisse, petendo aliàs dilationes ad detinendum officialem. Ad hæc iste officialis procuret vt causa sui syndicatus tempore debito expediatur, Et fiant talia banna cum comminatione quòd omnes volentes proponere vel querelare cõtra officialem & familiam compareant infra talem terminum, & cum peremptorio, cum commi
7 natione quod aliàs non † audiantur. Nã bannum est quædam comminatio. Bal. in l. cum mulier. sol. mat. alleg. authenti. item nulla communitas. de epis. & cle. & l. i. qui bon. ce. pos. & idem dicit Bald. in l. certa ratione C. quan. prouo. & debet fieri hoc bannum de consilio assessoris, vel sapientis syndicatorum gloss. in l. i. ff. de offic. assesso. ad hoc vt valeant, quia venientes ad querelandum semper vidi quòd opponunt contra bannum, &

aliquando

aliquando appellant:vt dicit Bal. in l j.si pendente appellatione. & alia quando petunt restitutionem in integrum aduersus banna ad vexandum offitialē: ideò cum omni cautela debet fieri. Nam vidi multos officiales euasisse syndicatum & fuisse absolutos. quia querelæ nō fuerunt datæ in tempore banni: tamen quæ tempora sint præfigenda in ipso banno. Et an ipsi syndicatores possint arctare tempora qn quaginta dierum ad syndicandum.& 20. ad dandum querelas,vel possint extendere, & quod tempus est statuendum per ipsos syndicatores in bannis ipsis in proximo capitulo videbitur.

a ¶ Originali] Adde Feli in cap quoniam §. porro ut lite non contestata in fin. in colum. in versic. quarto not.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ad syndicandum deputatus debet causas ipsas expedire infra dies uiginti à die qua litigia orta fuerint. Et an poßit tempus à iure limitatum arctare. nume 2.*

CAP. VI.



T modo videndum est, q̄ tēpus erit statuendum per syndicatores in bannis & ædictis præfigens ad dandū querelas contra officialem: in quo di cas.quod tex.in sæpè allegata l. j.C.vt omnes caus. dicit quòd officialis debet stare & respondere in syndicatu pulsare volentibus infra dies quinquaginta. & idem text.in d.§.necessitatis. & in l.ij.C.de assessor.¶ † Et quòd iudex ad
1 syndicandum deputatus debet causas ipsas expedire infra dies viginti à die qua litigia orta fuerint. & in d.l.j per quē tex. Bal.in repeti.§.proficisci.q.3. dixit libelli querimoniarum datur infra dies triginta deposito officio,& infra viginti dies expediuntur.alleg.l.ij.ad leg.Iuli. repetun. Et ideo syndicatores debebunt statuere tempus triginta dierum in eorum bannis ad dandum querelas vltra quod non audiātur,quia est tempus quod præfigitur à iure sine ministerio hominis: & poterit fieri ista comminatio quod deinde non audiantur querelantes.& ita dicit Angel.de Aretio dominus meus in titul.de except. instit.per notata in l. Titia.de accusation. & in l.diffamari.de inge.& manu.& in l.j. C.vt nemo inuitus. & per nota.per Bar-
2 tolum in l.edita. C.de edend. † Et puto, quod non possunt hoc tempus à iure limitatum arctare, nec etiam extendere sine causa,cum sit à iure limitatum sine ministerio hominis. per dicta Barto. in ꝓpriis terminis in l.secunda.de re iudica. vbi allegatur Bartol.in d.l.prima. C. vt omnes causæ. Et de iure & in ciuitatibus ducalis dominij sunt statuta particularia, & etiā decreta ducalia, licet male obseruentur, quia arbitrio syndicatoris dantur ista tēpora,attento quod officiales stant in officijs aliquando anno,aliquando biennio, triennio, & aliquando plus ad arbitrum principis nostri constituti regni.statuitur tempus iuris cōis, scilicet dierum quinquaginta, vt in constitu. regni. volumus tamen per capitulum regni, quod incipit, Item statuimus. est prouisum quod stet ad syndicatum per dies quadraginta, si per annum integrum fuerit in officio,videlicet pro quolibet anno dies quadraginta & si minus pro rata temporis morentur, remanente licentia curiæ inquirendi de excessibus. vt in d.cap.& per aliud.c.quod incipit nouis morbis fuit ꝓuisum,quod capitanei stent ad syndicatū per dies 25. Ideo tunc tale tempus banni ad dandum quærelas proportionabitur q̄ infra.xx. dies dantur querelę & infra alios.x.expediantur causæ, quia licet lex antiqua & correcta in hoc quod stet ad syndicatum diebus.xl.non erit correcta quod expediatur causæ minori tempore quam in xx.diebus.arg.no.in l. fin. de tempo.in integ.restitu.peten. nisi aliquis fuisset ignorans,ut supra proxi.c.& vide in tit. de offi.syndicatorum. in cap. an si sint plures, vbi de bannis. Et quid de reformato officio an bis syndicetur, vide infra in versi. refirmat.in c. an refirmatus in officio.

SVMMARIVM.

1 *Tribus modis proceditur in syndicatu officialium.*

CAP.

CAP. VII.

1 PRoceditur † autem in syndicatu officialium tribus modis.
Primo per inquisitionem generalem, vt in cap.regni.item
statuimus.& Bal.in §. proficisci.q.v. & in
constitu.regni de inquisitionibns.& Ang.
in l.si vacantia.col.xiiii.C.de bon.vacan.
qui dicit, quòd syndicatores potestatum
& capitaneorum qui syndicant ipsos &
eorum membra.possunt contra eos inqui
rere de delictis commissis per eos in officio
non præcedente fama publica, vel
clamosa insinuatione, per no.per Innoc.
in c.ij.de off.ord.& in c.qualiter & qñ.de
accus.& in summa eiusdem tit. vbi dicit
de inquisitione, quæ fit contra caput aut
membra alicuius ecclesiæ, seu ciuitatis, ca
stri, vel loci de delictis in genere, & erit
forma talis secundum Angel.de ista for-
2 ma a vide latius, & melius cęteris.per do.
Amodeum Iustinum in tract.suo syndicatus,
hæc est inquisitio quædam quæ fit
& fieri intendit per talem syndicatorem
electum ad syndicandum nobilem militem
dominũ talem olim potestatem, seu
capitaneum ciuitatis Neapolis pro prætę
rito anno talis iudi. & contra prædictum
potestatẽ & contra omnes iudices eiusq;
domicellos, familiares, berruarios, & con
tra vniuersam familiam domini potestatis.
In eo & super eo quod ad notitiam di
cti syndicatoris peruenit, quòd dictus po
testas iudicesq; & notarij dicto anno in
palatio eorum residentiæ positæ in tali
loco, & confinibus multas, & varias baratarias,
extorsiones, furta, & falsitates com
miserunt. Et quòd prædictus do.potestas
non tenuit tantam familiam. quantã debuit
tenere ẜm formã suæ electiõis, nec
non ipse & sui iudices, & notarij absolue
runt cõdẽnãdos & condẽnauerunt quãplures
innocentes, qui debebant absolui.
Et non venerunt ad banchum pro reddẽ
do iure debitis horis & cõsuetis secundũ
formam iuris & electionis eorum. Et præ
dicta omnia commissa fuerunt per ipsos
tempore, & loco prędicto contra formam
iuris &c. quę est inquisitio generalis quo
ad delicta, specialis quo ad per.quando fit
inquisitio talis debent cumulari omnia,
quæ habes infra in versi.syndicantur etiã
officiales cum sequentibus capitulis. Et
in ista generali inquisitione si ipse potestas
fuerit interrogatus, & responderit
poterit ex ea condemnari, secundum Bal.
in l.edita actio.de edẽ.& in l.venales. C.
de pœna iudi.Si tamen non fuerit interrogatus
deuenitur postea ex repertis ad
specialem inquisitionem contra ipsum &
suos prædictos, secundum Angel. in d.l.si
vacantia.& vide Baldum in l.iubemus.C.
de prob. vbi de inquisitione generali quę
fit contra officiales, de qua vide in consti.regni
in generalibus inquisitionibus,
& in capitulo regni subiungendo. Et in
hac inquisitione interrogentur & examinentur
cum iuramento causidici, procuratores,
& aduocati, eorumque scriptores
& alij, qui coram officialibus causas habuerunt,
qui verisimiliter scire debet, &
qui aliquid ponuntur dedisse quibus, an
credatur. infra videbis in veasicu.probatio.
& in versic.testis. Proceditur & tertio
contra officiales aliquando sine libello,
quia verbotenus petitur ab ipsis, quòd
debetur & in actis redigitur. Aliquando
per libellum & petitiones, quia diuersimode
formatur libellus vt infra videbis
in ver.libellus. Et aliqui barones solent
mittere per omnes domos illius terræ ad
perscrutandum si quid dederint officiali,
vel si quid extorserit ab his, quæ dicitur
syndicatio scrupulosa.

a ¶De ista forma.] *Vide etiam dom. Bonifacium de vitalinis de Mantua in suo tract. malefic in cap de inquisiti & eorum in c. de rum for.in for inquisiti contra officiales.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis qualiter se habeat deposito officio. & num 3 & 4.*
2 *Consilarij imperatoris, vel regis, an subijciantur ratiocinijs*
5 *Suspicio debet cessare in iudicijs.*
6 *Titulus de his qui ad ecclesias confugiunt, non habet locũ in eo qui debet stare syndicatui.*
7 *dispositio l plerique de in ius uoc. non habet locum in eo qui debet syndicari.*
8 *Dispositio generalis non extenditur ad ea, de quibus specialiter est in iure prouisum.*

CAP.

CAP. VIII.



1 Viso de modo procedendi: est † videndum qualiter officialis deposito officio se habeat. In quo premitto quod per l. j. C. vt omnes causę tam ciuiles quā criminal. æqua lance prouisum est, ꝙ non solum prætores & presides sint syndicandi finita eorum administratione, sed etiam viri clarissimi, & habentes maiorem administrationem, etiā si sint comes, aut dux, vel si sint administrantes officia in domo imperiali, vel regia, vt ibi in text. & etiam si sint prefecti militares exercitus imperij vel principis, qui etiam tenentur reddere rationem, per quem text. videt probari, quod † consiliarij Imperatoris, vel
2 regis cuiusque vicarij aut consiliorū presidentes subiicientur ratiociniis, per illū text. expressum, & fuit obseruatum etiam in viceregibus & locumtenentibus regū, & principum, qui aliquando filios proprii corporis faciūt vicarios in prouinciis, qui reges licet legibus sunt soluti, tamen ipsi viuere volunt. l. digna vox. de legi. Et de ceteris officialibus regum, vt sunt septem officia, quę habet in suis curiis Imperator & quinque reges. cum ipsi sint perpetui, & non temporales semper subiacent q̃relis & non temporaliter, vt infra latius di-
3 cemus. † Et dic quod debet remanere in prouincia, in qua gessit officium, & in illa ciuitate, in qua consuetum est debere syndicari. arg. l. obseruare. §. antequam. & in §. illud. de off. presid. & l. j. vt omnes cau. tam ciuiles. vel si officium gessit in ciuitate, vna debet stare in illa, non in domo potentis, vel in ecclesia, sed palam & publice ante faciem omnium, quos rexerat. d. l. j. Et vt satisfaciat fisco, quia vsquequo satisfecerit fisco non est ad aliud officium eligēdus. l. nemine. de suscept. & archa. lib. x. & ff. de vaca. et excu. mu. l. fin. §. conductores. Et etiam respondere super querelis suis et suorum officialium, et super furtis et extorsionibus, quę opponuntur. l. j. C. vt omnes causę. et in l. i. et ii. ad leg. Iul. repetun. et l. iii. de off. assesso. Quia si in publicum exire et se monstrare nō auderet, p̄sumitur contra eum, et hoc agere ex mala conscientia, vt in l. j. de famo. libel. secūdum Bart. in l. Barbarius. in repe. de off. pto. qui dixit ibi quod ex mala cōscientia digna timere naturale est, et qui clam nititur, p̄sumitur habere malā causam, et hoc de iure cōi, & accidit Neapoli in syndicatu regentis qui moram adhuc trahebat in palatio publico, & fuit oppositum quod debebat exire palatium in priuata domo, & allegaui ita debere fieri, quia prouinciales videntes eum inhabitare palatium, perhorrescebant querelare contra eum, & debet dari facultas publi-
4 ce querelandi. d. l. i. circa medium. † Nam ratione loci in quo quis inhabitat, nō creditur habilis ad conueniendum. glo. sing. in l. ij. ff. si quis cau. quā ibi sequitur Bald. Angel. & omnes vbique præsertim quia hoc est de consuetudine, quę obseruari debet in syndicatu. tex. & glos. in l. neminem. de suscept. et archa. Istud enim videbatur facere ex astutia vt prouinciales sibi deserrent quod debet esse à syndicatu alienum, in quo debet cessare omnis occasio, vt dicit tex. vt in d. l. j. in vers. nec vllam. vbi est tex. singularis ꝙ syndicandus non debet latitare in domo potentis, nec in ecclesia, sed in omnibus se palam monstrare. vbi dicit Azo in summa, quod non debet priuatū in domo propria manere officio deposito, vel in domo potentis, vel in locis celeberrimis, et sic textus duo requirit quod non in domo propria vel potentis lateat, sed publice se exhibeat. et sic videtur inferre, quod non debeat latitare in propria domo, sed sui copiam facere, cum adhuc curialis staret, et vt persona publica in palatio iusta suspitione poterant ciues moueri ad non
5 querelandum, † quia in iudiciis debet
a omnis suspitio cessare.[a] l. apertissimi. C. de iudic. et in simili glos. singularis in §. quoniam. in auth. de trien. et semis. etiā ratione loci inducitur suspitio. l. de ætate. cum si. ad Treb. et Inno. in c. bone. de ele. et ratione temporis. l. ii. §. si quis. supra allega. et ideo ciues tunc suspicantes et perhorrescentes fauorem regentis, qui vt curialis residebat in palatio, vt persona publica, et non vt priuatus, quia hoc non expediebat, bono publico iuste petebant ꝙ exiret palatium per prædicta. ¶ Et nos. bene illum text. in ver. vel intra sacrosanctos

dos terminos &c. vbi videt casus iudicio
6 meo iūcto ver. ipse autē quòd titulus † de his qui ad ecclesias confugiunt, non habet locum in eo qui debet stare syndicatui, qui si ad ecclesiā confugiat, ꝙ non poterit in ea defendi, & sentit glos. ibi in ver. cogatur quæ dicit ꝙ velut seruus po
7 terit cap. † Ac etiam facit quòd l. plerique de in ius vocan. quæ vult quòd domus propria sit cui quæ totum refugium in ciuilibus casibus, non habeat locum in eo qui debet syndicari, vt si in propria domo se clauderet, quòd posset capi, & deduci ad syndicatum. Deinde vero in regno succesit constitutio regni, volumus de numero officialium. secundum quam fuit prouisum, quòd officiales degradari secundum formam iuris antiqui deberēt apud successorem per dies quinquaginta commorari ad respondendum querelis, secundum, quā constitutionem formantur contra ipsos inquisitiones generales & si inuenti fuerint culpabiles, puniuntur, restituunt damna subditorum, & si inuenti fuerint nō culpabiles iniuste querelantes puniuntur, & ipsi officiales erūt laudandi, & premiandi. vt in dict. const. Ideo officiales non debent grauiter perferre syndicatum per textus in l. neminem de suscepto & archa. libr. xij. vbi dicit textus nam neque eos qui placuerint grauare iustitiam est, neque illos ꝗ displicuerint tenere prudentis hominis est. Deinde successerunt capituli regni. s. capitulum regis Caroli. Item statuimus. quo est prouisum quod officialis deposito officio pro quolibet anno exercuit officium, stet in syndicatu diebus xl. & si minus anno pro rata temporis, corā successore moueatur & fiat inquisitio per curiam super eius excessibus, vt puniatur iuxta merita inquisitione, pecunialiter, vel corporaliter secūdū delicti qualitatē. d. c. Itē statuimus. Licet dubiū sit, an hoc corrigatur per. c. vt delatas, quo cauetur quòd non procedatur per inquisitionem sine accusatore, tamen illud. l. loquitur generaliter & non in syndicatu officialium
8 † quia dispositio generalis non extenditur ad ea, de quibus specialiter est in iure prouisum. l. sanctio. legum. de pœnis. & habes in proximo. c. quod incipit an officialis. & interim non potest officialis discedere, vt in alio. c. regis Roberti. veterum iurium. qui terminus nō currit, nisi à die assignationis actorū. vt in c. eiusdem. Caroli bene ordinatis: quæ assignatio actorū vna cū residuis & actis pendentibus suis & antecessoriis, debet fieri per inuentarium & cum sigillo, & infra terminum trimestre. & i c. reg. certū. Statutum est tamē in alio. c. regni. quòd incipit: simili modo est prouisum. quòd post receptas literas admonitionis notificet successori omnia residua fiscalis pecuniæ. tamen acta pendentia possunt assignari infra tempora syndicatus vt ibi patet, debet tamen remanere in loco syndicatus vsquequo assignēt omnia acta pendētia. vt in dict. c. veterum. & est prouisum per dict. c. bene ordinatis. quòd tēpus statutum ad syndicandum officiales non labatur nec finiatur quousque non sint acta pendentia compilata, & assignata successori, & interim ipsi officialis permaneant ad syndicatum. & vide in. c. regni. quod incipit, Insuper quia impositionem rationum. & c. seq. Ideo tu assessor in principio mensis Augusti debes cum ærario & actorum magistro componere omnia acta pendentia, & etiam finita, & diligenter videre quinternos prouentuum: vt possit officialis omnia diligenter assignare, & reddere rationem prouentuū, & compositiones factas verificari in actis scribant qualiter factæ sunt. & probationes illarum, vt si contingat casus querelæ possint verificari cōpositiones & executiones factæ. & si aliqua esset informatio compositionum & executionum facturum ad corroborationem illarum recipienda facere quòd recipiatur antequā veniat successor in officio, & omnes scripturæ inquisitionum & probationū de compositionibus, & executionibus factis præparentur in vnaquaque, vt possit in syndicatu ratio reddi de omnibus, ita consului & fieri feci pluries, & ꝙ quaterni prouentuum compilentur clari & lucidi, vt officiales non impediantur diutius in syndicatu.

a ¶ *Cessare.*] *Adde not. Felin in cap. accedens el. y. vt lite non contestata. in i col. in versi. prima conclusio. & quod ibi dixit in apostil.*

& domin.

& domin. Francisc. de Are in l. iiij. § si seruus. de acquir. poss. in ij col. & Feli. in c. cum R. canonicus. de officio delegati.

SVMMARIVM.

1 *Officialis qui dedit pecuniam pro habendo officio, an & quando syndicari debeat & nume. 2. & 5.*
3 *Romæ venduntur magistratus.*
4 *Papa tollerando symoniam uidetur tollere iura loquentia de simonia.*
6 *Officia an poßint conferri inuitis.*

CAP: IX.



T primo videndum est de quibus syndicentur officiales publici cum administratione, vel sine? Et † dic, quod 1 syndicantur, si officia ipsa data pecunia electoribus acquisiuerint: quia tenentur lege Iulia de ambitu. & tenentur de iure antiquo pœna centum an. aureorum. l. i. ff. ad leg. Iul. de ambitu. vbi glos. not. de electoribus magistratuum, & efficientur infames. vt ibi. propter quod à postulando repelluntur. l. i. §. ait prętor. ff. de postu. vbi glos. ordina. de iure codic. & pœna quaprupli in dante & recipiente. l. fina. C. ad leg. Iuli. repetund. Tamen vna tollitur per aliam. l. prætor. §. idem.
2 de iniur. Quod † non habet locum si à principe data pecunia obtinetur magistratus. d. l. j. ad legem Iul. de ambitu. vbi Azo. dixit quòd illa lex habet locum quã do alicui curiali, vel priuato numerauit pecuniam, vt haberet officium, vt subriperet pecuniam publicam: secus si ciuitati vel principi. Ideo dicit Bartolus, quòd in curia Romana cessat lex Iulia ambitus. & dixit Cynus in l. j. C. ad
3 legem Iuliam ambitus. † quòd Romana curia vendit pręsidatus, magistratus, & propterea iustitia erit venalis præferens pecuniam bono & æquo dicens, quod lex Iulia ambitus. non habet locum in principe, quia lex præsumitur, quod ipse non moueatur prece, nec pecunia ad dandum officia: & si dat pro pecunia, vel precibus officia, quod valet datio, & impune accipitur: quia princeps hoc faciendo videtur dispensare, & legem soluere supra cuius residet potestate, per l. digna vox. C. de legibus. dominus Ioann. Andr. extra de
4 simo. ibi respondet, † quod Papa tollerando symoniam videtur tollere iura loquentia de symonia. & Archidia. 124. distinct. non debet. Et dicit Bartol. in l. Barbarius. de off. prætor. quod si detur pecunia senatui vel principi, quod dans non est ambitiosus, sed dignus, si princeps admittat, & valet concessio officii. C. de iure fisc. l. instar. tamen Salyc. in l. i. C. eo. dicit quod hoc non est honestum in priucipe, quia videtur tolerare quod iustitia vendatur. Et vide dictum Bal. in
5 d. l. Barbarius. vbi dicit † quod si ambitiosus toleratur per principem in officio, quod omnia valent, secundum Innocen. in c. qualiter & quando. de accusa. Barto. autem in d. l. Barbarius. in lectu. & in repetitio. dicit, quod non licet pro officio cũ iurisdictione dare pecuniam, vt ibi late per eum. & dicit text. in l. fina. C. de ambitu. quod iudex iurat quod pecuniam pro officio non dedit, nec dabit. & vide in d. l. j. ff. eo. vbi glo. distinxit quod dederit ipse vel alius eo sciente vel ignorante, quia si alius dederit eo ignorante non tenetur, vt C. eod. l. fina. ¶ Hodie autem nõ licet etiam petere dignitntem cum administratione, non solum pecuniam dare, quia lex pręsumit quod grauet rempublicam, vt in auth. vt iud. sine quo. suffra. §. cogitandum. secundum Bartol. in d. l. j. & Ange. C. eo. tit. l. fin. Nam statuit princeps officia gratis conferri, quia si emantur emens omnia mala cogitabit propter auaritiam, quæ in animis iudicum inhæ-
2 rens est radix omnium malorum.[a] vt in d. § cogitandum. in prin. titu. & dicit Bar. in l. procu. de murilegu. libr. xj. quod qui dat pecuniam vt habeat officium, habet animum indebite lucrandi & malefaciendi, & datur materia iudicibus obtinentibus officia per pecuniam furãdi impune. & dicit Angel. in d. § cogitandum. contra iudices baratarios, qui vendunt iustitiam & innocentes auare puniunt, & nocentes absoluunt quando emerunt officia, quia debent habere manus mundas, & non ꝓcurare officia per symoniam, † quam le-
6 gem Imperator condidit cum consilio vxoris suæ, vt ibi in tex. & in l. iij. ff. quod quisque iuris. quod conferri debent inui-

tis. quinimo extrahi potest à domo propria quis vt sit officialis, vt l. ex omnibus. de decurioni. libr. x. & vide in c. quis compellitur. & dicit constitutio regni ꝙ officia non debent emi, quia emens dicitur mercari sacratissimum ministerium pretij venalitate, vt in constit. regni, magistri camerarij. vbi dicitur quod debent dari inuitis. & ideo propter venalitatem officiorum tota obseruatio iustitiæ corrumpitur. Et ideo dico, quod quamuis pro iudice p̄sumatur. l. ij. de off. ciui. iudi. qđ ista p̄sumptio nō cadit ī iudice. q offm̄ emit, qa præsumitur omnia mala agere per su prascripta: & vna præsumptio tollit aliã. l. pœnæ. de in integr. restitu. cum similib. Et etiam si emant à principe, & tolerentur, non euitabunt infamiam & præsumptionem male agendi in officio per prædicta, à quibus est præcauendum sicut à peste. Tamen modernis temporibus officia venduntur: & plus offerenti dantur quod diuina iustitia hoc permittere non deberet. Et contra procurantes statuit, ꝙ teneatur de omni culpa. vt infra in versi. negligentia. in capi. qualiter officiales. de culpa. & infra in ver. iudicare. in c. si quis petat in libello.

a ¶Malorum] *Adde quæ contra. eo. dixi in §. dicitur autem syndicatus. in apostill.*

SVMMARIVM.

1 *Officiales habentes officium publicum syndicantur de baratarijs & furtis, & puniuntur extraordinariè. nume. 2.*

3 *Iudex ex ira aliquē necauerit nunquid pœna mitigari dẽat et qua pœna puniri dẽat? n. 4*

5 *Officiales damnati, an & quando repellantur à testimonio, & à iudicando.*

CAP. X.

1 SYNDICANTVR etiã †officiales habentes officium publicum de baratariis, & furtis, vt si data vel promissa pecunia aliquid fecerint, quod facere non debuerint: vel si debet facere & recepta pecunia non facit, vel si receperit pecuniam ob iudicandum vel non iudicandum, & non decernendum, vel non dandum arbitrium, vel ob hominem in publica vincula iniiciendum, vel ipsum in vinculis dimittendum, vel necã dum, vel absoluendum, vel ob litem existimandam, frumentum vt publicũ dandum, vel apprehendendum, vel quod magis ex officio suo faciant, vel si ob sententiam in curia dicendam, vel cum manus mundas non habueruut, vel munera aut dona accipiant à personis non coniunctis, vel vt acceptum ferant opus publice faciendum frumentum, vt publice dandum apprehendendum, vel præbendum ad accipiendum, vel non accipiendum, & generaliter quando magistratus manus mundas non habuerant, quod propterea

2 per legem Iuliam repetun. † extraordinarie puniuntur exilio, vel durius prout deliquerunt, vt si ob hominem necandũ pecuniam acceperint, vel si nō calore inducti interfecerint innocentem, vel quē plectere non deberent, punierunt, quia tunc capite puniuntur, vel in insulas deportantur, vt in l. ij. iij. & iiij. ff. ad leg. Iul. repetunda. & ibi in §. hodie. est singula-

3 ris textus. † quod si iudex ex ira aliquem necauerit, vel occiderit: quod mitigatur pœna quem tex. allegat Bal. in l. addictos. C. de episc. audi. & Bal. illum tex. declarauit in rub. C. de pœna iudi. qui tex. est singularis secundum Ludouicum in l. cum mulier. ff. sol. matri. quod delictum com-

a missum calore iracundiæ a quod habuit etiam ortum aliunde quàm ab eo quem offendi est iusta causa quod ego mitius puniar, nam pro homicidio de iure imponitur pœna mortis naturalis. C. de episcop.

4 audien. & tamen in d. §. hodie. † pro tali homicidio imponitur iudici pœna deportationis, & vide Bartolum in l. quæstioni. de quæstionib. & vide And. de Iser. in titulo quæ sint regalia. in versi. bona committentium. in v. col. & Bal. in l. Cornelia. de sicca. & infra in ver. condemnatio criminalis. vbi latius de hoc, & alibi latius

4 † diximus ꝙ officiales dãnati, ꝑpter hoc repelluntur à testimonio & à iudicando, & à postulando, quæ habent locum etiam in comitibus iudicum. s. assessoribus. l. ij. eo. tit. Pro quo delicto locũ habet actio ciuilis ī factũ, vel cōditio ex lege, & publica accusatio in quadruplũ pro eo quod cœperii

perit ipse, vel eius manipulans, vel minister rapuit, vel abstulit. l. j. C. ad legem Iuliam repetund. vbi etiam ponūtur alię pęnæ. Nam tenetur pro facto suorum ministrorū ciuiliter, qa vsus est opera malorū hominum de publi. l. si cum exhibuissent. cū simil. tamen eos exhibendo liberatur, secundum Bar. in dict. l. i ff. ad leg. Iuliam pecul. & Salicet. in l. i. C. eod. Et debetur istud quadruplum in totum si scienter acceperit. tamen dans turpiter nō repeti. l. Lucius. de iure fisc. & not. in l. i. de condict. ob turpem causam. quæ omnia sunt aurea, & contra officiales regni accipientes pecuniam, ne vnum grauent in seruitiis, muneribus, & mandatis curiæ, & alios reuelent, & sarcinam imponant aliquibus, & aliquibus non, & vide in constitu. regni. quod officialis qui extorquet a subditis aliquid tenetur in quadruplum fisco. vt in cōstitutio. eos de iniur. curiæ illa. & quādo officialis excedit in pœnis per pecuniā, vide cōsti. regni, iudex. de pœna iudicis. & in cōstit. corrup.

1 ¶ *Iracundiæ.] An & quando & in quibus casibus calor iracundiæ excusat. vide Felinum in cap sicut ex literis. post princip in versicu. in text ibi iracundiæ calore. de iureiuran vsque ad finem. vbi est quando non & an sit iusta causa minuendi pœnam.*

SVMMARIVM.

1 *Iudices conuicti de sceleribus in officijs commißis perdunt priuilegiū ex dignitate q̄situ. Et an debeat priuari salario. nu. 3.*

2 *Furtum commißum propter auaritiam est multò grauius furto cōmisso ꝑpter inopiam.*

4 *Iudex debet esse iustus & immobilis.*

5 *Iudex qui in officio male rē geßit debet prius illis quos læsit satisfacere, & deīde puniri.*

Iudices.

CAP. I.

1 VDICES † qui si cōuicti sunt se furtis & sceleribus in officijs maculasse perdūt priuilegium ex dignitate quæsitum, & tanquā plebei & pessimi con

2 demnantur. l. iudices. de digni. lib. 12. † Et est istud furtū cōmissum ex auaritia grauius quā ex inopia cōmittere. 12. quæst. ii. c. fraternitas. nam furtum non facit necessitas, sed voluntas, de concess. dist. v. di

3 scipulos. † Tamen an priuetur salario propter hoc concludit domi. Lucas in dict. l. iudices. de dignitati. quòd sic. argumen. l. iudices de anno. & trib. quia si ꝑ

a negligētia, fortius pro delicto furtis, [a] & sceleribus, quia maior est ratio. ff. ad legem Aquil. l. illud. & argumen. l. Mæuia. in princip. de annuis legat. & quod not. de administra. rerum l. ij. §. conductores. & quia cum legis fauore furentur, audacter furantur. argument. de loc. & itineri. publici. l. i. in versi. commissione. Et quia ipsi iudices se furtis & flagitijs deturpantes dignitatem perdunt & honorem ex magistratu quæsitū, quamuis in hoc regno talibus iudicibus maiores tribuātur honores. & ideo qa à iustitia deuiat, perdit

4 nomen iudicis. ij. q. iii. ipse 23. q. ii. c. i. † iudex. n. debet esse iustus & immobilis, vt col. iii. q. ix. re vera. vt nō flectatur cōtra legē, sed eius integritatē custodiat. in authen. de trien. & semis. §. si quis. sic enim iudex se gerat vt non sit cupiditati deditus, nec violentias inferat, aut suis inferre patiatur. l. i. §. optimus. de offi. pręfect. Afric. Si ergo flectit nō est iudex. c forus. de verb. sign. quia debet esse vt neruus, q non frangit & si plicatur, nō extenditur, nec lentescit, vnde iudex qui iustitiā non reddit, sed sceleribus se maculat perdit dignitatē, & meretur omni dignitate, & priuilegio exui. l. pe. de veteranis. lib. 12. quare iudex qui nō habet manus mūdas a turpitudine maculatur, quia lex præcipit mūdas esse manus. in authen. vt iudi. sine quoq. suffrag. §. si quis autē. & in authen. quo oportet. §. si quis autē. & de mādat. princip. §. oportet. decet esse contentum his quę sibi à fisco dantur. in authē. de man. princ. §. festinabis. & si secus agat

5 dicitur fidem non custodire, vt ibi † Et ille talis iudex qui male se habuit debet prius satisfacere illisquos lęserit, & deinde puniri. in authentic. de administratio. §. si quis. colum. vii. & desuper exa. l. i. & in quib. caus. colum. 1. secundum domin. Lucam in dict. l. iudices.

a ¶Furtis.] *Et adde, quod etiam durante officio poterit conueniri vt per Ang. in authenti. vt iudic. sine quoq. suffrag. § si quis. col. ij.*

SVMMARIVM.

1 ¶*Subditi an teneantur officiales officium summale gerentes apud principem accusare.*

2 *Iudicem vnusquisque accusare potest post depositum officium.*

CAP. II.

SYNDICANTVR officiales † quia ipsi qui subditi
1 sunt ex necessitate tenentur iudices in officio excedentes & auro iustitiam baratantes principi nuntiare. in auth. vt iudi. sine quoq. suffrag. §. necessitate versic. sed etiã. & si nõ fecerint grauiter puniẽtur in psonã, vt ibi & alias pecunialiter. ĩ authen. de annu. §. sancimus. vel x. lib. auri. l. j. §. sunt. C. de priuileg. scola. libr. duo
2 decimo †Et datur licẽtia vnicuique post depositũ officium iudicem accusare. l. iustissimus. de offic. rector. prouinc. Et debẽt subditi ad hoc cũ sũmma cautela et tẽperantia procedere, vt de iudicibus non fiat maior, querela, quam iniuria iudicũ sit grauiorque subiectorum inuidia quã commissorum, pœna sæpe enim qui verecundi pure deliquerunt accusati insolentiores fiunt, & qui occulte furati sunt, postea palam latrocinatur, vt ait Egisippus de bello Iudaico libro quinto. Quanquã rapacitas iudicium subiectis eorum necessitatem inducant rem in publicum deferendi. x. q. iij. cap. inter cætera.

SVMMARIVM.

1 *Iudices qui publicas pecunias subtraxerũt syndicantur. Sed qua pœna puniri debeant? vide in nume. 2.*

2 *Pecuniæ quãdo dicantur incorporatæ in fiscum.*

3 *Officialis qui exigit pecuniam publicam non potest illam in vtilitatem ipsius conuertere.*

5 *Subtrahens pecuniam, quam non administrat, tenetur lege Iulia peculatus. Ille vero qui administrat ipsam pecuniam tenetur lege Iulia de residuis.*

CAP. III.

SYNDICANTVR etiam † officiales de subtractis ex
1 pecunia publica si eam quo quo modo intercipiãt, uel alio metallo contaminent, vel radant, vel in rem suam conuertant, vel si in libris vel tabulis publicis deleuerint vel mutauerint, vel minore pecuniã ascripserint, quam perceperint, vel quam vendiderint vel locauerint aliquid. ff. ad legem Iuliam pecul. l. i. & l. iii. & l. qui tabulã. Vel si ruptis thesauris publicas pecunias substulerint, aut si fuerint negligentes. l. hac lege. eodem titulo, vbi tex. singularis. quod quidam clarissimos cum iuuentus esset archam in templum ponere, ibique iuuenem includere, qui post templum clausum de archa exiret, & de templo multa subtraheret, fuit namque
6 iuuenis ille deportatus. †Est autem pœna peculatus capitalis animaduersio contra iudices, qui tempore suæ administrationis publicas pecunias subtraxe-
a runt a & contra facientes, & qui scienter ab his pecunias subtractas susceperint. lege finali. eodem titulo secundum Azo. in summa illius tit. & in l. finali. vbi glossa C. eodem. quæ dicit, quod est deportatio. Tenetur etiam officialis leg. Iul. de residuis, apud quem pecunia publica quam administrat ex aliqua ratione tota vel pas residet. Vel si pecuniam publicam in aliquem vsum acceptam retinuit & non erogauerit. l. ii. eodem titulo, qua lege Iulia tenetur in quadruplum qui subtraxit pecuniam in fiscum incorporatam palam vel clam. dict. l. iiii. & l. aufertur. in finali. de iure fisci. & C. de his qui ex pu. ratio. l. qui in contractibus & l. defensionis facultas. Sed quãdo nondũ erat incorporata in fiscũ, puta qa debitor fisci exigit in fraudẽ fisci tenet in duplũ. l. aufertur. §. qui aliquid. de iure fisci. secundum Bar. in l. sacrilegii. ad fi. ad legem Iuliam pecul. De iure vero constitutio. regni, vide in constitutio. officiales. de officialibus reipublic. vbi punitur pœna capitis si furatur pecuniam publicam incorporatam. quod est verum secundum Andreas ibi si in magna quantitate furetur, & iustitiarius, & actorum magistri

qui,

qui subtrahunt bona fiscalia puniuntur in nonuplum, & si subtraxerunt à priuatis, in quadruplum, vt in cap. regis Caroli, ad hæc volentes de publicandis gagijs contra officiales, & ærarios curiæ, & perceptores prouentuum, seu magistros cameræ qui subtrahunt, prouentus curiæ, & illos non scribunt in libris, vel si scribunt minus scribunt, vel quia remittunt prouentus curiæ pro vno Xenio, quia tenentur vt supra hac etiam lege. Tenentur capitanei & iustitiarij qui integros prouentus non scribunt in libris, & etiã illos remittunt gratia vel amore, quia
3 hoc non possunt per prædicta † Dicuntur autem incorporatæ pecuniæ, vel bona in fiscum per apprehensionem, vel descriptionem in libro. vt in l. si quando in lege. finali. de bonis vacant. libr. x. & in l. facultas. de iure fisci. vbi dicit Bartol. quod per depictionem armorũ etiã fit incorporatio. & gloss. in l. pacta conuenta. in fine. ff. de contrahenda emptione, dicit quando est scripta in libro procuratoris Cæsaris, & vide Bartol. in l. de his qui in publica collat. dicentem,
4 quòd † officialis qui exigit pecuniam publicam non potest illam in suos vsus cõuertere, vel mutuo accipere, nec in aliã vtilitatem transferre. l. ii. eodem titu. dicens, quod conseruatores monetæ qui pecuniam communis deputatam ad salariũ Doctorum conuertunt in solutionem stipendiariorum, quòd tenentur communi, & sunt grauiter puniendi.
5 ¶ † Et differunt ista quia lege Iulia peculatus tenetũ qui subtrahit pecuniã quã non administrat. is vero q administrat ipsam pecuniã teneũ lege Iulia de residuis. glos. est ĩ l. i. C. ad leg. Iul. pec. q̃ sic declarat ibi Salyce.

a ¶ *Subtraxerunt.*] *Adde quod tenetur. l Iul. peculatus, si surripuerit in magna quantitate non si in parua secundum do Lau de Fano in l. in quorum iij. col ff. de pignor Et adde quod tenetur etiam leg. Iul. pecul si sit statutum, quod non syndicetur Bar in l. excellentia. C. de errog. milit. an. lib. xij.*

CAP. IIII.

SYNDICATVR etiam iudices de sententiis male pro latis, vt infra in versi. sententia. & in versicu. corruptio. & in versicu. ap. & in verbo, lis sua. ¶ Syndicantur etiam de iniustitijs & alijs vt infra in verbo, Iudex. & in versi. corruptio. & in versi. officialis. ¶ Sindicantur etiam de negligentijs. vt in ver. negligencia. ¶ Syndicãtur etiam de salarijs, vt habetur infra in versiculo. salarium.

SVMMARIVM.

1 *Iudices octo modis peruertunt iudicium.*
2 *Aurum diligens non iustificabitur.*

CAP. V.



YNDICANTVR iudex qui dicitur maculare dignitatem suam non solum furtis & extorsionibus. l. iudices de digni. verum etiam
1 rectum iudicium peruertẽdo: † quod fit octo modis, videlicet timore cupiditate, odio, & amore. vndecima quæstion. tertia. quatuor. & quando pauperibus in iudicio non miseretur. 23. quæst. iiij. est in iniusta. & Exod. 24. vii. & viij. nimia seueritate. & nimia remissione. 45. distinction. disciplina & ignorantia. instituit. de obligatio. quæ ex quasi delicto, in princip. & d. cap quatuor. Vnde dicitur, quod officialis non debet assumere magistratũ vt quæstui & pecuniæ lucro deseruiat. l. ad splendioris. de diuer. offic. libro duodecimo. Vnde Ambrosius de offic. dicit, quod munera à iudicibus affectari insidere miserrimis animis consueuit. & de iudi. l. properandum. §. sin autem vtra-
2 que. † & qui aurum diligit, nõ iustificabitur. Ecclesiast. 31. Vbi satis de hoc. Et postremo ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera recipiunt, hodie verò regno cupiditas satis abundat, ibi quidem imperat aurum, iudicat argẽtum, remouet passio, promouet affectio, silent leges & canones, ratio & æquitas proscribuntur, ibi nullus quantum meratur: sed omnes quantum dare sufficiat extimatur, ibi omne tribunal pecuniis expugnatur, ibi nulla integritas, nulla fides, ibi ad iustitiam reddendam non iustus Deo quæritur, sed magis contra Deum pecuniæ venerantur, vnde iudices magis potentibus, quã iustitiã postulãtibus deferunt. ĩ authẽtic. vt iudic. sine quoq. suffrag. §. si vero.

SVMMARIVM.

1 *Officiales non solum tenentur iniuriarum ex verberatione, sed etiam si manus leuauerit ad percutiendum, etiam si non percusserit.*
2 *Officialis qui verberauit appellantem tenetur lege Iulia de vi publica.*
3 *Officialis inferens manus violentas in subditos punitur. Et quid si fecerit prouocatus à subdito? & numero 7.*
4 *Clericum offendens ex casu fortuito non est excommunicatus.*
5 *Baro potest leuiter verberare subditũ ex causa.*
6 *Familiã cohercere quis põt iure patriæ ptãtis.*
8 *Verba magistratus prolata, quòd quis se reducat ad frugem melioris vitæ, non infamant illum, contra quem emittuntur.*
9 *Pratori licet aliquem insolentem increpare verbis, & corrigere.*

CAP. VI.



YNDICANTVR etiã officiales, qui violentas manus in suę iurisdictionis subditos īponunt, ipsos verberando, vel personaliter eos alijs iniurijs afficiendo. nam tenẽtur actione iniuriarum. l. i. §. iniuriam autẽ. in versi. quotiens manus inferuntur. & l. lex Cornelia. §. i. in versi. pulsatus & verberatus. & l. non solum. in princip. de in-
1 iur. † Nam solum tenentur iniuriarum ex verberatione, verumetiam si manus leuauerint, ex quo sit tertius quasi vapulaturus etiam si non percusserint. l. apud Iulianũ. §. i. eo. tit. & est tex. expressus in magistratu verberãte subditum, in l. nec magistratus. eo. ti. vbi dicitur, quòd si qs magistratus iniuriose fiducia officij fecerit iuriarũ actione tenebitur. & videtur
2 text. in l. Iul. ff. de vi public. † quòd officialis qui appellantem necauerit vel verberauerit, aut aliquid in eius personam fieri iusserit, quòd tenetur leg. Iul. de vi publi. & etiam est decisum per constitutionem regni. eos in tit. de iniuria curia. illa. l. iii. quòd remoueatur ab officio & puniatur pœna tertię partis bonorum, vt in d. constitut. Quę tamen videntur limitari posse vt vera sint quãdo vera officiales temere ex proposito violentas manus in suæ iurisdictionis subditum iniecerint animo iniuriandi aut verberandi.
3 † Nam si hoc fecit prouocatus à subdito, vt quia inuentus fuerit per ipsum officialem in rixa & tumultu, aut briga, & officialis occurrerit ad sedandum rixam, vel brigam & verberauerit rixantes & tumultuãtes nõ desistentes, nam non tenebitur, quia ad eius officium spectat rixas & tumultus sedare, qui si non occurrat, priuatur officio. Cyn. in l. seruus. de noxal. Bar. & Bal. in l. i. de offi. præfe. vrb. Bal. in l. nullus. C. de sum. trin. Et ideo si bi permittitur causa sedandi tumultum aliquãdo leges transgredi, & ipsos tumultuantes sic in conspectu populi punire, & verberibus afficere. arg. l. si quis ex tardato in §. eius. ff. de iniu. & irrit. testa. & l. ꝗcedem. ff. de sicar. & per no. in l. constitutionibus. ff. de appel. & not. per Inno. in c. i. de consti. vbi dixit, quòd licet aliquãdo leges transgredi: quem sequitur Bal. in l. & si seuerior. de infam. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. eo. tit. Vel etiam quando officialis esset in aliqua celebritate principis, vel vt arceret populum, quod non turbaret celebritatem, vel ludos principis præpositus ad custodiam ꝑsonæ principis quo casu verberando insolentes & turbãtes non tenebitur, quia ratione officii hoc facit. arg. tex. in c. si ve-
4 ro. de sent. exc. vbi no. text. † ꝙ si ostiarius turbam arcendo irruentem non ex deliberatione, sed fortuito casu clericum lædat nõ est excõmunicatus. vbi glo. no. dicit, quòd quando hoc accidit casu fortuito non ex proposito non imputatur, quia fortuiti casus præuideri non pos-
a sunt.[a] cap. Ioannes. & capitu. penulti. de homi. ff. de adm. rerum ad ciui. l. ii. §. si eo tempore. de custod. reo. l. nõ est. quia nulla temeritas potest in eo imputari, sed excusatur ratione officij, qui aliàs non excusaretur, quando debuit præuidere, an ex facto suo posset iniuria irrogari. arg. c. fi. de iureiur. & facit text. cum glo. in c. cum voluntate. eo. ti. de sent. excom. vbi habetur quòd ratione officii licet, quod aliàs non liceret, vbi glo. no. dicit, quòd quis potest compescere suã rem impedientes. c. i. & c. præterea. extra de offic. delega.
5 † Sic baro potest leuiter verberare vasallũ ex causa. vt in consti. regni si vasallus. de fideius. domini à vasallis. vbi glo. not.

quæ

quæ ponit causas quare potest verberare,& in constit.vt dignitatum.vbi qualiter punitur rusticus, vel alius qui milite verberauerit, vel econtra miles qui ru-
6 sticum verberat.† Nã & aliàs qui potest familiã suã cohercere iure patriæ potestatis.23.q.iiij.c. duo ista. & 45. distinct.c. Salomon. & c. disciplina.& C. de emen. propinquo.l. præceptoris. s̃m gl.in d.c. cũ voluntate.vbi ratione officii quis potest compescere, & leuiter verberare turbantes diuinum officiũ, sic etiã si quis turbaret silentium curiæ, vel exercitiũ iustitiæ, si apparitor in ipsum manus iniecerit nõ tenebitur,si ex ea causa faciat.arg.
7 iurium prædictorũ.† Vel si quis repertus in rixa:vel cum armis,vel in delicto fecerit resistẽtiã contra officialẽ, si verberat ipsum non tenebitur iniuriarum argu. no.in l.cum seruus. C.de his qui ad eccl. confug.ad quę vide late scripta infra in versi.resistentia in c.an si iudex.in fi.c.& ista probantur Ang. autem in l.non solum.in §.adiicitur.ff.de iniur.in versicul. locis rupit.qui per illum tex.dixit quod si miles potestatis percusserit aliquem cũ baculo sui officii, quòd non semper deberet puniri per syndicatores,imo debet inquiri de causa, ex qua fuerit ille percussus,& quid faciebat percussus,& causa ꝑcussionis debet deduci in defensionibus militis,dicẽs plures defendisse, quę nota. quia quotidiana.Et idem puto quando non verberibus, sed iniuriis verbalibus ex aliqua causa proruperit officialis contra insolentes, & iurisdictionem turbantes aut irreuerentes,& importunis, quia non tenebitur in syndicatu.argu.iurium prædictorum.& facit.C.de infami.l. in-
8 terlocutio.† vbi verba magistratus ꝓlata quod quis se reducat ad frugem melioris vitæ non infamant illũ contra quẽ emittuntur.& facit eo. ti.l.verbum. Imperator vocauit aduocatum alterius partis calumniatorem, & facit tex. ff.de infam.l.ob hæc verba.& facit text.ff.de iureiurand.l.si duo patroni §.fina.in fin.in verbo, importune noli iurare. in quibus
9 colligitur quòd † licet prætori aliquem insolentem, vel importune agentem increpare verbis & corrigere. & facit tex. in l.iniuriarum.in §.is qui iure. & in §. quæ iure potestatis.ff.de iniur. & eod.ti. l.itẽ apud Labeonẽ.§.adiicitur.in ver honorẽ peculiariter attentatẽ. & quæ habentur.ff de infa.l.ictus fustiũ.vbi quãdo iudex extraordinarie processerit contra aliquẽ inuentum delinquẽdo.Quæ omnia sunt nota.ad executionẽ officialium verbis vel fustibus contra insolentes ꝓcedentiũ,vt non teneantur. & bene facit tex.cum glo.in l.ictus fustiũ. supra alleg. vbi officialis ꝓcessit ad verberationẽ cõtra illum, qui fuerat ꝑ familiã in delicto deprehensus, vel in notorio, aut ratione confessionis extraiudicialis.

a *Non possunt.*] *Adde domi. Alexand. de Imol.in l sed & si qs § quæsitũ si quis cautio.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis recipiens aliquid per concussionem prætextu officij criminaliter punitur, & recepta restituit & numer.3.4.5.& 7.*
2 *Concussio quid sit et nu.19.*
6 *Concussionis crimen sordidum appellatur.*
8 *Iniuriam patitur qui iniuste ad iudicium trahitur.*
9 *Metus factus per officialem potestatis non præsumitur factus de scientia potestatis.*
10 *Officialis etiam nauem construere prohibitus in prouincia quam administrat.*
11 *Preces tyranni æquiparantur metui.*
12 *Rogitus domini habet uim præcepti.*
13 *Contractus tyranni est ipso iure nullus.*
14 *Iudicis vultus terribilis contra delinquentem non inducit impressionem.*
15 *Metus iustus non inducitur ex minis factũ malefactori.*
16 *Concussio uel terror semper præsumitur inferri ab officiali.*
17 *Concussio est triplex.*
18 *Officialis debet esse terribilis propter officium suum.*

CAP. VII.


SYNDICANTVR ẽt officiales si cõcussionẽ fecerit in officio eorũ faciendo aliquẽ redimi dicendo, carcerabo,vel grauabo te,nisi dederis mihi tantã pecuniã.l.i.ff.de cõcus. ista quidẽ appellatur cõcussio,hoc est per vim pecuniæ extorsio,secundum Barto. in l.Iul.§.eadem lege.ff ad leg.Iul. de vi public. vbi sic declarat concussionem.

¶Nam officialis prętextu officii recipiēs aliquid per cōcussionē recepta restituit & criminaliter punitur.l. quod euitandæ de condi.ob turpem caus.
2 ¶†Dicitur autem cōcussio quasi intimoratio, secundum Odof. in l.iubemus. ad leg.Iul.repe. & idem Bart. in l.i.de nau. lib.xi. dicit quòd officialis inferens metum, vt propter hoc extorqueat pecuniā dicitur committere cōcussionem. per d. l.i.de concussio.& videtur tex. & gl. in l. si quis concusserit.C.ad leg. Iul. de vi & in l.iubemus. eod. tit. vbi de extorsionibus officialium.& vide tex.notab.ad hoc contra officiales concussiones sub prætextu liciti vel illiciti committentis in l. illicitas.§ illicita.& in §.ne tenuis. de offici.præsid.& propterea officiales homines redimentes in re magna,parua,aut tenui puniri debent. quem text.no. bene contra illos officiales qui dicunt, quod rex debet venire ad ciuitatem, & debent cōcedi posatæ in domibus ciuium, vel aliqua impositio fieri,& ob hanc causam aliquid extorquēt ab aliquibus ne illos grauent, vel procellos à rustico dicentes, quod debet venire superior ad ciuitatem, & debet sibi fieri prandium quod debet puniri, ideo consului aliàs per ista iura contra officiales regni, vel magistros iuratos,qui vadunt exigendo per ciuitatem vtensilia pro aduentu iustitiarii, vt faciant sibi prandia quod dicuntur concussionem inferre,& tenentur,& puniendi sunt,nisi de hoc sit consuetudo in prouincia, & not.bene tex. in d.l.i.ff. de con
3 cussion. † quod si officialis simulat dicēs habere in mandatis à rege certum quid, & extorserit pecuniam, vel aliud ab aliquo propter istum timorē,quod debet puniri extra ordinē, & restituit data,nā isto crimine tenetur etiam officialis, qui occasione suæ dignitatis, vel officii aliquem opprimit, vel crimina minantur.l.ii.eo. titu.& in gloss.ibi qui etiam crimine falsi tenetur.l.i.§.i.ff.de fal. vbi dicit gloss. de nuntio,qui per pecuniam retulit aliquid
4 falsum iudici,† vel si iudex accipit pecuniam causa remittendi alicui pœnam, in quam dicebat incidisse, & non inciderat, quem debebat gratis relaxare, quia est concussio & falsitas,vt ibi, & vide quę habes infra in cap. an si est facta compo-
5 sitio per officialem,† & no.gloss.singular. in dict.l.i. de concussio. contra officialis nuntios qui dicunt quod habent iussum præsidis,vt quem capiant, & verum non dicunt.& propter hunc timorem aliquid exigerint ab illo,quòd tenentur in crimine concussionis, & puniuntur multis mōdis. vt dicit ibi gloss. & in l.i. vbi gloss.ff.
6 de calumn.vbi†de isto crimine concussionis quod sordidum appellatur.& tunc cōmittitur quando per pecuniam aliquid fit quòd fieri non debet, vel nō fit quod fieri debet per calumniam quandam, licet i crimine peculatus sufficiat accipere pecuniam pro aliquo faciēdo,vel non faciendo per illam glo.& per l.i.ii. & iij.ff.
7 ad leg.Iul.repet.†Et adde quod officialis qui vt componat aliquem de quo nihil constat sæpius citando & mandando illum faciat venire ad iudicium, quod iniuriarum tenetur.arg.l.item apud Labeonem. §.si quis non debitorem.ff. de iniur.& l.si iniuriæ.eod.titul. Bartol. & gl. in l.fin.ad Turpil.& Innoc.in cap.nouit.
8 de iudi. vbi dicit quod† iniuriam patitur qui iniuste trahitur ad iudicium, & similiter concussio dicitur, quando timui me opprimi à magistratu saltem mediocri, & ideo vēdidi ei fundum, quia tunc venditio rescinditur.l. si per impressionem. C.quod met.causa. quæ lex loquitur secundum Azon. in summa quod me.cau. in officiali mediocri. & Bartolus exemplificat in his, qui positi sunt ad denuntiandum maleficia, & similes secundum eum in l. aufertur.§. quod à præside. de iure fisci.& Bartol in d.l. si per impressionem. dicit quod est impressio in officiali quando dixit,quod contra eum de crimine procederet, vel ipsum de maleficio denuntiaret. & ibi etiam vide Cinum & Bar.in l.nouissime. ꝙ falso tutor.authore.vbi dixit de officiali qui facit aliquem spoliare vt torqueat,qui propterea cōfitetur, quod videtur ex metu & impressione confiteri.Quando autem allegatur metus officialis, tunc debet probari metus talis officialis, quia ex sola dignitate non præsumitur quis metum inferre.l.
9 ad inuidiam.eod.titu. vbi dicit Bald.†ꝙ metus factus per officialem potestatis nō præsu-

præsumitur factus de conscientia potestatis. de quo per cano. in c. cum ad sedē. de restitu. spoli. Et aduerte quod lex ad inuidiam habet locū in officiali sine iurisdictione, quia si iurisdictionē haberet, nō liceret sibi emere, & vbi emeret in ferendo metum occasione officij habet locum d. l. per impressionem. supra alleg. secundum Bart. in d. l. aufertur. §. quod à præ-
10 side. de iur. fisci. vbi est sing. tex. † quod officialis in prouincia quam administrat, prohibetur etiam nauem construere. & vide Barto. ibi, an possit emere aliquid in dicta prouincia. & vide Andrę. de Iser. in titu. de feu. guar. vbi distinxit si officialis potest cōtrahere in sibi decreta pro
11 uincia. Et adde ex prædictis † quod contractus celebratus cum tyrranno, vel potente propter importunas eius preces q̄ metui ęquiparātur, quod dicitur impres-
a sius quo ad recessionem & nō tenet [a] secundum Inno. in c. petitio. de iureiur. & Bar. in tracta. de tyranno in vj. q. Et idem si contrahatur propter eius blandicias, q̄
b metui æquiparantur [b] glo. in l. i. si rector prouinciæ. l. i. quod iussu. & gl. ī clem. i. in
12 vers. hortamur. de restit. in integr. † Nā rogitus domini habet vim præcepti secū dū Bald. in l. fin. de bon. quæ liber. in §. necessitatem. alleg. glo. in l. j. quod iussu. & dicit Bar. in tractat. prędicto, quod quā diu durat tyrannus, durat metus eius. & Bal. in l. decernimus. de sacr. sanct. eccles.
13 & dixit Bart. in l. i. de contra. iud. † quod contractus tyranni est ipso iure nullus. licet, Bald. in l. decernimus. dicat, quod est aliquis, sed venit rescindendus: tamen in l. si per impressionem. tenet contrariū & rectius. & vide nota. in l. Fulcinius. in §. j. quibus ex caus. in posse. ea. ¶ Et limita prædicta habere locum, quando tyrannus esset solitus inferre damnum his qui suis precibus non obediunt, ita Abb. Siculus in c. si. qui cleri. vel vouen. vbi text. & glo. optima. Et idem in contractu celebrato propter terribilem vultum potentis vt singulariter dicit. Io. And. in c. quia propter. de elect. in vj. quem refert Bald. in tit. de pac. iura firm. §. iniuriam. ī vsib.
14 feud. & in §. item sacram. vbi etiam † dicit, quod vultus terribilis contra delinquentem non inducit impressionē. quia iudex debet se ostendere terribilem delinquentibus, vt in auten. de man. prin. §. talem. tamen contra innocentes est illicitus talis metus nisi ad preludia veritatis. l. fina. C. ad sill. & idem Bald. in l. i.
15 C. de confes. in ii. char. dixit † quod ex nimis factis malefactori non inducitur iustus metus, de quo per ipsum in l. ii. de his qui per met. iudic. & ita ītelligit quod dicitur in l. de pupillo de noui oper. nun. in §. si quis ipsi pretori. & in l. i. C. si quacū. predi. pote. de verbo duro per iudicē prolato contra aliquem, quod inducit suspitionem iudicis, vt sic intelligatur suspectus vt suprà & vide Bald. in l. si mu-
16 lier. §. si dos. ff. quod met. causa. † & adde quia semper ab officiali præsumitur concussio, vel terror inferri secundum Cy. & Bald. in l. nouissime. quod fal. tu. autho. & dixit ibi Bald. secundum Cynum in l. ii quod metus causa, quod licet quis sit relaxatus per officialem semper præsumitur instare, metus, ne iterum compellatur, quia idem est compelli, vel adesse timorem ne compellatur per l. nam & Seruius. de neg. gest. secundum Cyn. in d. l. nouissime. & est tex. no. secundum Bal. in l. si rem. de leg. iij. Et non solum facta, sed etiam verba magistratus inferunt iustum metum & concussionem. l. qui in aliena. §. Celsus. de acquir. hære. quod relinquitur arbitrio iudicis, secundum doct. ibi. & vide Bald. pulchre in d. l. nam & Seruius. & vide Bald. in d. §. item sa-
17 cramenta. † vbi de triplici concussione videlicet per minas potentis, & per carcerem p verba incarcerationis, & metus violētus est suspitio. p d. l. nouissime, & adde tex. in l. ii. C. ne rusti. ad vllum. offi.
18 † q̄ officialis debet esse terribilis pp suū officiū & facit. l. ii. de di. offi. & l. iii ff. q̄ met. cā & de off. pſi. l. illicitas. §. ne tenuit supra all. & l. i. C. si rector puin. & vide singulariter Bald. in tit. de pa. constan. in ver. pactiones, qui dicit q̄ pacta inita timore principis, vel per impressionem nūtiorum eius sunt irrita & cassanda. alle. Ioan. in capitu. j. de præscrip. in vi. dicere quod indebita seruitia præsumuntur extorta & contra potestates pręsumitur. C. de testa. l. volumus. & de fun. limit. l. i. libr. xi. & de omni agro deser. lege qui per po-

potentiam. Et dixit Io. And. in addi. Spe. in tit. de vsur. quòd si subditus remittat superiori vsuras pro modico non tenet remissio, quia præsumitur fieri per metum, quia ille superior posset sibi facere impressionem in collectis, vel si subditus esset sibi obligatus insolidum alij: nā posset eum exigere insolidum aliis dimissis. & ideo erit causa timoris secundum eum ibi. Et adde quod singulariter not. Inno. in c. querelam. de elect. dixit quòd prohibitio minis & verbis facta ab illo cuius prohibitio inducit metum terribilem, habetur ac si manu armata prohibitio talis fieret, quod est contra nobiles prohibentes agrum alicuius laborari. & vide omnino infra. in cap. an si est facta compositio.

19 †Et de concussione, vide in l. quoties. C. de digni. lib. xij. vbi dicitur concussio quādo quis cogitur dare fideiussoriam cautionem, & dixit Bar. in l. iij. C. ad l. Iul. repet. quòd officialis faciens concussionem, & baratariam potest ab omnibus accusari. & vide infra. in c. an si officialis aliquid exigas, & detur thesaurario communis. in vers. iudex male iudicans.

a ¶Non tenet.] *Adde idem tenentem. do Pet. Phil. Cor. in consi. cxxvij. inci primo. in litera h. la ij. in ij parte.*

¶Aequiparantur] *Ad Fel in c i. circa princ. de off. delega.*

SVMMARIVM.

1 *Inferior à principe licèt habeat potestatem officium concedendi & remouendi: tamen remotum propter delictum amplius reducere non potest. & nu 2.*

3 *Obliuio præsumitur per decem annos.*

4 *Officialis non debet refirmari in officio, nisi primi officij rationem reddiderit.*

CAP. VII.



Yndicatur etiam officialis, si aliquo tempore fuit in isto officio, & ab eo remotus fuerit, vel depositus rōne delicti. Quia non licet amplius officium illud repetere, [a] nec motu proprio principis concessum potest exercere. l. si quis aliquid. de succes. & Archid. lib. xj. de diuer. offic. l. ij. lib. xij. & Bartol. plene in l. iij. ad legem Iuli. repetun. Nisi principis indulgentia ex certa scientia esset sibi concessa talis delicti venia, & infamia remissa. l. si aliquis. de coharta. libr. xij.

1 † Alius autem à principe inferior, licet habeat potestatem officium concedēdi & remouendi: tamē remotum propter delictum amplius reducere non potest. l. fin. ff. de off. procura. Cęsa. quod not. pro electoribus qui habent officium eligendi officiales, de quibus in l. j. ff. ad legem Iuliam de ambitu. quia non possunt remotum propter delictum admittere. Et etiā si sit remotus ab officio propter inhabilitatem personę, vel vitium non potest amplius ad illud officium aspirare sine principis iussione, secundum Bal. in cap. j. §. si duo. de pace tenen. alleg. l. si aliquis. de succes. & argum. & l. i. C. si rector prouinciæ.

2 † Imò etiam si quis fuit vno anno in officio, non potest vlterius in ipso admitti. l. j. C. ad legem Iuliam de ambitu. Quod fallit in assessore, & in proconsule. l. antepenult. de off. proconsul. secundum vnam lectu. in hoc tamen prouident statuta terrarum, quia in aliquibus ciuitatibus sunt statuta, quòd ille qui fuit semel potestas in ciuitate, non possit esse per annos decem, cuius statuti ratio videtur.

3 †quia per decem annos præsumitur obliuio.

b [b] l. si id quod. in prin. de acquirend. posses. & not. glos. Bartol. Angel. & Bal. in l. j. C. de seru. fugiti. & ita vidi statuta in aliquibus partibus Italiæ, tamen hoc nō seruatur in regno. In non deposito autē ab officio, sed adhuc præsidente in officio licet ei istud officium repetere, & continuare finito tempore, etiam si illud precibus obtineret à principe. d. l. j. de ambitu. C. in text. & glos. præsertim quando princeps motu proprio illud cōfirmaret: quia possit illud exercere. glos. in d. l. j. Quia non creditur principem illud confirmare nisi exigēte opportunitate subiectorum, tamen alij inferiores à principe non possent illum cōfirmare, nisi in defectu aliorum. in authen. de desen. ciuit. §. fin. & de asse. l. nemo. de profes. l. magistros. Et ideo si ciuitates habent priuilegia quod officiales sint annales non prohibentur refirmari per principem ex certa sententia pro commodis subiectorum, præsertim quādo es-

do esset officialis singularis industriæ, & scientiæ eminentis, quia ob istam causam ceditur à iure & à statuto.argumen. l. sed reprobari.in fine.ff de excus.tuto. vbi dicit Baldus, quod propter scientiam eminentem maior prærogatiua debetur & re
c ceditur à iure communi.[c] & text. in constitu.regni de numero officialium.& ideo tunc valebit refirmatio. Tamen finito primo solet contra capitaneos opponi, quod nō possunt officium exercere, quia est finitum,& nisi habeat reformationem ex causa legitima facta succumbit per
4 prædicta. Tamen † aduerte, quia nemo debet in officio refirmari nisi primi officii rationem reddiderit, quæ ratio debet in fine anni reddi.l.neminem. de suscept. & archa.libro decimo, secundum Bartol. ibi, qui dicit quod nisi fuerit de officio primo syndicatus non debet refirmari in illo officio.& facit authen. de collatio. §.iubemus. & in §.si quis autem.& est in regno capitulum, regimine.Ioannæ primæ,quod in hoc expresse prouidet,& dicit Bartolus in l. rescripto. §. debitores. de muner. & honor. per illum textum, quod nullus electus ad aliquod officium debet admitti antequam sit syndicatus, & dederit rationem de alio officio qđ habuit, & quando remouetur propter negligentiam, vide latius in ver. negligentia. in capitu.officialis propter negligentiam. & in versicu.refirmatur. & in versicu. remotus. infra. & in versicu.delinquens in officio.

a ¶ **Repetere.**] *Adde Alexan. de Imo. in l. Cassius. de senat. in l. i. C. si recto. prouin.*

b ¶ **Oblinio.**] *Adde idem tenentem do. Marian. Socin. in cons. xxviij. incip. pro decisione prædicta uers. ij. probatur circa fin. in i parte.*

c ¶ **Et à iure communi.**] *Facit dictum Fel. in c. clerici. circa fin. ij. colum. de iudic. quòd laicus propter eius eminentem scientiam ipsum eligi potest qui aliàs non eligeretur.*

SVMMARIVM.

3 Officialem in alio officio stetisse ad syndicatū probatur per scripturam qua debet fieri de officio bene gesto.

CAP. IX.



1 Vomodo autem probetur † istum officialem stetisse in alio officio ad syndicatum? dic quod probatur per scripturam, quæ debet fieri de officio bene gesto, per text. in l. per hanc, de non. & actu. libr. xii. vbi Imperator Anastasius prouidit quod in fine officii detur sententia absolutoria, quæ sententia probabit & erit sufficiens ad promotionem ad alia officia, vt ibi in textu, quæ erit interlocutoria vel diffinitiua, secundum Lucam ibi, & sit litera, quę vocatur litera syndicationis, & facit text. in l.fin. de professor. & medic. & de pala. sacra. largi. l. quidam. in fine. & de fide instrum. l. solibus. & ff. de re milit. l. milites. §. missionū. & de infa. l. ii. §. ignominia. In qua litera syndicationis hi qui se in officio laudabiliter habuerunt, sunt publice cōmendandi. l. iustissimos. de officio recto. prouinciæ. & psalmo trigesimosecundo, rectos decet collaudatio. & in l. prima. de statu. & imag. vbi dicit Bartol. de honore faciendo officiali in fine officii. Nam ex hac laude iudices virtuosi disponūtur magis ad virtutem, quia studia bonæ mentis commendatione proficiunt, secundum Grego. in registr. libro sexto. capitu. vndecimo. & econtra si male gesserint, sunt vituperandi. d. l. iustissimos. Et est capitulum regni, quod non admittatur quis ad officium, nisi ostenderit literas syndicationis alterius officij ante gesti, & dicit Baldus nota. in titulo. de pace constan. in Rub. quod officiali in signum bonæ administrationis dantur per communitates aliqua iocalia, vel armatura, vel vexilla, quæ deinde in signum bonæ administrationis deferunt ad alia officia, & in eorum interitu ponunt in regali vel in fenestris palatiis.

SVMMARIVM.

1 Offensus iniuste ab aliquo officiali potest recursum habere ad quemcunque iudicem, ut male acta faciat emendare.

CAP.

CAP. X.

1 I aliquis † opprimatur iniuste ab aliquo officiali potest recursum habere ad quemcunque iudicem vt male acta faciat emendari. Bartol. de Capua quem refert Lucas de Pēna. ī l. ii. de lucris aduo. lib. xii. vbi tex. quòd officiales qui erant in scholis constituti exigebant à prouincialibus alimonia pro ipsis & eorum animalibus sine pretio. Bene statuit ibi imperator vt præsides ab his iniuriis teneantur prouinciales, & de decurio. l. iudices. & vt omnes causæ. l. i. §. officium. vbi etiam dicit Lucas quòd ex negligentia inferioris deue-
2 nitur iure ad superiorē a per tex. in aut. de questio. §. si vero forsan. & vt diffe. iudi. §. j. & fi. & extra de offi. ordi. c. irrefragibili. & c. significauit. & viii. q. iii. c. cum scimus. & extra de iure patrona. cap. ex literis. & quod not. Archi. de exem. c. fina. in vi. subdens quòd hi qui in prouinciis vicem supplēt imperatoris debent vi oppressos liberare, & pupillis, & viduis qui facilius opprimuntur a potentibus auxilium prebere. Et non solum subditos nō contristare, sed etiā non pati ab aliis contristari. xxii. quæst. v. regnum.

a ¶ *Ad superiorem*] *Adde Feli in cap ceterum in cap. i. col. in uer not text ad fin ver. de iud.*

SVMMARIVM.

1 *Officiales tenentur criminaliter pro denegata iustitia. Et quando iustitia dicatur denegata. nu 2.*

3 *Repræsaliæ conceduntur non solum propter denegatam iustitiam, sed etiam propter moram non exhibitæ iustitiæ.*

4 *Iudex si non interloquatur vbi debet sed fingit se non audire, tunc debet adiri superior per modum querelæ & nu 5.*

6 *Appellari si non possit à sententia alicuius secūdum formam statuti, tunc poterit adiri superior per modum querelæ.*

CAP. XI.

1 SYNDICANTVR etiam † officiales ratione denegatæ iustitiæ, vel neglectæ, pro quo tenentur criminaliter. vt in authen. vt differen. iudi. & tenētur parti ad iteresse. l. i. de var. & extraor. cog. Nam dixit gl. ibi in §. si vero contigerit, quòd homo efficitur pauper ꝓpter iustitiā sibi negatā, & propter hoc potest
2 patriā relinquere. † In quorum declaratione primo videndum est quando dicatur iustitia denegata per iudicem in quo Bal. in tit. de milit. vasal. qui contu. est in verbo, nihil respondents, dixit, ꝙ tunc
a est, cū iudex requisitus obmutescit a facit glo. in l. certum. de iudi. secundum Bald. vbi alleg. Andr. de Iser. dicentem, quòd qui obmutescit, & non loquitur videtur
3 iustitiam denegare, † & propterea possēt cōcedi represaliæ non solū ꝓpter iustitiā expresse denegatā, sed etiam propter moram non exhibitæ iustitiæ, de qua mora legitime constare debet, & isto casu iustitiæ denegatæ potest haberi primo recursus ad superiorem. Bal. in l. ii. vt lite pendente. & in l. ii. de episcop. audi. vbi dixit quòd denegata audientia iudicis recurritur ad superiorem, vbi allegat Specu. in tit. de appella. §. quibus. verb. & 32. in gl. ordin. in l. sed si per prætorē. §. si dum. de minor. & Innoc. in c. interposita. de ap. cano. in c. cæterum. de iudi. Et dicit Bald. in l. fi. C. de sen. vbi alleg. Guliel. in l. ait prætor quibus ex causis maio. dicentem,
4 † quòd sit iudex non interloquitur vbi debet, sed dissimulat & fingit, se non audire, nec in causa procedit, quòd nō potest appellari, sed debet adiri superior per viam querelæ. ꝑ tex in authen. nemini licere. in medio litis. §. cum autem. & de mand. principū. §. & non permittas. Et ad de Bal. in l. māci. de seruis fugi. qui dixit, quòd si iudici fuit portata accusatio ad cameram, & eam recipere denegauit, & super ea procedere, quòd dicitur negligens in iustitia ministranda. Et dixit etiā Bald. in l. fi. §. i. de tempor. appellat. † ꝙ
5 vbi iudex retardat, nō appellatur, sed aditur superior per viam quærele, & Cyn. in l. i. vbi de crimine. vbi posuit an ista tarditas possit coram ordinario deduci? & vide latius Bal. in l. sed si per pretorē. §. ij. quibus ex causis maio. vbi dicit, quòd aduersus dissimulatam negligentiam & protelationem iudicis datur restitutio. Idem si iudex grauat dissimulando, nam debet

debet adiri ſuperior, coram quo tarditas illius deduci debet per querelam. per l. fi. in fine. C. de tempo. appellatio. per cano. & Archidiac. xj. q. i. ſecundum Bal. in c. i. de inueſtitura inter dominum & vaſallū. Et dicit Barto. & Moder. in l. de pup. §. ſi
6 quis p̄tori. de no. oper. † quód ſi ex forma ſtatuti à ſententia alicuius non poteſt appellari, poterit adiri ſuperior qui illum cogat ad iuſtitiam faciendam, veniendo per querelam & conquerendo de iudice, qui iuſtitiam denegat, & tunc ſuperior illum coget ad iuſtitiam faciendā. in authen. vt diferen. indi. in princip. & extra de except. c. 2. in 6. & facit tex. in l. fina. de epiſcop. aud. & 34. diſt. c. & canon. in c. i. dilecto. de appel. quæ no. quia quotidiana. & vide pro perfectione infra in ſeptem proximis capitulis.

a ¶ *Obmuteſcit.*] *Adde Felinum in capitu excommunicomus & habetur ad fin.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex an amittat iuriſdictionem propter iuſtitiam denigatam & nu. 2.*

CAP. XII.

1 AN propter iuſtitiam denegatam † iudex amittat iuriſdictionē? Bal. quòd nō. in authen. ſtatuimus. de epiſcop. & clericus. vbi dicit eſſe ſpeciale in clericis, quòd amittant iuriſdictionem poſt trinam monitionē, ſecus in aliis vbi Iaco. Butri. ponit de cōmitte Flandrię qui requiſitus à ſubditis denegauit iuſtitiam facere propter quod ſubditi petierunt regi Francorum, quòd priuaretur iuriſdictione ſua, quod malæ petierūt quia eſt ſpeciale in illa authen. ergo in cōtrarium eſt ius commune, ſecundum quod ius commune eſt pœnā iuſtitiam denegantis, ꝙ incurrit indignationem principis, in authen. de manda.
2 princip. §. ſi tibi. & tenetur † parti ad intereſſe, & punitur extra ordinem non tamen iuriſdictionem. in auth. de quæſto. §. ſuper hoc. & in authen. vt dif. iudi. in princip. & vt liti. iur. §. i. ſm̄ Bal. in dict. authen. vbi ponitur quid importent iſta
a verba, indignationem, a & ponit Bar. in extrauag. ad perpetuam rei memoriā. in verbo indignationem. & Andr. de Iſer. in titu. de prohi. feu. alie. per fe. dixit quòd recurritur ad ſuperiorem vbi de negligēs vel malitioſus in iuſtitia, & vide iſra.

a *Indignationem.*] *Tu uide Felin in cap. quòd olim ante fin. ver quid autem de iudæis.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd non fiat alicui iuſtitia quomodo intelligatur?*

2 *Reſcriptum continens iniuſtitiam eſt ſuſpectum de falſitate.*

CAP. XIII.

SI per ſtatutū, vel inſtrumētū nō debet probatio admitti niſi p̄ aliud inſtrumentū & non per teſtes, vt eſt in ciuitate Papiæ, & in ciuitate Neapoli, in dote, an dicatur iudex iuſtitiam denegare hoc caſu, ſi iudex nolit admittere probationes teſtium, dic quod nō nec poteſt propter hoc recurrit ad forum eccleſiaſticum ratione iuſtitiæ denegatę a iudice ſeculari, quia qui ſeruat ſtatutum iuſtitiam non denegat. Bal. in l. i. §. initium. ff. de poſthu. per illum tex. Tamen nō valet lex, quòd alicui iuſtitia denegetur. Innocen. in c. quæ in eccleſiarum. de conſt. & laet Bal. in l. reſcripta de preci. impera. offe. & in l. omnes. ſi contra ius vel vtili. pub. vbi dicit, quòd licet ſtatutum poſſit tollere actionē, non tamen poteſt facere, quin ille talis non conſequatur iuſtitiā, officium imperatoris miſericorditer improlando. Innocen. in c. in noſtra. de iniur. Nam ſi ſtatueretur ꝙ alicui iuſtitia denegetur hoc eſſet contra ius, ſecundū Innocen. in dict. c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. licet poſſit ſtatui, quòd quis nō audiatur, vel poſſit impune offendi. arg. l. ii. in fin. de legib. & de hæret. c. ſuper eo. & ſi quid infraud. patrona. l. i. §. aliam. & l. ſi ſerui. de his qui ad eccleſiam confug. l. i. quando licet ſine iudi. ſecundum Ange. l. ſi non ſpeciali. de teſtamen. & vide
1 latius Baldum † de illo ſtatuto quòd nō fiat iuſtitia alicui, quomodo intelligatur
2 in l. fin. C. ſi à non cōpet. iudi. † Na aliàs dicitur ꝙ reſcriptum continens iniuſtitiā eſt ſuſpectū de falſitate. c. ex parte de reſcript. præſertim cum emanat contra ſtylum curiæ. ideo tunc expectatur ſecūda iuſſio. de quo in c. ſi quando eo. titu.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Iustitiã fuisse denegatam quomodo ꝓbetur.*

CAP. XIIII.

1 QValiter † autẽ probabitur iustitiã denegatã? Dic quòd debet legitime probari, & non per iuramentum. Bald. in titu. si de feud. fuer. cõtrouersia. §. si quis per xxx. quid dicit, ꝙ quando recurritur ad ecclesiam propter defectum iudicis secularis non habet locum corã ipso iuramentum suppletorium, quia recursus propter iustitiam denegatã non est efficax, nisi expresse appareat de conscientia læsa, secundũ Innocen. in c. innotuit. de iudic. & in clemen. j. de iure patrona. & etiam quia cõtra iudicẽ in syndicatu debet liquide probari. & non sufficit probatio præsumpta. in authen. vt iudi. sine quoquo suffrag. §. si quis autem in versi. iniustitiã. & in ver. damni. & in §. illud. vbi Iacobus de bel. hoc no. licet in contrarium faciat glo. in c. statutum in vers. proprium iuramentũ. & non sufficit iuramentum procuratoris cum speciali mandato: vt ibi per Archid. tamen reus admittitur ad probandum cõtrarium, vbi dicit Io. Andr. quòd reus nõ admittatur ad probandũ contrarium & appellat, ꝙ curia non dabit iudicẽ super appellatione nisi reus haberet probationes in promptu, allegat decisionẽ Rotæ. xlj. vbi dicit quòd si impetrans rescriptũ iurat coram auditore, quòd nõ potest iustitiam obtinere in partibus, quod pars aduersa non admittitur postea per tex. in c. statutum. de rescrip. & in c. vt circa. de elec. & idem in decisio. 341. vbi allegatur. §. aliæ. instit. de actio. & c. si vero. de sent. excom. quia id quod a conscientia dependet aliter quã per iuramentum probari non potest, quod dixit ibi verũ quando iudex dedit iuramentũ parte præsente & tacente, secus si ea contradicente, quia iudex male fecit. c. pen. de empt. & vendi. & quod not. Innoc. in c. quia propter. de elect. & hoc tenetd. Dominicus in d. c. statutum. Tamen in istis casibus quãdo aditur magna curia, quia iudex retardat vel denegat facere iustitiã datur iuramentũ ipsi querelanti, qui si iurauerit magna curia solet rescribere ꝙ infra duos menses causam expediat, vt in consti. statuimus. de offi. magistri iustitiarij, vel si causa esset ordinaria aliquando remittere solet, ita fit Mediolani per præfatos duos deputatos super criminale, pro processu, & actis vt videant si causa est retardata facto iudicis, vel aliter. & not. in d. consti. ꝙ si iudex non ministrat iustitiam ea petenti, si facit dolo, ab administratione remotus cũ aduersario se in curia personaliter præsentabit, pœnã periurij subiturus & si per negligentiam hoc fuit tũc ad petitionẽ aduersarij citatur, & in ipsa curia se præsentabit. & vbi dubitat principem consultat, vt in dict. constitutio. & vide in constit. iustitiarij nomen & normam, vbi dicitur quod si causa commissa per superiorem infra duos menses nõ expeditur, quòd dicitur iustitia retardata, & causa aduocatur, vbi idem in barone cui princeps scribat, quòd faciat alicui iustitiam si non expediat infra duos menses, nisi causæ necessitas exigat terminũ longiorẽ, qđ debet cõstare, vt ibi. vel si sint testes in longinquo, vt in constit. causas vbi dicitur, ꝙ debet iurare de calũnia.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ecclesiasticus an & quando possit adiri propter iustitiam denegatam, vel neglectam a iudice seculari, & an ille secularis denegans iustitiã sit excõmunicãdus nu. 2.*

3 *Statutum imponens pœnam iudici non terminanti causam infra tempus intelligitur si iustitia a parte petatur, nec præsumitur stare per iudicem, nisi fiat protestatio nu. 4.*

CAP. XV.

1 AN & quando propter † iustitiam a iudice seculari neglectã, vel denegatã possit adiri iudex ecclesiasticus vt cogat eum? Dic qđ sic. in authen. vt diffe. iudi. §. ij. & not. glo. in c. licet. & c. ex tenore. de foro cõp. Inn. in c. significãtib. de offi. deleg. & in c. i. de cle. mal. Et talis iudex punit capitaliter. l. i. ad legẽ Iuliã ma. & l. i. de pri-
2 ua. ca. & ibi Ang. † Et aliquãdo iudex q.

denegat

denegat iustitiam facere est excommuni candus.33. quæst.v. administratores. & Arch.in c.ii.in versi.compellantur. de ex cept.in vj. & c.fin.de iudi.& in c. cum sit generale. de foro compet. vbi glo. quod etiam propter suam negligentiam facit
a litem suam [a] 23. quæstio.iii.dominus no ster. Et si per dolum vel inimicitiam iudicauerit in vera litis æstimatione condemnatur.ff. de iudic.l. si filius. ¶ Quæ glossa est vera,quando petitur a parte iu stitia,aliàs nō habet locum pœna , negli-
3 gentiæ,vt no.glos. in c.fin.de rescrip.† Et ideo statutū quod imponit pœnam iudi ci nō terminanti infra tempus aliquod, intelligitur si iustitia a parte petatur secundum dom. Anto. in dict.c.cum sit. & in cap.i. de sup. neg. præl. Et vide ad hoc gloss.ii.quæstio. vi.hoc etiam.& in d.c.do minus noster.& xi.qui temerarium.& in c.cum æterni.de re iudic. in vi. & Bartol. in l.fin. de var.& extraordi.cog. & idem Barto. in l.damni.in §. Sabini.de damno
4 infec.vbi dicit † quod nō præsmitur stare per officialem,nisi fiat protestatio. per iura ibi allegata.& cano.in dict.c. licet.& in c.ex parte. & in c.ex tenore.de for.cō pet.& in c.fin.de iudi.& dom.Anto.in d. c.licet.& vide in ver.negligentia. in c.offi cialis propter negligentiam.

1 ¶ *Suam*] Adde Card. *in clemen i.§.i & ibi not.de foro competen.*

CAP. XVI.

QVAEDAM mulier accusauit quē dam coram capitaneo, & non probauit.deinde ipse accusatus detulit munerem coram eodem iudice de iniuria. superior postea mandauit dicto accusato ad pœnam capitis,quod dictę mulieri nullam inferret molestiam per se, vel per alium.fuit consultus quidam magnus Doctor qua pœna puniatur iste superior,quam Doctor consuluit, quod videtur superior mandasse, quod de iure non debeat molestare iudicialiter, vt probatur in auth. de fideiuss. in princ. in verbo,molestum sit & Bald.in leg. prima.C. de mundi.& Barto. in lege Lucius.§. tres hæredes.ff. ad Trebel. Et sic tale mandatum incognitialiter sine iusta causa prohibens dictum accusatum vti iure suo fuit illicitum & iniustum lege sed si per prætorem.§.ait prætor.quib.ex cau.maior.& ideo iniuste egit, in auth.de defen. ciui.§.ius.in princ. & per totā illam cōstitutionem.& l.sed & si per prætorē.§.sed & si magistratus. cum seq. & sequen.q.b. ex cau. maio.& c. licit ex suscepto. & §. seq.de foro cōpe. & in auth. statuimus.p Bal. vbi Cyn. de epis.& cler. vbi dicitur, q incurrit idignationē principis, & tenebitur ad interesse parti.in authē. de mād. princip.in §.si tibi. & in authenti. de q̄st. §. super hoc. & hoc practicaui tempore cuiusdam officialis syndicati, qui fuit absolutus,& deinde iniuste querelantes inquisiti fuerunt ab officiali de iniuria qui impetrauerunt literas regias, quod non molestarentur ea de causa, asserendo, q nūquam aliquis daret petitionem in syndicatu, & sic literæ fuerunt reuocatæ & in causa processum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest ad suum iudicium reducere illum qui ad superiorem querelauit.*

CAP. XVII.



QVOMODO prouideatur mihi, si incepi causam coram vno iudice, qui mihi denegat facere iustitiam? Dic quod possū a superiore aliū impetrare. in auth.vt diffe. iud. per totū extra de restitu. spol.c. ex conquestione. & quod ibi not. Inno.in i.glos.& hoc se-
a cundū Bar. in l.quāuis.[a] ff.de dān. infect.
1 dicens,† quod tūc non potest iudex negligens etiā si eū pœniteat illum qui ad superiorē querelauit ad suum iudicium reducere.& sibi iustitiam ministrare. tamē Ang.ibi dicit cōtra per tex.in c. si a iudice.de app.lib. vi. vbi dicit esse casum contra Bar. ex quo iudex grauamen reuocauit.tamen Lud.ibi tenet cum opi.Barto. quia Bart. ibi loquitur quādo grauamen fuit illatū per iudicem in nō faciendo , & iustitiam negligendo. quo casu nō appellatur,sed venitur ad superiorem per viā querelæ.c.ii.de exceptio in vi. & in auth. vt diffe.iudic.circa prin.Et ponit Bar. in
b l.de pupil.§.si quis,ipsi [b] prætori. de no. oper. nun. Quia postquam causa fuit introducta coram superiore nullus inferior se impedit.extra de appel.c. vt nostrum. & quod ibi not. Innoc.

L.quamuis.

a ¶ L. quãuis.] Et ibi uide omnino Angel. & dom. Alexan. de Imol. & Io. de Imol. contrarium tenentem.

b ¶ Si quis ipsi.] Et ibi uide do. Alex de Imo. & Bald in l fi. §. illud de temp app & Alex in l. de qua re de iudi & adde quòd hoc est uerum si constet euidenter de iustitia denegata: aliàs potest dicere in dubio se facere iustitiam & uelle stare ad syndicatum in fine officij. Bart. & Alexan. in d l. de pupillo. § si quis ipsi. allega. hic in textu.

SVMMARIVM.

1 Iudex iustitiam denegans, uel differens punitur: nisi ob causam aliquam fecerit.

2 Iudex non debet pati quòd quis utatur iure incompetenti.

CAP. XVIII.

1 Licet † dicatur, quòd iudex iustitiam denegans, vel differens puniatur, vt supra dictum fuit. Istud est verum, nisi ex causa hoc facit propter nimiam cõtumaciam partis, propter quod potest sibi audientia denegari. l. sed & si per prætorem. §. si dum decreto. ex quib. cau. maio. & in l. consentaneum. C. quomo. & quand iud. Vel si negaret eum esse iudicem. Bald. in c. j. an apud iudi. & Inno. in c. Cumana. de elect. Vel si iudex viderit partem ineptè experiri, vel apparata calumnia agere. Vel ex forma agẽdi sibi non competere actionem: vt not. in l. vbi pactum. per glo. C. de transac. & in c. j. de off. iudi. vbi Inno. & Bal. & in d. cap. examinata. extra de iudi. & in l. ij. vt nemo priuatus. & l. si prius. de nego. gest. cũ simil. Vel si veniret contra proprium iuramentum agendo contra contractum iuratum. l. si quis maior. C. de transact. vbi Bal. quia illa lex impedit litem contest. c. j. de lit. contest. vbi Inno. & Bar. in l. nam & postea. de iureiuran. in prin. & Bal. in l. ij. de rescin. vendi. & in l. fi. de non nume. pecu. Et vbi iudex viderit aliquem locupletari cum iactura aliena facto sibi intimato, debet ex officio prouidere. Bart. in l. si de peti. hęredi. & in l. plane. eo. titu. & Cano. in c. dilecti. de iudic. Et vbi proponeretur actio famosa contra illum contra quem proponi non deberet. gloss. in l. vir

2 bonus. iudi. sol. quia † iudex non debet pati, quòd quis vtatur iure incompetenti: Bald. in l. cũ proponas. C. de pact. & Bar. in l. si vnus. §. pactus. de pact. Et gñaliter vbi opponeret̃ actio impeditiua ꝓcessus, de quib⁹ in suis locis videbis. Et etiã vbi per statutũ vel priuilegium quis non deberet audiri: quia tunc sibi licite audientia denegat̃. dixit glos. in rub. de re iudica. in vj. & Bar. in l. cũ lex. de fideiuf. Ange. in l. si. de male. & quod not in l. non solum. §. quãquã. de iureiurã. Et vbi quis est prohibitus agere, tunc ciuiliter & criminaliter agere non posset. l. i. & l. iii. §. quod aũt. ff. de aleat. & qđ no. Bal. in l. i. C. si à nõ cõp. iud. & in l. i. C. qũo & qñ iud. & in d. § cũ aũt. Et idẽ vbi quis ex iuris dispõne ad iudicium trahi nõ posset, vt in auth. statuimus. cũ ibi not. de episc. & cler. & in auth. cassa & irrita. de sacrosf. eccl. & in l. lis nulla. de iud. & in l. venia. de in ius voc. Nam vbicũq; in statuto, vel priuilegio dr̃, ꝙ qs nõ audiatur, repellit̃, tũc actor à limine iudicii. l. si seruus. de his qui ad eccle. confu. & in l. i. ne quis vel à regia. Et idẽ si dicat̃ quòd reus non possit in ius vocari, quia impeditur processus. l. i. de ser. & in l. quãuis. de in ius voc. Vel quòd nõ possit inquietari. l. Lucius. § tres hęredes. ad Treb. l. nõ solũ. de pec. lega. & quod not. in d. l. si quis maior. de transac. Si tñ diceret priuilegium, quòd non possit conueniri, valeret processus, si non opponat̃ exceptio. l. si vnus. §. pactus. in glo. in verb. in opponendo. de pact. licet tex. in l. eleganter. §. si quis post. de condi. indebi. faciat, quòd processus non valeat. ita Bal. in repe. in l. ij. ff. de iureiuran. in versi. secundo oppono. in viii. char. vbi idem dicit si opponat̃ exceptio, quòd non debet reddi ius actori, vel quòd non debet audiri: quia impediunt processum, quia introducta ad initium processus: secundum Inno. in c. cum super. de excepr. & de app. c. ex parte. Idẽ si dicat statutum, quòd sit extra protectionem communis, vt notat Cyn. in l. prima. de natura. libe. secundum Bal. ibi, quia isti sunt diffidati & possunt bona eorum inuadi impune, quia non est qui eis ius reddat. auth. cassa. & irrita. supra allegata. vbi si esset rebellus, bannitus, vel excommunicatus: vt in suis locis videbis. Quæ nota pro priuilegiis, & indultis quę

fiunt

fiunt per regem, in quibus dicitur, quòd non posſit ad iudicium trahi, conueniri, &c. quia iudex eis viſis non põt vltra procedere ad iuſtitiam faciendam, nec tenebitur in ſyndicatu. ſi in cauſa non procedat. vide in cap. officialis propter negligentiam. infra in ver. negligentia.

SVMMARIVM.

1 *Imperium quod rex habet in uaſallo ita regis oſsibus inhæret ut ab eo diuelli non poſsit.*
2 *Regem an liceat debellare ob iniuſtitiam ſuorum officialium.*
3 *Iniuſtitia facit uacillare corda ſubditorum à dominis ſuis.*

CAP. XIX.



N ſi rex Siciliæ requiſitus à comite denegat ſibi ſuper quadã cauſa iuſtitiam miniſtrare perdat dominiũ, quod habet in contractu illius comitis, cui iuſtitiã facere denegauit? videtur, quod ſic per tex. in c. Itẽ cui domino in tit. quæ ſit prima cauſa bene. amit. vbi ſi dñs requirit vaſallum, quòd ſibi faciat iuſtitiã & non fecerit, priuatur feudo. & in titu. quibus modis feudũ amittatur. §. iſdem culpis, priuatur dominus quibus & vaſallus: vt in tit. qualiter dominus proprietate priuetur. cap. ſi ex facto In contrarium eſt ve-
1 ritas: quia † imperium, quod rex habet in vaſallo inhæret, quodammodo oſsibus regis, adeo ꝙ ab eo ſeparari non poteſt. ff. de pecu. l. Sticho. & l. quis ergo. & l. iij. ff. pro ſocio. Etiam ipſo rege volente l. pen. ff. de offic. proconſul. & patet ex not. per Spec. in tit. de iuriſdict. om. iudic. in ver. quæ autem. Et quia rex non poteſt modo aliquo etiam per ſuum priuilegiũ comitem à ſua iuriſdictione expreſſe dimittere, quia hoc eſſet alienare regalia, quod non licet, vt in tit. quæ ſint regalia. ff. de verbo. obligatio. l. cum qui certarum. in fin. & ff. ſoluto matri. l. ij. cum ibi not.
a Nam regnum diuidi non poteſt. a de pro hi. feu. alie. per l. imperialem §. præterea ducatus. & extra de voto. c. licet in fin. Et quòd in contrarium alleg. habet locũ in alijs inferioribus dominis, & nõ in rege.
2 Tamen † an liceat debellare rege propter iniuſtitiam officialium ſuorum? Dicitur, quòd non, vt patet in Macha. x. Vbi licet populus fuiſſet oppreſſus ꝑ filios Samuel qui declinauere poſt auaritiam acceperũt munera & peruerterunt iudicium: recte conquerebantur de talibus officialibus: non tamen debebant ab obedientia regis Samuelis recedere, ſed debebant alios iudices petere nõ rebellare. Ideoque Deus illis dixit, non abiecerunt, ſed me, ne re-
3 gnẽ ſuper eos. ¶ † Nam iniuſtitia eſt illa quæ facit vacillare corda ſubditorum à dominis ſuis, quia iniuſtitia nõ habet ius matrem ſed iniquitatem. in l. pen. de iuſti. & iur. 15. q. ij. c. cum deuotiſsimam. & l. j. de iuſti. & iur. in verbo, iuſtitiam colimus. Quibus adde ſententiam And. de Iſer. in tit. de prohi. feu. alie. per Fed. in §. præterea. ſi inter duos. quòd quando rex eſt negligẽs iuſtitiam facere, quòd appellatur ad Papam. Et regnũ dicitur tunc vacare de iure, quando rex nõ redderet iuſtitiam ſubditis. per c. ex tranſmiſſa. de foro compe. & c. licet. & c. ex tenore. verſi. cęterum. de iudi. & etiam quãdo rex vellet in cauſa ſua cognoſcere, quia tunc dicitur vacare regnũ, & quando de regno non curat. de hoc etiam in tit. quæ ſint regalia, in verbo, Exodi. colla. quæ not. contra reges qui fugiunt audientiam ſubditorum, quia tunc regnum vacat.

a ¶ *Poteſt.*] *Adde eundem ſupra in cap. de exceſ re. & quòd ibi dixi in apoſt ſed uide Bald. contrarium tenentem in auth hoc amplius in 9 col uerſi quæro an filij C de fideicom quòd eſt diuiſibile & diuidi poteſt inter filios regis uiuo rege.*

De litera A.

SVMMARIVM.

1 *Iudici accuſato quod deliquerit in officio uel extra an ſit iterdicẽda adminiſtratio officij.*
2 *Officialis ſyndicandus an ſit ſuſpendendus ab officio & nu 6*
3 *Prelatus accuſatus de ſuſpecto non remouetur ab adminiſtratione ſecus in tutore num 4. 5 & 7.*
8 *Iudex poteſt quem cogere ad accuſandum de homicidio.*

9 *Iudex eligit magis idoneum quando plures concurrunt ad accusandum.*

Accusatus.
CAP. I.


ACCUSATUS in officio, an si opponatur contra potestatem vel contra iudicem, quod non potest esse in officio, vel accusetur de crimine in officio commisso debeat interim ab officio suspendi, vel possit pendente huiusmodi accusatione, vel inquisitione contra ipsum formata officium exercere, vel exercebit antecessor. Dic quod si opponatur ista exceptio contra eius introitum, quod non poterit exercere officium. argumen. l. qui status. ff. de re militar. & de munerib. & honorib. l. reus. §. j. Secus si iam inchoasset. arg. l. i. in noua. in §. penulti. & de appellation. l. imperator. §. i. secundum Docto. antiquos in d. l. qui status. & Spec. in tit. de cen. §. nunc dicen
1 dum. vers. pene. Et quando † accusatur, ꝙ deliquit in officio vel extra an interdicatur sibi administratio officii. Bar. in l. ordine. §. de quæstionibus ad mu. tenet, ꝙ si accusat quis de crimine cōmisso extra officiū, & tūc retinet interim officiū & administrationē, per d. l. ordine. §. in quæstionibus. Quandoq; accusatur, quod deliquit in officio & tunc retinet officiū. non tñ administrationē, per no. ꝑ eū in l. quod si forte de solu. tñ istud habet locum in officio, ꝙ si habet admixtā iurisdictionē, quia expectatur cognitio in fine officii nisi sint casus, in quibus potest durāte officio accusari & cōueniri, vt infra videbitur in suis locis. ¶ Adde q̄ Lucas de Penna in l. iudi. de digni. lib. 12. dixit aliquos tenuisse quod officiali accusato de commissis in officio non interdici administrationem officii ea pendente, ne prouincia sit sine rectore. in authen. de admini. circa fin. & periculum est dimittere etiam sine prælato terrā ecclesiæ. secūdū Inno. extra de iudic. c. significauit ad instar Abbatis accusati. extra de accusati. c. olim. §. prouiso. Tamen contra concludit ar. l. decre. de suspe. tut. & l. cū quidē. & inst. eo. & §. si quis aūt. in l. ii. ff. de decu. & ar. plati accusati. extra de offi. dele. c. venerabili. & de simo. c. licet Heli. §. q̄a vero. & de ꝓcuratore, quę oīa not. per Inno. in gl. in d. c. venerabili. Vnde interim alius in locū eius subrogabitur. d. l. cū quidē. & vii. q. i. scripsit q̄ sunt vera in accusato de delicto cōmisso in officio. secus si de alio crimine. vt de homicidio. ar. ff. de solu. l. ꝙ si forte. §. q̄d ergo. eo. tit. quāuis. § fi. Quod etiam est verum si est merito suspectus. d. c. venerabili. & vide Inno. extra. de sy. c. accusatū. & eo. tit. licet. vbi de leui suspitione an inducat interdictionem administrationis. & vide Arch. iii. q. ii. §. quod si male. ¶ Et ad prædicta vide quæ de notatio accusato dicuntur in l. eadem, per Bar. ff. ad leg. iul. repet. Et in consilio suo incipiente. Ser Ioannes. & Bald. in l. iubemus. de sacrosanct. eccles. & in l. cunctos populos. & glo. in l. ii. §. miles. de infam. & glo. & auth. de tabel in fi. Barto. in l. infamem. de publi. iudic. Bald. in l. i. de testa. & in l. militibus. de testa. mili. & quod no. l. ii. de digni. vbi de notario accusato & inquisito, vel de damnato de delicto cō-
2 misso in officio, vel extra. † Et ideo officialis syndicandus debet suspendi ab officio quia astruet et testes scientes veritatem, vel minaretur, testib. cap. tam literis. §. j. & c. constitutus de exces. prælat. & 40. q. ij. cap. post modum. & quod no. de accus. cap. olim. & licet Bar. in d. §. sunt. l. quod
3 si forte. dixerit, † ꝙ p̄latus acusatus de suspecto non remouetur ab administratione, quod. Io. de Imo. ibi dixit non esse verum per not. per Inno. in c. licet Hely. de simo. per gloss. & Io. Andr. in c. venerabi
a lis.[a] de offic. deleg. & in cap. quia ea. † se-
4 cus in tutore. l. cum quem. de suspe. tuto. tamen ratio est, quia prælatus habet pleniorem administrationē quā tutor, & est procurator in rem suam nisi sit aliqualis verisimilis suspitio cōtra prælatum, quia dabitur coadiutor d. c. vene. & deinde suspitione ꝓbata remouebitur in totū. c. licet Hely. Tamē Ang. in d. §. ꝙ si fortè. simpliciter dicit quod datur sibi coadiutor & videtur tex. cū glos. in l. si præses. C. quo. & q̄n iud. & licet Bart. in d. §. dicat † quod
5 tutor cōiunctus pupillo non remoueatur etiam suspitione probata. tamen gloss tenet contrarium in lege j. §. cum ostem. de suspe. tutor. licet. gloss. non bene hoc firmet

firmet. in l. tutor aliquo vinculo. eod. tit. quod Bar. dicit arbitrarium facit de ap. l. imperia. & c. accusatū. de sim. & de accu. c. meminimus. & c. omnipotens. & c. accedens. 81. dist. tātis. & l. j. de rei postu. de decu. l. infamia. per quæ iura dixit Lud. in consi. 287. † ꝙ pendente doli accusatio
6 ne officialis ab officijs ꝓhibetur, & quod habetur in auth. de non alie. §. quia vero. & §. si quando collat. ij. & C. de sacr. eccl. l. iubemus. & idē Bar. in d. l. e quē. tenet
7 † ꝙ tutore accusato de suspecto ipso iure est interdicta administratio, & valet argumentū de officiali ad tutorem. Nic. de Neapo. in l. proponebatur. de magistra. conu. & vide Anch. in c. omnipotens. de accusatio. Et prædicta habent locum in officialibus temporalibus vel perpetuis, quia si ab eis petitur syndicatus, vel ratio administrationibus suspenditur ab officio interim periura prædicta. & vide Bar. in l. Barbarius. in repet. de offi. præto. vbi late de notario accusato de falso, si interim interdicitur sibi officium. etiam vide in l. reum. C. de procura. & in l. j. §. hoc edictum. ff. de postul. vbi Bar. tenet cōtrarium eius quod dixit in l. ij. C. de digni. & vide infra in versi. durante officio.
8 in c. iij. ¶ † Iudex potest quem cogere accusare de homicidio. Bar. in l. in eum. ff. de accusa. per l. si quis homicidium. C. eo. Nam iudex in actione legis Corneliꝫ potest cogere offensum, quòd non admittat criminalem, & agat ciuili, ne per ciuilem præiudicetur criminali. l. prætor. §. j. de iniu. ideo dicit Spec. in titu. de accusa. §. j. versi. quid si. quod licet nemo agere compellatur, tamen in isto casu bene faciet iudex si eū cogat agere, quod ratione probatur: quia lex punit hæredem si non accusat, quia perdit hæreditatem defuncti l. j. de his qui. vt indig. ergo iudex potest eum cogere accusare, nec delinquit in eū. Hinc est quòd si iudex viderit quòd tu delinquis potest te cogere, ne delinquas. l. i. in fi. de offic. præfe. vrbis & l. j. cōgruit. ita Bart. in d. l. in eum. Et dixit Bar. in l.
9 ij. § fin ff. de adulter. ꝙ † pluribus simul concurrentibus ad accusandum iudex eligit idoneiorem: & ex causa pręfert vnum alteri: & si reperit vnum colludentē, vel esse infamē præferret alium, dicens, quòd si propinquus accusat occisores simpliciter & extraneus accusat illos adiecta qualitate qua magis puniuntur: tunc iudex potest præferre vlteriorem propinquiori, si iudici apparet illam qualitatem esse veram. & vide pulchre Angelum in l. qui crimen. C. qui accusare non possunt. & vide infra in cap. post accusationem abolitā. Et prædictis adde Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior. de infam. & in l. j. C. quā ciu. act. & Innoc. in l. interdum. de publi. iudi. & in l. pro hærede. § fi. de acquiren. hæred. vbi glo.

a ¶ *In c. uenerabili.*] *Et ibi uide remissiue uide Felin. & Spec in tit de inquisit* §. *nunc uidendum uer. uel dic tertio.*

SVMMARIVM.

1 *Si quis aliquem accusauerit, & contra accusatum sint indicia propter quæ accusatus fuit tortus & deinde innocens repertus, nunquid iudex teneatur uel accusator*

2 *Iudex potest prosequi ut incarceratus absoluatur uel condemnetur.*

Accusatio.

CAP. I.



AN si quis aliquem accusauerit & cōtra accusatum sint indicia propter quæ accusatus fuit tormentatus, & deinde innocens repertus an teneatur iudex vel accusator? Dic ꝙ accusator, qui, si accusatio fuit de publico crimine instituta, debebit eadem pœna puniri l. fi. de accus. & C. ad turpilia. l. j. cum ibi not. & l. fin. de abolit. Pro aliis vero criminibus punietur extra ordinē iudicis arbitrio. l. fina. ff. ad turpil.

1 ¶ † Et posset accusari. de iniu. l. apud. § si quis libellos. & in l. iniuriarum. §. si quis per iniuriam. ff. eo. tit. in qua actione veniet omne damnum, & interesse accusati. l. iniuriarum æstimatio. de iniur. & l. damnum. cum ibi not. C. eod. tenebitur etiā de falsa accusatione. l. credi. de sicar. & ff. de fals. l. si quis obrepserit. vbi Bart. Tamen dubitandū est si propter indicia probata per accusatorem releuetur à calumnia accusator. in quo cogitandū erit. & vide omnino infra in ver. inquisitio. in cap. fama seu indicia. ¶ An iudex posset

accusationem abolitam prosequi, & non teneatur. vide Bar. in l. libellorum. §. si accusatur. de accusatio. si nō sit abolita sed accusator eam differt prosequi potest eā iudex prosequi. l. si accusatoribus. C. eo. l. quāuis indubitati. C. de adult. & in §. si quis. in auth. de sanct. episco. Quod est verū in casibus, in quibus iudex posset inquirere, alias non. de mune. & honor. l.

3 ex rescripto. §. si quis. † Et idem si reus est in carcere quòd potest prosequi iudex vt absoluatur, vel condemnetur. l. j. de custo. reor. Et etiam partem cogere vt prosequatur l. j. C. de abolit. vide not. per Bar. in l. si maritus. §. i. la prima. de adult. Et accusatore renuntiante iudex potest alteri mandare, vt prosequatur accusationem citra pœnam talionis. l. ij. de dolo. vbi est tex. secundum Bar. vbi dicit sic esse in omni casu vbi publica vtilitas procuratur. & Bal. in l. i. C. qui accu. & dixit Bar. in l. eum. ff. de accus. & dixit Odofr. in consi. incip. Titius aliquem interfecit. quòd si filius timet accusare interfectorē propter suam potentiam, quòd si ponas non posse procedere ex officio, quòd pōt compellere illum accusare, quia expedit reipublicæ ne maleficia remaneant impunita. l. ita vulneratus. ad leg. Aquil. & propter scandalum vitandum. ff. de sacra. l. pen. & quia si malum non puniretur esset res mali exempli. l. obseruandū. de offic. præsi. & l. diuus. de iud. & si timet potentiam aduersarii faciet sibi dari securitatem. l. præsenti. ad fin. & l. fina. de his qui ad eccle. confu. & constitutio regni de inquisitionibus la prima & sequēs prouident quòd denuntiator vel accusator in hoc casu teneatur secrete si timet aduersarium, vbi vide. Et adde Specu. in tit. de accusa. §. i. in prin. versi. quid si nullus. & contra Bart. in d. l. in eum. tenet ibi Ang. in l. si quis homicidii. C. de accu. ꝑ tex. in l. diui fratres. de accus. & gl. 2. q. j. si quis ꝑ calumniā. & ii. q. vii. quapropter.

SVMMARIVM.

1 Qua pœna puniatur officialis, uel custos carceris qui carnaliter cognouerit mulierem carceratam & nu. 3. 4 & 5.

2 Tutor qui stuprauit pupillam suam punitur.

6 Dominus qui concubuit cum uxore uasalli priuatur proprietate feudi.

7 Marito an liceat occidere officialem inuentum in adulterio.

8 Officialis potest habere concubinam in ciuitate quam regit. & nu. 11.

9 Iudeus qui concubuit cum christiana an puniatur per iudicem ecclesiasticū uel secularem.

10 Occidens patrem spiritualem, an puniatur pœna qua punitur occidens naturalem.

Adulterium.

CAP. I.



OFFICIALIS quidā magnus sua opinione doctor dicebat, nolo exponere pecunias in emendo librum syndicatus, quia de vnaquaque quæstione authoritatē dabo, volo ꝙ

1 tu ab eo petas † qua pęna punitur officialis vel custos carceris qui carnaliter cognouerit mulierem carceratā, nullus doctor citramontanus hoc ponit, nisi Ioā. Fabri. institu. de pub. iudi. in §. itē lex Iu-

2 lia. vbi gl. dicit † quòd tutor qui stuprauit pupillam suā punitur per l. j C. si tut. pupillam. ex qua gl. infert Ioan. Fabri idem esse in quocūque qui debet aliquam personam conseruare per eādem rationem, dicens, quòd si custos carceris cognoscat mulierem captam, & sibi commendatā, debet puniri acriter, dicens etiam quòd de consuetudine regni Franciæ suspenditur, ista sunt verba sua. & quòd sit bona illatio facit glo. not. in rubrica. C. de interdicto matrimo. inter pupillam & tutorem. quę dixit vna cum Bal. ibi, quòd per illum titulum matrimonia prohibentur ratione officii tutoris. Nam & alias arguitur de tutore ad regem & ad alios magistratus. & glo. in l. i. C. de contrar. iudic. & in l. si in emptionem. §. fina. de contrahen. emptio. secundum Baldum not. in l. cum antiquioribus de iure deliberan. & in l. quæ fortuitis. de pign. actio. ¶ Et ad prædicta facit, quia officiali in prouincia sibi commissa interdicitur quòd non possit matrimonium contrahere, vt ff. de ritu nuptiar. l. si quis officium. & in l. qua in prouincia. & in l. prima. si quacunque prædi. potesta. vbi imponitus

tur pœna, si ergo non licet contrahere matrimonia cum iurisdictioni subdita, quæ sunt omni iure permissa, minime etiam permittitur stuprum, raptus vel adulterium. argum. authent. multo magis. de sac. sanct. eccles. cum simi. & facit text. in auth. nouo iure. C. de custod. reorum. in versic. ne castitati iniurietur. qui textus infert, quòd sit illicitus coitus cum
3 carcerata. Sed tunc facit mihi dubium, † si ista mulier carcerata erat leuis uitæ, quæ sæpe carceratur, an sit ista pœna imponenda officiali cum ea coeunti? videtur quod non. argument. dictæ authentic. in versicu. ne castitati iniurietur: per quem textum videtur inferri quòd non habeat locum in meretri-
3 ce, † quia ei nullus pudicæ mulieris honor à lege seruatur. ff. de ritu nuptiarum l. senatoris filiã. & l. palam. Et dicit Cynus in d. auth. quòd illa authentic. non habet locum in fœmina inhonestæ vitæ. & per notat. in l. quæ per adulterium. de adul. & Bar. in l. si vxor. de adulter. vbi dicit quod accessus ad istas inhonestas est impunitus, & habetur pro non delicto propter vtilitatem ipsarum. & idem Angelus in l. si ea. & l. quæ adulterium. C. eod. Et dixit Ioan. Andr. in titul. de iniu. de damno dato. quòd d. authen. non habet lo-
4 cum in meretrice nisi † habeat virum. & idem Bald. in l. consentaneum. C. quomo. & quando iudex. quòd non habet locum in fœmina inhonesta per textum in authentic. de resti. & ea quæ parit. in fin. & Modern. in l. quia poterat. ad Treb. Et dixit Bartol. in d. l. verum.
5 ff. de furt. quia † coitus cum meretrice est impunitus, & etiam raptus. institut. de publ. iudi. & §. item lex Iul. de adult. vbi gloss. dicit nisi sint meretrices ideo concludi posse videtur, quod isto casu officialis non puniatur si habet rem cum fœmina inhonesta carcerata. Tamen ego dicerem contrarium per not. per Barto. in l. in auditum. ff. de sicca. qui dicit quòd licet bannitus sit extra protectionem principis, & possit occidi, & offendi, tamen si est carceratus non potest ibi offendi, quia carcerati sunt sub protectione curiæ. l. fi. C. de custo. reo. dicens quòd hi qui conueniunt de necessitate ad ciuitatem dicuntur interim habere securitatem à lege. argu. l. fin. de legat. & l. ij. §. legatis. de iudic. vt ibi per eum vbi refert in dispu. Iacob. de aret. licet Dyn. in l. in laqueum. dixerit contra, tamen cũ Bar. tenet Ioan. de Imo. in l. publi. §. j. ff. de cõdi. & demon. & facit quod idem Bart. dixit in l. verum. alleg. Guil. de Suza. quòd qui promisit non offendere aliquem, adulterando vxorem non dicitur offendere, & idem dixit in l. licitatio §. quòd illicite. ff. de publi. c. quia fit causa libidinis, & illa volente. & dixit Bal. in l. omnes C. si cõtra ius vel vti. pub. quòd bannitus qui potest offendi non potest eius vxor adulterari, quia adulterium quia nullo modo potest iustificari per adulterium & sic licet meretrix possit impune cognosci non tamen dum est in carcere iudicis, ne fiat iniuria castitati carceratarum & loci qui est publicus per. dict. l. j. C. de offic. ciui. iudi. & per rationem dictæ auth. nouo iure. ¶ Et fa-
6 cit ad prædicta, † quia dominus qui concubuit cum vxore vasalli priuatur proprietate feudi & dominio vasalli. c. j. qualiter dominus proprietate priuetur, vbi videtur quod hisdem culpis quibus punitur vasallus qui cognouit vxorem domini, punitur dominus concubens cum vxore vasalli, & sic infertur quod officialis punitur propter adulterium commissum in subditam suę iurisdictioni, per not. per Bart. in l. quod ait lex. in l. marito. in fin. ff. de adult. vbi dixit quod magistratus committens adulterium ideo potest occidi per patrem, qui ipsum reperit adulterantem filiam, licet occisio eius non permittatur viro, quia magistratus non est vilis persona. docto. etiam in l. hos accusare. ff. de accusa. & in l. tractus. de adulte. vbi di-
7 cunt doct. & gloss. † quod non licet marito occidere officialem, tamen negari non potest quin ipse magistratus teneatur. l. Iulia. de adulterijs officio deposito. l. si adulterium. §. fin. eod. titul. ergo sequitur quod si concubat cum muliere carcerata coniugata, virgine, vel
8 vidua, quod tenebitur lege Iul. de adult. † Tamen officialis posset concubinam tenere & habere in ciuitate, quam regit per casum in l. fina. de concubin. quam ad hoc, allegat Lu. in suis singularibus num. 487. & vide de officiali adultero. infra in verbo, officialis offensa. & supra in titu. de offic. syndicatorum. vbi an syndicatores, vel potestas cognoscat de adulterio officialis in tribus capitulis.

¶ Et circa prædicta subijcio quæstionem de qua nouiter sum consultus per magnificum dom. Fabricium de lagonissa, cuius officialis concubuit cũ cõmatre sua in ciuitate qua erat officialis, an sit puniendus. Et dico quod hoc crimen videtur de iure ciuili incognitum, secundum Bal. & est crimen canonicum, quod imponit si est publicum pœnam excomunicationis. vt habetur. xxx. quæstio. j. capit. om-

nes,& c.non debet.& etiam si sit secretum,vt
quia est confessus.l.dist.capit.de his vero. &
lxxj.d.cap.præsbyter.& xxxij.q.vij.cap.quẽ
admodum. dicitur quòd est stuprum,& est
maius adulterio.& glo.insti.de nupt. §. sunt
& aliæ.dixit matrimonium esse prohibitum
cum ea, quam quis leuauit de sacro fonte.per
text.in l.alumnam de nupt.dicens idem ser-
uari de commatre,licet dicat non reperiri iu
re cautum. & Bald. in d.l.alumnam, dixit
idem quod illa gloss.videlicet quòd matrimo
nium non possit contrahi cum ea quam quis
leuauit de sacro fonte ratione nexus spiritua
lis,quæ est quædam cognatio & animarum
coniunctio Deo mediante, & habetur xxx.
quæst.per totum.& in cap.si pater.vbi de pœ
na canonica, & cum sit crimen mere spiritua
le,& à iure ciuili non punitum, non videtur
posse puniri per iudicem secularẽ per ea quæ
plene scribit Andr.de Iser.in tit.quæ sint re
galia in verbo,contrahenti incestas nuptias.
& in constit.regni de adul.& Ioan. And.in c.
gaudemus de diuor.& Pet.de Anch.in consi.
xiiij. & Ioannes Cal. in consi.xij. in titul.
de for. compet. & in alio consili. in titul.
de iudæis.vbi si iudæus cõcubat cum christia
na an puniatur per iudicem ecclesiasticum,
vel per sæculatem.& extat capitulum regni
quod incipit.Item quod officialis non intro-
mittat se de criminibus ecclesiasticis.licet dici
posset quod sit incestus ratione cognationis
spiritualis inductæ iure canonico.nam si ista
adulterata esset commater,& coniugata debe
ret puniri vt adulter cum hac aggrauatione
ĩcestus.& plusquam simplex adulter,& plus
quia officialis vt supra est dictum.si esset vi-
dua similiter per text.inst.de publi.iudi. §.si
eandem. & similiter si est virgo cum hac ag
grauatione durius puniretur.& si esset soluta
committeret simplex fornicatio quæ si es-
set punibilis grauaretur pœna ratione compa
10 ternitatis.† Et adde prædictis quod ita puni
tur occidens patrem spiritualem, sicut occi-
dens patrem naturalem.de pœni.d.j.capitul.
aut facta. in glo.licet text.in d.l.alumnam.val
de vrgeat quod puniatur cognoscens comma
trem, non tamen pœnam imponit, & dubiũ
restat quando ad illam libere poterat habere
accessus & impune, vt quia cognosci se per
mittebat,si erat commater si puniatur ratione
solius commaternitatis pœna iuris ciuilis?
& puto quod non,sed pœna canonica per iu
11 ra† prędicta.Nam officialis licet prohibeatur
matrimonium contrahere cum subdita,non
tamen prohibetur concubinam habere in ci-
uitate suæ iurisdictionis.l. fina. de concubin.
secundum Ludo.in singularibus & dixi in-
fra vbi tractaui de contractibus officialium in
verb.contrahere.

a ¶ *In meretrice.] Faciunt quæ habentur per
Felyn in cap significantibus in fin.i co.versi.
item si est bãnitus post prin.ver.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex an teneatur iudicare secundum allega
ta & probata.vel secundum ueritatem.&
nu.5.& 6.*
2 *Iura correcta & consuetudines abolitæ, an
poßint allegari in causa.*
3 *Iudex nolens audire partes in allegationibus,
an puniatur.*
4 *Iudex qui non vult audire probationes partis
facit litem suam.*
7 *Iudex an teneatur alteri parti dare copiam al
legationum pro parte contraria productarũ.*

Allegationes.

CAP. I.

1 AN† iudex teneatur, iudicare
secundum allegata & probata
a vel,secundum veritatem.a vi-
de in versi.iudicare infra c. ij.
Officialis non tenetur si non
obseruauit statutum ei non allegatum nec
ostensum.gloss.& Bartol.in l.præscriptione.
2 si contra ius vel vtil. pub. ¶† An possint in
causa allegari iura correcta, consuetudines
abolitæ?a postillę vide infra in ver.iud.in c. j.
3 ¶† An si iudex nolit audire partes in earũ al-
legationibus, puniatur? Dic quod sic.l.argen
tarius.§.cum autem.de iudic.& non tantũ si
non audiuit in facto,sed etiam si iuris statuto
rum allegationes non audiuit punietur vt do
losus,puta si nõ admisit statutum, quo cauet
ꝙ bannitus possit offendi, vt probatur in l.
lex iulia.§.hodie.ad leg.Iul.repet.ibi quẽ pu-
nire nõ debuerũt.per Dy.qui exponit, puni
re nõ debuerũt,inspecta finali iustitia,& or-
dine nõ seruato,quam,questionem intellige
quãdo pars nõ fuit cõtumax,& sic nõ spernit
mãdatũ iudicis,alias si fuerit cõtumax potuit
sibi denegare audiẽtiã ꝑ l.si ꝑ prętorẽ.§.& si
dũ decreto.quibus ex cau.ma. & dixit Bald.
in l.final. C.de sent.quòd si iudex non curat
allegationes iuris,& iubeat dari vel fieri gra-
uat,qa ex abrupto ꝓcedit ideo ab eo appellat
& Bal.in rub.de pęna iud.idẽ Bal.i §.ꝓficisci.
q.xvij.

q.xvij. vbi dicit hoc esse intelligẽdum de allegationibus facti magis quã iuris quia iudex de iure præsumitur sapiens. Innoc. in c. pastoralis de cau. pos. quem Bal. allegat in repertorio super Inno. dicens ꝙ si iudex dicat parti, nolo eius aduocatũ audire, quod non grauat, quia præsumitur peritus. & dicit Bald. in dict. §. proficisci.
4 q. 17. † quod iudex qui non vult audire probationes partis, facit litem suam, vel si non admittit exceptiones iuridicas. C. de pa. l. si quis in conscribendo. Nam iudex debet examinare partium allegationes & debet hoc ponere in sententia. videlicet. Auditis allegationibus partium. secundum Ange. per illum tex. in l. serui. C. de adult. sicut fecit Salomon, quando pronuntiauit inter mulieres de filio contendentes qui allegationes partium in sua snia replicauit. c. afferte. de psum. vide de hoc & gl. insti. de fideicõmis. hæred. in §. sed quia. lo secũdo in versi. subiectis.
5 ¶ † An iudex qui noluit iudicare ex quo allegata & probata non placebant conscientiæ suæ teneatur? Videtur qđ nõ qa qui cõtra cõsciẽtiam iudicat punitur: secundum c. cum æterni. de pœn. in vi. in cõtra. facit. l. illicitas. §. veritas. de offi. præsid. & not. per gloss. in cap. j. de offi. ord. tamen Hostiens. in c. pastoralis. de offi. de leg. dicit quod debet denegare alteri, & vbi non fecerit, quia non poterat, debet pars appellare. secundum glos. eo. tit. cap. si quando. Innoc. & omnes alii dicunt ꝙ debet iudicare secundum allegata & probata, quia illa dicit scire quæ scit secundũ conscientiam iuris seu legis & non hominis. per text. ii. quæstion. i. Deus omnipotens & in casu quo propter negligentiã non fecisset iustitiam facit litem suam. vt in c. cum sit grauis de for. comp. & tenebitur parti ad damna & interesse. Fallit si per alium iudicem potest parti esse æque bene consultum. l. iiii. § pen. de dam. infe. & ibi per Bart. in l. fi. de var. & extraor. cognition. & in l. ille. § ex quibus. de alie. iu. mu. cau. fa. ¶ Si iudex non curat iurium allegationes, & præcipit aliquid pari vel fieri grauat tanquam ex abrupto procedens l. ait præto. §. permittitur. de mino. Bald.
6 in l. fi. C. de senten ¶ † Si iudex non iudicat secundum allegata & probata, facit litem suam tamen valet sententia. verum si ex actis colligitur dolus vel culpa eius, potest appellari & restitutio in integrum peti. gl. fi. in l: seruo inuito. §. cum prætor ad treb. Cyn. in l. fin. de iusti. & iur. Bald.
7 in l. i. C. quomodo & quãdo iudex. ¶ † An iudex teneatur alteri parti dare copiã allegationum pro parte contraria productarum, & si non det grauet partem? Dic quod non tenetur hoc facere secundum Inno. in c. per tuas. de rest. vbi dixit, quod si pars det iudici interrogatoria: vel allegationes ad iudicis instructionẽ, quod non sit danda copia, quem refert Ludo. in l. i. ff. de edendo. & hoc exclamauit in singularibus suis Abb. & Bald. ibi dixit vnum singulare verbum in parua lectura, quod ex instrumento ostẽso iudici tanquã amico non sit probatio pro vel cõtra. ¶ An si iudex non admiserit allegationem priuilegiorum in causa non allegatorum, nec productorum dicatur partem grauare, & quid in alia scriptura. dic quod non nisi sit priuilegium vel beneficium ipso iure competens vel in corpore iuris clausum per. l. quæ sub conditione. §. fin. de cõditio. inst. Quia iura in corpore iuris clausa per se patent. l. ornamentorum. de aur. & argent leg. sicut dicimus in clausula nõ obstante priuilegio, quod non compre-
b hendit in corpore iuris clausa b per glo. in l. hæres absens. de iudiciis. & in authẽ. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet. secundum Bald. in l. more. de acquirend. hære. Idem in exceptione quæ non fuit opposita in iudicio, quia potest opponi in allegationibus quæ fiunt verbo quando esset talis exceptio quæ tacite inest in obligationibus, quæ intelliguntur quod possunt verbo allegari tempore allegationum, nisi talis exceptio veniat extrinsecus. secũdum Bart. in l. cum qui ita. de verbor. oblig. Si tamen esset in causa conclusum non fiunt aliæ allegationes. secundum Innoc. in c. pastoralis de causa. possessio. cuius dictum intelligitur in iure consuetudinario quod indiget probatione. l. i. quæ sit lõgeua cõsue. Et quo ad effectũ registrandi tales allegationes in actis, qđ nõ sit causa conclusa, quia nihil additur. ita Bald. in l. fin. de fer. ff. & sic vt transeãt in acta iudicii allegationes iu-

ris vel facti non poſſunt fieri, vel produci cauſa concluſa: tamē verbo poſſunt fieri, quia os claudi nō poteſt alicui quin poſſit ore allegare. per l. quāuis. C. de adult. & in c. Ioannes cum extra de fide inſtru. ſecundum Bald. in auth. iubemus. C. de iudi. Et ideo inoleuit practica quòd quādo cauſa concluſa concluditur, quia concluſio ad ſententiam eſt de proceſſu, & de ordine iudiciario d. authen. iubemus. & in corpore vnde ſumitur. & in c. auditis. de procu. & eſt tex. cum glo. in conſti. regni vniuerſos. in rub. vt infra duos dies poſt publicationem. in tertio lib. & nihil poteſt vlterius produci quādo fit concluſio, reſeruatis allegationibus iuris, delatione iuramenti, & ſcripturarum productione, & propter hanc reſeruationem poſſunt produci allegationes iuris vſque ad ſententiam proferendam. argum. glo. ſingu. in l. Labeo. §. j. ff. famil. ercíſcū. de quo late diximus. in verb. ſententia. in c. an ſi iudex ex forma ſtatuti.

a ¶ *Veritatem.] Vide tu Felin in cap paſtoralis. § quia uero de offic. deleg. & quod ibi dixi in apoſtil.*

b ¶ *Clauſa.] Adde Paul de Caſt. in l. i ff de leg & Pe. de Su. in l. ij. § omnes. & in d. l. hæres abſens in prin alleg hic in text & Bar in extrauag ad reprimen. in uer nō obſtantibus. & de hac clauſula non obſtante, uide Felin. in c nonnulli de reſcrip in prin iij colum. cum ſequen & in 25. col. uer reſtant. 18 conclu. de hac clauſula.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui tulit ſententiam ſi eſt citatus & ſententia eſt confirmata non poteſt conueniri quòd fecerit litem ſuam.*

2 *Sentētiam ſi quis tulerit contra dominum ſuū: & ſententia illa reuocetur in cauſa appellationis, non ex eiſdem actis an priuetur feudo? & num. 3.*

4 *Error citius præſumitur in notario in dubio, quàm dolus.*

5 *Iudex qui tulit ſententiam, an pendente appellatione poſſit conueniri?*

6 *Iudex non debet de neceſsitate citari ut defendat quæ fecit ratione iuriſdictionis.*

7 *Iudex non admittit appellationem in criminali tenetur & nu 14.*

8 *Aſſeſſor poteſtatis punitur de iniuſtitia facta à poteſtate, niſi contradixerit.*

9 *Querela de iudice poteſt fieri appellatione pendente.*

10 *Appellari poteſt ab interlocutoria quando habet actum executiuum.*

11 *Iudex qui miſit ad furcas condemnatum in cauſa capitali infra decem dies qui dantur ad appellandum punitur & nu. 13. & 15.*

12 *Paria ſunt occidere innocentem, uel eum qui confugit ad iuſtam defenſionem.*

16 *Appellari an poſsit à ſententia lata contra officiales in ſyndicatu? & nu. 17. & 18.*

Appellatio.

CAP. I.

1 SI IVDEX † qui tulit ſentētiam eſt citatus, & ſententia eſt confirmata non poteſt conueniri quod fecerit litem ſuam: quia videtur iudicio interfuiſſe: & contra ſi eſt infirmata propter ſuam imperitiam ei præiudicat. Et ſi eſt deſerta per pactum vel renūtiationem litis iudex eſt liberatus l. fi. de his qui à non domino, & de alie. iudi. mutan. authen. Item ſi res. ſecus ſi tacitè l. minoribus. de his qui. vt indignis. Si vero non ſit citatus non prodeſt nec nocet ei. vt no. extra de appella. c. ſæpe. per Innocen. & in nouella vbi omnino vide & tangit gloſſ. in l. j. quod quiſque iur. Et vide Bart. in q. ſua à ſententia iudicis qui male iudi. Bald. in ti. quo tempore miles. §. ſcimus. & vide glo. in c. i. §. porro. quæ fuit prima cauſa benefic. ¶ † Adde quòd ſi quis protulit ſententiam contra dominū ſuum, & illa ſententia in cauſa appellationis reuocatur ex eiſdē actis ſeu aliis probationibus, quòd feudo non priuatur. & ſic iudex excuſatur in ſydicatu ſi eſt appellatū, & ex aliis ſententia eſt reuocata. Bal. ibi vide in verbo, iudex cap. ſi iudex pronuntiat. ¶ An ſi pars ab iniqua ſententia appellauit, & appellatio eſt deſerta an habeat regreſſum contra iudicem in ſyn-
a dicatu? a Dic quod ſic, vt in cap. ſæpe. circa fin. glo. magnæ de appellationibus. Si autem confirmata eſt ſententia in prima & ſecunda appellatione an iudex ſtet in ſyndicatu? Inno. poſuit infra in c. paſtoralis.

ralis.in fi.de offi.deleg.pro quorum decla ratione vide plene Bar. in dictis locis su pra proximo.c.& Bald.in §. proficisci. q. 28.& in l.fin.de pœna iudic. & Ludo. in l.iiij.§.si tam vicinum.de damno infect. secundum Ludo. in d.l. j. quod quisque iur. vbi ista dicit. vide in versicu. iudex. cap. si iudex pronunciat. ¶Ex sententia
3 †contraria lata in causa appellationis insurgit quædam præsumptio contra primum iudicem l.j.ff.de appel.quasi cōmittatur ex delicto, non tamen facit plenā fidem, quia non sequitur quod pronuntiauerit melius secundus iudex,quàm primus iudex.Tamen est præsumptio: quia maior est secundus iudex ad quem appellatur.vnde melius cognoscit per illū tex. Et ideo dicunt doctores quòd contra iudicem maximum dolus nō præsumitur, sicut nec in alijs.l.quoties §. qui dolum. de proba.Ideo Bald.dicit in l.si filius. de iudi.quòd quando constat quòd est male iudicatum in dubio præsumitur ex imperitia non ex dolo. alleg. tex. in d.l.j.&
4 idem †in notario, in quo in dubio præsumitur magis error quā dolus, secundum Bar.in l.quoties.§.j.de hæred.instit.Et dixit glo.in d.l.j.de appel. quòd iudex qui
b iudicat ex imperitia tenetur[b] quasi ex maleficio.l.ex maleficiis.§.inde. vbi gl.& Bar.de accus.& ob quando dolo tenetur ex maleficio.l.fi.C.de pœna iudic. & instit.de obliga.ex quasi mal.propterea qñ ex imperitia iudicat tenetur inquantum æquum iudici videbitur.d.l.si filius.quādo dolo grauius punitur,secundū docto.
5 in d l.j.ff.de appel.¶An pendente† appellatione iudex qui tulit sententiam possit cōueniri? Videtur quòd non, nisi ad sumptus litis. facit l.i.§. i. quod quisque iur. in glo.ordi.Bald. ibidem & in §. proficisci.q xx.Tamen Ang. in l. si filius.in fin. de iud. videtur tenere contra. vide infra c.si appellatum.& in c. an ille qui nō appellauit.Sententia iudicis qui male iudicauit si in causa appellatio fuit firmata, quia appellatio est deserta,vel per aliam sententiam,an primus iudex possit conuenir.?Videtur quod non quia qui deserit appellationem debet queri de se.ff.de eden.l.argentarius.§. cū autem. Et quia secunda sentētia firmata mandatur executioni nō prima de pac.l. tale pactū §. q prouocauit.Tamen Innocen.tenet contrarium, quia primus iudex deliquit in sua pronuntiatione, & fuit causa primæ iniquitatis.in c.sæpe.de appella. Nisi ipse iudex à quo comparuerit, & suum processum iustificauerit corā iudice ad quē, quia amplius non tenetur. Et dixit. In-
6 noc.†quod talis iudex non debet de necessitate citari, vt defendat quæ fecit ratione iurisdictionis.extra de trāsact.c. de cętero.quo casu si nō citatur,nō piudicat sibi snīa.de infam.l.Lucius.Bal.in §.proficisci.q.28.Tamē idē Bal.de pace iur.fir. tenet cōtrarium : videlicet quod primus iudex non tenetur ex quo agitur ex sententia confirmāte.¶Et adde aliud singulare qđ iudex non euitat pœnā in syndicatu,licet victus appellet semel & is succumbat,vel appellationē deserat, secundum Innoc.de offi.deleg.c.pastoralis. & in d.c.sæpe.de appel.qui dicit in d.c. pastoralis. quod non appellando purgatur omnis turpitudo primæ sententiæ,& vide infra c.si est appellatum.& in c.an ille qui non appellat. cum seq. infra in hoc
7 verbo.†Iudex qui non admittit appellationē in criminali tenetur leg.Iul. de vi pub.& condemnatus erit infamis. l.lege Iul.ff ad legem Iul.de vi pub. Et etiā eadem lege tenētur rectores qui iudicibus minantur ne iudicent sicut debent l.qui dolo.eo.titu.Et si iudex à quo non recipit appellationē succumbit, causam & famam perdit l à proconsulibus. C. de appel.vbi dicit quod punitur iudex qui nō detulit appellationi, & non solum ipse punitur, sed etiam eius officialis,nisi contradixerit apud acta.l.quoniam.eo. titu.
8 vbi Bald.†quod si potestas faciat iniusti-
c tiam punitur assessor[c] qui non contradixit apud acta dicens idem in subditis, qui debent contradicere prælato male facienti & contra ius. Et idem si potestas facit cum suo iudice vt malam sententiam ferat, quod tenetur leg.Cornel. de siccar . Et idem in prioribus qui hoc facerent cum potestate,quia tenentur leg. Cornelia.de vi pub.l.ij. & l. dolo. ad legem Corneliam de vi publi.& l.i. de sicca.ff. vbi dicit Bartolus contra rectores terrarum qui testes cogunt per tor-
menta

menta vt falsum dicant, quòd tenentur
lege Cornelia. quam not. Licet senten-
cia iudicis male iudicantis fuerit semel &
bis approbata per iudicem appellationis
poterit iudex in syndicatu conueniri. idẽ
si appellatio fuerit deserta. Innocen. &
Ioan. And. in cap. pastoralis. de offic. de-
leg. & not. Angel. in l. iudices. §. fina. de
damno infect. & dicit Bald. in l. j. quod
9 quisque iuris. & glo. ibi. ꝙ † pendente ap-
pellatione potest fieri querela de iudice.
& idem si est appellatum: secundum Bal.
Quibus adde quod grauamen quod con
tinue infertur à iudice facit quod omni
tempore etiam post decem dies causat iu
stam causam appellandi, vt si fuisset quis
condemnatus ad carceres per annũ quia
etiam elapsis decem diebus poterit ap-
pellare: & si iudex non detulit tenebitur
secundum Bart. in l. j. de episcop. audien.
alleg. Specu. in titu. de appellationibus.
in §. restat. in versi. sed quid tu dices. cũ
versi. sequen. & bene facit l. ij. ff. quibus
ex causis maior. secundum Bald. in l. ij.
C. de seruit. & aqua: per glo. ibi in d. l. ij.
de episco. audien. & facit quod not. Bart.
in l. prætor. §. fina. de noui operis nuntia
tione. Et idem tenet Ioan. And. in cap.
10 dilectus. lo ij. de rap. vbi dixit † ꝙ quan-
do interlocutoria habet actum execu-
tiuum, tunc semper grauatus potest ap-
pellare, ꝙ dixit verum Pet. de Anch. ibi
quãdo quis grauaretur pluries super eo-
dem per diuersas interlocutorias: quia
tunc à qualibet semper poterit appellare:
& idem Ang. in auth. hodie. C. de appel-
la. & Bald. in l. fin. C. de sentẽ. rescin. non
posse. & adde ꝙ Bald. not. in l. vis. C. de
proba. & Anto. de But. in c. fina. extra de
feriis. Et ideo iudex semper tenebitur li
cet carceratus infra decem dies non ap-
pellauerit: & sit in carcere tempore syn-
11 dicatus. ¶ An iudex † qui misit ad furcas
condemnatum in causa capitali infra de-
cem dies, qui dantur ad appellandum pu
niatur? Bar. in l. qui vltimo. ff. de pœn. di-
xit Guliel. tenuisse ꝙ non potest iudex
infra illa tempora mandare sententiam
talem executioni, quia quilibet põt pro
eo appellare l. non tm̃. de appellatio. Spe
cu. tenet contrarium in tit. de senten. §.
videndum. ver. porro Bart. dicit ꝙ istud
habet locum in executione quæ fit à iu-
re vt quia quis efficiatur seruus vel infa-
mis. l. quid ad statum. de pœn. Tamẽ exe
cutio quæ debet fieri ab homine, debet
differri post decem dies. l. i. cum ibi not.
nil nouari. Non obstat l. addictos. de epi
scop. aud. quia ibi fiebat executio, & ma
le faciebat iudex. vel forte appellationi
renuntiauerat. & hoc tenet glo. ibi, & est
verum quòd de iure expectentur decem
dies, sed de consuetudine seruatur con-
trarium, quia illi decem dies non expe-
ctantur. Bart. ita in d. l. qui vltimo. Tamẽ
idem Bart. in l. non tantum. de appella-
tio. dixit quod potest fieri executio in-
fra dies decem: qui dãtur ad appellandũ,
per illum tex. dicẽs, quòd iudex facit eos
abigare, vt loqui non possint, quia text.
videtur loqui in confesso. tamen dicit gl.
quod requiritur, quòd sit etiam conui-
ctus vt non appellet. per l. ii. C. quomodo
appellan. quæ glo. est singularis secundũ
Guliel. quod confessus ante sententiam
si non potest appellare, ita nec alius pro
eo, licet regulariter quilibet possit appel
lare pro condemnato, qui ducitur ad sup
d plicium d. l. non tantum. & l. addictos. d
Non autem licitum est eum de facto exi
mere de manibus familiæ. l. addictos de
episco. aud. quod est verum, nisi interpo
sita fuisset appellatio: quia si non obstan-
te appellatione iudex vult facere execu-
tionem de condemnato, potest sibi resisti
secundum Bal. in d. l. addictos. qui dixit
quòd executor si viderit quod sibi aufe-
ratur in itinere condemnatus nõ potest
illum occidere, secũdum Bart. de Capua.
per tex. in l. ita vulneratus. ver. igitur. ad
leg. Aquil. & si faciat punitur, nisi de hoc
à iudice habeat commissionem. & subdit
Bal. quod iudex non debet exequi sentẽ
tiam capitalem si condemnatus appella-
uit, & si faciat, capite punitur. l. lege Iu-
lia. ad legem Iuliã de vi publi. & ibi Bar.
quod est verum, nisi appellatio esset ma-
nifeste friuola. extra. de appellat. cap. cum
appellationibus. & licet glo. in d. l. non tã
tum. dicat quòd in capitalibus fit execu
tio infra tempus datum ad appellandum,
tamen Bar. & Ang. & Ioan. de Imol. ibi
tenent contrarium dicentes, quòd ibi
fiebat de facto, per gl. in l. qui vltimo. de

pœnis.nisi renuntiasset appellationi, secundum Bar. in l.addictos.C.eod. & de episcop.audien. & hoc tenetur communiter Guliel.tamen dicit an d.l.addictos. quòd si non appellauit & fuit facta executio intra decem dies, quòd valet de cõsuetudine.& cum opin. communi tenet Sal.in d.l.addictos. vbi etiam Raph. idẽ tenet.& speciale,est in multis casibus in quibus propter criminis immanitatẽ statim fit executio.l.constitutiones, de appel.& l.si quis filio exhæredato.de iniust. testamen.& l.cum res.C.de pœnis.& vbi quis delinquit in cõspectu populi. vt no. Inno.in c.statuimus.de offic.dele. secundum Bal.in d.l.addictos.de epis.aud. vbi
12 dicit,quòd † paria sunt occidere innocentem,vel eum qui confugit ad iustam defensionem iuris.arg.ff.ad leg. Iul. repe.l. lege Iul.§.fin.& idem Bal.in l. si quis filio.§.hi autẽ.de iniu.test. Et dicit Raph. quòd d.l.non tantũ, habet locum in qualibet pęna capitali,seu corporali. arg.l.j. de bon.dam.quia text. dicit suppliciũ,& non vltimum supplicium. & per glo.l.ij. de offic.eius.& per tex.in auth.de col.§.
13 ad hæc vero. ¶ † Quod autem dictũ est supra videlicet,quòd damnatus capitaliter non posit infra decem dies duci ad supplicium, est verũ, nisi esset latro insignis qui renũciauerit defensionibus suis, quẽ cõstat nullas habere defensiones,& ideo non habere ius differendi executionem secundum Ang.& Ioan.de Imol.in l.custodias.de public.iudic.per not.in l.prouinciarum.C.de ferijs. Licet regulariter
e nõ posit renunciare defensionibus,[e] secundum Ang. latius in d.l. non tantum. vbi Bald.dixit, quòd vbi executor viderit sententiam capitalem iniustam non debet exequi sed differre,& superiori referre,secundum Innoc. de offic. deleg.c.
14 pastoralis. ¶ † Vnde si iudex non admiserit appellationem in criminali tenebitur leg.Iul.de vi publi. & condemnatus erit infamis:vt l.a proconsulibus.& l.quoniã. C.eo.vbi dixit Bald.quòd si iudex nõ detulit appellationi punitur ipse & eius officiales,nisi contradixerint apud acta & etiam assessor,nisi esset confessus & conuictus, vt supra,ideo sit cautus, quia postea tenebitur in syndicatu, & ex vinculis causam dicet, quia tenebitur capitaliter,vt infra videbis. Et adde quia Bald.in l i. ne ex delict.defunct. videtur tenere
15 † si infra decem dies à sentẽtia fuerit appellatum non potest fieri executio capitalis quando sententia esset lata contra conuictum,aut sponte confessum,vel inuentũ in flagranti crimine,quia tunc appellatio esset notorie calumniosa, vnde per iudicem debet appellatio præcludi.& quòd Bar.dixit ,quòd abigantur in ore, hoc nõ esset improbabile, quia iudex nõ debet pati suam iurisditionem eludi, & quod est notorie iniustum , videtur ineptum,per Innoc.in cap.j.de offic.vic. Et ideo hoc casu omnis appellatio videtur incisa,vbi etiam dicit, quòd quando est confessus tantum dubitatur,an procedat appellatio.& glo.in cap.Roma.§. sinautem. de app. in vj.dixit, quòd non,præsertim quando fuit traditus morti nõ reuocata confesione,quã sequuntur assessores qui omnes sunt homicidæ, quia in camera torquent & in banco faciunt scribi,quod sponte est confessus,vt sic respõdeant vt sibi videtur. de procur.l. inuitos.§.is qui.& vbi iudex feruore,vel odio procederet iniuste teneretur.leg. Corn. de sic.& leg.Iul.ff.ad leg.Iul.repe.§.fina. & teneretur leg.Iulia.de vi publ.qua lege tenetur si post appellationem morti tradiderit & iniuste impedierit appellationem.d.l.Iulia.& econtra si faciat in veritate iustitiam quamquam contra confessum per tormenta cum ipsi iudici esset nota culpa,dicitur ius facere.ad hoc not. in l.frustra.de pœ.glo.Bald.in d.l.j.ne ex delict.defunct.& vide & adde Bald.in repe.§.proficisci.q.12.qui dixit,quod licet potestas qui abstulit defensionem puniatur ac si occideret innocentem.l.lex Iulia.§. hodie. ad leg.Iul. repet. est verum, nisi hoc faciat ex causa,quia erat confessus, secus si est appellatum. d.l.addictos & ita est consuetudo. & vide Cyn. in l.j. C.quo.ap.& glo.in d.l.non tantũ.qui dicit,quòd cõfessus nõ appellat nisi causam alleget,& tñ recipitur appellatio cuiusq; & facit, qđ no.in c.pactũ inter hæredes. de pact.vbi damnatus nõ põt renuntiare appellationi,& vide in c.regni si iuste.de tormentis.Et vide infra in cap. an pote-

stas qui misit. in verbo, condemnatio. Et adde quia licet dicatur, quod si quis est damnatus ad mortem, quod quilibet pro eo potest appellare per l. non tantum. ff. de appellationibus, est verum quando ipse dãnatus esset in fortiam iudicis, & ad supplicium duceretur. quia est periculum in mora, non tamen, quando non esset in fortiam, nec ad supplicium duceretur, q͂a tunc si non posset appellare principalis, non posset appellare alius pro eo, nisi ꝑ suo interesse veniret, quia admitteretur. per glos. sing. in l. seruum quoque. §. publice. ff. de procuratoribus. in solutione cõtrarii. l. Lucius. de appellationib. & l. seruos. de public iud licet talis pro interesse alias non amittatur. d. l. non tantum. vbi hoc permittitur ratione cuiusdam cognationis abusiuæ, quæ est inter hominem & hominem ad benefaciendum: vt ibi no. glo. ita consuluit Petrus de Vbaldis, quod est inter consilia Bald. sub num. 348.

16 ¶ † An a sententia lata contra officiales in syndicatu posßit appellari? Cõis regula est, quod omnis grauatus per diffinitiuam & in omni causa appellatio. l. & in maioribus & in minoribus. C. de appell. & dicit text. in l. i. ff. eo. q͂d appellatio frequens & necessaria est regulariter omnis

f appellatio est permissa.[f] ii. q. vi. c. omnis oppressus. Et dicit gloss. no. in l. qui restituere. ff. de rei vendi. quod in omni casu permittitur appellari. vbi nõ reperitur lege prohibitum. Propter quod Bald. in rubric. C. de appellationib. dicit, quod vbi iustitia est oppressa semper appellatur. In quæstione autem nostra allegat text. in contrarium. in l. nulli. C. quorum appel. non reci. quod a sententia lata contra officialem in syndicatu non appellatur. In quo aduerte quod illa lex hoc non videtur dicere pro regula, & est illius legis dubius intellectus, quia aliqui intelligunt eã in casu speciali, aliqui vero generaliter. In quo reperio primo, quod Iacobus de Rauenna, quem originaliter vidi, dicit declarando legẽ illam, quod executor vel præpositus in officio male se habuit, ita quod sit conuictus & condemnatus de hoc, ꝙ non appellet, & non haberet locum, quãdo conuenitur ex causa sui patrimonii, vel alias, non ratione officii. quia tunc condemnatus potest appellare. Dicens, quod si rex daret iudices qui cognoscerẽt qualiter balliui vel præpositi sui habuissent in officio, & conuicti condemnarentur, non possent appellare. Cy autem intelligit legem illam simpliciter, quod officialis in officio delinquens si est condemnatus non appellat, quia iura præsumunt contra eum, dicens, quod potest inquiri contra ipsum, quia in officio præsumitur deliquisse si sit in aliquo condemnatus, & ita Cyn. Bartol. aliter intelligit, & sic sumat illum tex. Officialis alicuius iudicis a sententia contra eum lata de delicto cõmisso in officio per eundem iudicem ab illo iudice non appellat, secus si in alia causa fuit conuictus, dicens aliquos tenere indistincte, quod officialis a sententia per syndicum lata non appellat. tamen ipse Bartol. dicit, quod illa lex loquitur quando est condemnatus criminaliter de delicto commisso in officio: secundum gloss. ibi, quod illa lex non habet locum, nisi quando nuncius, notarius, vel assessor condemnatur ab illo iudice cuius erat officialis, quia non præsumitur, quod suus iudex ferat contra eum iniquam sententiã, nisi expreßisset delictum dicens, quod ista fuit opinio Placen. quam ibi Azo ponit in summa sua. & glo. iuris canonici intelligit illam l. ii. quæstione sexta capitu. nulli iudicũ. vbi est canonizata. & ibi Hugutio tenet hoc, quod Bart. dicit. Bald. autem ibi dicit, quod aut officialis est conuictus de barataria, & de male gestis, & non appellat, aut non est conuictus & appellat. & sic Bald. intelligit illam legem in officiali qui male gesßit officium, vt cõuictus & codemnatus non appellet, dicẽs secundum Cyn. est præsumptio, quod deliquerat ex quo est condemnatus: tamen secundum eum hoc est nimis rigorosum: & sic Bald. non firmat opinionem Cyn. Angel. ibi sequitur opinion. Bart. quod

17 † officialis non potest appellare a sententia syndicatoris lata super maleficio per eum commisso per illum textum quem intelligit quando syndicatur per suum rectorem, cui in officio deseruiebat: secus si per alium syndicaretur. dicto capit. nulli. vbi gloss. dicit secus esse, si per suum rectorem pronuntiatur sententia in causa

ciuili

ciuili vel criminali officium non tangente, qui etiam dicit, quod rector potest syndicare officialem suum de gestis in officio & de aliis. Tamen idem Angel. in auth. de iudiciis. §. nostris. simpliciter tenet, quod a sententia syndicatoris non appellatur, tamen hoc dicit præfunctorie, quia dum glo. allegat illā. l. nulli. ipse dicit: not. illā legē, quod a sentētia syndicatoris nō appellatur. Et idem dicit Lucas de Penna simpliciter in l. si coloni. de agricolis. & cēsitis. libro vndecimo. quod delinquens in officio condemnatus non appellat. Specu. autem in ti. de appel. §. iii. dixit sequendo gl. in d. c. nulli. in versi. officialium. quod non licet officiali curię, puta executori, vel tabellioni condemnato ratione administrationis in qua deliquit, appellare. alleg. d. c. nulli. vbi glos. dicit, quod præsumitur, quod iudicē offenderit, & nō præsumitur, quod iudex contra eum aliquid faciat, & quia non potest abesse a curia. & sic videntur communiter intelligere. d. c. nulli. in officiali inferiore assumpto per aliquem potestatem in aliqua inferiori administratione alicuius officii, non autem in officiali principali habente iurisdictionem, qui habet merum & mixtum imperium. Et ita tenet ibi Bald. in addit. Quę opi. Bart. Angel. & Spec. videtur mihi verior, quia in istis officialibus inferioribus assumptis per potestates aliqua sunt etiā
18 specialia. † quid si delinquant in officio possunt remoueri sine processu, & leuato velo. l. ii. de sport. vbi Bald. arg l. nullum. de testi. & l. ictus fustium. de infamibus. dicens, quod executores non idonei remouentur ab officio, & alii subrogantur per iudices maiores qui possunt maculas corporales imponere, & secus esse in vicariis villarū. ad quod facit tex. sing. in l. ne diu. C. de pœn. quod apparitor in officio delinquens damnatur & remouetur lite
g non contestata, & absens, g quod est speciale secundū Bar. & Ang. & sic videtur, ꝙ talis remotio trahit secū executionem, vt ibi. isti autem apparitores licet non habeant iurisdictionem aliquam dicuntur officiales, secundū Andr. de Iser. in ti. quę sunt regalia. in ver. potestas citandorum. Vnde concludo cū cōmuni, & magis vera opin. ꝙ regulariter posit appellari a sententia syndicatorū, quia a sententia omnis iudicis appellatur, nisi sit præfectus præ-
h torio, vel imperator aut princeps. h l. i. de offic. præfect. prætor. & authenti. quæ supplicatio de precibus Imperatori offerendis. Et istam opinio. etiam tenet Pau. de Castr. in d. l. nulli dicens, quod licet aliqui dicant per istam legem, quod potestas condemnatus non appellat. tamen illa lex non probat secundum eum. Salicet. ibi dicit, quod opin. Cyn. videtur sibi nimis rigorosa, sed fatetur per illum textum, quod si potestas est legitime conuictus prout debet de barataria, quod non appellat. Et idem tenet ibi Albert. de Rosa. qui legem illam intelligit de istis inferioribus. & deinde eam extendit ad potestatem, vt condemnatus non appellet. Odofre. autem intelligit legem illam in nuncio communis cui potestas quid iubet, & ille appellat, quod non posset appellare, & quod posset appellare, habet regulam pro se, & etiam habet magnam rationem, quia crimen baratariæ est similis crimini lęsæ maiestatis, vt in auth. sed nouo iure. C. de pœn. iudi. in Ducali dominio Mediolani est decretum, quod à tali sentētia non appelletur. Et quia Rex Robertus dum condidit capitulum regni, quod incipit, vulgaris famæ. de hoc dubitauit. & ideo sequendo opin. Cyn. statuit, quod officialis in syndicatu condemnatus non posit appellare à sententia syndicatorū, nisi causa fuisset introducta in regia curia, tamen illud capitulum fuit ad beneplacitum regis, & non fuit editum pro lege perpetua, & morte ipsius regis fuit expiratum per l. iurisperitos. de excus. tuto. cum simil. Quod capitulum licet fuerit ad beneplacitum, obseruatur in regno, quod non appellatur, & fit executio, qua facta supplicatur principi per authen. quæ supplicatio. de prec. Imper. offeren. & per d. c. nisi esset executio irretractabilis, vt si esset causa criminalis, quia non fiet executio. not. in l. ii. de appella. C. & in l. si quis prouocatione. vbi à tortura appellatur, quia est irretractabilis, vel nisi sententia ipsa traheret secum executionem, vt quia potestas esset absolutus, quæ absolutoria sententia traxit executionē, vt in l. metū. §. sed & quod. ff. quod met. cā. & in c. pręterea

terea requisisti. extra de appel. & Bald. in l. sed & si possessori. de iureiur. quia posset supplicari tanquã executione facta.

a ¶In syndicatu.] *Vide infra per eũdem in uer. an stante dicto statuto & quod ibi dicam.*

b ¶Tenetur.] *Vide dom. Alex de Imo in l. argen. § si in fi ff de eden.*

c ¶Assessor.] *Adde Felin. in c si quando circa prin de offi. deleg.*

d ¶L addictos.] *Et ibi uide Bald in i. col uersi. quarto not & Felin in c cum super. de re iudi. & quod ibi dixi in apost.*

e ¶Defensionibus.] *Vide Felin in c. si diligenti. de for. compe. circa princ. l uersi secundum corolarium. & in c cum uenisset. in ij colum. in uer in glo fi. de testib.*

f ¶Permissa.] *Vide Spec in tit de appel. § i ubi ponit 37. casus in quibus est prohibita. & in §. postquam in prin in uersi. & quidem ponet regulam & quòd regulariter est permissa & adde dom. Barth Soci in consi. 195 incip circa primum. uersi. sed præmissis non obstantibus in consi 300. incip in causa uersi secundum est in ij parte. Et adde quòd in re dubia iudicandum est potius deferendum esse appellationi & appellari posse quàm non & ibi per eum in d. consi in uer præterea in re dubia*

g ¶Et absens.] *Secus autem si aliter delinqueret: ut no glo sum iij q ix.*

h ¶Princeps] *Fallit quando princeps fert sententiam ex relatione alterius. & ita est in l a pa ut per d Bar Soc in consi. 195. incip. Circa primum in uer postremo posito in ij part sed nunquid quis appellare poßit à sententia delegati à principe superiore non recognoscente concedente sibi licentiam sententiandi super his à quorum sententijs appellare non potest uide per eum ibid in princ. d consi & in uersi ex quibus uidetur inferri cum uersi seq. usque ad uersi. circa secundam difficultatem. Et ibi etiam an hodie à sententia senatoris ibi in uersi. ex quibus uidetur inferri in fi & ibi etiam an à sententia subrogati loco alterius iudicis à cuius sententijs quis non poterit appellari ibi in uer. cõfirmatur ista responsio.*

SVMMARIVM.

1 *Statuto disponente quòd à sententia syndicatorum appellari non posit, an nihilominus non subditus appellare posit & nu 4. et 5.*

2 *Appellatio si aliquando remoueatur, intelligitur de friuola & similiter in exceptionibus nu 3.*

6 *Supplicatio an uideatur remota, remota appellatione.*

CAP. II.

1 AN si statuto † superioris, vel priuilegio principis caueatur, quòd à sententia syndicatorum non posit appellari, vt est Capuæ, Gaietæ & in multis ciuitatibus regni, & in fœlicißimo ducali dominio Mediolani posset appellare capitaneus condemnatus, qui est forensis, vel non subditus statuẽtis, cum statuta non ligent forenses. l. fi. de iurisd. omn. iudic. & non posit statutum tollere defensiones, quæ sunt de iure naturali. inst. de iure natu. gent. & ciui. §. & si quidem. Dic quod non obstantibus istis non potest appellare, quia est subiectus loco, in quo deliquit. auth. qua in prouincia. vbi de crimine. cum simi. Et potestas appellatur ciuis illius ciuitatis vbi est potestas l. ciues. de incol. lib. xi. Et quia ius ciuile potest in particulari ius naturale tollere, licet non in totum. de iusti. & iure. l. ius ciuile. Vnde valebit tale statutũ seu priuilegium: si tamẽ sententia esset dolosa poterit contra eam excipi de dolo. arg. l. nõ distinguemus. §. cum quidam. de arbit. vbi dicitur quòd contra sententiam arbitri à qua non potest appellari. vt l. diẽ proferre. §. stari. de arbitris. potest de dolo excipi secundum quendam. docto. antiquum, qui aliqua scripsit in ista materia syndicatus. quibus adde quòd quãuis statutum vel principis rescriptum dicat ꝙ non posit appellare à sententia syndicatorum, intelligitur de appellatione iniusta, quia si appellatio continet iustitiam apertam inferior non potest illam tollere, & princeps non vult, ita Bald. in l. fin. C. de senten. allega. cap. vt debitus honor. de appellat. vbi text. quòd appellatione remota intelligitur de friuola, non autem de iusta. & facit quod dicit Bart. in

1 l. i. quod vi aut clam. † quod vbi remouetur appellatio intelligitur de friuola. & idem Bartol. in l. prima. §. interdum. ff. à

quibus

quibus appellare nõ licet. vbi dicit quòd clau
ſula, appellatione remota parum aut nihil ope
a ratur. a ad d. l. fina. C. de ſenten. Secus dicit
vbi Imperator expreſſe remouet appellatio
nem à diffinitiua, quia operabitur ſecundum
leges, & ſecundum canones, de quo vide
ibi glo. Bar. & Modernos vbi Ang. dicit con-
tra Bartolum quòd illa clauſula operabitur
in caſu, vbi expreſſe non remouetur ap-
pellatio à diffinitiua, & ibi vide quid de iure
canonico, & quid de iure ciuili, vbi dicit etiã
Angel. quod de iure canonico operabitur iſta
clauſula quòd non poteſt appellari à diffiniti-
ua, niſi expreſſa legitima cauſa, quæ ſit in iu-
re clara. capitul. paſtoralis. de appellati. quo
caſu iudex tenetur deferre tali appellationi,
ſecundum Docto. in dict. cap. paſtoralis. & in
capitul. vt debitus. Et dicit gloſſ. in capitu.
conqueſtiones. de reſtit. ſpoli. quod remotio
appellationis nihil operatur vbi manifeſte ap
paret de iniuſtitia ſeu grauamine. vbi Anto.
de Butrio & facit gloſſ. in l. ciues. de appellati.
quod vbi non poteſt appellari, poterit ap-
pellari vbi apparet manifeſtum grauamen:
ideo dicit Innocen. in capi. vt debitus. de ap-
pel. quod vbi remouetur appellatio poteſt
appellari, ſi in appellatione exprimatur iuſta
cauſa grauaminis, tamen vbi eſt dicta clau-
ſula licet delegatus non teneatur deferre ap-
pellationi, ſi appellatur ſine cauſa. d. capitul.
paſtoralis. tamen princeps poterit ſi ſibi vide
bitur præcipere & inhibere, vt ibi, & in cap.
2 paſtoralis. §. præterea. de offic. delega. † vbi
commiſſa cauſa omni exceptione remota nõ
videtur remota illa, quæ iuris authoritate pro
cedit, ſed friuola. & facit quod dicit Bald. in l.
ij. C. de appella. quod remotio appellationis
nihil operatur quo ad principem, qui ſi vide
rit appellationem iuſtam, committit cau-
ſam appellationis, ſecundum Modernos in
dict. §. interdum. qui dicunt quod licet de iu-
re ciuili cauſa commiſſa cum dicta clauſula, ap
pellatione remota, videatur omnis appel-
latio remota, ſecus de iure canonico vt
ibi. Tamen hoc caſu ius ciuile debet intelligi
& limitari ſecundum ius canonicum, & ſic
ſecundum dictum. capitul. paſtoralis & ideo
conſului quod vbi ſunt iſta ſtatuta & pri-
uilegia, quod officialis condemnatus appel
let cum inſertione, cauſarum quæ legiti-
me appareant, & tunc ſi principi videbi-
tur, vel conſilio recipiet appellationem, &
inhibebit per ſupradicta, & obtinui in con
ſilio, quod appellatio fuit recepta facta exe
cutione vel depoſito quantitatis condemnã
tæ. Tamen datur aliud remedium hoc caſu,
vbi non poteſt appellari ab aliqua ſententia
ſyndicatorum quod poteſt veniri per viam
recurſus iuſtæ querelæ ad ſuperiorem ſecun
dum Baldum in l. fina. de edict. diui. Et dicũt
doctor. quod tali caſu licet non poſſit appel-
lari poterit ſupplicari per l. j. de offic. præfect.
prætor. quod puto intelligendum eſſe, dum-
modo pars infra decem dies ſupplicauerit vel
querelauerit per nota. in authentic. hodie. de
tempo. appellat. & in l. ij. C. vt lite penden. la-
te per Bal. & gloſſ. in l. diuus. vbi Bart. ff. de in
integ. reſti. quia qui venit per viam ſupplica-
tionis venit per reſtitutionẽ in integr. dicta
authen. & in l. fina. de in integrum. reſtitut.
quia poſt decem dies eſſet in totum cauſa ex
tincta, vt ibi notat. & in l. ex conſenſu. §. fi. ff.
de appell. Quod eſt verum quando ſupplica-
tur a ſententia inferioris & ſupplicatur princi
pi, quia non poteſt ſupplicari poſt decem dies.
Secus ſi ſupplicetur à ſententia ipſius princi
pis, vt dict. auth. à qua ſupplicatur infra bien-
nium. vt ibi & in d. l. ij. C. vt lit. pend. Et facta
executione. in authentic. quæ ſupplicatio. de
præci. impe. offe. quia vbi appellatio prohibe-
tur, ibi, appellatio non ſuſpendit. dixit Bald.
in l. quoniam multa. ad leg. Iul. de vi. Quia cũ
nec poſſit venire per viam ſupplicationis ip-
ſa ſupplicatio non impedit executionem. d.
auth. quæ ſupplicatio. niſi illa ſuccedat in locũ
appellationis. argu. ff. ſi quis cautio. l. ſi eum.
§. qui iniuriarum. ſecundum eum l. iij. §. ſer-
uus. de acquiren. poſſeſs. Et facit l. præfecti. de
minor. quod licet a ſententia non poſſet appel
lari poteſt peti reſtitutio in integ. de quo per
Innocen. in cap. ex literis. de in integ. reſti. vbi
dicit quod ſi a ſententia non poſſet appellari,
poteſt ſupplicari. & facit l. minor 25. annis. de
minor. & gloſſ. in l. j. C. ſi ſæpius in integr. re
4 ſtitutio. In † quibus dicitur, quod licet dica
tur quod non poſſit appellari poterit ſupplica
ri, quæ ſupplicatio vt dixi non impedit exe
cutionem, per ſupradicta per not. per Bar.
& Ange. in l. ij. de appellat. recip. ff. vbi dicunt
quod id quod dicitur, quod à poſſeſſorio nõ
appellatur, habet locum quo ad executionem
non impediendam, quia licet appelletur non
impeditur executio. per textum l. j. ſi de mo-
men. poſſeſſ. qui dicit per appellationem non
impeditur effectus ſententiæ, licet quo ad alia
procedat appellatio. Tamen ſi peteretur reſti
tutio in integrum aduerſus ipſam ſententiam
ſyndicatorum, an impediatur executio vide
Bal.

Bal.in dict.authentic.quæ ſupplicatio.& Ludo.in dicto §.ſi ſeruus.& not.in clemen.j.de ſequ.poſſeſs.& fruct.per quam dixit Baldus
5 in dicta l.ſi.C.de ſentent.quod† à tribus ſententijs non poteſt appellari,nec agi aut excipi, niſi facta executione, quia poteſt de nullitate agi poſt executionem.& facit ad prædicta quod dixit Barto.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori de noui oper. nuntiat. quod vbi non poteſt appellari ex forma ſtatuti poteſt veniri ad ſuperiorem ad ſimplicem querelam.& dixit Ludoui.in l.his cuius.ff.de aqua pluu.arcend.quod vbi ſtatutum prohibet appellationem,poteſt alia via ſuccurri illi grauato, videlicet per ſupplicationem quæ eſt diuerſa ab appellatione dict.l.j.de offi. præfect. præt.& per viam querelæ glo. j.quæſt.vj.à iudicibus. Et quod notatur extra de arbitr.c.ij. dicens,quod hoc caſu poterit ſuccurri grauato per exceptionem quia contra executioné poterit excipi ſententiam eſſe iniuſtam ſecundum Baldum in quæſtione, an per ſtatutum poſsit reductio prohiberi.per l.diem proferre §.ſtari.l.j.& l.non diſt.§.in quidam.de arbit. & tenet expreſse Baldus in l.anna.C.de arb. quod licet à ſententia per ſtatutum appellatio prohibeatur, non intelligitur contra eandem oppoſitionem exceptionis ſequi. Ludouic.in l.non diſt.§.illud. de arbitr. & facit quod not.in capitul.ex literis. de in integr. reſtitu.vbi dicitur quod eſt remedium quod à principe petatur in integrum reſtitutio, quæ debet concedi cum cauſa, nam ſi princeps videret aliquam notoriam iniuſtitiam, vel cauſas grauaminis coloratas concederet ſecundum Baldum in authen.quæ ſupplicatio. & poterit etiam venire per viam querelæ & lachrymabiliter, ſecundum Ioann. Andr.in cap.ij.de arbit.& ibi Hoſt.& quę habétur in l.arbitrio.qui ſatiſdar.cogant.quæ de-
6 pendent ab illo articulo.† An remota appellatione ſit remota ſupplicatio, in quo gloſſ. in l.j.de offic.præfect.prætor.dixit quòd non
b & in auth.quæ ſupplicatio b ſecundum Bald. de quo vide per gloſſ.ordin.in cap. ex literis. de in integr. reſtit. vbi gloſſ. idem voluit, quod vbi eſt remota appellatio poſsit ſupplicari. quam gloſſ.ſequitur Ioan.Andre. & Anto.ibi licet gloſſ.ſit contraria iuris ciuilis. l.ſi.C.vt lit.pédé.quā approbāt cõiter doct.in l.penul.de in integr.reſt.ex quo glo. in d.l.ſi. dixit quod ſicut quis non audit appellās poſt binā appellationē à ſe interpoſitā.l.j. ne liceat tertio ꝓuoca.ita ēt nec ſupplicās.& hoc tenet Io.de Imol.in l.ſi qui ex cõſenſu.§.ſi.de appellatio. Et non obſtat authen. quæ ſupplicatio. quia loquitur quando quis prohibetur appellare propter iudicis dignitatem,& non quando quis prohibetur appellare propter contumaciam.nec obſtat gloſſ.in cap.ex literis.quia debet intelligi gloſſ. illa quando remouetur appellatio alia ratione quam per contumaciā, licet cano.illam gloſſ. intelligant generaliter non recordati de gloſſ.d.l.j.vnde in pœnam contumacis eſt verum quod non poſsit ſupplicare, ne quod vna via ſibi denegatur alia concedatur.& vide aliquid per Bald.in d.l. j. de offic.præfe.prætor.& in capit. ſuſcitata. de in integr.reſtitut.per Innocent. Ex quibus concluditur quod ſtante dicto ſtatuto, vel priuilegio officialis qui vult audiri in cauſa ſupplicationis debet primo appellare vel ſupplicare, & deinde parere iudicatis, & cum hoc facit, debet proteſtari,quod facit ex neceſsitate impoſita per priuilegium & per ſententiam, à qua non poteſt appellari,& hoc facere viribus præturæ compulſus,& non renunciando iuri,ſuo,& quod poſsit proſequi grauamen non renunciando appellationi & recurſui ſuo,vt in c.cõqueſtioni.de offi.dele.in c.ſi. iuſte.de app.& animo repetendi quo caſu cū ipſe pareat,ſentētię ex neceſsitate,nō videtur ſuo iuri renūtiare.ſecūdū Bal.& Saly.in l. adolen.de exe.rei iudi.& tenet Inn.extra.eo.c.ad ſollicitudinē.& in c.quod ad cõſultationē.de re iud.& in c.ſignificauerūt.de teſt. Et etiā poterit officialis ꝓuidere ſibi opponēdo in executione exceptionē nullitatis apparētis ex eiſdē actis,quę nō requirat altiorē indaginē,iuxta ea quę habētur in l.iiij. § cōdēnatū. de re iud. Quibus adde ꝙ licet ſtatutū dicat ꝙ non poſsit appellari à ſentētia lata ꝑ ſyndicatores, poterit appellari à ſententia ferēda,ſecundum Bal. arg.glo.in l.ſi.C.ſi reus vel accuſa.mort. fuerit.ſicut in excõmunicatione dicitur et quādo executio illius ſentētię eſſet irretractabilis qa tūc licet nō poſsit alias appellari ex forma ſtatuti,appellabitur per not.in l. addictos. C. de epiſcop.audi.cum ſi.

a ¶ *Operatur.] vide quæ ad hæc habetur per Feli. c non nulli de reſcrip.in xxv col & in c paſtoralis § cum autem de offi.dele.*

b ¶ *In aut quæ ſupplicatio.] Et ibi vide dom. Iaſ. may in vi col cū nõnullis cõcor.ibidē ꝑ eū ſignatis et adde Pau de Caſt in l ſi C de edic. diui adri tollen & Ludo.in rub de arb verſ. ſciendum tamen.*

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Appellari an poßit ab interlocutoria syndicatorum stante statuto, quod a sententia syndicatorum non poßit appellari? & numero 4 & 5.*

2 *Contumax licet non poßit a sententia appellare tamen potest appellare à condemnatione expensarum si modum excedant.*

3 *Appellare à sententia lata super aliquo emergenti per arbitrium quando affertur praeiudicium processui.*

6 *An ille qui non appellauit poßit agere contra iudicem de imperitia.*

7 *Iudex appellationis si confirmauit sententiam latam per imperitiam quis faciat litẽ suã? Et si tres fuerint conformes nume. 11.*

8 *Iniustitia pronũtiationis facta inter pares purgatur per desertionem appellationis.*

9 *Iudex an sit liberatus in syndicatu si pars appellauerit et deseruit appellationẽ. n. 6. & 7*

10 *Iudex qui tulit iniquam sententiam à qua est appellatum & appellatio pendet, potest in syndicatu condemnari.*

CAP. III.

1 IN stante† dicto statuto, vel priuilegio principis, quod a sententia syndicatorum non possit appellari, si ipsi syndicatores proferant aliquam interlocutoriam ĩ incidentibus vel emergẽtibus in lite, vel aliud grauamen inferant super aliquo articulo per interlocutoriam, posit appellari à tali interlocutoria, & quia de facto habui semel quod fuit appellatũ, quia syndicatores emiserant banna quod infra breues dies quærelare volentes cõpareat, aliàs non audirentur, & erat ibi priuilegium, quod non posset appellari a sententia syndicatorum, in quo consului, quod poterat appellari saltim cum causis egitimis. Et primo authoritate Bald. in l. incerti. de interdictis. vbi dixit in repe. In fi. quod licet non appelletur à sententitia lata in posessorio, potest appellari ab emergenti, vel incidendi, secundum Innoc. extra de testi c. significauerunt. quãdo emergens non habet naturam principalis, quia examinatur iustitia eius seorsum a principali, secus si ex eadem causa dependeat, quia tendit ad idem, & sit eadem ratio. argumen. l. fin. de sen. & facit. l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de mino. secundum Bald. ibi & hoc dicit idẽ Bald. in l. i. C. si de mo. posse. fuerit appellatum tenere Cyn. in l. si ex causa. §. nũc videndum. ff. de mino. Tamen ipse Bald. in l. prima videtur tenere contrarium dicens quod remota appellatione à sententia uidetur remota ab omni illo, p quod venitur ad eam si tangit negotium principale per. l. oratio. ff. de spon. dicens hoc esse verum de iure cano. per nota. per Inno. in capitulo finali de noui oper. tamen Bald. in dict. l. prima non dicit contrariũ eius quod dixerat in l. incerti. quia loquitur quando articulus a quo appellatur tangeret negocium principale. Tamen idem Bald. in l. post sententiam. C. de sẽten. dixit alleg. Gulielm. de Cun. in dict. §. nunc videndum. dicentem, quod licet non appelletur a sententia possessorij potest appellari ab alio iudiciali grauamine illato ante sententiam, vt si iudex velit super possessorio recipere testes infames, qui debent repelli à limine iudicii, vel si nolit recipere testes vel similia grauamina inferret & idem tenet Bald. in capitu. j. de milite vassallo, quod ab interlocutoria lata in possessorio facti appellatur, puta si iudex non vult probationes recipere per dict. cap. significauere. quia non potest reparari grauamen facti secuti ex interlocutoriam in sententia negocii principalis, & idem videtur dicere Bald. in l. terminato. de fru. & litium expens. quod
2 †contumax à sententia nõ possit appellare, tamen potest appellare à condemnatione expensarum si modum excedãt, facit quod idem Bal. post multa dixit in l. iij. §. pmittitur. ff. de mi. vbi dixit ꝙ licet à præcepto in cõfessum de soluendo non appelletur. tamen appellabitur à tacita legitimatione persone, vt quia mandat solui ei cuius persona non est legitima, quod nota. Bald. in lege arbitrio. ff. qui satisdar. cogu. vbi dicit Bald. in vna le-
3 ctu. † quod à sententia lata super aliquo emergenti per arbitrium appellatur quando affertur prçiudicium processui. & idem Bartol. ibi dicit quod appellatur à grauamine illato per arbitrium

à cuius sententia non appellatur super aliquo emergenti, & non de eo quod est totius causæ decisiuum, vbi etiam. Bal. & Ludouic. ibi clarius, & facit quod dixit Bald. in l. in multis. C. de appel. quod licet verus contumax non appellet à condemnatione, tamen appellant ab his quę veniunt ex accidenti propter moram sicut est multa. & idem tenet Angel. in l. creditor. §. iussus. ff. de app. per illum tex.
4 dicens † quod vbi lex prohibet appellari à diffinitiua, tunc potest appellari ab interlocutoria lata ante diffinitiuam, alleg. Ioan. in dict. capi. significauere. & in d. c. fina. de noui oper. quia si non permitteretur appellari ab interlocutoria, illud grauamen remaneret irreparabile, & hoc etiam videtur tenere Anto. de Butr. in cap. pastoralis. de appel. facit quod not. Inno. in cap. quo ad consultationem. de re iudic. Et cõsului, quod vbi appellatur à tali interlocutoria lata in processu & ĩ qua non potest appellari, quod appelletur cum causa limita. per not. in d. c. pastoralis & procedet appellatio secundum doct. in d. l. i. §. interdum. tamen etiã secundum cano. hoc non esset necessarium quia dicit Arch. in c. inquisitionis de hæ-
5 ret. quod † quando lex. vel statuta prohibet appellationem, intelligitur de diffinitiua, non de interlocutoria, & ideo officialis in syndicatu semper debet conari appellare ab aliqua interlocutoria, vel iusto grauamine quando non confidit de syndicatoribus suis, quia si sũt ciues semper sunt contra officiales pro ciuibus eorum quod bene nota quia quotidiana.
6 ¶ † An ille qui non appellauit possit agere contra iudicem de imperitia. Inno. ꝙ sic, quia diuersæ sunt personæ, & diuersæ causæ, & diuersi modi agendi, extra de sen. ex. c. cacro. & nulla lex dicit quod qui non appellat, non possi conqueri de iudice. ff. de acti. & obl. l. ex maleficij. §. si iudex. Si autem est appelllatum & appellatio pendet & non constat de interesse partis. & idem si est deserta appellatio, quia est ac si non esset appellatum. & si est prosequuta & sententia confirmata non potest primus iudex conueniri. l. sale. pact. §. qui prouocauit. de pact. Aut appellatio est pronuntiata iusta. & tunc desinit interesse, nisi in sumptibus litis Et licet qui non appellat videtur consentire. est verum inter partes, non quo ad iudicem, quia non videtur confiteri ꝙ sententia sit iusta. arg. C. arbi. tu. cum interdicitur. secundum Bal. in d. §. iudices. vide infra proxi. c. ad quid conueniatur.
7 & in c. omis. appel. ¶ † Si iudex appellatio confirmauit ad primam sententiam latam per imperitiam quis faciat litem suã Dic quod secundus, quia sententia secunda est illa, quæ transit in rem iudicatam, quia prima fuit nouata per secundam. vt supra Bald. in d. §. iudices. & vide infra c. an si pronuntiat. ¶ Ad quid conueniatur iudex male pronuntians appellatione pẽdente Barto. disputauit late. & dixit Bal. quod pendet ex futuro euentu. ad leg. Aquil. l. in lege Aquilia si deletum. & argu. de excu. tu. l. diximus.
¶ Nam iudici sufficit quod ex actis probabiliter iudicauerit, quia causa quæ apparet ex actis non dicitur rem in dubiis dimittere. vt nota. in regula in pœnis in sexto Et ex omnibus causis etiam nouis ex quibus appellatio potest iustificare sẽtentiam ex eis debet iudex suam sententiam deffendere. ff. quod cum eo. l. Titianus. Et non ob. quod didicit testificata, quia inter alios res agitur & si non possit iudex potest pars pro suo interesse suscipere defensionem iudicis. ar. ff. mand. idemq. §. & generaliter. & l. a sẽtẽtia. de appel. Quia iterest victoris apud graues suã sñiam nõ diffamare, qa rubor est vincere ꝑ iniquã sñiam, facit de cõdi. ĩdeb. l.
a Iulia. Tñ si appellãs expresse renũciat appelationi, vr fateri se malã cãm hře a C. de fide instrumẽt. l. ii. Et iõ etiã iudex liberatur, sed secus est in tacita renũciatione, q̃ nõ inducit hãc tacitã cõfessionẽ. C.
8 de iudic. l. ꝓperãdũ. & quod not. de inoff. test. Papinianus. §. meminisse. ¶ † Et not. quod propter desertionem appellationis purgatur iniustitia pronunciationis factæ inter partes, & non inficit partem & iudicem. Bald. in d. §. iudices. in fin. de pac. iu. fir. & vide infra in c. si quid. & in alio. c. ¶ An si iudex protulit sententiam iniquã à qua pars potuit appellare & ex negligentia nõ appellauit, teneatur syn-
b dicatu? b vide Barto. in quæst. iudex qui pec

per imperitiam. & in l.i. circa fin.de app.
& in l.iii.§. quibus. de alie.iud. & in l.fi.
de va. & extraordi. cog. & plenius in l.
iii.§.si tam.de damno infect. & supra me
9 lius.cap. an ille qui nõ appellauit. † An si
pars appellãt, et deserta est appellatio sit
liberatus iudex à syndicatu, Inno. in c.sę
pe de appell.dicit ꝙ nõ, qa poterit habe-
re recursũ cõtra eũ, quia sententia transi-
uit in rem iudicatam propter desertionẽ
respectu partis, non iudicis. Et ideo dixit
Inno.in sacro vlti. col.de senten.excõ.ꝙ
si lata sententia pars non contradixit, li-
1 tor. vbi Barto. † quod contumacia vnius non est probatio contra alium, secundum Bald. in consil. suo incipien. punctus & articulus quæstionis: dicens, quod tunc talis fuga nō extenditur ad alium, in quo per culpam non requiritur. l. eius qui repudiantis. de inoffic. testamen. & Bald. in l. ad commentariensem. Tamen dubito in hoc, quia in dubio est præsumptio contra custodem. per l. penulti. de custo. reo. & in d. l. ad commentariensem. vbi Bald. ergo ipse debebit probare, quod aufugerit carceratus sine dolo, & culpa eius.
2 † quia qui dolum vel culpam allegat probare debet. l. quęstione qui dolo. de proba. cum not. tamen talis fuga probabit cōtra fugientem, quia habebitur pro cōfesso. l. eos. de custo. reo. quod est verum quā do erat carceratus pro speciali inquisitione, secus si pro generali, secundum Bald. in consilio Punctus, & articulus quæstionis, dicens, quod quando pro speciali inquisitione, ad hoc vt habeatur pro cōfesso, requiritur, quod fugerit cum captura, & cōspiratione. per d. l. eos. alias si sine, nō habetur pro confesso, sed aliter pro more iudicis punitur, secundum Gulie. in l. succurritur. quib. ex caus. maio. vbi Bal. & in l. admonēdi. de iureiur. & adde Bal. in l. i.
3 in iii. col. C. de ædi actio. qui dixit † quod qui latitat ne carceretur non dicitur aufugere: vbi dixit not. quod quādo sunt duo carceres, vnus masculorum, alter fœminarum sub vna custodia & clausura, quod si quędam mulier aufugit de carcere mulierum, & iuit ad carceres virorum, quod dicitur exiuisse de carcere, quia erant distinctæ habitationes per domos, licet sub vna claui communitionem habentes inducunt diuersitatem domorum, secus si erant distinctę solum per cellas vel cameras. l. quid sit fugitiuus. §. apud Celsū de ædi. edict. dicens quod erit excusata si fugerit causa libidinis fugiendę. per dict. l. §. Cassius. & versi. idemque. & l. isti quidem. quod met. cau. & l. igitur. de libe. causa. & idem si commentariensis permisit eam abire causa accedendi ad ecclesiam cum proposito reuertendi, quod non debet custos facere quia officium eius est tenere inclusos, nisi hoc faciat ex consuetudine publica, quia non est delictū quod publica consuetudine permittitur. ea. l. §. apud Labeonem, secundum Bald. in d. l. i. de ædili. action. quæ sunt not. & aliquando occurrentia in carceribus magnę curiæ, vbi sunt distincti carceres carceratorum pro causis ciuilibus, & pro criminalibus sub vna clausura, & aliquando accidit, quod illi de vna clausura vadunt ad aliam, & accidit quod illi qui detinebantur in clausura criminalium accesserunt ad clausuram ciuilium carcerū, quæ erat minus tuta & minus fortis, & nocte fregerunt carceres ciuilium, & omnes aufugerunt. nam fuit inculpatus carcerarius, qui permisit illos criminales accedere ad ciuiles carceres, ad quæ facit quod dixit Gul. in l. succurritur. quibus ex cau. maio. ꝙ si carceratus viderit ostium carceris apertum, & exiuerit, quod non tenebitur pœna effracti carceris, & Angel. hoc etiam refert in l. verum. de furt. & in l. i. de effr. act. & quod Bartol. not. in l. si quis. de custod. reor. plus etiam dixit Angel. in l. eos. ff. de custod. reorum. dum allegat. l. solent. quod si aliquis condemnatur, quod debeat stare certo tempore in carcere, & aufugiat a dictis carceribus, quod non tenetur ad pœnam, quia non potuit condemnari ad illam pœnam. & facit l. vis eius. C. de probationib. vbi habetur quod illicite carceratus potest iuste aufugere.

SVMMARIVM.

1 *Bonus esse quilibet præsumitur in dubio.*
2 *Carceratio est de actis seu de processu causæ.*
3 *Notario magis creditur in dubio, quàm alteri viro idoneo.*

CAP. VII.

PONE, quòd carceratus aufugit cũ notario potestatis, qui in officijs reputatus fuerat: & reputabatur homo fidelis, an teneatur potestas? Videtur ꝙ non, quia propter eius bonam famam potuit & debuit potestas præsumere fore bonum & legalem arg. ff. de re milita. non omnis. §. à barbaris. extra de pręsump. c. ex studiis.
1 & c. seq. † & quia in dubio quilibet præsu
a mitur bonus *l. omnino. C. de inoff. testa. Dyn. in rub. qui semel. & propterea nõ videtur fuisse in culpa, quia quilibet diligẽs potestas hoc fecisset. per not. in l. qđ Nerua. depositi. ratio autem quare officialis tenetur pro suo familiari, quia nõ debet vti opera malorum virorum, quorum operis vtens censetur in culpa, ideo tenetur ex quasi maleficio. glo. ff. de officio proconsu. l. obseruare. §. proficisci. & institu. de obliga. ex quasi maleficio. §. pen. & l. i. §. j. ff. furt. aduersus. hic autem potestas ab omni culpa videtur excusatus propter bona opera dicti notarii, & vt dixit Bald. in l. si crea. in fin. de pign. actio. omnis culpa videtur cessare quando aliquid fit ab eo, de quo verisimiliter erat confidendũ. ar. etiam not. in l. si patronus. ff. de confir. tutor. & facit in arg. l. fina. §. interdum. de custo. reor. vbi si vnus ex custodibus carceris aufugiat cum carcerato, alter est excusatus qui remanet, vbi Ang. dicit ꝑ illum de castellano à sociis prodito ꝙ excusatur. confirmationem adduco, quia notarius actoris curiæ est custos & conseruator actorum. vt in l. is apud quem. de edẽ. & in l. acta. de re iudic. cum ibi nota. per Docto. & in cap. quoniam contra. de pro-
2 ba. † Et carceratio est de actis seu de processu causæ, per nota. in l. eos. de appel. in quæstione an carceratus appellatione pendente debet stare detentus penes iudicem à quo, vel penes iudicem ad quem suum processum aduocauit. & dixit Angel. in d. l. fina. §. interdum. quòd nemo est qui possit se à proditione præcauere, nisi sit homo diuinus. & ideo ignoscendum sit ei, qui passus est proditionem. per tex. in l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. manda. & facit quod voluit Bartol. in l. si quis ex argen. §. an vero. ff. de eden. vbi dicit quòd dicitur casus fortuitus quando fit à famulo fugiente, de quo casu fortuito officialis non tenetur. ff. de custodia reorum. l. milites. §. si vero fortuito. pro quo facit, quia licet magistratus teneatur de culpa. l. nõ si mulier. ff. de magistr. conue. non tamen tenetur de casu fortuito. d. §. si vero fortuito. & in casu proposito videtur casus fortuitus potius, quàm culpa propter præcedentem fidelitatẽ illius notarii. vt supra est dictum, & quia notarii solent esse fidelissimi, & gerunt vicem duorum testium. l. si quis decurio. C.
3 de falsis. † & in dubio magis creditur vni notario, quàm alteri viro idoneo, glo. in authen. de hære. & fal. §. si vero. in fi. quã Bald. alleg. in authen. sed cum tenor. C. ad leg. Falcid. & sic videtur casus fortuitus. vt dicit Bald. in l. quæ fortuitis. de pigno. actio. dum loquitur de casu fortuito, vbi alleg. bona iura, præsertim si tenebat dictum carceratum in loco solito carceris, quia non posset sibi ad culpam imputari, vt not. Bald. in d. l. si creator. in fin. de pign. act. C. & facit l. pignus. eo. tit. & plus dixit Bald. ibi quòd in dubio non apparente an sit culpa, vel casus non potest fieri sententia cõtra reum, præsertim si erat iniuste carceratus, qui licite poterat fugere. l. vis eius. C. de probatio. Vel si erat in actu liberationis in quo minor custodia requirebatur vt no. Bart. post glo. in l. si pecuniã. §. sed si accepit. de cõdi. ob cãm ff. de hoc vltimo supra latius diximus.

a ¶ *Bonus.] Adde do. Franc. Aret. in l in substitutione circa fin ij col de uulga & pupil & do. Feli in cap dudum de præsump & do. Phil. Cor. in consi. 14 incip. supra in litera b. in ij parte.*

SVMMARIVM.

1 *Potestas an debeat tractari tanquàm ciuis. & nume. 3.*

Pote-

2 *Potestas pro delicto commisso in officio debet puniri pœna ciuium? ubi alia pœna esset in forensi.*

Ciuilitas officialis.

C A P. I.

1 AN potestas & sui† debeant tractari tanquàm ciues in statutis & alijs? Dic quòd sic, quia quilibet potestas & rector cũ sua familia est veluti ciuis durante officio, & in syndicatu, quia ciues appellantur municipes, & econtra l.i. ad municip. potestas appellatur magistratus municipalis. arg. l. magistratus. ad municipa. & l. Lucius. & l. filius. §. senatores. & l. muni. §. iudex. & C. de incol. l. ciues. & l. fina. in glo. quæ de Rufino Guasco. ponit tamen deposito officio definit illa ciuilitas, arg. not. in l. Barbarius Philippus. secundum And. in consi. 23. vbi dicit idem in prælato qui ratione prælaturæ est ciuis, quod deposita prelatura definit ciuilitas eius, & vide in c. an officialis durante officio. & in verbo, gabella. infra. ¶†Potestas pro delicto
2 commisso in officio debet puniri pœna ciuium, vbi alia pœna esset in forensi, quia est caput ciuium, & ideo debet eodẽ priuilegio gaudere, quo sui ciues gaudent. argu. l. quo ad statum. de testa. milit. & quia est ciuis donec est in officio. glo. in l. fi. C. de incolis. idem in eius familiaribus, quia eius priuilegio gaudent. l. i. de Episco. & cleri. de iudi. l. non alias. § ii. Bald. in d. §. proficisci. Bart. in l. filij. § fin. ad municip. & in d. l. ciues. & quanquam officialis habeatur pro ciue & forum sortiatur vbi officium exercuit, non couenitur ibi: nisi pro his quæ ibi gessit ratione officij, non in alijs secundum Bart. in tracta. represaliarum in ij. quęst. principali, & intantũ est ciuis, quòd offendens officialem punitur pœna paricidii. d. l. fin. vbi Bal. & vide Cyn. in l. si non conuicii. C. de iniur. & vide supra in titu. de offi. syndicatorum. in cap. fin.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum ciuitatis loquens de ciue habet locũ in potestate & officialibus.*
2 *Præpositus regimini alicuius ecclesiæ efficitur ciuis quandiu durat in illo officio.*
3 *Reges habent ius patronatus in episcopatu suæ ciuitatis.*
4 *Ciuis non potest esse officialis uel assessor in suæ ciuitate.*

C A P. II.

1 
STATVTVM ciuitatis† loquẽs de ciue habet locũ in officialibus: quia ipsi cũ tota familia durant officio sunt ciues ciuitatis ẽt durãte syndicatu, quia ciues appellantur municipes: & econtra secundum Franc. Accur. per l. j. ff. ad municip. quia potestas appellatur magistratus municipalis. l. magistratus. ff. ad municip. l. Lucius. & l. filii. §. senatores & municipes. & glo. in l. ciues. C. de incolis. lib. xj. vbi de Rufino potestate Bononiæ per quam glo. dixit Bart. in l. i. ff. ad municip. quod miles positus in aliquo loco ad exercẽdum militiam efficitur ciuis illius loci. alleg l. municipes. § fi. eo. tit. in-
2 ferẽs propterea† quod præpositus regimini alicuius ecclesiæ, & sic illi militię etiam efficitur ciuis, ciuitatis vsque quo durat in illo officio siue exercitio, & dixit Bald. in §. proficisci. quod officialis est caput ciuium, & venit puniendus pœna ciuium, & debet propterea gaudere priuilegiis q̃bus ciues gaudent, arg. de re mili. l. quod constitutum. & per l. ciues. supra alleg. dicens idem esse in suis familiaribus. arg. l. j. de episc. & cleric. quę not. quia alias allegaui in quęstione ciuitatis quę habebat ex antiqua consuetudine vel priuilegio, q̃ non tenetur soluere ius herbagii in territorio alterius ciuitatis quod hac immunitate etiam gaudere debet officialis, aut dominus, aut Baro ciuitatis illius, quia ipse Baro, vel dominus ciuitatis, vel terrę est ciuis, & est vtilis dominus territorii suę ciuitatis, & terrę vt in constitu. regni constitu. & in constitutio. consuetudinẽ, & in simil. & ad ipsum spectat ius herbagii in terra sua & si conuicini corrodunt territoria sua de suo corrodunt, ergo ipse potest, & debet corrodere conuicinos, argu. c. regni. pondus ęquum, & quia caput est ciuium. pro quo facit glo. in c. omnes principes. de maiorit. & obedien. vbi dici-

tur quòd magistratus & Reges dicuntur habere tot domicilia, quot terras habent ad eorum mansiones paratas, licet habeāt vnum domicilium principalius, quod refert & sequitur Bartol. in l. assumpto. in fin. ff. ad municip. & vide Bald. in l. si quis ad declinandam. de episco. & cler. vbi posuit in quo loco soluant decimas & iura parrochialia, allegando Innocen. in c. ij. de sepul. & vide in clemen. pastoralis. de re iudica. & cano. in c. ex parte. de foro cō peten. & dixit Bald. singulariter in cap. quanto. de iudic. † Reges habent ius patronatus in episcopatu suæ ciuitatis. alleg. Archidia. 43. distin. dicens notabiliter pro ducibus Alamniæ. & vide supra in c. officiali. & iudicibus. in tit. de syndicatoribus. ¶ † Ciuis vnius prouinciæ, vel ciuitatis non potest in eadem esse officialis, vel

4 assessor ratione suspitionis. ff. quib. ex causis maior. l. hi qui. & l. si cui. & in iuribus ibi alleg. in glo. in constitu. regni iustitiarij per prouincias. vbi de omnibus officialibus, qui ciues esse non possunt in prouinciis eorum & in constitu. vt participatio. per Andræam de Isern. & in cap. regni. Item statuimus, nec ibi matrimonia contrahere ipsi, vel eorum filij, sicut etiam est de iure communi, vt in l. i. C. si rector prouin. & in titu. si qua præd. potestate, & vide supra in verbo assessor. Si statutum ciuitatis imponat pœnam ciui non expedienti causam coram se agitatam infra certum tempus habet locum in forensi electo ad officium in hac ciuitate, quia efficitur ciuis & subditus ciuitatis glo. in l. ciues. de incolis. lib. x. vbi Bar. in l. j. & in l. municipes. in fi. ff. ad municip. igitur eius negligentia potest puniri ibi. & sic de delicto consummato ratione negligentiæ tenebitur ad pœnam. per not. per Ioan. And. in c. perpetuæ. de elect. in vj. & in rub. de pęnis. secundum Ludouicum. 415.

SVMMARIVM.

1 *Potestas, seu alius officialis potest pronuntiare tam in ciuili quam in criminali cum consilio suorum iudicum.*

2 *Potestas si dicat in sententia se pronuntiasse de consilio assessoris præsumitur de consilio & consensu assessoris pronuntiasse.*

3 *Potestas si tulerit sententiam iniquam de consilio vicarij punitur vicarius.*

Consilium.

CAP. I.

1 POTESTAS, seu alius † officialis debet pronuntiare tā in ciuili, quàm in criminali cum deliberatione suorum iudicum. l. humanum. C. de legi. & l. penult. C. de sacrosanct. vbi Bald. pro quo facit l. dubium. C. de diuor. Bald. in l. j. C. qui accusa. non poss. non tamen debet potestas aliquem ex suis iudicibus ad consentiendum cogere minis, vel alio modo, si vellet aliquem punire, vel absoluere contra ius, quia ex hoc in syndicatu tenebitur per id quòd Bar. dicit in l. i. in princ. ff. de siccariis. etiam maximi magistratus qui cogerent officiales suos, quòd facerent iniustitiam tenerentur deposito officio de vi publica. l. lege. ff. de vi public. & in l. dolo. eo. titu. & ibi Bar. & ideo tunc iudices & assessores debent in actu protestari, quòd non consentiunt l. quoniam iudices. C. de appel. Quibus adde not. per Bart. in tract. repręsaliarum dicentem, si officialis tenetur de iniustitia sui præsidis, vel superioris, quòd si ipsi officiales induxerunt præsidem ad iniustitiam, tenentur. l. per hanc. de aduo. diuer. iud. & C. de excus. mu. l. pe. in fi. lib. x. Illi autem assessores, & officiales, qui sunt absentes, vel ignorantes non tenentur. l. j. in fin. de magi. conue. Si autem officiales sunt præsentes, & non consentiunt nec contradicunt. & sint tales ad quorum officium non spectat consulere, vt sunt notarii & birruarii, qui non consulunt, isti non tenentur, quia non possunt resistere superiori sine dedecore. l. i. §. officium. vt omn. caus. tam ciuil. nisi in vno casu posito ibi in glos. in quo quilibet potest resi-

a stere iniustitiam facienti, a non autem in aliis casibus, vbi iuris peritia requiritur. argu. l. ii. ff. quòd quisq. iur. quia officiales adhibiti ad consulendum tantum tenerentur, de hoc. d. l. quoniam. non alii. tamen in casu, in quo dubitaretur si assessor fuerit absens, sciēs, vel ignorās. Bar. ibi reliquit cogitādū. In quo Ang. de Are. in male-

lefic.

Iesic.dixit,quod hoc præsumetur ex quantitate personæ, vt si factum multum fuit in curia cognitum publice sciebatur, quia præsumitur, quod vt assessores sciuerint, quia vt plurimum stant reclusi in palatio.arg.gl.in l. tutor.de peric.tut.alias autem ignorantia præ
t sumitur, velut in facto alieno.l.fin. pro suo. Mihi autem videtur aliter dicendum, quod si quidem sumus in aliquo officio in quo assessores de stylo ponunt manum in processibus,in quorum expeditione,& decisione interueniunt, vel scribuntur vota iudicium in causis, vt est in magna curia, vel in consilio & tunc si non reperitur votú,vel manus alicuius iudicum in eo,quod fecit superior,non præsumitur notitiam habuisse,& probabitur illa negatiua per inspectionem processus,vel libri votorum,arg.not.per Bartol.in l.Titiæ textores.de leg.ij.vbi dicit,quod negatiua talem non allibrasse bona sua in libro,probatur per inspectionem libri,& facit tex.in l. fin.de iureiuran.& late Bald.in l.ij.de erro. aduoc. vbi autem ista non fierent, tunc si quidem superior est idiota,& protulit aliquam senté-
a tiam in officio, & causa cognita, †& tunc si potestas dicat in sententia se pronuntiasse,de consilio assessoris,præsumitur de consensu assessoris & cósilio pronútiasse, & non requiritur,quod hoc probet, secundú Cyn.& Bart. in l.diem functo.de offic.asses.qui dicit, quod semper potestas præsumitur facere de consilio assessoris.& per not.per Bald.in repet.l. diem functo.vbi dicit, quod potestas in dubio præsumitur remotus culpa assessoris ex quo eius consilio omnia sunt peragenda, & præsumitur sibi malum consilium dedisse,in authentic.vt iudic.§.j.& dicit Guil. in l.j.ff. quod quisque iur. quod si potestas protulit iniquam sententiam præsente vicario, quod præsumitur ei consuluisse, per l.quoniam. de appel.vbi autem potestas fecit aliquid extraiudicialiter & de facto,non præsumam illud fecisse de consilio assessoris quando non probatur vere vel præsumptiue eius scientia vel præsentia,quia eius officiú non vertitur, nisi in consulendo sententiam & videndo in causis vsque ad conclusionem.l.metum.§.ex facto.quod met.caus.& in authen.de iudic.§. ad hæc.& quod not. in l.certi iuris. C. de iudic.& ad alia contenta in l.j.de offi.asses.vnde si aliud non concernens assessoris officium fecerit potestas,vel si concernat & de facto fecerit,præsumitur,quod nó fecerit de consilio assessoris, quando non probatur eius præsentia,vel scientia,arg.prædictorum iurium, & quia pro assessore præsumitur, quod ratione conscientiæ non faciat contra ius.l.ij.de offic. ciuit. iudic. & l. Herennius. §. Gaia. de euict.& Cy.in l.j.de prohib.sequest.pecu. nisi aliud appareret,quod sciuerit,secundum Bald.in d.l.j.in repeti.prĉsertim.vbi de more assessoris erat quod non habitaret in palatio, vt est in regno,& veniret certis horis ad banchum, vt in constitutione regni,baiulos, quia si potestas aliquid fecerit sine conscientia, & consilio eorum non tenebuntur ipsi assessores,& etiam vbi potestas esset solitus multa facere sine assessore.argu.l.vel vniuersorum.de pigno.act.& per no.per Bar.in l.de pupil.in §. si quis ipsi prætori. de noui oper.nun. quia assessor non præsumitur sibi consuluisse per prædicta,& ita seruatur in magna curia,quando regens aliquid facit sine iudicibus,quando ipsi recedunt de curia,vadút ad domos,vel per ciuitatem,quod non imputatur iudicibus,ideo in sententijs ponuntur nomina iudicum, qui interfuerunt, in executorijs,& in alijs ponuntur sigilla iudicum, quæ si non inueniantur non præsumuntur conscij ipsi assessores,argumen.l.ij.C.de reb. alie.non ali.& Bald.in l.in fraudem. de testamen.milit.& de pace constan. in iij.col.Et ideo quando potestas male agit,assessores debent recedere, & protestari in scriptis in actis,vel quando potestas aliquem inuentum cum armis torqueret de facto, vel aliquid contra ius ageret,vt ipsi non teneantur, qui debet facere sicut Pilatus fecit in passione Christi,lauans manus suas &c.Et quidam assessor videns capitaneum torquentem sine indicijs quemdam, carceratum protestatus fuit pœnes acta curiæ, quod non consentiebat,& deinde stetit in tortura,& interrogabat tortum, qui fuit condemnatus,vna cú capitaneo non obstante sua protestatione.

3 ¶†Si potestas dedit sententiam iniquam de
b consilio vicarij,[b] punitur vicarius l.ij. quod quisq.iur.vbi dicit Guil.de Suz.quod si potestas protulit iniquam sententiam, & vicarius erat ad banchum & non contradixit præsumitur ei consuluisse,& punitur, ac si esset lata de consilio suo per l.quoniam. C.de appel. ideo assessores debent contradicere, & non associare potestatem ad banchum, quando aliquid volunt contra ius agere, quádo autẽ de consilio sapientis male pronuntiauit assessor etiam non excusatur propter consilium talis,quia iudex asserit se peritum.d.l.ij. & sibi

Imputet, quare ſecutus fuit illud conſilium l. j. in princip. & §. final. ff. mandat. & hoc tenet Iacob. de But. quod conſultor non tenetur iudici ſecundum Angel. in l. ſi filius. ff. de iudic. & vide Baldum. in l. mancipia. de ſeruis fugitiuis. & rubrica de pœna iudicis qui male iudicauit. & infra in verbo, iudex. in capit. iudex requiſitus vt pronuntiet, cum ſequent. & in verbo, aſſeſſor. ſupra.

a ¶ *Facienti*] *Adde eundem ſupra in appellatio. in i colum & quod ibi dixi. in apoſtil & in cap aſſeſſor.*

b ¶ *Vicarij*] *Adde quid iudex qui ſui magiſtri ſententiam ſequitur non tenetur in ſyndicatu ita domin Mariæ Soc in conſil 44 incipi In præſenti verſic pro qua ibi nam dicebat in i. parte & ad quid tenentur iudex qui male iudicauit vide do et Phil. Cor. in conſi 315. inc videtur in litera b. in iij. part.*

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas an excuſetur propter errorē iuris ſi fecit aliquid contra ius ex conſilio aſſeſſoris.*

2 *Eligens medicum debet eligere illum cuius fama ſit celebris.*

CAP. II.

1 AN poteſtas † excuſetur propter errorem iuris ſi aliquid fecit contra ius ex conſilio aſſeſſoris? Dic quod ſi poteſtas eum eligit non excuſatur. arg. ff. mandat. l. ſi procurator. §. tutores. & quia mala electio eſt in culpa, ſi vero reſpublica illi aſſeſſorem conſtituit, excuſatur. a argumen. l. Polla. quib. vt indign. quod dicit Cyn. verum, niſi ipſe aſſeſſor quem poteſtas elegerit fuiſſet approbatus à Doctoribus ſtudij, & haberet literas ſuæ approbationis, argument. l. argentum. & l. qui non tam idoneum. ff. commodati. quia excuſaretur ſi haberet in regno literas aduocationis, & fuiſſet examinatus per prothonotarium, vel eius locum tenentem, & ſibi conceſſæ literæ aduocationis, & aſſeſſoriæ ſecundum, regni conſtitutionem de aduocat. quia tunc cenſetur approbatus, ad officia habenda, vt in dict. conſtitutio. Quod eſt etiam verum, niſi elegiſſet illum qui fuerat exercitatus, in officijs ſimilibus in quibus ſe peritum docuit. argumento. l. j. C. qui aduerſus quos. quia excuſatur à

2 pœna. † Et dicit Angel. in authentic. de non alienād. § quia. ver. Leonis. quod ſemper quādo quis habet eligere medicum, vel peritum in arte debet eligere illum, cuius fama celebris ſit, & ampla, ad hoc vt in ſyndicatu non teneatur de imperitia. Nam eligere minus idoneum medicum, Doctorem, vel aduocatum culpa eſt. gloſſa ordinaria in l. item ſi verberatum. §. fin. ff. de rei vendicatione. Vnde ſi elegiſſet aliquem, qui fuiſſet reputatus idoneus excuſaretur, & per prædicta iura intelligerem, vt poteſtas excuſetur a culpa, ita vt non faciat litem ſuam, & non teneatur parti ad intereſſe, quia nulla ſibi culpa poſſet imputari, quia error iuris excuſat à iuris ignorantia vbi quis conſuluit peritiores, qui ſibi ſic conſuluerunt, vt in l. iuris ignorantia. de iuris & facti ignorantia. & C. qui admitti. l. iuris ignorantia. & in damno vitando & in l. regul. eodem titu. cum ſimilibus. Nam ex quo ipſe eſt imperitus non præſumitur tacere ex dolo, ſed ex culpa. gloſſ. in l. ij. §. qui magiſtratum. ff. quod quiſque. iur. & a culpa excuſatur, quia conſuluit peritiores, vt dictis iuribus, & ex dolo non tenetur dicta gloſſa & quod Bartolus dixit in l. bonorum ff. de bonorum, poſſeſſionibus vbi videtur ſentire, quod Rector imperitus excuſatur propter conſilium, & hoc etiam tenet Innocenc. in cap. ne innitaris. de conſt. Et Ang. in l. j. C. de plagiar. Secus in aſſeſſore, qui debet eſſe peritus, vt not. in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. Rector autem imperitus videtur excuſari propter conſilium periti Doctoris. arg. gloſſ. & ibi Bartol. in l. Titio fundus. de condi. & dem. & facit. ff. commod. l. argentum. Attamen vbi ipſe poteſtas tractaret de lucro captando, quia miſit proceſſum ad conſilium Doctoris optimi qui dedit ſibi iniquū & fauorabile conſilium pro curiæ ſuæ commodo, propter quod exegit pœnam contra ius, non excuſatur quin teneatur ad reſtitutionem pœnæ indebitę exacta per not. in l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. & in l. j. C. ſi ex falſis allegationibus. & per gloſſ. ff. mandat. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus vbi gloſſ. quod reperitur per condictionem ſine cauſa & Bald. in l. ſub prætextu. C. de iudic. licet illa gloſſa multis non teneatur, quando impugnaret ſententiam, non enim tenebatur ſequi malum conſilium per ſupradicta in princip. & hoc tenet Ludouic. in l. hoc adicto. ff. quod quiſque iur. dicens, quod licet propter conſilium excuſetur a pœna, non excuſatur quin teneatur parti ad intereſſe, quia tractat de lucro, captando per ſupradicta

iura

ſura. Nam imperitia aſſeſſoris electi à poteſtate eum non excuſat. Et ita fuit obtentum in cauſa cuiuſdam gubernatoris. vide infra in verbo, iudex. in c. iudex aliquid indebite exigẽs, & vide infra proxi.cap. & in ſeq.

a ¶Excuſatur] Vide Felin in c. ſuper quæſtio. §.uerum in i colum in uerſicu tene menti de offic deleg.

SVMMARIVM.

1 Iudex ſi de uoluntate partium miſit ad conſilium ſapientis, & protulit ſententiam ſecundum conſilium illius ſapientis an teneatur in ſyndicatu & nu 2.

CAP. III.

1 AN ſit† iudex de voluntate partium miſit ad conſilium ſapientis, & protulit ſententiã ſecundum conſilium illius,
a teneatur in ſyndicatu a ſi ille male conſuluit. Bart. quod ſic, in l. ſi conuenerit. de re iudi. quoniam non tenebatur illud ſequi, niſi dicant partes, quod teneatur iudicare ſecundum illud conſilium, quia iudex non tenebitur tũc in ſyndicatu. & idem tenet Specu. in tit. de requir. conſil. §.i. verſi. an. & ver. ſeq. vbi idem tenet Io. And. ibi in addi. Spec. & idem tenet Ioã. And. in regula nullus. in merc. Bar. in l.i. de exerci. in repe. §. ſi plures. & Bald. in l. mancipia. de ſeruis fugiti. & in l. manifeſtiſsimi. §. hoc. de furt. & in rub. de exercit. & in l.i. de tuto. illo. perſo. & in l. cum talis. §.i. vbi Dy. & Imol. de condi. & demon. cano. in c. ſi pro debilitate. de offic. deleg. licet Guil. de Suza. in l. humanum. de legi. dixerit, quod ſi partibus conſentientibus iudex eligat conſultorem, quod tenetur illud ſequi, niſi ſit contra legem. tamen opin. Bart. eſt vera. pro quo facit cap. cum olim. de arbit. vbi dicit Anto. de
2 Butr. †quod iudex non tenetur ſequi malum conſilium ſapientis, etiam ſi ſtatutũ diſponat, vel partes, quod ſequi teneatur niſi eſſet ex toto ignarus. per glo. in c. venerabili. de off. dele. & l. pluribus. de prætor. ſtipu. quod Imo. in d. cap. olim. dixit eſſe verum, vbi veri imperiti deputarentur iudices, quia tunc debent ſequi conſiliũ peritorum, tñ vbi ſtatutum diceret ꝙ iudex teneatur ſequi conſilium ſapientis, non tenebitur ſequi, vbi eſſet iniquum. argumen. l. Titium. de admi. tuto. & Bart. in d. §. ſi plures. cuius dicta ibi videntur habere locum in extraiudicialibus, non in iudiciis appellandi, ſecundum Bart. in d. l. ſi conuenerit. vbi Mod. & inquantũ Bar. dixit quod iniquũ conſilium non excuſat iudicem. tamen Imol. dixit, quòd ex quo partes perſonam partis conſultoris approbauerunt. vt peritum, quòd debet ipſis imputari, & iudex excuſari, quia iuſta cauſa conſueuit quem excuſare. l. qui ſolidum. §. etiam. de leg. ii. quod ſequitur Paul. in d. l. ſi conuenerit. & Bal. in §. proficiſci. vbi dicit quando partes elegerunt conſultorem imperitum. & idem Bald. in d. l. mancipia. quæ ſunt quotidiana in regno. vbi deputantur capitanei, & iuſtitiarii, aliquando doctores legum, qui non tenerentur ſequi conſilium iniquum, tamẽ ſi eſſent imperiti, & eligerent aſſeſſorem imperitũ, tenerentur, vt ſupra eſt viſum, tamen vbi eligerent conſilium doctoris approbati, excuſarentur. & vide ſupra in c. an poteſtas excuſetur. & vide Bal. in §. qui prouocauit. & Ludo. de Ro. in rub. de arbi. & vide infra.

a ¶In ſyndicatu] Adde Felin in dicto cap ſi pro debilitate in prin. iij colum de offic deleg & quod ibi.

SVMMARIVM.

1 Iudex ſi protulit ſententiam ſine conſilio aſſeſſoris: propter quod pars aduerſa dicit ſententiam eſſe nullam & ille in cuius fauorem fuit prolata petit in ſyndicatu ab ipſo iudice expenſas, & intereſſe, quia nulliter pronuntiauit quæritur an teneatur
2 Sententia arbitri non ualet qui dicit aliter quàm ſibi fuerit commiſſum.
3 Sententia bona pronũtiata ſine conſilio ſapientis an teneat. ſi iudex tenebatur pronuntiare cum conſilio ſapientis & nu. 5. & quid in notorio nu 4.
6 Imperitus literarum an poſſit eſſe iudex.

CAP. IIII.


DICITVR in literis iuſtitiariorum, & capitaneorum, qui in regno ordinantur pro Reges, ſentẽtias autẽ & decreta

proferas cum consilio assessoris, tibi per nostram curiam ordinandi. Modo resul-
1 tat dubium † si iustitiarius protulit senten-
tiam sine consilio assessoris, propter quod pars aduersa dicit ipsam sententiam esse nullam, & is in cuius fauorem est prolata petit in syndicatu ab ipso iustitiario damna, expensas & interesse, quia nulliter pronuntiauit, quæritur an teneatur. Et primo oportet scire an sententia tenuerit. Vidi quæstionem Oldrad. quæ incipit, Antiquum statutum est. vbi cōcludit sententiam non valere. argum. ff. de arbit. l.
a ij. vbi non valet † sententia arbitri, qui aliter dicit, quàm sibi fuerit commissum. & eod. titu. l. Pædius. in fine. Et quia qui modum non seruat aliter dicit. argumento ff. ne quid in flumine publico. l. j. §. quid autem. & facit glo. & tex. ff. de acquiren. hæredita. l. si quis mihi bona. §. pater filio. & in l. eum qui duobus. vbi si quid cū consilio fieri teneatur, & fiat consilio nō requisito, non valet, vt in authen. de non alie. §. quod autem. & §. si vero & C. de ven. refic. l. fi. lib. xj. & tenet Inno. de offi. deleg. si pro debilitate. & in c. de causis. & hoc etiam tenuit Bald. per illam gloss. in dicta l. si quis mihi bona. in versi. quòd si qui allegat Oldrad. in dicta disputatione. quod limitatur, nisi lis illa decideretur per casum legis quoniam. tunc non requiritur consilium sapientis: secundum Bart. in l. ille aut ille. §. cum in verbis. de leg. iii. & Bar. in l. inciuile. C. de furtis. & in l. i. C. de relig. & Bal. in l. ij. ff. de leg. ii. Quod etiam limitatur non habere locū in interlocutoria, quia non corruit ratione consilii non adhibiti, vt singulariter voluit Bald. in l. i. C. nemini licere. tertio prouoca. argum. l. i. §. quod in sen. quādo appellandum sit. Quod est verum vbi ex forma commissionis, vel statuti requiritur consilium, quia secus, si iudex ex se cōsilium requireret de quo vide per Bar. in l. i. §. quæsitū. & l. quod principi. & l. ex consensu. de appel. & Bald. in l. ex illo. C. de appel. & dixit Bartol. singulariter in l. j. de sent. aduersus fisc. latis. lib. x.
3 & in l. cum sententiam. C. de senten. † quod vbi iudex tenetur pronuntiare cum consilio sapientis, si pronuntiat sine consilio bonam sententiam, quòd valebit. Nam
a etiam imperitus literarū pōt esse iudex, vt not. Iac. Butrig. in authē. causa quæ. de episc. & cleri. & Bald. in l. j. vt quæ desunt.
4 dixit † quod in notorio non requiritur cōsilium, qui etiam dixit in d. l. j. de lega. quod vbi esset casus indubitatus, vel vbi per calumniam peteretur consilium non est requirendum. & Bart. in dicto §. pater. & in l. idemque. & Bal. in l. j. C. de relat. dixit, quod si iuris articulus est certus non debet causa committi consilio sapientis, & per doct. Modern. in l. si sic stipulatus. & in l. si mihi & Titio. §. i. de verb. obliga. & vide per Bald. in l. i. de offic. assessor. & Bar. in d. l. i. §. si plures. de exerci. vbi longa distinctio, quæ puto veram in iudice, non in potestate iurium ignaro per dicta supra & vide Paul. in consi. lxxxv. & Angel. in consi. clxxxvi. incip. Sed non videndum, & in consi. 242 incip. Visis supradictis. Et per ista poteris tibi in syndicatu consulere. & vide in verbo, iudex cap. iudex debet iudicare. ¶ An iudex excusetur propter sapientis consilium electi à partibus. Dic quod non, si consilium non est sanum nec iuridicum, nisi per partes sit actum, vel per statutum quod consilium sit sequendum. vt in l. si conuenerit. de re iudica. per Bar. tamen quod excusatur & imputent sibi eligentes est arg. in l. item si vnius. §. principaliter. de arbi. tamen si iudex proprio motu elegisset non excusatur, secundum Innoc. de offic. delega. cap. super quæstio. & quod not. eo. titu. d. c. si pro debilitate. per Inno. & Io. Andr. Bal. in §. proficisci. & supra latius. ¶ An si de volūtate partium iudex miserit ad cōsilium sapientis, & deinde tulit sententiā secundum illud consilium parte contradicente teneatur in syndicatu si male iudicauit. Dic quod sic, quia illud sequi nō tenebatur l. Titium. de admini. tutor. & l. quidam decedens. §. pen. & Bartol. in l. si conuenerit. de re iudi. & Bald. in l. mancipia. de seru. fugitiu. nisi ex forma statuti tenerentur stare consilio, ideo consulitur, quod iudex faciat poni in actis, quod partes ex nūc cōsentiūt, & pmittunt stare illi cōsilio, sm Bar. ibi quod est verū si iudex est imperitus, nā debet tūc sequi consiliū sapientis. vt no. Ioan. Aud. in c. statutū. de
5 resti. in vi. in nouella: † si tn̄ iudex qui te-

nebatur pronuntiare cum consilio sapien tis bonam sententiā tulerit sine eius consilio valet sententia, vt not. Bar. in l. i. C. de sent. aduer. fisc. & in l. cū sententiā. C.
6 de sen. Nam † & iudex potest esse imperitus. vt not. Iac. But. in authen. causa. de episc. & cler. vide supra in hoc verbo. in cap. an si iudex de voluntate partium.
a ¶ *Iudex.] Vide Fel. in in cap. sciscitatus v. col. uersi. Literatus de rescrip. ubi quid de assessore & etiam quid de aduocato.*

SVMMARIVM.

1 *Potestas qui tulit sententiam iniquam de consilio iudicum curiæ, an teneatur ad pœnam ipse & iudices eius & nu. 2.*
3 *Statutum si arctat iudicem sequi consilium sapientis, intelligitur nisi tale consilium contineat manifestum iuris errorem uel iniquitatem.*

CAP. V.

1 POTESTAS † qui tulit sententiā iniquam de consilio iudicum curiæ tenetur ad pœnā ipse & sui iudices. in authē. vt nulli iudi. §. quoniam. ver. ideo dicit ibi. Ang. quod cauti sint assessores, quod nunquam in actis faciant scribi, quod sententia feratur de eorum consilio, vel deliberatione, alias possent conueniri tempore syndicatus si sentētia iniqua fuerit, & puniuntur ea pœna qua potestates, secundum Ang. in d. §. quoniam. & adde quod excusatur potestas ratione consilij sibi dati per iudicem maleficiorum sibi datum à superiore, secundum Bal. in rub. de pę. iu. & Sal. in fi. eo. tit. per not. in l. Polla. de
2 his qui. vt indi. & dixit ibi Salic. † quod si potestas elegisset pro consilio habendo aliquem doctorē approbatū in studiis generalibus, quod excusaretur. arg. l. argentum. & l. qui tam idoneum. ff. cōmo. vel si fuerat exercitatus in officiis, in quibus peritum deceret. arg. l. i. cum ibi not. qui & aduer. quos. & not. glo. ii. q. vii. c. hoc etiā. & Imol. in l. iiii. §. in eum de dam. infect. ita limitās no. in l. ii. quod quisque iuris. & vide supra in verbo assessor. ¶ An iudex qui iudicauit non requisito consilio sapiē tis, quia pars fuit contumax in eligendo consultorem teneatur. vide Ang. in cons. clxxxiii. incip. Visis igitur prædictis. & in consi. ccxiiii. & vide eundem in consi. clxxxvi. incip. Sed nunc videndum. & in consi. cxiiii. inci. Visis supradictis quæritur ibi an teneatur consilium exquirere & sequi. ¶ An si ex forma statuti iudex debet iudicare secundum consilium sapientis, & conueniant duo obligati insolidū, & vnus eligat sapientem, alter non, an valeat sententia, dic ꝙ non, quia ille qui nō eligit poterat habere alias defensiones, & poterat esse quod ad vnum tantum pecunia peruenisset. per no. per Bar. in l. iii. §. fi. de duo. re. in vi. q. secundū Pau. in cōsi. 317. ¶ An si causa sit cōmissa consilio iudicis potestatis, qui reddidit consiliū an finito illo officio valebit sententia prolata secundum illud consilium. Dic, quod sic, quia inspicitur tempus commissionis, & non finis. c. statutum. vbi glo. de test. in vi. vbi sufficit tempore dati rescripti illū fuisse canonicum, licet desierit. & l. in delictis. §. si extraneus. de noxali. l. militis. de inoffi. testa. & videtur tex. in l. si cognatis. de reb. dub. & de ali. lega. l. item Mella. in prin. de manu. testa. l. Titia. de vulg. & pupil. in l. substitutione. de aqua plu. arcen. l. quanquam & Bart. plene in l. ex facto de
a vulga. & pup. ¶ † Si statutum[a] arctat iudi-
3 cem sequi consilium sapientis intelligitur. nisi tale consilium contineat manifestum iuris errorem, vel iniquitatem, quia semper intelligitur in tali statuto excepta manifesta iniquitas, licet generaliter loquatur. arg. l. vnde si Neruę. ff. pro soc. & l. creatur. §. Lucius ff. mand. tamen si propter consiliū iudex ꝓnuntiat, excusatur à pœna ratione causę licet iniustę. ar. l. igitur. de libe. caus. & in l. i. in fi. glo. magnę. ff. si quis ius dic. & l. pe. de ambi. secū dum Pau. in consi. xvi. Et ideo si cōsilium esset iustum tenetur sequi, alias obligatur parti ad interesse, si tamen sit malū, & illud sequatur excusabitur, ne decipiamur. aūt legis. ff. cōmo. l. incōmodato. §. sicut. i fin. & l. j. de his qui veniam ętat. & in cle. j. de rer. permu. dummodo quod fuerit petitum secundum formam statuti & in tēpore, Pau. in consi. 85. vbi ēt dixit, quod si partes conuenirent quod iudex requirat

con-

silium sapientis,non tenetur illud sequi si est malū:& si cōueniunt quòd pronuntiet secundum consiliū sapientis excusatur à mala sententia.per notat.in l. si con uenerit.de re iudic.vbi Bar.nisi esset euidenter iniquum,secundum Bar.in l.i.§.si plures.de insti.quia de iniquo consilio nō videntur partes sensisse.vbi latius.

a ¶Si statutum] *Vide Fel in c si pro debilitate de offi deleg in 3 col uer utrum autem & d. Alex de Imol in l.maiorem ff de pactis.& in consi 51. 4. parte.*

SVMMARIVM.

1 *Confessio hominis in homicidio an sit sufficiēs ad condemnationem & nu.3.4.5. & 6. Et quid in furto nu 7.*

2 *Nomen hominis occisi exprimendum est, ubi agitur de maleficio.*

Confessio.

CAP. I.



VONIAM sæpe accidit ꝙ assessores in criminalibus procedunt ad condemnationem ex confessione rei habita in tormentis & ratificata,subiicio quotidianam quæstionem.

1 ¶†Aliquis in iudicio confessus fuit hominē occidisse in nemoribus,vel in strata. An ista confessio sit sufficiens ad condēnationem.tex.in l.certum.ff.de confessis. in ver.si corpus.iunct ver.sequen.facit, ꝙ non,nisi appareat corpus hominis interēpti propter illius confessionis incertitudinem.¶In contrarium videtur glo.in l.inde Neratius.in §.fin.ff.ad leg.Aquil.dum dixit,quòd adeo dictę confessioni est stādum, quòd nisi probetur homo viuere, damnari posset confitens,nisi dicas secundum Angel.in d.l.certum.quòd vbi quis fuit cōfessus se certum, & determinatum hominem occidisse de cuius vita de facili potest liquere,& tā confitenti quàm eius amicis defensio reseruatur,quę opi.videtur sibi ęqua.alias iudicibus aperta,est via maliguandi contrarium,tamen dixit vidisse obseruari Perusij tempore domini Nicolai de Torellis, qui inquisiuit contra tres, qui suffocauerant quendam in flumine, qui eos condemnauit ad furcas, de quo per eundem Ang.in l. quoties. de hære. instit.Sed contra opin.Ang & pro sententia illius domini faciat quod idem Ang. dixit in l.pretor edixit in §.i.ff.de iniur.

2 †quòd licet vbi agitur de maleficio exprimendum sit certum nomen hominis occisi per d.§.j.& per l.l bellorum a de accu sa.est verum, si potest illud nomen sciri, quia erat cognitum,secus si erat incognitum,vt peregrinus,q a sufficit si in inquisitione inseratur hominem occisum,licet non exprimatur proprium nomen .arg. l.interrogationibus.in princ.& l. qui seruum.de interro.actio.secundum Ang. in d.l.prętor.& idem Bald.in l.si cum exceptione.in §. in hac.ff.quod met. caus. & idem Arch.& glo.ordin.in cap. libellorū. ij.q.viij.idem Cyn.in authē.hodie.C. de repu.idem Iac.de Aret. in l.i. ad silla. & Spec.in titu.de restitu. spol. in § verum. ver.fi.& idem Ang.in l.ii.ff.si pars hęre. peta.vbi dixit de delicto commisso de nocte,vel in hominum multitudine, ita ꝙ non potest constare de nomine, quod potest procedi ad inquirendum per dictum §.in hac.Et Gandinus in maleficiis,& ita videtur quòd Angel.non bene dixerit in d.l.certum & idem videtur tenere Cyn.

3 in l.ea quæ.C.de condictio.inde.¶†Nam confessio facta in homicidio præiudicat quando non potest contrarium probari l. si is cum quo.ff.de confess.adeo quòd nō potest reuocari.glo.& Bald. in l.error.de iur.& fact.igno.adeo quod dixit Bald.in l.j.C. de furtis. quod si quis confitetur hominem occidisse.& postea dicat eum viuere, si constat illum fuisse occisum, punitur, nec potest dicere se non occidisse, sed alium. ff. ad leg. aquil.l. inde Neratius.§.fin.quod dixit esse verum in ciuili, non criminali,quia non debet homo mori per vnum mendacium arg.ff.de quęstio.l.i.§.quęsitum.& idem Bald.dixit in d.l.error. quod est speciale in l. aquil. & vbi quis confitetur hominem occidisse qui docetur viuere. Aliqui consuluerunt illum esse decapitandum, sed Iacob. de Aret. tenuit contrarium per dicta l.i. in fin.de quęstio.& hoc tenet Ioan. And.in titu.de confess.in §.cęterum referens Gu-

Fel. de Suza dixisse, quod ad probandum hominem viuere admittuntur coniuncti confitentes. & hoc etiam tenet An
4 ge. in l. si is cum quo. ff. de confessis. † vbi ex falsa confessione quis damnatur. si falsitas non probetur. vbi dixit Ange. quod non liberatur culpabilis homicidii si confessus qui non fecit, fuerit punitus. & vide in l. qui seruum. ff. de interro. act. & in l. i. ff. de quæstio. vbi de eo qui confitetur occidisse illum, quem alius occidit. &
5 dixit Bald. l. quoniam. de infa. quod † istę confessiones debent esse conformes & continentes verisimilitudines, propterea assessores debent caute agere. vt non credant confessionibus iudicialibus, nisi verificent ipsas, quia si dicat reus occidisse hominem in tali loco debet mittere ad locum, si est ibi homo mortuus, vel si sint ossa ibi sepulta ne forsam ille cõfessus fuerit terrore tormentorum, & falsum dixerit. & ibi Bald. in l. si quis in hoc genus. de episcop. & cler. quod confessio debet esse spontanea & verisimilis. vt ex ea posit condemnari in criminali per not. in d. l. i. in fin. de quæstio. & debet inquantum potest iudex verificare maleficium confessarum esse verum. per not. per Bartol. in l. i. in §. si sibi ff. ad sylla. & in l. inde Neratius §. fin. cum seq. ad leg. aquil. & dixit singulariter Anto de Butr. in c. i. de confes. quod licet confessus homicidium sine alia probatione puniatur pœna iuris, per dict. capitu. i. est verum, si confessio sit verisimilis. vt quia prius præcesserant inimicitię capitales, quia debet iudex perquirere rationem quare reus confessus homicidium fecerit, cui si de innocentia rei constiterit, eius confessionem sequi non debet. l. ideo fuit carceratus quidam commissarius qui ex orta confessione homicidii statim reum fecit suspendi, & deinde curia superior misit ad locum, in quo dicebat reus occidisse hominem, & sepelisse in pede cuiusdam arboris. & fuit facta perquisitio fodendo, & non fuerunt ossa inuenta, & fuit in magno periculo ille commissarius. † Nam in istis casibus debet
6 fieri exhumatio corporis occisi, vt videãtur et vulnera. vt dixit Bald. in l. si testes. C. de test. & in l. cõtra negantẽ. C. ad leg. Aquil. Vidi in multas exhumationes Romę de quodam Archidiacono Catalono qui dicebatur occisus ad instantiã vnius cardinalis. & fuit inuetus mortuus ex peste, & Bononiæ de quodam scholari Neapolitano qui dicebatur occisus a socio & Neapolis vbi fuit facta de comite Iacobo Piccolino. Rex Aragonum cũ iret venatum reperit in nemore hominem occisum iacentem, & ibi prope vidit pastorẽ, quem capi fecit putans occidisse dictum hominem, qui tortus confessus est, & iussus fuit suspendi, & existens prope furcas dixit non occidisse illum hominem, sed alio tempore ibi alterum occidisse & sepelisse ibi prope, & fuit propterea facta exhumatio, & fuerunt reperta ossa hominis occisi, & ex illo primo homicidio anti-
7 quo fuit ibi suspensus. † Et sic etiam debet adhiberi similis cautela in furtis, quia si tortus dixerit fecisse furtum aliquarum rerum, debet interrogari vbi sint res, & si dixerit vendidisse, vel depositasse alicui, debet iudex mittere ad illos, si hoc verum sit. Vel si dicat fur fecisse furta in ciuitate, in domo talis, & talis, quia debet tunc iudex perscrutari si illi passi fuerint dicta furta, & eum fuisset factum quoddam furtum pannorum, & quidam suspectus de hoc fuisset captus & interrogatus iuxta cordam de sero, confessus fuit hoc furtum, & ego interrogaui vbi posuit pannos furto subtractos, dixit, quod in quadam glitta, misi ad illam glittam, & non fuerunt inuenti. deinde dixit posuisse in alio loco non multum distanti a glitta, misi, & non fuerunt inuenti. deinde dixit quod habebat in domo propria, & similiter ibi non fuerunt inuenti, & sic tota nocte vagauimus perquirendo loca. & sua confessio fallax fuit. de mane vero dixit quod propter metum chordæ tales erroneas confessiones fecerat, & appellauit, & deinde fuit repertus innocens, & per alium dictum furtum fuisse factum pluries visum est quod hi qui fecerunt tales confessiones diuersas modo hic, & modo ibi, postremo reperti sunt innocentes, in quibus iudex debet esse discretus. vide in verbo tortura c. quia communiter dicitur.

a ¶ *In l libellorum*] *Et ibi vide dom n. Alexand de imo & Pet. de Suz. in l. 1 C de cofes.*

&

& ibi per Angel & Floria. in l. item Mella. § si plures penul. col. ad leg. Aqu. l. & Din. in consil. in c. in nomini. ex triplici furto.

Condemnatio.

CAP. I.



IN potestas videns aliquem vulneratum ad mortem si de capitauit vulnerantem, & postea est secuta mors percussi an fingatur condemnatio iuste lata? vide Bald. in l. seruo admissi. de excusa. tutor. Si potestas condemnare fecerit, & aliquẽ suspendi de facto ipse tenetur pœna in syndicatu. ff. ad leg. iul. §. fin. & per titu. quod quisque iur. & in l. i. de pœna iudic. ¶ Iudex condemnauit pro delicto in minus quam debuit, & timet condemnari in syndicatu, consuluit Bartol. quod syndicatus communis petat restitutionem in integrum, cuius vigore poterit addi in pęna fiscali. arg. l. i. §. de qua de postu. Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. in secunda lect. ff. de his qui not. inf.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui condemnat aliquem ad mortem debet esse solicitus de salute animæ condemnati & numer. 2.*

3 *Iudex debet in diebus festiuis uidere carceratos, & quærere an aliquid eis desit.*

4 *Damnatus ad metalla per iudicis sententiam, potest ab illo exercitio reuocari per ipsum iudicem post decem annos.*

CAP. II.

1 

IVDEX † qui aliquem ad mortem condemnat debet esse solicitus pro salute animæ condemnati, vt eum faciat peccata confiteri antequam ducatur ad supplicium. alias punitur. l. archigerones. C. de episcop. audi. & sic iudex debet esse solicitus non solum pro salute animæ suæ, sed etiam aliorum, quos ad supplicium mittit. Ideo cõsueuerunt potestates mittere aliquem religiosum, antequam condemnet ad mortem carceratum, & sibi nuntiare sententiam mortis proferendam contra ipsum, & exhortari ad patientiam, quia iustitia ipsum condemnat, & quod confiteatur peccata tanquã christianus, & disponat de bonis suis, & pœniteat de commissis, corpus Christi accipiat, & signa pęnitẽtiæ oñdat, sicut Christus fecit in cru-
2 ce, & ¶ † Debet etiã potestas de nocte accedere, & ipsum monere, & consiliari, & ad patientiam exortare, quia diuina iustitia hoc suadet, & quod si cum patientia tollerabit, erit securus de salute animæ suæ, magis quam illi qui moriuntur ex infirmitatibus, qui in fine propter accidiam non recordantur Dei, & Deus non recordatur de ipsis, & moriuntur in damnatione, & perditione, qui ex persuasionibus potestatis non minus consolabitur, & ad patientiam reducetur, quam ex prædicatione confessoris. Sunt tamen aliqui qui tentatione diabolica renuunt pœnitere, & propterea debet potestas tota nocte illos custodiri facere per religiosos, ne tẽtationibus Diaboli animam perdant. Et vidi quendam qui de mane cum ibat ad supplicium retulit quod demon de nocte apparuit persuadendo sibi, quod se cum gladio iugularet, ne cum ignominia staret in furca. oportet etiam vsque ad suppli-
3 cium mittere confessorem. ¶ † Debet etiã iudex in diebus festiuis videre carceratos, & exquirere an aliquid eis desijt & prouidere vt ipsis alimenta non desint, & negligentes iudices in hoc puniuntur in xx. libris auri. & in totidẽ officiales eius. l. iudices. C. de epis. audi. vbi dicit Imperator, quod carcerato debentur omni die duo panes albi, quod spectat ad curiam Episcopi qui dat panes nigros & caninos
4 vt ibi dicit Iacob. de Ra. † Damnatus per iudicis sententiam ad opus metalli potest ab illo exercitio reuocari per ipsum iudicem post x. annos si superueniat infirmitas, dummodo vnus ex cõsanguineis subrogetur, qui deseruiat pro ipso. l. in metallum. ff. de pœn. Quod facit vt damnati in galeis si efficiũtur infirmi, vel debiles possunt dando vnum seruum liberari. argu. illius text.

SVMMARIVM.

1 *Interesse non venit incidenter in criminali, nisi in casu. §. qui furem. l. interdum.*

CAP.

CAP. III.



EQVITVR modo alia quæstio. Accusatur aliquis de furto, vel alio maleficio, & iudex maleficiorum processit contra eum, & ab eo extorsit confessionem criminis, ipsumq; suspendi condemnauit: deinde iudex in syndicatu imputatur quod processit ad condemnationem rei, & non fecit restitui passo furtum bona. An iudex teneatur de proprio, saltim de negligentia, ista est longa quæstio in accusato, quia Bart. in l. interdum. §. qui furem. tenuit, quod licet non possit hoc principaliter iudex accusationis poterit incidenter facere, & idem in l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudic. & idem Bar. in l. diem functo. in fi. de publi. iudi. & in l. pen. ff. de calum. & facit. C. de iudi. l. quoties. & quod Bar. not. in l. nullum. C. de testi vbi de casu côtrario. & quod Innoc. not. in cap. cum oportet. de accu. & dixit Bart. in dicta l. interdum. quod interesse potest intentari in eodem libello. & idem in l. i. C. quando ciuilis actio. tamen Bald. in l. de possessione. C. vnde vi. tenet contra Bart. dicens
1 †quod in criminali non venit incidenter interesse, nisi in casu dicti. §. qui furẽ. & vide Bald. in l. si quis ad se fundum. C. ad leg. iul. de vi. & in l. i. in fin. C. si à non compe. iudi. & Bart. in l. ii. § hoc edicto. vi bono. rapto. & Bald. in l. qui de crimine, in fin. C. qui accusa. non poss. dixit quod in criminali non potest venire condemnatoria ad restitutionem rei ablatæ, nisi quando de malo constat per confessionem, & non alias, & quod iudex inquisitionis possit condemnare incidenter ad restitutionem, tenet Bald. in l. ea quidem. C. de accu. & adde text. & Bartol. in l. ii. C. si aduer. liber. & in l. si liberti. de administra. tutor. & Angel. in l. si vacantia. C. de bon. vacan. in repet. ad fin. licet in contrarium faciat l. i. C. quando ciuil. action. quæ loquitur quando simul intentatur, & quando ipse fur, vel latro côfitetur ipsa confessio prodest accusatori, vt supra. Tamen an prosit aliis quibus bona furto subtraxit postquam fuit suspensus Ioannes And. in additio. Specu. in titu. de accusa. in tertia parte. §. i. in versicu. quid si latro, videtur dicere, quod prosit solum accusatori, secus quando proceditur contra latronem per viam inquisitionis. & per Bald. in l. ii. in fin. C. de eden. & Angel. in l. i. & ii. de priu. delict. vbi Bartol. & Bald. in l. mercalem. C. de condi. ob turp. caus. & quia dubitabatur si iudex poterat hoc facere, scilicet condemnare ad rei restitutionem, successit capitulum regni qđ incipit, si de furto, quo est prouisum, ꝙ in omni crimine, in quo est accusatio instituta, iudex cui consistit, condemnare debet reum ad rerum restitutionem. & facit in authenti. de manda. princip. §. quòd si delinquentes, & propterea si pars periisset hoc à iudice, et non fecisset condemnationem, teneretur per prædicta, et erit practica quando aliquis denuntiasset de furto, vel alio delicto, quòd cum iudex inquirit et processum facit, ante finitum iudicium det petitionem, et petat ex officio illum condemnari, etiam ad restitutionem rerum, quia tunc iudex si non fecerit, tenebitur. Tamen ego volo quòd tu cogites in vno, pone quod iste latro fecerat (iam sunt anni decem) maximum furtũ vni mercatori, et iudex ex sua côfessione ipsum mandauit ad suppliciũ, et quia omnia consumpserat in vita, et nihil habebat, ad quid tenebitur iudex qui ipsum non condemnauit ad interesse partis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Confessionem reuocare est species defensionis.*
2 *Defensionis copia debet dari etiam nõ petenti.*
3 *Iudex denegans confessionem punitur.*
4 *Defensio facti & iuris quæ dicatur.*
5 *Defensio an & quando tolli possit per principem.*
6 *Defensione mera uti poterit ille cui ex forma statuti denegatur ius reddi.*
7 *Defensione negata, an possit ueniri ad condemnatoriam.*
8 *Renuntiatio quæ fit per conclusionem ualet.*
9 *Defensioni renuntiari non potest in causa criminali neque etiam appellationi nu 10.*
Et quid in assasino nu 2.
11 *Defensionibus nunquid quis renuntiari possit sicut probationibus.*

Iudex

13 *Iudex semper debet dare terminum reo ad se defendendum.*

14 *Defensiones contra confessionem sunt multæ.*

CAP. IIII.



N potestas qui misit ad supplicium in causa capitali delatum, qui confessus fuerat crimen teneatur in syndicatu, si non dederit sibi legitimas defensiones? Dic quod sic, quia quamuis confessus fuisset poterat contra confessionem suam habere defensiones. glos. in l .i. C. de confessi. potest etiam confessionem interpretari. & declarari.
a capitul. cum dilecti. a de accusation. & reuocare. Nam reuocare confessionem est species defensionis. l. sancimus. de erro. aduocat. & videtur quis reuocare confessionem, si contrarium ponat, & probet. argument. l. i. de confessi. secundum Bal. in l. i. C. qui accusar. non poss. Nam
3 † iura dicunt, quod etiam non petenti debet dari copia defensionis. l. desertorem. §. ad diem. de re mili. & l. i. si quis vltro. ff. de quæst. & c. cum intra de except. & l. facultas de iure fisci. & l. lex Iul. ad l. iul. de vi publi. vbi dicitur iudex punitur qui denegat defensionem iuris. & idem Bald. in l. præsbyteri. de episcop. & cleric. dixit quod iudex qui non admisit defensiones iuris, tenetur ac si non admisisset defensiones innocentiæ. per text. singularem. in l. i. ad l. iul. pecu. & idem Bald. in l. i. C. qui accu. vbi etiam declarat in his ter
4 minis † quæ dicatur defensio facti & iuris? vbi vide. & dixit not. Bal. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. quod defensio in lite est de iure naturali. etiam contra fiscum. d. l. defensionis. Nam iuris naturæ est quod in crimine quis se defendat per fas & nefas. quia naturalis est viuendi dulcedo. argument. l. qui cum maior. §. i. de bon. libe. secundum Bald. in l. i. C. qui accus. & in l. si quis non dicam rapere. de episcopis & cleric. præsertim vbi agitur ad pœnam sanguinis, quia huic defensioni nec Imperator, nec Papa potest derogare. clement. pastoralis. de re iudic. dicens quod cuique dari debet terminus ad suas defensiones faciendas, nisi sit deprehensus in flagranti. l. iii. §. si ad diem. de re militari. quia contra notorium actum nulla defensio cadere potest. Et ideo infert, quod iudex nunquam debet condemnare illum, qui habet defensionem ciuilem, naturalem, vel statutariam. ad legem Iuliã repetund. l. lex Iulia. §. sed hodie. etiam si conscientia sit in contrarinm, quia su-
5 mus in foro iudiciali. † & quod dicitur defensionem etiam per principem tolli pos-
b se, b est verum de defensione, quæ crimẽ excludit a mera innocentia, secus in aliis exceptionibus, & defensionibus introductis a iure positiuo. l. quoniam Alexander C. de adulte. secundum Bald. in l. ii. ne quis eum, idem dixit in dict. l. quoniam Alexander. quod licet mera defensio sit iuris naturalis, & tolli non possit, est verum in mera defensione, quæ crimẽ excludit, secus vbi venit ad legitimationem personæ. quia tunc est de iur. apicibus. l. si fideiussor. §. quædam. ff. man. Et dicitur defensio, non solum per quam crimẽ euaditur, sed etiam per quam allegatur declinatoria, vel dilatoria, & continet plenam vel semiplenam defensionem. gl. in l. reos. C. de accusatio. secundum Bar. ibi vbi dicit quod si bannito denegatur defensio, non venit sub ista generali defensionis denegatione defensio, per quã ipso iure iurisdictio denegatur. per gloss. in l. i. de sequestratio. posses. & idem in d.
6 l. quoniam Alexand. † quod si cui denegatur per statutum quod non reddatur sibi ius, quod poterit vti mera defensione: non tamen exceptione, in qua sit reus vel actor, vbi late per eum. Quæ sunt etiam vera, si ipse damnatus renuntiaret termino defensionis, quia renuntiare non potest secundum glo. in l. non tãtum. ff. de appella. vbi Bart. in l. custodias. in fin. de publi. iud. quod non firmat. tamen Bald. in l. si quis non dicam rapere. in fi. de episc. & cler. dixit hoc fore verum, nisi reus sciens se non habere defensionem aliquam, & omni carere defensione, renuntiat sponte, & ex certa scientia per gl. in l. i. de furt. balne. & hoc ibi tenet Angel. in l. custodias. & Imo. dicentes, quod si cõstat reũ nullam habere defensionem, forte quia est latro insignis, quod tunc po-
c terit renuntiare defensioni c simpliciter ex quo ius defendendi non habet per l. pro-

l.pronunciarum. C. de fer.& idem dixit Baldus in l.feruum quoque.§.publice.de procuratoribus, quod si vis quod renuntiet defensioni[s] facias ipsum confiteri, quod non habeat alias defensiones, nisi illas, quæ ex actis constant.& idem Baldus in l.prouinciarum. dixit de publico latrone, quod potest renuntiare defensioni, & in reperto in flagranti, qui potest puniri de facto secundum eum in d.l.vt vim vbi etiam Bar.ad hoc de códic. ob caus.l.pen.& glo.in l.ictus.de infam.ita Bald. not.in l.feruum quoque.§.publice quam. de procu ¶ Vbi vero constaret quod haberet defensiones, non posset renuntiare, per dictam l.non tantum.Sed cum esset dubium si admittatur renuntiatio, tamen potest se pœnitere, & se defendere, per l.i.cum glo.de furi. blanç. quo casu reuocata renuntiatione non posset procedi ad executionem, ideo dixit Bald. in dict.l.j.C.qui accusar. quod legitimæ defensioni, per quam excluditur terminus defensionis non potest renuntiari, per gloss. in l.pactum inter hæred.de pactis. & hoc tenet Bartolus in dictis iuribus. Sed alijs defensionibus & apicibus iuris, vel statutorum potest renuntiari, quæ non sunt iurisgentiũ, vel naturalis.l. si accusatoribus. de accusationibus. Et vide Angelnm dicentem in dicta.l.pactum.quod tunc non potest renuntiare defensioni, quando constat quod habet defensionem, secus si est notorius criminosus per dictam l.j.& capitul. cum dilectus. de actionib. & idem dicit Baldus in l.si quis non dicam rapere. quod quando delictum est notorium, vt quia est deprehensus, & confitetur nõ habere defensiones, non est sibi dandus terminus ad probandum

9 alias secus, † & ideo dicitur quod vbi non datur defensio, non potest veniri ad condemnatoriam, per dictum §.si ad diem. Tamen in criminali potest etiam concludi, & renuntiari hincinde probationibus, vbi proceditur per accusationem. l. quamuis. C de adulter. Tamen vbi proceditur inquisitionem per iudicem à quo, ad iudicem ad quem nunquam concluditur capitul. cum Ioannes eremita. de fide instrumentorum.& capitul. cum cla

8 mor.per Innocentium de testame.† Et ideo renuntiatio quæ fit per conclusionem valet, quia fit secundum ordinem iuris & reuocari non potest per pœnitentiam secundum Baldum, & Angelum in dicta.l.pactum.Baldus autem in l.j.C.de confessis.in repetitio. dixit † quod defensioni in causa capitali renuntiari non potest, etiam cum iuramento, per gloss. fina.in dict.l.pactum.quia defensio status & personæ est de iure naturali, & iuris publici, per dictam l.non tantum.& idem Bald. dixit in titul.de pace iurament.firmand.§.item sacramenta.qui etiam dixit in l.fin.ff. de ferijs. quod per lapsum termini, potest præcludi via tacitæ defensioni in criminali, vbi autem non assignaretur, terminus nunquam posset denegari defensio.l.final. ff. de bonis eorum. Et dixit idem Baldus in dict.l. pactum. quod si reus renuntiasset defensionibus suis, talis renuntiatio non obesset, quin debeant admitti illæ, quæ sunt de iure naturali, & etiam illæ quæ essent de iure positiuo propter generalitaté illius gloss. vbi

10 subdit † quod in criminali non potest renuntiari appellationi. & dixit Bartol. in l. custodias.de custod.reorum. quod non potest in criminali renuntiari dilationibus inductis à lege, vel a statuto, & quod licet esset renuntiatum probationibus, valerent probationes. l. in crimine. de adulterijs, tamen Bald.in dicta.l.final.de fer.in repeti.dixit aliter, videlicet, quod potest renuntiari in criminalibus defensionibus supradictis, quia possunt à principio non peti, & propter hoc nõ erit præclusa via defensionibus, quæ sine termino fieri poterunt per dictam l.de cri-

11 mine.¶ † Nam renuntiare potest probationi

d bus,[d] non tamen defensionibus, quæ sunt diuersæ.argumen.nota.per Innocent.in cap. olim Abbas. de officio delega. de quo vide Cyn. & Bald. in l.iubemus. C. de iudic. tamen dictum Bartol.intelligitur vbi pro renũtiatione facta dilationi renuntiaretur defensioni, secus vbi non renuntiaretur defensioni, secundum opinionem Bald.qui dixit in d.l.pactum. in secunda lectur. quod potest renuntiare defensionibus inductis de iure positiuo, vt quia accusator non soluit collectas quod nõ firmat per generalitatem illius glo. in quo etiam vide Bald. in d. l. fin. de dila.

12 ¶ † Et ideo dico, quod assassinus qui per pecuniam homines offendit, potest renuntiare defensionibus, & dilationibus, quia est hostis publicus & diffidatus à lege, & à quolibet offendi potest.cap.j.de homicid.in vj.& contra ipsum de facto proceditur. vt dicit Bartol. in l. non solum. § si mandato.ff.de iniu.in quo est maior ratio quam in latrone publico per prædicta. Et alias dixi in casu de facto, cum homicidia fuisset captus, & Rex mandasset, quod illico suspenderetur, quod hoc non

eras

erat faciendum, quia potuisset habere legitimas defensiones, quę non sunt auferendæ, quia potuisset esse, quod occidisset ad sui necessariam defensionem. & per l. si vindicati. C. de pęnis. vbi est singularis casus ad hoc, & per not. per Bartol. in repetit. l. scriptus. ff. de religio. vbi dicit, quod licet homicida publice commiserit homicidium, potest esse quod habeat defensiones, quod prius insultatur, nisi tale delictum fuisset cōmissum in conspectu populi, & voluntarie, per l. si quis filio exhæredato de iniusto testamen. & constaret notorie, quod nullas habet defensiones, vel renuntiasset per supra allegata, vel nisi esset rebellis notorius, qui potest offendi vt dicit Andre. de Isern. in constit. j. de iniur. curiæ illa. & in proœmio constitutionum, qui etiam posset habere remissionem à principe, & vidi iudices magnæ curię in syndicatu imperitos, qui homicidam de mandato reginali ilico suspendi fecerāt. Consueuit autem magna curia delinquentem cum ducitur ad curiam examinare, & si confiteatur deinde ad aliquos dies ducitur ad tribunal, & sibi legitur illa cōfessio cum iuramento, qui si in ipsa perseuerat, dantur sibi aliqui dies ad faciendas omnes defensiones contra confessionem. per gloss. in d. l. j. C. de confes. qui si nil probauerit condemnabitur, si autem negat, dantur capitula, & terminus ad se defendendum.

13 ¶ † Ideo concludo, quod iudex semper debet dare terminum reo ad se defendendum, siue petat, vel nō petat, vt se & consciētiā suā exoneret. vt non teneatur in syndicatu, & apud Deum. & cum maiori iustitia procedat. ¶ Sed iudices crudeles sitientes in sanguine, festinant ad condemnandum, & abhorrent defensiones præparentes, & se prætorium cum vexillis, pompa & fastu, ad sanguinem effundendum. Licet sint aliqua delicta in qui

e bus nulla cadat defensio, e vt in blasphemante Deum, etiam quo ad repulsam testium. arg. l. famosi. & in l. quæstionibus. & quod ibi Bartol. not. ff. ad legem Iuliam maiestatis.

¶ Et ideo cum essem commissarius regni, & trāsirem per siluas in quibus erant pastores & audiuissem quendam, pastorem alta voce Deum blasphemare, illum capi feci, & examinatis testibus, qui mecum aderant, ilico sibi linguam incidi, & in arbore quadam illius nemoris affigi iussi.

14 ¶ † Sunt enim multæ defensiones contra confessionem, quia poterit probare hominem quem dicitur occidisse, viuere. per not. in l. proinde. ad legem Aquiliam. Vel ad defensionem occidisse? Vel, habere remissionem à principe de delicto confessato. Vel etiam se furtus fecisse cōfessus fuerit, poterit vel reuocare vel errorem probare, aut dicere fecisse furtum domesticum, quod est impunitum. l. aut damna. §. furta domestica de furt. Vel putasse dominum permissurum, & probare hoc per aliquas verisimilitudines, vt dicit Bartol. in l. inter omnes. §. rectis de furtis. vel si cōfessio in facta fuisset per minorem sine curatore vel si per metum torturæ, & ex similibus causis. ideo semper erit danda, defensio contra cōfessionem alias tenebitur in syndicatu, nisi renuntiasset, vt supra nam si sine causa denegaret defensiones, esset homicida vt infra proxim. capitul.

a ¶ *In cap dilecti.*] *Et ibi late ad hoc vide Fel. in iij. col. enim post princip in ver not. vij.*

b ¶ *Posse*] *Quomodo & qualiter defensio tolli posit vide Felin in cap dilecti in iij col ver. sed not. de exc. Et ibidem post pri. in ver nunquam obliuiscaris vide de triplici defensione.*

c ¶ *Defensioni*] *Vide Fel in cap si diligenti circa prin in vers secundum corolarium de for. compe. & in cap cum venisset in ij col in ver. in glo fin de test.*

d ¶ *Probationibus*] *Et an & quando quis posit vide Felin in c si diligenti de foro compet circa prin ij col ver primum corola.*

e ¶ *Defensio*] *Adde Fel. in c pastoralis §. quia vero circa prin de offic deleg.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex feruore vel odio, iniuste procedens tenetur*

2 *Delictum commissum feruore iracundiæ an mitius puniri debeat.*

CAP. V.

QVIDAM iudex fuit delatus in syndicatu, quod cum quendam carceratum torqueret, Carceratus ad verba ignominiosa prorupit contra iudicem propter quæ verba iudex iracundia motus ex abrupto, & non constito de delicto pro quo erat carceratus, ipsum suspendio tradidit in fenestra dubitaturque propterea qua pœna talis iudex teneatur? Videtur, quod teneatur. l. Cornel. de sic. l. j. §. qui ve magistratus. ff. de sic. & in l. leg. Iulia. §. fina. ad leg. Iul. repet. & per titul. quod quisque. iur. per quæ iura di

1 xit Bal. in l. j. C. ne ex delict. defun. † quod ibi iudex

Iuddx feruore, vel odio iniuste procederet, quòd tenetur. l. Cornel. de sic. & l. Iulia de vi publica. qua lege tenetur si post appellationem morti traderet, vel iniuste impedit, ne appellet, qui etiam dixit, qnod porestas, qui abstulit defensionem, punitur ac si occidere innocentem. per. d. §. fi. nisi faciat ex causa, qui erat confessus. & faciunt. no. per Barto. in l. quæstionis. ff. de quæstioni vbi de iudice; qui hominem in tormentis intermit. & no. per Bart. in l. i. de sic. & vide Bald. in rub. C. de pœn. iud. & no. bene tex. in d. §. fi. q est singularis valde, quod si iudex excessit puniendo innocentem calore irracũdiæ, vel ex nimio fauore, quòd mitius punie-
a tur,[a] quia relegabitur per quē dixit Lud. in l. cum mulier. ff. soluto matrimonio. ꝙ
2 delictum commissum † calore iracũdię, quæ etiam habuit hortum aliunde, quã ab eo quem offendit, erit iusta causa, ꝙ quis mitius puniatur, quod patet, quia pro homicidio innocentis debebat de iure communi imponi pœna mortis naturalis, l. 3. C. de episcop. audiend. & tamen pro tali homicidio officialis erit pœna de portationis, quod puto esse speciale in officiali, quia habet potestatem a lege occidendi maleficos in casibus a iure permissis, qui si excedat ex ira in eo mitigabitur pœna. & facit l. i. in fin. ff. de siccar. vbi text. quòd licet aliàs pro homicidio in homine vili imponeretur pœna perpetui exilij. tamen imposito in magistratu mitigabitur ad tempus, facit l. Gracchus. in ratione sui. C. de adul. vbi etiam pœna homicidii mitigatur propter iustum dolorem. & facit etiam tex. in l. Cornelia. ff. eod. in §. i. vbi tex. quòd magistratus, qui per lasciuiam causam mortis præbuit, fuit in quinquennium relegatus tenebitur, ergo iste iudex pœna relegationis, per illum tex. in d. §. fi. in vltimo ver. licet Andr. de Iser. in tit. quæ sint regalia. in verbo, commitentium crimen læsæ maiestatis dixerit simpliciter allegando dictum. §. fi. quòd iudex, qui calore ductus hominē innocētē interficeret, ꝙ tenet pęna capitis, vbi subdit, ꝙ si iudex per ignorantiã fecisset, calore, vel dolo, quod pœna minorabit rōne huius culpę. arg. ff. de variis cogniti. l. si iudex. Nã ex quo erat imperitus, non debuit permittere se iudicem fieri, iuxta illud Sapientiæ vij. Noli appetere fieri iudex, si nō potes virtute disrũpere iniquitatem, id est, scientia. nã ratione imperitiæ de culpa tenebitur. ff. locat. l. si quis seruum. in §. Celsus. Dicēs, quod propter culpam dolo non commissso talis iudex interficiens innocentē non videtur ad pœnam mortis teneri, q a etiã lata culpa in leg. Corne. de sicar. non cōpararur dolo. ff. de sicar. l. in lege. punietur ergo. sine morte. sicut alii culpabiles non dolosi ff. eodem titulo. de siccar. l. 3. §. sed ex sena. & l. lex Cornel. §. cũ quidã. secundum Andr. ibi. Et aduerte, quia iuris consultus. in dicto §. fina. vacillat qua si iudicis remittat arbitrio, quando ex ꝓposito occiderit innocentem, vel prouocatus ita, furore vel mala vita illius suspē si, quæ omnia sũt quotidiana, & vide quę habes infra in verbo, tortura. de iudice qui aliquem in tormentis occidit. Et per ista posset decidi illa quæstio de quodam accusaro, quem cum iudex sine indiciis posuisset ad torturam, & esset solutus vinculis, & a ctorum magister scriberet inter rogationes suas, abripuit gladium penni cularem à bancho, & dixit iudici velle aliqua dicere ad aurem, & iudicem iugulauit, quòd non tenetur pœna moris, q a iusto prouocatus dolore hoc fecit.

a ¶ *Punietur.*] *Adde Feli in c. ex literis. de except. post princip. in versi. in tex ibi iracōdia.*

SVMMARIVM.

1 *Potestas condemnatus in syndicatu, an debeat reddere salarium præteriti temporis.*
2 *Iudex delinquens, an perdat totum salarium.*

CAP. VI.


Ondemnatus in syndicatu nũquam reddit vlterius ad tale officium gloss. singular. in authentic. de armis secundũ Angel. & Bald. in l. mancipia. de seruis fugitiuis. ¶ Assessor condemnatus in syndicatu pro barataria nō potest amplius ibi esse assessori, vide supra in verbo, assesor in capit. assessor qui? Ne quis in syndicatu condemnetur debet offerre in quod petebatur, vide in verbo, oblatio.

1 ¶† An potestas condemnatus in syndicatu debeat reddere salarium preteriti temporis? Dic quod non, quia salarinm cum hoc nihil habet cōmune. arg. l. Papi. exuli. de minorib. Bal. in l. i. C. de suffrag. Licet in contrarium faciat. l. mancipia. de seruis fugiti. tamen prima est vera secundum Bal. quod huiusmodi culpa non remouet vtilitatem officii a generali actu, ideo non punitur, nisi quatenus deliquit l. rescriptum de his quib. vt indign. & ad
2 de. quod not. Bartol. ff. de don. l. absenti. in glo. & ibi habetur, † quod quando iudex delinquit totum salarium perdit, videtur casus. in l. iudices. C. de anno. & tribut. libr. x. de quo per Iac. de Are. in l. quod autem in prin. de excu. tut. & l. Mȩuia. in princip. de annu. leg. & tangitur per glo. in l. diem functo de offic. assesor. Bal. in l. i. de suffrag. ¶ Cōdēnatus in syndicatu perdit priuilegia concessa officiali, quia est odiosus concedenti priuilegia. Bal. in l. testamento Centurio. de testament. milit. & aliās dicitur, quod iudex male sa habens in officio priuatur salariis. de domino & tribu. l. iudices. & facit l. 2. §. conductore. de administra. rerū ad ciuit. pertin. & vide in verbo, delinquens in officio & in remissionibus ibi positis. vide in omnino infra in verbo, negligentia. capitul. iudicibus negligētibus. & vide infra in cap. an officialis propter sua demerita in verbo, salarium. & verbo syndicatio. supra in capitul. syndicatur officialis, si aliquo tempore fuit in isto officio. & supra in principio operis. in capitul. iudices qui si conuicti. ¶ Officialis q̧ e st ciuitatis proprie si sit cōdemnatus ratione doli commissi cōtra propriam ciuitarem, potest priuari officio ciuitatis, q̄a condemnatus de dolo est infamis. l. i. de infam. & hi qui in famiam iuris vel facti incurrerunt ab officiis remouentur. C. de dignit. l. neque & l. iudi. & l. nequis. & l. de infam. lib. 12. & l. de his qui non suppletis stipend. & l. 2 de offi. assesso. de reg. ut. l. infamia in 6ᵒ C. de decu. in infamia. lib. x. & in l. i. & l. reus delat. ff. de muner. Ludo. in consil. 297.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ad qua cogere possit. & nume. 2. 3. & 4. & sic deinceps vsque ad nume. 14.*

Consuetudo.

CAP. I.



1 Iudex † dubitans de rixa, vel scādalo potest ipsas cogere ex officio ad concordiam, vel transactionē. Angel. in authentic. iusiiurād. §. i. colum. ix. Sicut etiam potest prohibere parti bus accessum ad possessionē propter rixas vitandas Innocen. in capitul. in præsentia. & Specul. de primo & secundo decret. §. v. ver. item de peti. & pos. §.
2 i. versi. in summa. sicut † etiam potest cogete ad præstandam cautiouem de non offendēdo etiam tertiū si instat suspicio. Innoc. in c. i. de offic. delegat. & Flo. in l.
3 æquissimum. in prin. de vsufruct. † Sicut etiā pōt quādo dubitat de calumnia actoris vel rei eos astringere ad probandum de iure eorum sub certa pœna. Itē And. in c. quod sicut. de electio. & facit cap. finem litibus. de dolo & contu. & gl. in c.
3 statutū. in fin. de rescript. in vj. ¶† Sicut etiam potest ex officio mittere notarium ad testatorem, qui vult testari si venientes ab intestato non patiantur. Bartol. in
4 l. curent. in fine. ff. de testi. ¶† Sicut etiā potest parte nō petente prouidete ne bona pereant. Barto. in authentic. si omnes.
6 si vt se ab here. absti. ¶† Nam etiam potest compellere partes ad concordiā, quādo de præiudicio tertij agitur, secus si de proprio iudicis præiudicio, quia prouidebit, qđ forte dirimatur. Bal. in l. 2. §. duo
7 bus. communia deleg. ¶† Sicut etiā pōt ex officio mittere officialem suum cum locatore ad scribendum res inquilini absentis in domo locata existentes. Bart. & Bald. in l. edend. C. locat. per l. cum domi
8 ni. ff. eodem titulo. ¶† Sicut etiam ex officio facit vendi de hæreditate vt possit sepeliri defunctus. l. qui erat vbi Barto. ff.
9 fam. ercis. ¶† Regulariter autem non po
a test cogere ad compromissum ª glossa. & Bar. & alii in l. furti. § q iussit. de infamibus & Bal. in l. ex stipulatu. C. de sententiis. & Bal. in addition. Speculato. in titu. de arbitr. in versi. ordinarius. & in c. si q̄s de pace & treug. nisi diu litigassent. secundum Innocen. & Butr. in cap. i. de mu. pe. & quando propter hoc respublica inquietaretur, secuudum Ang. & Flo. in dict §. qui iussit.

qui iussit. non tamen inter se. Bal. in d. ver. ordinarius. Inno. in c. innotuit de arbit. vbi dicit, quod si recipit compromissum non derogat iurisdictioni suę, tamẽ debebat ipsas partes cõcordare in electione puncti vel arbitri. Bartol. & Doctor. in l. de die. qui satisdar. cogun. & in l. obseruãdum de iudic. Speculat. in titul. de de ꝑpa. iudici l. ... rtis. ĩ fi. Bar. in l. i. de fi deic liber. emendare cuncta quæ lites impediũt, & exactiones officialium & notariorum refrenare. Spec. in titu. de salla. §. ij. in versi. sed quid. Tamen hoc est aliter distinguendum in criminalibus. quia iudex ante impositionem pænæ non debet concordare parte, quia eius officium est punire. ff. de pœn. l. si operis. & l. si uendicari. & ff. ad leg. Aquil. ita vulner. ad fi. Imposita autẽ pœna eius officium est cõcordare partes. ff. de offi. præ l. cõgruit. de nou. ope. l. i. §. inde quæritur. & in aut. de man. prin. §. deinde. ¶† Circa crimina ve
10 ro committenda, tunc si timetur contingere ex causis ciuilibus quod plerunque contingãt. d. l. equis. & de iud. l. properandũ. in prin. & in auth. de trient. §. si vero. & tunc prouidet iudex non cogendo aliquem ius suum relinquere, sed causam celeriter expediendo. d l. properãdũ in prin. & litibus. de agr. & cens. & ẽt sequestrata possessione sine præiudicio partiũ de acq. pos. l. interesse. ꝑ not. per Inn. extra de probat. c. in præsentia. & generaliter vbi timetur graue scandalũ. æquius est quod iudex possit partes ad pacẽ cogere. argu. iurium ꝑdictorum. licet illius sit ꝑmittere nasci. scandalum, quam relinquere veritatem. extra de regulis iuris qui scandalum. tñ aliquando detrahitur iustitiæ pro virando scandalo, vt ibi not. & facit de prec. im. off. l. quoties. & ꝙ no. eod. titu. l. rescripta. in verbo, lædat. Tamẽ † ego vltra prædicta consulerẽ quod
11 iudex faciat partes satisdare de pacifice uiuendo, de non innouando aliquid, & de non offendendo, nec rixas, aut iurgia faciendo. ꝑ nota. per Bartol. & alios in l. quod iussit. de re iudi. vbi Bartol. dixit. † quod iudex potest prohibere si duo ha
12 beant guerram, quòd vnus nõ transeat, ꝑ vel ante domũ alterius per no. in l. fi. de offi. procur. Cæsa, & per notat in authen. si quis. C. de adulter. quia debet obuiare ne mala committantur, & faciunt not. in l. vna. C. vt pos. & quæ Bal. not. in l. ordinarii. de rei. vend. & But. in l. incerti. de interdictis. Bald. in l. nullus. de sum. tri. quĩ dixit in l. transigere. C. de trans. quod si propter hoc commiserint delictum, quod prius debet punire, quam ad concordiam reducat, & idem in l. cum affirmes. de li-
13 be. causa. † sic etiam poterit pars petere se
a associari per familiam a si timeat. per glo. in l. furti. §. qui iussu. de infami. & Barto. l. capitaliũ. §. ad statuitas. de pœn. dixit ꝙ ista securitas non debet peti. nisi causa appareat. Si tamen aliquem offendi, & volo mihi caueri, an possim? vide late Bartol. ĩ d. l. quod iussit. vbi per alias. ¶ Iudex nõ debet studere ad concordiam & conciliationem partium in criminalibus antequã puniat. Iacob. Butri. in l. æquissimum. de vsufru. Bald. in l. transigere. C. de transactio. & quando debebat partes concordare. Bal. plene in l. fi. C. communis de leg.
14 ¶† Iudex si viderit accusatorem colludere vel concordare non debet ipsum vlterius admittere sed debet ipse iudex ex eadem instantia procedere supplendo ẽt de facto propter præsũptam collusionẽ accusatoribus. l. ii. de abolit. vnde si fiat concordia in casibus à iure prohibitis, iudex ex officio potest repellere accusatorem propter præsumptam collusionem, nec tenetur excipere testes, quos offert accusator, sed ipse iudex habet veritatẽ in quirere per testes sibi visos, & potest iuuare accusationem per testes ex officio productos. vt dict. l. ii. & l. transigere. C. de transact. & ideo non tenebitur in syndicatu per iura prædicta.

a ¶ *Ad compromissum.*] *Adde Feli in c. pastoralis de rescript. & quod ibi dixit in apostil. & quod dixi etiã post Felin in rubri de treug & pace in apostil & d. Petr. Phil. Corne in consi 76 inci Licet in litera M. in i parte. & in consi. 65 inci Quoniã in litera C ĩ iiij par.*
b ¶ *Per familiã.*] *Adde Felin. in rubr. de treug. & pac. in versi qui timet.*

SMMARIVM.

1 *Officialibus perpetuis licet contrahere, alijs vero non vt nu. 2. Nisi propter eorum necessitatem nu. 7.*

3 *Officialis non potest emere a subditis, nisi victualia.*

4 *Officialis an liceat matrimoniū cōtrahere cū subdita de iure canonico & ciuili. & n. 11.*

5 *Donatio facta officiali an teneat.*

6 *Officialis perpetuum potest habere pecuniam propriam ad lucrandum.*

8 *Officialis an possit cōtrahere per uxorē et suos.*

9 *Prælatus non potest emere rem ecclesiæ cum cō sensu capituli.*

10 *Potestas an possit dare licentiam assessori suo ut contrahat in officio.*

Contrahere.

CAP. I.



1 OFFICIALIBVS perpetuis† licitum est cōtrahere. glo. & Cy. in l. quisquis. C. si cer. petat. non tamē temporalibus nisi causa victus, & in casu. l. qui officii. de contrahē da emptione. & dicit Baldus quod de officiali ad arbitrium superioris disponitur idem, quod de perpetuo, quia eius officium quo ad tempus non est certo modo diffinitum. ff. de excusation. tutorum. leg. iurisperitos. in principio secundum Bart. in l. dam. §. si quis. de noui operis nuntia
2 tione. Baldus in dicta l. quisquis. ¶ † Officiali ad tempus iurisdictionē habēti non
a licet contrahere. a l. non licet. ff. de contrahenda emptione. & l. i. de contractibus iudicum. & si emit quæritur fisco. dicta. l. nō licet, quia contractus illicitus est. Si vero non habet iurisdictionem, aut emit ex officio quod administrat puta, venditores gabellarum communis, qui tacite gabellas emunt per interpositam personā, & non quæritur eis. dicta l. non licet. adeo quod vnus officialium altero authore potest emere etiam palam, & iusto pretio, quando inter ementem & vendentem non esset distinctio personalis gloss. singularis in lege prima de contractibus iudicum. aut talis emptio non concernit officium, quia notarius priorum emit aliquid, & licitum est, secus forte in ipsis prioribus, qui habent iurisdictionem, quod non firmo, quia fecit contra Baldū in dicta lege quisquis vbi dicit secundum Cinum quod prætium præsumitur fuisse de bonis fisci. de quo est glo. ordinaria in l. facultas. de iure fisci. Gulielmus tenet contrarium. in authentic. licentia. de episcopis & clericis quod est verius, nisi appareant coniecturæ in contrarium Adde Cynum in auth. quibuscunque de episco. & cleric. Bald. ibidem. ideo impetrent a principe licentiam, vt fecit dictus Leo noster. d. l. i. in principio de cō
3 tractibus iudic. ¶ † Officialis non potest emere a subditis hospicia, vel campos, nisi victualia. l. solent. §. nunc vero. de officio procons. tamen potest emere equos, quia non debet ire pedes, quia sunt similes alimentis, imo sunt pars alimentorū. vt notatur in l. denique. §. idem Labeo. ff. mādati. secundum Baldum, ibi licet de iure capitulorum regni nō possunt emere palafrenos in prouincia, quam regunt, nisi pro eorum vsu & est de iure communi, vt supra. ¶ Et ideo capitanei, & officiales prouinciæ terræ Idronti, qui emunt ibi mulas causa cōmercii male faciunt, & vide constitut. regni. de prohibito officialium commercio vbi prohibitum est officialibus, omne commercium. & dixit Angel. in l. i. C. si rector prouinciæ. quo prohibitio cōmercii in officiali habet locum in illis, qui possunt inferre minacem seruorem, secundum Andræam de Iser. in ii. titulo vsuum feudorum ad fin. dixit quod possunt emere palam publicè & bona fide, si vendens erat, magnus vir, qui non timeret, vt ibi late. pro quo facit l. finalis. ff. de ritu nuptiarum. Tamen an isto casu, quo prohibetur officialis contrahere firmetur contractus iuramento. Dic, quod non, tamen seruandum est iuramentum per capitu. debitores extra de iureiurando. secundum Bartolum in l. si quis pro eo. ff. de fideiussoribus. in versi-
4 culo quarto prohibetur. † Et licet dicta cōstitutio etiam prohibeat matrimonia & sponsalia filiorum. vt ibi. & in l. i. C. si rector prouinciæ. & in l. qui in prouincia ff. de ritu. nuptiarum secus est de iure canonicu. quod obtinet in spiritualibus. secundum Ioan. Andræam in capitulo penultimo in fin. de secundis nuptiis. & p Salicetum in l. qui contra. C. de nuptiis. ¶ An officiales perpetui possint a subditis emere possessiones, Gulielmus in dicto §.

cto §. nūc vero. dicit quod non, quia lex
indistincte prohibet. l. j. de contractibus
iudicum. sed Baldus tenet contra quia
Episcopi hoc possunt. authen. licentiam.
de episc. & clericis. ibidem. & vide supra
5 latius. ¶ † Si officialis facit sibi fieri dona-
tiones à cōmunitate, quā regit, talis do-
natio non valet, & est prohibita ꝑ ple-
biscita. Bal. secundū Odofredū in l. iurif-
gentiū. §. prętor ait. ff. de pactis. vbi est gl.
quod nota. vide Baldū de pace constan-
tiæ. ad finem. vbi dicit, quòd non valent
pactiones, quas faciunt dominicū subdi-
tis, nisi donent vexillū, vel aliud iocale si-
ue armaturam in præmium laudis & bo
næ administrationis, quia valet de con-
suetudine Italiæ, & facit l. Aquilius regu
lus. de donationibus vbi licet dare offi-
ciali causa antecedentis remunerationis.
6 ¶ † Officialis ꝑpetuus pōt habere ꝓpriā
pecuniā ad lucrandū. l. principalibus. ff. si
certū petatur. Quid in officiali ad bene-
placitū. Dicidē, quia ipse habetur pro ꝑ
petuo, secundū Cynum in l. quisquis. C.
si certum petat. & Bar. & Bald. in l. iuris-
peritos. de excus. tuto. & l. sufficit. de con
di. ind. Barto. in l. de pupillo. §. si quis. ipsi
prætori. de nou. oper. & Canon in capit.
& si principalis. de rescript. secundū Lu-
7 dou. in dict. l. principalibus. ¶ † Officiales
non possunt cōtrahere cum subditis, nisi
sint perpetui vel propter eorum necessi-
tatem. l. principalibus. ff. si certum petat.
vbi dicit Guli. quod officialis perpetuus
pōt cum propria pecunia contrahere &
lucrari, & dicit Bar. quod si quis est offi-
cialis in ciuitate sua, vnde est oriundus,
quod potest contrahere, & licet quis non
possit esse officialis in propria. l. si cui. qꝫ.
ex cau. maio fallit si est ibi consuetudo,
vel ex beneficio principis, tamen Baldus
in l. quisquis. ff. si certum peta. tenet con-
tra Bar. quod etiam si in propria ciuitate
habeat officium non potest contrahere
per l. qui officij. de contrahen. empt. vbi
tex. quod officialis tempore sui officii nō
potest cōtrahere, hoc ideo ne per impres-
sionem subditos lædat. l. si per impressio
8 nē. C. quod met. cau. vbi dicitur ¶ † quod
etiam non potest contrahere per vxorē,
& suos, & ex alia causa, ne aduocentur
ab administratione, & sint negligentes,
vt colligitur in l. milites agrum. de re mi
lita. & cum istæ rationes militent in offi-
ciali perpetuo sicut in temporali, debet
esse idem ius in utroque. Ludo. concor-
dando Barto. & Bald. dixit quod si quis
est officialis in propria patria sine iurisdi
ctione. & potest contrahere, secundū Bar
to. aut est officialis cum iurisdictione, &
sit vera opinio Bald. quòd militent ratio
nes Bald. Ludo. in d. l. principalibus. ¶ An
si duo sint officiales vnus poterit emere
in officio si alter authoratur. gloss. in l. si
in emptio. §. fi. de con. emp. tenet quod
sic argumento plurium tutorum. l. iiij. de
autho. tuto. glo. vero in l. i. de contra. iu-
dic. tenet cōtra respondendo ad id quod
dicitur de pluribus tutoribus. & illā te-
net Bald. in dict. l. quisquis si cer. pet. &
hoc etiam tenet Ludou. in d. l. principali-
bus. per clem. j. de rebus eccle. non alie. q̃
9 vult † quod prælatus nō potest emere rē
ecclesiæ cum consensu capituli, cum re-
quiratur vtriusque consensus, & per tex.
in auth. quibuscunque. de sacros.. eccle.
vbi Iconomus deputatus ad vendendū
rem ecclesiæ cum alio, ipsam rem emere
non potest. & per §. Iconomus. in auth.
de alie. & emphyte. Non obstat quod di-
citur de tutoribus qui sunt insolidum,
secundum Ludou. ibi tamen officiales æ-
quiparantur tutoribus. Bald. in l. qui for
tuitus. C. de pign. actio. arg. l. præfectus.
10 de ritu. nup. ¶ † Vidi tamen dubitatum,
si potestas, vel capitaneus potest dare li-
centiam assessori suo, vt in officio contra
hat. tñ hoc deciditur in d. l. i. de contrac.
iudic. vbi tex. loquitur etiam de consilia-
rijs, & sic de assessoribus, tñ ille text. non
dicit de licētia capitanei, sed colligitur ex
alia parte, tex. vbi dicitur, ꝙ requiritur li
cētia principis. vt ibi in principio. ¶ An si-
cut nō pōt donari officiali durante offi-
cio ꝑ glo. in l. i. de contractibus iudicum.
possit post depositum officium, scilicet in
syndicatu. Bartol. determinat quod non,
in l. solent. §. ante vero. de offic. præsidis.
allegat. l. i. §. bestias. de postul. secundum
Ludouicum in dict. l. principalibus. vide
supra. ¶ Si venditur per fiscum res pa-
terna officialis durante officio potest il-
lam emere. l. qui officij de contrahend.
emptione. secundum Ludouicum ibidē

11 Officialis nõ poteſt durante officio contrahere matrimonium cum muliere ſibi ſubdita.l.erat.ff.fami.erciſcun.l.ſi quis officium.de ritu. nup. & eſt capitulum in regno. Tamen inde poteſt habere concubinam l.fin.de concubi. & facit quod no. Cyn.in l.i.C.ſi rector prouin.

a *¶Contrahere] Adde late d Alexand. de Imo. ĩ l principalibus ſi certum pet & Pe de Suz. in l pen C ſi cert pet & Ioan And de por in l. centeſimis de ver oblig & Firmianum in ſuo tract gabe iij parte vi q*

b *¶Matrimonium] Vide tamen Felin in cap. i. de ſponſa in v col in verſi ſecunda declaratio & in c eccleſ in xxi col in ver. ſexta declaratio de conſtitu.*

SVMMARIVM.

1 *Officialibus an & quando poßit dari & n 5.*
2 *Mercator eſſe quis non dicitur propter vnam negationem, & quid in luſore nu 5.*
4 *Officialis poteſt contrahere in ſua prouincia propter ſuam neceßitatem.*

CAP. II.



OFFICIALES non poſſunt tempore ſui officij emere, nec domos conſtruere in ciuitate.quam regũt, ſine principis iuſsione, niſi paterna bona vendãt l.i.de cõtracti.iudicũ.ſecũdũ Azo.nec etiã donationes recipere, niſi qui donauit finito officio eandẽ donationẽ firmauerit, expreſsè videlicet.tacuerit quinquenio.d.l.j.ꝙ nõ habet locũ in officiali prouinciali, quia iſta non poteſt etiam permiſſu principis, nec taciturnitate quinquẽnij, firmãtur donationes prouinciali factæ, ſecundũ Azon. ibi in ſumma. & idem dicit in conſiliarijs domeſticis & aſſeſſoribus per illum textũ & lege nõ licet.& lege officij de cõtrahen.empt.& de officio pſi.l.plebiſcitũ.niſi forte cõfirmenť cõtractus ſilẽtio.xxx. annorũ.& illa prohibitio eſt fauore publicæ vtilitatis, adeo quod minor magiſtratus non poſſet emere cum authoritate maioris, ſecundum Azo. qui dicit, quod forte poteſt donare & vendere, ſecundum Placentinum. licet in venditione non adeo puta ſit ratio. Tamen
3 prædicta limita † quod poteſt donatione officialibus quando eſt donatio remuneratoria ex geſtis ante officium.tex. & gl.in l.Aquilius Regulus.ff. de dona. & vide conſti. regni.de prohi.offi.comercio quæ incipit, communiter. quæ vult quod officiales annui, & eorum iudices notarij,& familiares non poſſunt recipere mutuum à ſuis prouincialibus in pecunia,vel rebus, nec etiam ſtabilia quocunque titulo alienationis accipere, nec matrimonium contrahere,nec quemcunque contractum facere de mobilibus vel mobilibus, cum ſubiectis ſuæ iuriſdictioni, præterquam de neceſſarijs ad victum pœna ibi ſtatuta vtrique parti imminente, & eſt capitulum regis Caroli. qui prohibet officiales emere in iuriſdictione ſua equos, vel mulos per ſe,vel interpoſitam perſonam, iuſte ſit perpetuus, & ſic non licet officiali temporali mercari in prouincia ſibi decreta, nec etiam ibi nauem extruere, vt in lege. aufertur.§. primo de iure fiſci. & aliàs conſultus in l.hoc ſi officialis mercatur in rebus ad vitam hominis,ſi tenetur pœna illius cõſti.faciendo deferri victualia ad vendendum in ciuitate ſibi decreta ? & dixit ꝙ non,primo,quia conſtitutio ſentit quod poſsit de neceſſariis ad victum,& non exprimit officiali vel ciuibus. per nota. per Bart.in l. annonam. de extraordi. crimi. & in l.i.§. deficientium. de offi. præfect. anno vbi iudex poteſt mandare hominibus locupletibus habentibus frumenta venalia, vt illa vendant iuſto pretio quos poteſt punire. & quia facit lege permittẽte, non tenetur pœna illius conſtitutionis.argum.l.Grachus.de adul.& arg.no. per Bart.in l.i.ab empt.ſpecierum nemini licere ſe excuſare,libr.x.& in l. de quibus muneribus nemini licere. vt late. & in l.i.ad leg.iul. de anno. & in l. negotiatores.de iure immu. Nam cum illa conſtitutio ſit facta propter vtilitatem reipublicæ,ne magiſtratus mercẽtur, & ſubditos ledãt,nõ includit iſtũ caſũ, quia eſſet vtilitati ipſius reipu. cõtrarius p.l.iubemus.la picola. de ſacroſan. & argũ. iubemus.de naui.nõ excu.lib.xi.& l.nullus C.de anno.li.x.& c.nõ minus.de ĩmu.eccle.& dixit Cyn. in l.ſi toto,de leg.i.ꝙ p generalem clauſulam, non obſtante, non videtur remiſſa collecta per publicam

cam vtilitatem indicta. & Ioan. Andr.& Bal.in ti.de senten.§.nūc videndum, versicu.si vniuersitas. Nam conducentes annonas in ciuitate cum nauibus præmiantur a iure quod nullam vim patiantur. l. i. C.de naui.lib.x.nec possunt capi pro represaliis, secundum Bar.ibi, quomodo ergo patientur pœnam illius.consti.officiales qui victualia conduci faciunt ad vendendum in ciuitate propter publicā vtilitatem, quā tenentur ipsi procurare, & in casu illius constitutionis vel statuti dicentis, quod officialis non possit mercantiam facere in ciuitate sibi decreta, nō tenebitur si pro vna vice tantum exercuerit, vt dicit Bal.in l.2.de constituta pecu. & facit, quia licet clericis sit interdicta negotiatio, per venditionem vnius rei tantum non diceretur negotiari seu mercari de consect. dict.§.eiiciens.& facit quod
a not.Bar.in proœmio.ff a & quod no.Bar. in l.i.§.i.de trib.& ī l.legatis.de leg.3.vbi
2 dicit † quod per vnā negotiationem non dicitur quis mercator.& in l.venditor.circa medium.de acti.empt. & vide in l.cætera.de legatis.§.i.in gl.& dicit Bal. in d. l.2.quòd vna mercantia non facit quem mercatorem, sed professio exercitii. sicut per vnum actum non videtur quis fœnerator nec lusor, vt ibi per eū, & Bal. in dict.l.legatur.& ita consului in fauore vnius officialis accusati de vna mercantia.& vidisti Bal.in d.l. aufertur.& And. de Iser.in ti.de feudo guar.ibi ponit aliā distinctionem quando officialis possit cōtrahere, & quando non, vide supra in ca. officialis non potest contrahere cum sequentibus, & sequentibus. vide Lucam de Penna in l.2 de lucr.aduoc. vbi ponit distinctionem quādo possit officialis præpositus alicui officiali emere, & quando non. ¶ An officiales constituti ad recollectionem gabellarum potuerunt sibi ipsis mutuare ex illa pecunia? Dic quòd nō & incidunt in pœnam.l.i.& 2.qui ex publica ratione lib. x. & l. minime. de suscep.
3 & arch.lib.x. ¶ Licet † officialis prohibeatur contrahere in prouincia sua, tamē ad eius necessitatem potest.dict l. principa-
4 libus cum sequenti. ¶ † Officialis in officio existens potest pignus recipere.glo. & doct.in l.in quorum finibus.ff. de pig.
5 ¶ † Officiales non possunt donationes recipere.l.i.de contract.iudi.nisi sit remuneratoria ex gestis ante officium.l. Aquilius Regulus.ff.de dona.vbi vide glo.quæ dicit, quod nō potest donari officiali, nec potest officiali habitatio concedi in domibus priuatorum, nisi causa remuneratione ex causa de præterito, quia non possunt habitare in domibus priuatorū, sed debent habitare in domibus publicis.C. de officio recto.prouin.l. fina.& vide gl. in l.obseruare.de offi.proconsul.

a ¶ *Et ibi vide domin.*] *Alexan.de Imol & ad de Ange in l Titius.§ fin de excu tut.& Bal. in tract.de mercatore.*

SVMMARIVM.

1 *Consuetudines malæ non sunt obseruandæ ab officialibus.*
2 *Consuetudines male confirmantur longo tpe.*
3 *Arbitrium habens facit litem suam si nō seruauerit consuetudinem solitam.*
4 *Iudex in causarum decisione debet attendere locorum consuetudines.*
5 *Consuetudo, an & quando attendatur in contractibus.*
6 *Officia videtur concedi secundum consuetudinem. Et quid in mutatione officiorum nu mero.7.*

Consuetudo.

CAP. I.

1 MAlæ † consuetudines per officiales non sunt obseruandæ.gloss.not. in l. omnes iudices. de dign. libr. xii. & in authen vt nulli
2 iud.§.i.vbi tex not.quòd † malæ consuetudines, nec ex lōgo tempore, nec longa consuetudine confirmentur.& in ca.quoniā.extra de præscrip. vbi dici text. quòd
3 non firmātur longissimo tēpore. ¶ † Habens arbitrium facit litem suam si non seruauerit solitam consuetudinem.nota. in l.quid ergo.§. pœna grauior. de isami. secundum Bald.in tit.de pace iur. fir.§.iudices.& habes in verbo, compositio. & in verbo, arbitrium.in cap.an vbi iudex habet arbitrium. ¶ Custodia carcerū est facienda secundum consuetudinem curiæ.vide in verbo, carcer.in cap.an si plures carcerati effregerint. ¶ In multando est attendenda

tendenda consuetudo. vide in verbo, pœ
4 na. ¶ † Iudex in causarum decisione, & iu dicij ordine debet attendere locorũ consuetudines, aliàs tenetur l. 2. C. quẽadmo. test. ape. de vsu. l. eos de euic. l. fundus. C. quæ sit longa consu. in rubr. & l. fi. C. de iurisdict. om. iudic. de consti. c. i. vbi Bar. & Inno. & Ioann. Andr. & in l. diuturna. ff. de legatis vbi dicitur quòd pro lege & pro iure est obseruanda vbi gl. ponit exẽpla adeo, quòd si in libello actor intentauerit conditionem ex consuetudine, & probauerit statutum, iudex tenetur si ꝓnunciat secundum statutum, quia ius ꝓbatum non fuit deductum in iudicio, & propterea non valuit sententia, quia debuit iudex absoluere conuentũ propter petitionem actoris ineptam, reseruato sibi iure proponendi aptam, secundũ Bart. late. in l. prima. C. quæ sit longa consuetudo. De qua consuetudine stabitur dicto vnius doctoris authoritatis, qui diceret ita fuisse obseruatum ab antiquo de consuetudine. per no. per Bart. in l. conficiuntur. de iure codi. & arg. glo in l. 2. C. si secundo nupt. in l. de quibus. de leg. & vide in verbo, iudicaret. in ca. in fi. ¶ Iudex non seruans consuetudinẽ facit litẽ suam vide in verbo, iudicare. in capit. i. in fi. ¶ Si est facta electio potestatis simpliciter, videtur fieri secundum consuetudinẽ illius curiæ, per nota. per Barto. in l. lex
5 cornelia. ad filia. ¶ † Nam consuetudo in contractibus attenditur vbi non est facta expresſio mercedis, glo. in l. excempto. C. loca. & l. quod si nolit. §. qui asſidua. de ædil. edict. quia quis intelligitur contrahere ẞm consuetudinem regionis, secundum Bart. in l. ex ea parte. in prin. de verb. obliga. & in l. semper de reg. iur. Et quãdo dubitatur, sic videtur tacite actũ. Bal. in l. sicut de actio. empt. & in l. incendium. si cer. per. ¶ Et contractus in dubio videtur factus secundũ conditionẽ personæ, & loci consuetudinem, secundum Bar. in l. nemo. de duob. re. & quod no. in l. si prius. §. rectis. de aqua plu. & hoc casu talis electio videtur facta secundũ dispositionẽ statuti. vt not. in l. iureiur. §. & si liberi. de operis libertorũ. & l. liberti. C. co. idem si erat consuetudo solum aliquid promittentis secundũ. Ioan. And.
6 in rubrica qui facit. † & vide Barto. in l. magistratus. ad muni. vbi dicit quòd officia videntur concedi secundum consuetudinem, arg. d. §. rectis. & vide Bart. in l. i. §. de vari. cogni. vbi in salariis attendi-
7 tur consuetudo. ¶ † Consuetudo ciuitatum est obseruanda in mutatione officialium. l. neminẽ. de susce. & Arch. lib. xi. in fin. vbi glo. allegat concordantes qui debent omni anno mutari & reddere rationem, vt ibi in text. & gl. ¶ An propter cõmunem obseruantiã & consuetudinẽ iudiciorum detur inquisitio copia iudiciorum & famæ. vide in verbo, tortura. in ç. propter communem obseruantiam. vbi multa de conditione iudiciorum in criminalibus. ¶ In electione officialium seruatur consuetudo infra in verbo, electio. in c. electione. cum sequenti. ¶ Consuetudo iudiciorum est seruãda. vide infra in verbo, instrumentum. cap. j.

SVMMARIVM.

1 *Pudor in leuibus delictis habetur pro pœna.*
2 *Iudex vbi nõ potest torquere, potest terrere.*
3 *Indulgentia aliquando præbet occasionem delinquendi*
4 *Melius est cum seueritate diligere, quàm cum leuitate decipere.*
5 *Iudex post aliquem corrigere ne delinquat.*
6 *Infamia incurritur aliquando ipso iure, & quandoque per sententiam, quandoque ex genere pœnæ.*
7 *Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*
8 *Furcæ sunt signa meri imperij.*
nunquid.Ioan.And.ibi in §.i. in additio.
magna.& in tit.de inſtrumẽ.edit.§.i. ver.
pone.& quod not.Bart.in l.i. de ſuperin-
di. lib.xj. & vide in verbo, nuncius. vbi
latius.

SVMMARIVM.

1 *Iudici an credendum ſit ad excuſationem ſui.*
2 *Famulo poteſtatis an credatur ad excuſationem ſui*
3 *Doctori creditur de ſuo diſcipulo, & magiſtro militum de ſuo milite.*
4 *Experto creditur in arte ſua.*

CAP. II.

1 AN ſi iudici † opponatur quòd
aliquid iniuſte fecerit, cre-
datur ei ad excuſationem
ſui? dic quòd non, ſi ex actis
non conſtat capitulo quoniam. con-
tra de probat. capit. cum in iure. de of-
fic. delega. Tamen de iure Longobardo-
rum ſtatur iudicis commemorationi: vt
not. Andræas de Iſern.in conſtitu.ordin.
quod tamen non eſt verum, quia credi-
tur in cauſis magnis,tamẽ in minimis cre
ditur iudici et ſine proceſſu, vt not. Bart.
& Ang.

& Ange.in authen.niſi breuiores.C.de ſent.
ex periculo.& not.ipſe in l.ſciendum de ver-
borum obligatio.& etiam licet non credatur
nec pro iudice præſumatur ſine proceſſu,&
ſine actis iudicij, tamen in his quæ acta ſunt
in proceſſu cauſæ eſt iudici credendum, &
pro eo præſumendum, ſecundum Innocen.
in dicto.capitul.contra.& vbi dicit eſſe proba
tum, & propterea ſententiam proferat, va-
let, & pro eo præſumitur, niſi fuerit appel-
latum, ſecundum Innocen. ibi. Nam etiam
alias creditur rememorationi iudicis de for-
ma ſtipulationis prætoriæ.l.prætoriæ.de præ
tor.ſtipul. Tamen non creditur ſibi aſſerent,
ſolennitatem debitam in actu interueniſſe.
not.gloſſ.in l. quod ſi.C.de fide inſtrument.
libr.x.quia ſi non creditur in facto proprio.
l.omnibus. C. de teſtib. nec etiam creditur
iudici quod pars fuerit præſens,& partis con-
tumaciam accuſans, vt not.in dicto. capitul.
quoniam contra.& not. Specul. in titul. de
contumacia.§.j.verſi. fit autem.& vide in l.
prætor.§.Marcellus.de iudic.quæ dicit quod
creditur iudici dicenti talem abſolutum, &
poteſt eſſe teſtis de actis coram ſe factis.no.in
l.quoties.de proba.C.de arbit. ne in arbit.&
ibi Cyn.C.de teſtib.l.ob crimen.§.j.in gloſſ.
magiſtratus.& not.in Specul.eod.§.verſicul.
item quòd fuit in eadem cauſa.& Hoſtienſ.
in ſumma.eo.tit.§.ij.& in verſicul.contra in
iudice.not.de elect.capitul. cum dilectus. &
de teſtibus.capitul.cum à nobis.extra de ac-
a cuſat.capit.cum dilecti.[a] Vide Ioan.Andre.in
additio.Specul.in titul.de dila.§.fi. verſ. pen.
Et an credatur literis iudicis de actis coram
ſe factis. Cy. in authen.ſi quis in aliquo C.de
eden.q.ij.vide extra de accuſa.cap.dilectus.&
de probatio.c.poſt ceſsionem.& in Specul.de
remiſsio.§.pen.verſic.nunquid remiſsio.¶ Si
habentes arbitrium dicant aliquid facere ex
eorum arbitrio, cum ſint perſonæ electæ &
graues,eis creditur de eo, quod in ſuis præ-
ſationibus aſſerunt. Bartol. in l.ambitioſa.de
decre. ab ord. fa. in verſicul. viſis & exa-
minatis.¶ An credatur nuntio de officio ſibi
commiſſo? vide late.infra in verbo, nuntius.
2 ¶ An † credatur famulo poteſtatis ad excuſa-
tionem ipſius? vide in verbo, teſtis.¶ An cre-
datur poteſtati ad excuſationem famuli,dicẽ-
do,quòd ipſe poteſtas aliquid mandauit? vide
infra in verbo,familia in capitul.familia pote-
ſtatis.¶ An & quando credatur peritis vel pe
ritioribus,vide in verbo,tortura.i c.officialis
poſuit cordã.¶ An credatur medico de ſua pe
ritia deponenti dic quod ſic.C.de re milita.l.
ſemel.extra de æta.& quali.c.ad aures de ho
micid.c.ſignificaſti.in authentic.de non ali.§.
quod autem.de adminiſtr.tutor.l.lex quæ.de
profeſſo.& med.l.magiſtros. cum ſimil. ſicut
naturali creditur de natura.ff.de ſolutio. l. ſi
pater.¶ Creditur fabro de fabricia.in authen.
3 de non alien.§.quod autem.¶ Creditur † Do-
b ctori de diſcipulo, [b] & magiſtro militum
de ſuo milite. l. j. C. de offic. magiſtr.offic.
¶ Aduocato creditur de cauſa,in qua aduoca-
uit.de iudic.l.rem non nouam.§. patroni. de
aſſe.l.nemo ad fin. Seruo creditur de facto
ſuo.de quæſtionib. l. interrogari. de ædilitio
edict.l.quæro.in fin.¶ Meſſori creditur de ſuo
facto.ff.ſi meſſ.fal.mo.l.j.& ff.finium regun.
l.ſi irruptione.in §.j. ¶ Tabellioni creditur
de ſuo officio. C. de falſ. ſi quis decurio.
¶ Viatori creditur de ſuo officio. de rebus
eorum.l.magis puto.§. ne tamen.¶ Cuilibet
4 † experto creditur ĩ arte ſua l.certi iuris.C.de
iudic.in prooemio.ff.§.j.& l.j.de ventre inſpi
cien.¶ Quæ not.quia per iſta aliquando iu-
dex ſe poterit excuſare, ſi quid fecerit iſto-
rum conſilio.

a ¶ *Cum dilecti.*] *Et ibi ad hoc vide* Felin. *in ij. col ver no iiij quod.*

b ¶ *De diſcipulo*] *Vide* F*el. in cap.nemo.in ver. item apponitur de ſymo.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis de quibus culpis teneatur.*
2 *Poteſtas an teneatur de dolo & culpa alterius officialis ſui collegæ.*
3 *Officialis non præſumitur eſſe in culpa vbi priuatus præſumeretur.*

Culpa officialis.

CAP. I.

1 OFFICIALIS † de quibus
culpis teneatur dic quòd ſi
procurauit officium, tenetur
de omni culpa etiam leui &
leuiſsima, pro quibus culpis
tenetur etiam inquantum facere poteſt, &
non carceratur,& ſic debet libellus conclude
re cõtra ipſũ,vt cõdemnetur quatenus bono
viro videbitur ęquum.Bald.late in l.quę for
tuitis. de pignor.act.& in l.quanquam. C. de
ſenten.& idem Bald.in tit.de pace tenen.§.iu
dices. & in auth.ſed cum teſtator.ad leg. Fal-
cid. & in l. conſentaneum. C. quomodo &
quando.iud.vbi dixit quod non capiens debi

torem suspectum, vel contumacem tenetur parti ad interesse, & vide in verbo, negligentia in c. qualiter officialis de culpa teneatur. & in cap. negligentia est culpa. ¶ Quae culpa veniat in officio comentariensis? vide in verbo, carcer. in cap. an si plures carcerati. vbi plene. ¶ De culpa officialium. vide in verbo, negligētia. & supra vbi tractamus de iustitia de-
2 negata. ¶ An potestas † teneatur de dolo & culpa alterius officialis sui collegae? vide late Bartol. in l. si pupillus. de admi. tut. & in l. sequ. & in l. tres tutores. vide infra. in verbo,
3 plures officiales. ¶ Officialis † non praesumitur esse in culpa, vbi priuatus praesumeretur Baldus in l. ij. C. qui accus. non poss. imo praesumitur esse in bona fide, secundum Cy. in authen. generaliter. de Episco. & cler. ¶ An habens arbitrium teneatur de culpa? vide in verbo, arbitrio. & in c. annis cuius arbitrio. & in capitu. iudex habens. & in c. vbi aliquid est commissum arbitrio. ¶ An officiales habentes administrationem rerum publicarum teneantur de omni culpa? vide in verbo negligentia in c. officiales habentes.

SVMMARIVM.

1 *Potestas an possit de poenis fiscalibus compositionem facere vel remittere & nu 2.*
3 *Iudex non debet poenas iure statutas differre.*
4 *Iudex non debet esse clementior lege.*
5 *Iudici licet poenam a lege statutam minuere ante sententiam, quando crimen est liquide probatum.*
6 *Compositio & transactio idem probant.*
7 *Criminum abolitio fieri non potest parte accusatoris contradicente.*

Compositio.

CAP. I.



QVIA plerunque potestates, Capitanei, & magistratus in syndicatu impetuntur de compositionibus factis, & multis, & poenis exactis in eorum
1 officio, sunt aliqua tractanda. † Et primo an potestas, vel capitaneus possit de poenis fiscalibus compositionem facere, vel remittere Et dic quòd Gulie. de Suza. in l. praeses. C. de transact. dixit quod non. per l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. quia mandatum iurisdictionis non extenditur ad hoc secundum Cyn. qui dicit esse casum ibi, & sequitur Bald. in d. l. praeses. vbi dicit idem in prioribus ciuitatum, nisi de consuetudine, vel statuto permissum appareat. per not. ff. de pact. l. item magistri. & Bartol. in l. ambitiosa. de de
2 cre. ab ordi. faci. † vbi dicit, quòd potestates non possunt facere gratiam poenarum sine consilio populi, & sic sine licentia superioris. Et idem tenet Andraeas de Isern. in constitu. regni si quis in posterum. de defen. in versic. vt autem. in fin. vbi dicit quod officialis postquam poena est fisco quaesita non potest illam remittere. vbi etiam vide quid in parte remittente? tamen hoc potest princeps. l. rescripta. de preci. Imperato. Tamen do. Lucas de Penna. l. j. C. de deserto. libro 12. arguit, & dicit quòd poena à iure statuta non potest in
3 pecuniariam conuerti † quia iudex non debet poenas à iure statutas differre per l. seruos. in fin. de vi publi. alias punitur. l. j. de priua. carce. & l. final. ne sanctum. baptisma. & argu. l. iu
4 bemus. ad leg. Iul. repetun. † Et quia iudex non debet esse clementior lege. in authentic. de iudi. §. oportet. nec flecti contra l. de pœnis l. respiciendum. dicens quod statuta imponentia poenam pecuniariam pro homicidio non valent, secundum Arrhidia. 23. quaestion. iiij. cap. duo. §. item illud. Et Hostien. in summa de consue. §. iiij. in fin. Ioan. Andr. in cap. cum tanto. de consuetu. & habetur Numeri, nō recipias pretium ab eo qui est reus sanguinis, quòd dicit esse verum post sententiam latā, quia ante sententiam iudex potest augēdo, vel minuendo commutare poenam à lege statutam ex causa, videlicet ex persona, ex etate, & tempore, & ex loco, ex rei conditione, ex delictorum vniuersalitate, & ex delicti qualitate, & haec omnia colliguntur ex l. si quis aliquid. §. instrumenta. & l. absentem. §. fin. & l. aut facta. §. j. de poenis. & de siccar. l. iiij. §. j. & not. Archidiaco. in capitul. si quis diaconus. 50. distinct. & in summa in criminibus leuibus iudex debet lenitatē exercere, & in seuioribus seueritatem cum temperamento. ff. de poenis. l. respiciendū. & in poenis legalibus iudex potest dispēsare, & misericordiae gratiam facere vt not. Archidiac. in capitul. omnis. 45. distinctio. & Specul. in titul. de legato. §. generaliter. vnde obnoxium est virū statim pro vno delicto punire, quia magis est expectandus & corripiendus, quam puniendus. 65. distin. plerique &. omnis iudex terrenus debet imitari. Deum. in authentic. vt omnes obed. iudic. prouinciarum. §. eripiat. & natura diuinitatis pia est. de conse. distinct. j. quia diuinitatis. & quia compositiones consuetudo probat, ergo sunt tollerabiles. l. Imperatores.

res. in fin. ff. de polli. & in authē. de defen. 5 ciui. §. quia vero.† vnde cum crimen nō est liquide probatum, licet iudici pœnam a lege statutam minuere ante sententiā, etiam si esset pœna mortis. 23. q. 5 circun cisiones. 23. q. iiii. innocens. post latam ve ro sententiam non licet nisi Regi, vt ibi per Archidiaco. Et in dubio fortius vide tur admittenda compositio prius quam de crimine liqueat, dū tamen fiat ex cau sa. vt supra. & de pęnis. aut facta. §. fin. & 6 l. capitalium. §. solent.† Nam compositio & transactio idem sonant. ff. ad Turpilli. l. ab accusatio. in princ. & c. fin. de transa ctio. & compositio. proprie est in pecunia quæ infertur per delinquentem pro cri mine. extra. de pęnis. c. præsbyteri. secun dum Lucam ibi. de iure vero constitutio num regni & capitulorum officialis ha bens literas arbitrales, componere potest per literas exercere volentes, scilicet in pęnis portationis armorum, homicidio rum clandestinorum, & in pœnis imposi tis vniuersitatibus, & in aliis pęnis impo sitis & cōtentis & in pęnis fideiussionum de stando iuri, & in multis desistentiæ, & vbi paupertas vel alia rationabilis causa suaserit. Et est aliud capitulum, incipiens, aduersorum, quod pro percussione facta per hominē bonæ famæ cum vulnere lę tali, ex quo non sequatur mutilatio mem bri, aut mortis componi potest nisi sit homo malæ conditionis percutiens. vt ibi tamen est aliud capitulum, quod incipit, habet literarum tuarum quod vult quod vbi nihil constat de crimine ex inquisitio ne vel accusatione facta, non possit com positio fieri sub colore, ne vexetur sum ptibus & expēsis, quia semper innocens saltim pecunialiter componeretur, & de quo etiam est obseruantia magnæ curiæ, quæ vult quod in nullo crimine publico, vel priuato admitti debet quis ad compo sitionem, nisi probato crimine per testes vel confessionem. Et vide capitulum Re gis Ladislai prouidens quod si non con stat saltem per vnum testem, non posset procedi ad compositionem aliquam. Et adde quod est litera Ioannæ secūdæ, quę fuit alias obseruata in magna curia. con demnandus ad mutilationem manus po test componere & redimere manum 12. vnciis. De quo homines de regno dicunt esse consuetudinem vulgarem, & dicunt dodici oncie la mano. quæ litera fuit facta propter glos. in constitu regni summo pe riculo, quam dicit, quod periurans scien ter quando propterea tenetur ad manus mutilationem, potest redimere manum Rege volente & propter illam literam & per c. ad peruersorum admittitur hodie quis ad redimendum manum duodecim vnciis, quia dicitur hoc facere Rege vo lente. Et propterea etiam factum fuit il lud capitulum ad peruersorum, quod pos sit quis componi, inquantum curia tan gitur is qui percussit, si non est solitus de linquere. & vide And. de Iser. in consti. intentionis. de prohi. port. armo. quod of ficialis debet facere differentiam inter bo nos pacificos, & malos, tamen iustitiarii non possunt cōponere vniuersitates, vel alios pro generalibus inquisitionibus, vt in c. regni. Item prædicti iustitiarii. & est cap. i. Reginæ Ioannæ primæ. septimum in ordine, & etiam ratione receptationis bannitorum non potest vniuersitas com poni. vt in c. Regis Roberti tāto sunt gra uiora. Et aduerte, quia illud capitulum ad peruersorum loquens de compositione est perpetuum: tamen aliæ literæ arbitra les de quibus supra dicitur, sunt tempora les, quia fuerunt concesse ad beneplacitū Regis. Ideo in cōmissionibus capitaneo rum & iustitiariorum poni consueuit. Cō cedimus tibi alias quatuor literas arbitra les. &c. per quas datur arbitrium proce dendi per inquisitionem & componendi in supradictis casibus, tamen istæ com positiones non sunt fiendæ vbi tangitur a offensa partis, nisi parte concordata, a vel facta pace. ita quod pars veniat ad curiam & dicat, quod quantum in ea est, si bene placito curiæ fuerit non vult iustitiam. vt in obseruātiis antiquis magnæ curiæ, quę sunt tres hoc dicitur, sinautem pars non potuerit concordari, tunc proceditur in causa ad sententiam. & si fuerit facta cō positio, parte non concordata non valet nec tenet in partis præiudicium. vt in d. c. ad peruersorum. Et etiam de iure com muni si curia composuit malefactorem, non tollitur ius partis contra delinquen tem & alios. Sali. in l. si pro fure. ff. de con di. furt.

di.furt.arg.glo.in l.ne quicquã.ff. pro socio.& facit gl.& ibi no.per omnes in l. venia.ff.de in ius voc. Et dixerunt aliqui in d.l.si pro fure. quòd istæ compositiones non sunt licitæ de iure communi, nisi qñ officialis vellet in vsus curiæ, & nõ in propriam bursam conuertere. Tamen Iacob. de Are. tenet. ꝙ non sunt licitæ. per tex. in auth. vt non fiant.pig.in prin. Nam ẽt Rex non consueuit remittere, & indulgẽtiam facere, nisi parte concordata, vel facta pace, de quo constet per instrumentũ per glo.d.l.venia.cum ibi notatis, & vbi faceret, non teneret, & pars offensa posset agere. per not. per do. Luc. in d.l.j de deser. ad fin. Et ideo consului, quòd si capitaneus cõponeret parte offensa nõ concordata, ꝙ dicta cõpositio nõ valeat, vt possit offensus adire magnã curiam, & petere reuocari cõpositionẽ talem, & illũ delinquentẽ puniri. ar. l. pen. ad Turpil. vbi dicitur, † ꝙ abolitio criminũ fieri non potest
7 b parte accusatoris contradicẽte, b & quia facta contra formã iuris, & constitutionẽ regni, quæ propterea nulla est. argu. l. adoptio non iure. de adoptio. & l. si cum nulla. de re iudic. & l. cum hi. §. si prætor. de transactio. & hoc casu magna curia procederet ad punitionem, vel ad compositionem parte concordata, tamen illud, quod ante soluisset computandũ delinquenti in secunda compositione si fieret. argu. not. per Bart. in l. senatus. ff. de accus. & iurium ibi allegatorum per ipsum, & per ea quæ not. dixit Bal post Cyn in l. ij. C. de sportu. vbi dicit, quod si de vno delicto puniunt diuersi iudices, si ille qui primã iurisdictionem exercet, non sufficienter puniuit, quia non potuit, quod debet suppleri punitio per superiorem, per illum tex. not. & facit c. at si clerici. de iudicijs. vbi dicitur, quod supplenda est pœna, quæ nõ fuit sufficienter imposita. & accedat, quod not. dixit Angel. post Bart. in l. qui de crimine. C. de accus. & in l. si cui. §. idem de accus. ff. quod si docetur. de præuaricatione primi, vel d. collusione primi. & vbi punitio prima non est recte facta, quod iterum potest procedi per superiorem, quia prima punitio vel accusatio iniusta & indebita non absorbet delictum vere commissum, sicut nec solutio indebita extinguit veram obligationem. l. si non sortẽ. §. si centum. de condi. indeb. & l. denunciasse. §. quid tamen. de adult.

a ¶Concordata.] *Vide Fel. in rubr. de treug. & pac. in prin. & in c. super quæstionum. § uerũ. in fin. i colum. de offi. deleg.*

b ¶Contradicente.] *Sed nunquid inuito reo: Dic quòd non regulariter ut per Bal. in l. fallaciter. C. de abolitio. & in l. ubi C. de fal. sed nũquid inuito iudice. Bar. & do. Alex. de Imol. in l. libellorum §. fin. de accus.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ sint consideranda in compositionibus, ut iuste procedant.*

2 *Negligens ad corrigendum iniuriantem est peior iniuriante.*

CAP. II.

1 QVAERO † quæ sint consideranda in istis compositionibus vt iuste procedant. do. Lucas. in d. l. j. de deser tor. dixit, quòd plura, vt fiant cum causa, vt supra proxim. quęstio. & iuxta personarum criminum qualitates, quia maiora crimina maioribus pœnis absorbentur. de pœn. d. c. Deus. & etiã plures circunstantias iudex debet attendere, quas collige. ff. de iniur. l. si. cum concordan. & extra de homicid. in c. sicut dignum. Archi. plene 50. distin. c. tali. ita qđ nullo modo crimen transeat impunitum l. ita vulneratus. ad leg. Aquil. & quod remissio peccati non præbeat audaciam delinquendi, quod iustitia abhorret. j. q. iiii. exigunt. & quod grauentur in talibus ditiores, ita qđ metu pœnæ à similibus abstineãt, & alij terreãtur exẽplo, nec ad alleuiandã ipsam cõpositionẽ passione aliqua moueãtur, & summa cõgrua ꝓ qualitate personarũ, & criminum minuatur. xj. q. iii. § quatuor. vnde solũ hoc attendatur, quod vita hominum corrigatur. 23. q. prodest. Vnde August. de verbis Domini
2 sermone. 16. † Qui negligit iniuriantem corrigere peior est iniuriante, talis ergo summa nomine cõpositionis exigatur, qđ videatur iustitiæ & Deo accepta. cap. i. de voto. cum ibi not. Vnde pœna quę magis timetur est infligenda. ff. de pœn. l. i. § fin. licet in contrarium faciat in authen. vt nulli

nulli iudic.§ fin. vbi pœnæ corporales & pecuniariæ mediocres debent constitui, ideo iudex debet sequi medium,quod est verius,medium autẽ est non quo ad res, sed quo ad personas,vt irascatur & misereatur quando oportet, & in quibus & cuius gratia,vt dixit Arist.secundo Ethicorum.ad quod.ff.de testamen.tutel.l.fin.in prin.Nam vt ait Seneca ad Neronẽ in fi. Tria possunt attendi,venia, misericordia, & clementia,Prima semper illicita est,vt in l.si apparitor.de cohartal. & ignoscendo malis necessario perduntur boni 23.
2 quæst.4.est iniusta. a vbi dicitur, quod misericordia est iniusta,vt l. obseruandũ. de offic.præsi.de dolo.l.elegãter.§.i.& Exod. cap.24.Non misereberis pauperi in iudicio,ideo bonum erit ad clementiam iudicis implorandam,& vt admittat ad compositionem eius clementiam postulare,de pœnis capitulo importuna . in fine. Nec posset tunc iudex absque offensa iniustitiæ si eum humiliatum & pœnitentem viderit compositionis gratiam denegare, secunda quæstione prima, quanto in fin. & hoc vbi subest iusta causa compositionis,vt supra & aliud in contrarium non existat.Vnde bonum erit,vt si pro delinquente milites rogabunt.de pœnitentiis distinctione prima,fleat. quia prodest intercessio vt seueritas temperetur. vigesimasecunda quæstione quinta, prodest. alias non debet admitti deprecatio pœnæ.ff.de minoribus.l.auxilium.§.in delictis.tamen an odium alterius sit iusta causa compositionis,puta si petens prosequatur per criminationes imponentes, vel aliud simile.argumen. quod fit extra de iureiuran. cap.si vero. in fin. & quòd ibi not.Ita do.Lucas post longam disputationem in l.i.de deserto.Ideo consueuerunt officiales regni scribere compositiones in actis,videlicet, quòd talis de tali delicto parte concordata se composuit ad rogatum talis nobilis,ratione paupertatis,&c. ac volens curia super certo inniti potius quam ad incerta vacare.& vide in c.Regis Caroli,quod incipit, authoritate literarũ tuarũ.vbi an officiales possint componere in delictis ratione dubii euentus sine conscientia principis.& in constit.causas. de offic.iudi. vbi dicitur, quod compositiones debent fieri pro qualitate negotii, cum consilio assessoris, & actorũ notarij.

a ¶ *Est iniusta*] *Adde tamen, quod melius est rationem misericordiæ quàm seueritatis reddere & misericordia super exaltat iudiciũ. Spec. in tit de sent. §.vi uer igitur & uer.si autem. adde d.Petr.Philip Cor in consi.296 inci. circa in litera b quod misericordia & pietas sunt uirtutes quæ laudes & fauores merentur.*

SVMMARIVM.

1 *Compositiones cum quibus, & qualiter sint fiendæ.*

2 *Peccator non semper debet recipi ad gratiam.*

CAP. III.

1 TERTIO † cum quibus & qualiter huiusmodi compositiones veniunt fiendæ. dicit d. Lucas in d.l.i. quod cum omnibus componi potest ex causa legitima,vt supra cum quibus, tamen lege,vel ratione prohibitum non docetur. ff. quib.ex cau.ma l.necnon.& vt cum illis quorum est probabilis præsumptio, ꝙ in posterum eorum vita nullatenus corrigatur,non fiat.xxiii.q.v.prodest. & de apost.hi qui.in fi.& in l.iii. de his qui sibi ascrip.nec etiam cum illis, qui beneficiũ compositionis vindicare ex temeritate nitantur.50.dist.domino sancto.¶ Prohibet etiam cum illis,qui non errore,sed malitia crimen committunt cũ illis,qui peccãt assidue,aut qui impunitatem veteris cõmissi non emendationi, sed consuetudini deputarunt l.iii.in fi.de episco.aud. Nam remissionem crimina nisi semel cõmissa non merentur habere,vt ibi. Non enim
2 †oportet semper ad gratiam recipi peccatorem.extra de adult. cap.iii. in fin. quia cum ipsis non clementia,sed seueritas est exercenda.50.distin. Si quis pro vno autem commisso qui est laudabilis vitę puniri est scandalum.45. dist. si quis. Et xj. dist.c.licet cum illis.tamen non est compositio facienda cum quibus gaudia, & lętitia publica verisimiliter contaminanda fore pręsumitur,si dimittantur,vt ibi no. Non enim est indulgendum sacrilegiis, non raptoribus virginum,non violatoribus sepulchrorũ,nõ reis maiestate,nõ patricidis,

tricidis, nō peculatus desertori militiæ, nō homicidis: quia hi, quod fecerunt semper expectant. l. iij. de episc. aud. & quia in his & similibus culpa est relaxare vindictā. 26. dist. quia sunt. & de aliis i l. fi. de aboli. Tamen quidā dixerunt in omnibus componi licere præter in adulterio, & falso. p l. transigere. de transact quæ intelligitur cū agitur accusatione ordinaria inter partes, vt ibi patet in verbo, accusa. & sic intelligitur l. transigere. 2. q. 3. in omnibus. per glo. & Archi. non in compositionibus quæ iure fiunt. quorum dictū posset intelligi, cum aduersus grauiter excedentes, nec plene indicia constant, ex quibus possit ad tormenta procedi, sed solum est aliquod indicium, vel fama: Secūdum cano. vero non potest componi cum crimē est manifestum, vel est fama. Item propter rationem l. transigere. cum ecclesia pœnam sanguinis non imponat. c. cum in archiepiscopatu. de rapto. ideo videtur in nullo crimine ecclesiastico posse componi, secūdum Arch. in d. c. in omnibus. nisi gratis inter partes, vt ibi habetur. Ideo Rex Robertus sapienter edidit supradictum capitulum quod incipit, ad peruersorum. de quo supra in c. plerunq; diximus. pro quo capitulo facit illud: Maleficos non patiaris viuere super terram. xxv. q. v. §. hinc apparet. Nume. 25. Non recipias pretium ab eo, qui reus est sanguinis, quę in regno male seruantur, vbi etiam fit extorsio ab his, qui ab accusatione desistunt, quibus abolitio sine pecunia non conceditur, vt in constitutione accusatorum temeritas: ita do. Luc. in d. l. i. licet latius.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest componere inter partes in criminalibus.*

2 *Pactum habitum in criminibus tollit ipso iure actionem*

3 *Querela non debet bis fieri de eodem delicto.*

CAP. IIII.

AN si compositio fiat cum illis, cum quibus licitum est, & modo præmisso excludantur alii volentes delinquentem qui composuit iterum accusare de dicto crimine, pro quo fuit semel compositus. Dic q̄ si compositio est facta de voluntate offensi, seu partis, quam vindicta principaliter pertinet, vel ad eius denunciationem, q̄ excludat alios. l. quāuis. ad turpil. de adult. l. si maritus. §. si negauerit. & l. iij. §. si is de sepul. viol. qui excludit alios per compositionem in criminibus in quibus potest fieri. l. transigere. de transact. nam in his criminibus vbi ille, ad cuius dolorem principaliter spectat punire crimen remittit, via præcluditur omnibus alijs. argu. ff. de iureiur. l. cū qui. §. in popularibus. de præua. l. præuaricatores. & l. sepul. de sepulch. viol. cum sim.

1 ¶ †Et quia in criminalibus iudex potest componere inter partes. v. q. ij. si primates. Vbi vero iudex ex mero officio procedit ad inquisitionem, q̄ potest compositus de eodem crimine accusari, quia etiā tunc iudex non potest pœnam a lege statutam minuendo tollere ius offensi, vt supra in c. quia plerunque, & quia reipublicæ vindicta criminum principaliter debetur læso, cum illam à iudice possit l. fin. in fin. ad turp. tamen æquius videtur quòd si ex causa facta sit compositio, & parte non prohibente cessante omni cauillatione, vt in d. §. in popularibus. qđ nequeat retractari, & pariat exceptionem rei transactæ, & finitæ. ff. de dolo. l. eleganter. §. si quis. & quia peccata semel dimissa in vltionem Deus redire non patitur. 23. q. 4. si illis. & facit de nup. imperialis. §. i. & ij.

2 †Vnde in criminibus pactū habitum ipso iure tollit actionem l. si vnus. §. pactus. de pactis. nisi in criminibus exceptis, in quibus iudex prohibetur expresse dispensare. l. fi. de abolitio. vbi autem læsus docet compositionē, & processum ignorasse: tunc admittitur ad accusandū. ff de actio. l. si cui. §. idem. vel si sciuit cōpositionem, & probet collusionem, aut corruptionem de diuersis præscrip. l. si intra. c. j & fi. de collu. deteg. His cessantibus videtur compositionem non posse retractari, quia id quod solutum est compositionis nomine succedit in locū pęnæ, quæ erat imponenda. ff. si quis caut. l. si cum. §. qui iniuriarū.

3 †& quia de eodem delicto non debet sæpius quæri. l. licet ff. nautæ caupo. quia regulariter de criminibus, de quibus aliquis est absolutus non potest accusatio replicari. ex-

ri. extra de accusa.c.cum his.& ff.de accusat.l.si plures.vbi de causa facta cōmutatio pœnæ maxime in dubio ante sniam excluditur secunda accusatio, sicut dicimus in principe concedente ob prosperitatē aliquā abolitionem publicā,quæ abolitio differt accusationem, nā non debet quis decipi authoritate iudicis.l.ij. de his qui veniam æta.nam in istis compositionibus nimium operatur authoritas superioris.de accusa.cap. veniens. quod met. cau.l.fi.in fi.de aqu.plu.arcen.quanquam. in prin.secundum d.Luc.in d.l.i. de desertor.qui concludit,quòd iudex volēs cōponere:vt omnes accusare volentes excludantur.debet præfigere terminum omnibus accusare volentibus, quibus non cōparentibus iuste procedet ad compositionem.arg.qui matri.accus. pos. cum in tua. de adult.l.si maritus.S.si negauerit.& vide latius Bar.in l.senatus.de accusatio.& Ang.in l.qui de crimine.C. de accusat. & in l.si accusatoribus.vbi Ang.C.qui accu: & in l.si pluries.ff.eo.tit.

SVMMARIVM.

1 *Compositione facta per iustitiarium de uoluntate partis an delinquens possit iterum accusari ab eodem.*

2 *Princeps tantum remittit pœnas & nu.3.*

4 *Iudices ante sententiā tam in ordinarijs criminibus quā in extraordinarijs possunt ex causa & ex persona & ex ætate ratione scandali ampliare & arctare pœnam.*

5 *Pœna qua imponitur per compositionem obtinet uicem pœna lega'is.*

CAP. V.

1 AN facta†compositione per iustitiarium de volūtate partis delinquēs possit iterū accusari ab eodem? Dic ꝙ non,si ad illā partem principaliter spectabat accusatio.argum.l.quamuis.C. ad Tert.& 24.q.3.cap.si illic.& argu.l.maritus.§.si negauerit.ad tert. & patet in constitu.regni. desistent ab accusatio.in constitu.post citationem.vbi dicitur ꝙ curia non acceptat compositionem factam inter partes cū suo ordine causa peragitur, secus videtur vbi curia componit, & compositionem partium acceptat in his criminibus in quibus potest transigi,vt in l.trāsigere.de transactio.vbi si is ad cuius dolorem spectat,remittit,cęteris via præcluditur.ff.de iureiur.l. eū qui. §. in popula. de præuari.l.præuaricatores.& l. qui sepulchrum.de sepulchr. violat. & in criminibus iudex potest componere inter partes v.q.ij.cap. sunt primates. 24. q.4. si quis membrorum. Si vero fiat compositio vbi procedebatur per inquisitionem specialē, dicunt quidam ꝙ potest postea accusari, quia iudex nō potest pœnam à iure impositam tollere vel minuere, imo in sua persona plectetur, qui criminoso dimisit

2 l.fina.C.ne sanctum baptis.† Solus enim princeps remittit pœnas.l.i.in fin.ff. de cōstitu.princ.& l.i.in fin. de preci. Imperator.& l.rescripta.quia reipublicę vindicta debetur.C.de pœn.l.si à reo.& etiam offenso,qui reposceret sibi vindictam.C.de adulterijs.l.si quædam. ¶ Nam bonus iudex non debet pœnam probati criminis minuere l.seruo. in fin.C. ad leg. Iuliam de vi.& pœna legis arbitrio conseruatur l.ii.§.j.ff.ad tertulia. de pœnis.l.operis.ij.

3 quæstio.iij.notandum.¶†Nam solus princeps potest tollere pœnam criminoso.l.j. in fin. de constitutio. principum. de pœnis.l.diuus.Vnde vbi facta esset compositio etiam cum eo,contra quem ex officio proceditur per inquisitionem specialem in aliis criminibus quàm exceptis,de quibus iudex nō potest etiam cum causæ cognitione desistere.l. fina. ne sanctum baptis.in quibus non habet locum abolitio. C.de abolition.l.fallacis.in fin.& fieret cū causa, & de voluntate offensi, quod non

4 posset accusari.† Nam alii iudices quàm principes ante sententiam tam in ordinariis criminibus, quàm in extraordinariis possunt ex causa, & ex persona, & ętate ratione scandali ampliare & arctare pęnam,vt in §.pęna grauior.& vide in capitulo regni.Item,quòd prędicti iustitiarii,& in capitulo, vt iustitiarii. nihil reci-

5 piat.¶†Nam pęna quæ imponitur per cōpositionem obtinet vicem pœnę legalis, & vice eius fungi debet.argumen.l. si donat.§ i.de donationibus int. virū & vxorem..& ideo de delicto eiusdem iterum quæri non deber.ff.nautę caupon.l. licet. & hoc

& hoc vbi voluntas offensi concurrat, alias secus, quia tunc accusaret iterum. ar. ff. de accusationib. l. si cui. §. iisdem. secus si foret reus per sententiam reus absolutus. extra de accusario. c. de his.

SVMMARIVM.

1 *Compositio iusta non tollitur per actionē quod metus causa.*
2 *Facta per compulsionem iuris valent.*
3 *Iudex non præsumitur metum inferre.*
4 *Executio iuris non habet iniuriam.*
5 *Promissio in carcere facta carceranti per iniuste detentum non valet, secus si iuste detineatur.*

CAP. VI.



N si est facta compositio delicti per officialem in casu permisso a iure, & dicat deinde delinquens coram syndicatoribus fecisse compositionem per metum & violentiam iudicis, quia non poterat plus, ex quo erat carceratus. & detentus an deberet audiri. Dico qđ si cōtra istum inquisitum aliquid constabat, vel erant factæ aliquæ probationes, vel fuisset confessus licet fuisset arrestatus, quod valebit compositio ista, quia vt supra est tactum, quando aliquid probatur contra inquisitum vel accusatum, admittitur composi-
1 tio † & iusta compositio non tollitur per actionem quod metus causa tex. est not. quem ad hoc allegat Bald. ibi in l. si mulier. in princip. ff. quod met. cau. vbi text. quod si mulier ingrata contra patronum suum aliquid dederit, quia timebat redigi in seruitutem, quod illud non reperit per actionem quod met. cau. quia istum sibi metum ipsa refert. per tex. in l. iii. ff. quod met. caus. quia vis est illa, quę fit contra bonos mores, non illa quæ a magistratu, & iure licite infertur. & facit l. fin. in prin. & §. si iusto. eod. tit. ¶ Nam licet inquisitus, cum incipit constare contra ipsum, fuerit arrestatus: secundum formam constitutionis humanitatis & capituli ab illo inchoandum. tamen quia est iuste factū ab officiali non cadit in metum. per not. per Bald. in l. iii. de his qui per met. iudi.
2 non app. † vbi dicit quod factum per cōpulsionem iuris valet, & tenet argumen. l. iii. de hæredib. instituend. & dicit Bald. in l. i. in vi. col. de confes. quod quamuis solus terribilis vultus potentis inducat iustum metum. secundum quod not. Ioan. Andr. in cap. quia propter. de electio. in vi. est verum, nisi sit malefactor, cui iudex debet minari, & esse terribilis, quia propter tales minas inducitur iustus metus, dicens, quod ita intelligi debent dicta Bart. in §. si quis ipsi prætori. & facit l. respiciendum. in princip. ff. de pœn. & facit text. in l. i. ff. si quis omis. caus. testa. vbi compulsio probabilis & necessaria non vitiat actum. & glo. sing. in l. interdum. ff. quod fals. tuto. autho. & licet iste fuerit carceratus a iudice propter suum delictū, est iusta compulsio, & non est metus. & dicit Bart. in d. l. mulier. quod vbi est facta promissio metu iusto illato, non potest allegari metus. nam dicit Bald. in l. si quis in hoc genus. de episcop. & cleric.
3 † quod iudex non præsumitur metum inferre. alleg. Archidiacon. 16. q. vi. si sacerdotibus. quia pro iudice præsumitur. l. ii. de offi. ciui. iudi. & etiam quod iudex dixerit sibi, volo quod soluas pœnam, vel componas, ex quo de crimine constat cōtra te, non propter hoc dicitur iniustum
4 metum inferre. † quia iuris executio nō habet iniuriam. ff. de iniur. l. iniuriarum. §. i. ad l. Acquil. l. quemadmodum. l. magistratus cum si. & quia iudex tenetur malefactores punire. l. sanctio de pœn. cum si. & tenetur exigere pęnas a delinquentibus. vt in const. regni si quis in posterū & maleficia non relinquere impunita. l. congruit. de offic. præsid. & l. ita vulnera-
5 tus. ad l. Aquil. ¶ † Nam licet promissio in carcere facta carcerāti nōn valeat. l. qui in carcere. quod met. cau. est verum, quando iniuste detinetur, secus si iuste. ¶ Vbi aūt officialis dictā cōpositionem extorsisset per iniuriā ab ipso delinquente. vt qa nulla erat probatio contra ipsum, & fuit de facto carceratus a iudice, vel minatus tunc dicit tex. in d. l. iii. quod met. cau. ꝙ tenetur magistratus ipse pro dicta extorsione, & dixit ibi glo. ꝙ pro ista barataria manifesta non poterit durante officio cōueniri. Et dicit Gul. ꝙ isto casu quando ꝑ metum iniuste extorsit, quod tenetur lege Iulia rep. falsi. & cōcussionis. quē ibi refert

fert & sequitur Bald. vbi alle. glo. 12 q. i. c. fraternitatis dicentẽ ꝙ iudex non tenetur ad pœnam legalẽ, qñ pars delinquit. & dixit Ange. quod si iudex dicat alicui, nisi soluas tãtũ te suspendã, quod ista est illicita extorsio. ꝑ tex. in tit. de pac. tenẽ. in fi. ¶ Et ideo consulo officiali, ꝙ ipse faciat: vt inquisitus contra quẽ debet inquiri, qui vult se componere confiteatur delictum ante carceres, vel si est carceratus vel arrestatus, & velit se cõponere quod faciat ipsum exire de carceribus, & fideiussoribus liberare, vt dixit Bald. in d. l. qui in carcere, & deinde petitionem offerat in scriptis iudici, per quam dicat velle cum curia transigere, & non litigare, & se culpabilem esse, & petat se admitti ad compositionem tolerabilem sponte, & voluntarie offerendo velle tantum dare compositionis nomine curię per manus alicuius nobilis, quo casu officialis erit in tuto de sua compositione, & ita scribatur in actis. vide supra in c. syndicantur officiales, si aliquam concusionẽ. circa principium syndicationum.

SVMMARIVM.

1 *Satisfactio quomodo qualiter & quando intelligatur facta sic quod iudex non possit remittere nec minuere pœnam ordinariam, vel extraordinariam.*
2 *Iudex debet facere restitui furta.*
3 *Bona raptoris applicantur mulieri raptæ.*
4 *Mulieres facilius ob pulchritudinem nubunt.*
5 *Satisfactio contumeliarum quomodo fieri debeat & num 6.*
7 *Pœna est satisfactio delicti.*
8 *Satisfactio verberationis factæ a plebeio homine in virum nobilem quomodo fieri debeat & nu. 9.*
10 *Cessio bonorum fit cum vituperio.*
11 *Princeps an possit remittere pœnam corporalem delinquenti sine causa.*
12 *Princeps remittendo delictum non intelligitur remittere nisi quantum sua curiæ tangitur, non autem ius partis.*

CAP. VII.



a VIA pluries[a] est dictum quod iudex cõcordata parte vel satisfactione, aut pace facta potest pœnam alterare & componere † quo-
1 modo, qualiter & quando intelligatur facta satisfactio, vel concordia, adeo quod hoc casu iudex possit pœnam ordinariã, vel extraordinariam alterare vel diminuere, & componere partem. Dic quod ista concordia vel satisfactio cõsideratur duobus modis, vel ratione patrimonii damni emergẽtis interesse, vel expensarũ aut iniuriæ personalis vel æstimationis offensi. de primo habetur in l. interdum. §. qui furẽ. ff. de furt. & in l. si pignore. §. cum furti. eo. tit. & facit tex. in auth. vt liceat matri & auię. §. illud. in auth. de mãdat. prin. §. si quis autẽ, & de quæst. §. si vero aliqui. vt iudi. sine quoquo suffra. §.
2 oportet. vbi † dicitur quod iudex debet restitui facere furta. & dixit Bald. per illa duo iura in l. i. C. de appellationibus ¶ quando aliquis fustigatur non prius dimittitur, quam parti satisfaciat, restituendo rem. & idẽ vbi pars fuisset offensa non in patrimonio, sed in personam percussus quia iudex ante omnia restitui faciet expensas medicorũ, & alia dãna. l. ex hac lege ff. si qua pau. fe. d & l. qua actione. §. i. ad leg Aquil. & etiã omnes operas amissas, & quas amissurus esset in perpetuum propter offensam personalem, si ex illa esset debilitatus, vel inquantum esset minus propterea lucraturus. vt ibi in text. & si esset aduocatus, vel artifex cui oculi essent eluscati, vel manus debilita-
a ta. a & facit tex. in capitu. primo de iniur. & dam. dato. & l. final. de his qui deiecer. Si autem non haberet artem nullæ operæ æstimabuntur. argumen. l. fina. de lib. cau. & de vsufruct. l. arboribus. §. de illo. ¶ Sed aliter satisfaciet arbitrio iudicis pro offensa: & iniur. ar. l. iniuriarũ ęstimatio. ff. de iniu. & l. cõstitutionibus & l. fin. eo. titu. & æstimabuntur operæ illæ vsq, ad tempus, quo est verisimile illum viuere posse. arg. l. hæreditatum. ad leg. falcid. & l. fin. de sacro. sanct. eccle. secundũ doct. in dictis locis. tamen rectius erit pronunciare quod annis singulis quibus vixerit tantum soluat, & ita practicaui. Vel si occidisset aliquem qui haberet filios paruulos, qui non possent viuere, dabitur aliquid filiis pro sustentatione. vt habetis. infra in cap. vlti. circa prædicta. in fin. in ver. post prædicta esset videndum. ¶ Vbi

autem

autem esset aliqua difformitas corporis ex illa percussione, ex qua magna cicatrix remansisset in facie, vel esset virgo quę esset corrupta, de quibus difficilis esset restitutio. tunc illius difformitatis non fiet æstimatio in homine libero, quia liberum corpus non recipit æstimationem .l. fin. de his qui deiec. vel effu. & in l. penult. ff. si qua. pau. fec. di. in quibus dicitur, quod difformitas non recipit ęstimationem pecuniariam. Ideo tūc aliter satisfaciet pro offensa iudicis arbitrio. arg. d. l. iniuriarum cum simi. & cum nec castitas corrupta potest restitui. l. i. C. de rap. virgi. vbi Bald. & xxii. quæstion. v. capitul. si Pau-
3 lus. & l. raptores. de episcop. & cler. † Et propterea ipsi mulieri corruptæ ius prouidet, quod bona raptoris ipsi raptæ applicantur, per dictam l. raptores. & secundum ius canonicum debet illam dotare taliter quod possit nubere. extra de adul. capit. i. & ii. ¶ Vbi autem esset seruus, qui ratione difformitatis minus valeret, tunc illius deteriorationis habebitur consideratio, vt de illo satisfaciat, argumen. l. si seruus seruum. § proinde. & § rupisse. ad leg. Aquil. vel si fuisset virgo quæ fuit in facie percussa. vel in suis membris deformata propter quam deformitatem nubere non posset, aut saltim sine magna dote tunc similiter satisfacere debebit, taliter
4 quod maritetur pari. † Nam mulieres propter pulchritudinem facilius nubunt. vt not. in l. si voluntatem. de dot. promis. Et Andr. de Isern. in constitu. regni. in aliquibus. & econtra propter deformitatem difficilius nubunt. arg. cap. quēadmodum. extra de iureiur. vbi spōsa de futuro propter deformitatem superuenientem renuntiari potest a sponso: vnde dotabit eam taliter quod possit habiliter nubere pari. arg. d. l. pe. ff. si qua. Pau. & d l. fin. de his qui deie. vel effu. in quibus dicitur, quod debet satisfacere in eo, quod amisit, & est amissurus ipse percussus. satis enim amisit ista percussa, quia ꝑdidit pulchritudinem suam, per qua peruenitur ad matrimonium & liberorum procreationē, & generis humani cōseruationem. l. i. ff. solu. ma. Ideo taliter satisfaciat, vt nubere possit, & vbi noluerit, aut non potuerit alteri nubere propter hoc ipse ducat in vxorem, si est solutus. argu. dict. c. i. & ii. extra de adul. vbi subducens iuuenem, & illam cognoscens ducet vel dotabit eam, non enim aliter possit satisfacere per prædicta. Et idem in omnibus damnis datis. vt in titu. ff. ad leg. Aquil. quod fiat satisfactio damnorū. vt in multis iuribus ipsius tit. poteris videre, vbi autem erit offensa verbalis, contumelia, vel iniuria atrox, vt quia quis vocaretur prædator, vel quia mulier vocata fuisset meretrix. vel alia infamia: tunc satisdatio fit secundum quod iniuria fuerit deducta in libello, de quo in l. iniuriarum æstimatio. vbi Bar. ff. de iniur. & vbi propterea actū fuisset ad pœnam criminalem. de quo in l. prætor. §. si dicatur. ff. eo. & in iuribus
5 ibi allegatis. ¶ † Et quando vellet fieri satisfactio tunc ipse delinquens petere debet ab infamato primo veniam, & vt publice diffamauit. ita & publice confiteri debere se mendacium dixisse secundum Hosti. in summa. de pœni. et remis. §. quibus. et §. qualiter. et §. quid de accusatoribus. de verbor. obligatio. et Ioan. Andr. et alii in capitu. omnis vtriusque sexus eo. titu. et in regula peccatum. de reg. iur. in vi. et in c. fin. de rapto. et xiiii. quæstio.
6 vi. cap. si res. et vi q. j. c. detractores. † Vbi dicitur quod iste tenetur ad restitutionem famæ in illis locis, in quibus diffamauit, dicendo, quod mentitus est in os suū. secundum canones in capitul. inter solicitudines. de pur. cano. et dicit ibi not. Hostien. quod vbi ex hoc magis infamaretur infamatus non debet specificare satisfaciens infamiam, sed debet dicere ego talē infamauerā de eo, de quo est inter vos infamatus quod vos scitis ꝙ ego dixi per mēdacium, et non debet dicere falsum dixi quia potuit esse verum quod dixit. et in locis hoc dicet ad arbitriū infamati. vel si grauetur arbitretur ad arbitrium iudicis, debet se diffamator purgare. arg. de iureiur. cap. veniens. et cap. ii. de arbi. secundum Host. in dictis locis. & in titu. de iniur. §. quibus modis. ver. literis. ¶ Vbi autē esset offensa personalis & enormis, vt quia quis fuisset pulsatus pugno, quæ grauis iniuria est, vt ī l. apud Labeonē. de iniur. & de bastone, & vellet fieri satisfactio debet cum ignominia ipsius offendentis & rag-

7 grauiter sicut fuit delictum. † Nam quia pœna est satisfactio delicti, secundum Azo. in summa de pœn. debet ipsa pœna proportionari delicto. l. j. & secunda. ff. de termi. amo. & l. hodie. & l. quidam. & l. aut facta. ff. de pœn. Andre. de Isern. plene in constitut. prima de offic. magistri iustitiæ, erit ergo satisfactio quod delinquens iuxta qualitatem iniuriæ satisfaciat. l. omne delictum. §. j. de re milit. & l. sed & quæstion. de iniur. & l. prætor. §. atro-
8 cem. eod. titul. ¶ † Nam si fuit vir humilis, qui nobilem verberauit, fiet satisfactio curiæ grauior, quia cum bastone ibit, vel cum laqueo in gula ad pedes offensi, & per totam ciuitatem discaltiatus veniam petendo, & se inculpando de tali offensa, quia vbi crimen est manifestum pœnitentia non debet esse occulta, sed manifesta. ij. quæstion. j. si peccauerit. & Innocen. in testimonium. de testibus. & Gof. in tit. de pœni. & remis. & de pœni. dist. vj. cap. sacerdos. & in cap. j. extra de pœ.
9 ¶ † Si nobilis, pars, & non prouocatus, nō fiet cum tanta ignominia, sed flectere debet se ad illum cum corrigia in gula, dicendo, sume vindictam de me, quam volueris, & in publico, & vt arbitrabitur iudex, vel arbitri dati, erit ergo satisfactio ista sic facta condecens delicto, & erit quasi pœna corporalis, per quam tolletur iniuria. arg. l. sed vnius. §. si ante iudicem. de iniur. vbi dixit Dyn. & post eum Bartol. de eo, qui fecit delictum, & postea se posuit in manu offensi petendo, quod sibi parceret, quod si ille offensus recipiat eum, quod iniuria erit remissa, nam aliter quis non tenetur remittere iniuriam sine satisfactione, secundum Bartol. eod. titul. l. non solum. §. iniuriarum, nam ista satisfactio taliter facta est pœna corporalis. arg. glo. sing. in cap. peccatum. de reg. iur. in antiquis. & alien. in cap. sicut dignum. de homi. quæ gloss. dicunt, quod cessio bonorum, quæ fit cum vituperio est pœna corporalis, quia luit in corpus.
10 † Fit autem cessio bonorum cum vituperio, quia dantur tergam leoni, vt dicit Cyn. & Bal. in l. fin. eo. tit. vel ad columnam aliquid fit vt ibi, sic ergo satisfactio erit necessaria ratione personæ, loci, & temporis, vt d. l. sed & quæstionis. de iniur. & ita obseruatur in ciuitate Neapolis inter nobiles quando est facta aliqua iniuria grauissima ab aliquo nobili. Nam ipsi ex consuetudine se submittunt alijs nobilibus, qui componunt satisfactiones offensarum diuersimode, quia aliquos offensores mittunt per totam, ciuitatem in duploide cum corrigia in collo, aliquando genuflectere faciunt ad pedes offensi, & similes faciunt satisfactiones, ex quibus dico, quod magis remanet grauatus offensor, quam offensus, quia offensor videtur cōdenatus pro illa iniuria, & efficitur infamis saltim de facto apud graues. arg. l. ictus. de infa. & l. prima. ff. e. & l. verbum. & l. ob hoc verbum. eod. titul. & etiam quia ista satisfactio cum ignominia facta est pœna corporalis, per dicta. gloss. si tamen iste, qui se ponit in manibus offensi cum ista ignominia ostenderetur ab ipso offenso in illo actu dixit Bartol. in d. l. sed si vnius. §. prætor. quod si ille vellet vindicare se, & modum in vindicando excederet, deberet puniri, quia arbitrio boni viri debet hoc facere hoc etiam tenet ibi angel. dicens quod iste non poterit enormiter se vendicare, sed viri boni arbitrio pro quo facit gloss. in l. penult. de arbi. vbi ponens in manu alterius viri boni arbitrio se ponere intelligitur. & Bald. in capitul. inter pares. de leg. corra. & Bald. in l. j. de edi. libe. Et dixit Angel. in dict. §. prætor. ait. quod ratione hoc obseruatur, quia quando fit pax offensor se ponit in manibus offensi. & ad hoc vt ille non excedat adhibentur duo bādarenses, & ideo consului quando aliquando interueni in consulto, nobilibus ciuitatis Neapolis, qui fecerunt huiusmodi satisfactiones, quod scriberentur omnia, quæ erant fienda, & verba quæ erant dicenda ab offendendo, & offenso, iuxta not. per Hostiens. j. dict. locis. & offensus nullam deberet vindictam sumere, nisi quod diceret aliqua verba humanitatis, & indulgentiæ, vbi autem pars offensa vellet iustitiam à iudice, & iudex imponeret pro tali offensa pœnam ordinariā à iure, vel à statuto non diminuendo nec alterando ipsam pœnam, iuris vel consuetam, vt dicitur in l. acta. de re iudic. & in l. j. in fin. de quæst. & in §. pœna grauior, tunc ex quo illa pœna est terminus pœnæ non debet fieri aliqua satisfactio personalis, quia pœna ordinata est satisfactio delicti per supra dicta iura. Fiunt ergo istæ satisfactiones personales, vel verbales, quando pœna vult diminui, vel pecunia componi, vt non fiant sine consensu partis, per ea quæ scripta sunt in proximis capitulis. ¶ Nam dixit notabiliter And. de Iser. in tit. quæ sunt regalia. in verbo committentium. & de cap. qui curiam vendi-
11 dit. §. similiter. quòd † etiam princeps non potest remittere pœnam corporalem delinquenti sine causa, nec etiam quod interest parti pecuniariter,

pecuniariter, sine partis voluntate, alias peccat mortaliter, cum faciat absoluta potestate, nec iudex inferior potest alterare, vel remittere pœnam delinquenti, & componere parte non concordata. per not. ibi per Andre. de Isern. late. Et licet gloss. in l. rescripta de preci. Impera offe. & in l. defensionis. de desen. ciui. dicens quod. princeps possit remittere pœnam delictorum sunt vera de pœna applicanda fisco suo, non parti. per l. venia. de in ius vocan. secundum Bald. in fin. de preci. im-
2 pe. offe. † Et quando remittit princeps delictum, non intelligitur remittere nisi quantum suæ curiæ tangitur. non autem ius partis per l. si docueris. de falsis. Quod est verum de remissione particulari non de vniuersali, secundum Bal. in l. quicunque. de seruis fugiti. Et ideo fiant istę satisfactiones vt pars veniat ad pacem & respublica sit pacata, & non sint dissentiones ciuiles, quæ drstruunt ciuitates. l. in libello. §. i ciuilibus. de captiuis. Et ad hoc quando delinquens posuit se in manu offensi, & in eum fecit compromissum, annis in quem se submisit, possit sibi imponere pœnam grauissimam, vt quod de ciuitate exeat vel vt non moretur in propria domo. vel alia inhonesta? vide Iacob. & Archid. in summa feudorum. in tit. de pace tenend. & in §. nun. quid possit princeps. & in §. antecedenti. incipiente nunquid aduersaria pars possit esse arbitrator. vbi etiam dixit an possit reduci ad boni viri arbitrium mitius & idem Andr. de Isern. in titul. de prohi. feud. alien. qui Feder. in §. sed nec dominus. vbi dixit quod si modum excederet, reducitur ad boni viri arbitrium, vbi si potest relegare extra prouinciam, sicut iudex posset vel in offensa graui, homicidio quod si condemnaret ad mortem iudex, nec prætor exequetur talem sententiã in publicis iudicibus, vbi vide latius.

VBILICIO subtilem & vtilem quæstionē in qua consului: Quidam capitaneus Baronis stabat ad syndicatū,& quia erat homo dæmonialis dederat fideiussores de iudicio sisti,& iudicato soluendo sub maxima pœna, contra quem fuit datus libellus criminalis de corruptione, furto, & barataria,& lite pendente syndicator pluries dixit.Ego intendo ipsum capitaneum laqueo suspendere ad terrorem aliorū sibi minando mortem, quibus verbis auditis ductus timore mortis capitaneus aufugit propter quòd syndicator petebat à fideiussore pœnam oblationis, fideiussor exci pit se ad pœnam minime teneri pro eo quod syndicator vt haberet pœnam à fideiussore minatus fuit capitaneo velle ipsum suspendere vt aufugeret & pœnam lucraretur,& fideiussor allegat hanc fugā dolo syndicatoris procuratam eius opera.Et quęritur quid iuris?& omissis quæ dici possent pro & contra. Cōsului quòd

fideiussor ad pœnā non teneretur dicto syndicatori. Et primò quia viso processu nihil repertum est esse probatum contra capitaneum, qui erat per calumniam accusatus: & merito veniebat absoluendus per l. qui accusare. de edendo. & obstat exceptio doli cōtra syndicatorem, qui minas mortis intulit capitaneo. vt aufugeret. argu. l. j. in verbo, dolum. ff. de eo per quem fact. erit. & bene facit tex. in l. si opera cre
1 ditoris. ff. de doli except. † Vbi dicitur ꝙ si opera creditoris debitor perdit pecuniam quam soluturus erat creditori, subuenitur debitori, & illa verba minatoria mortis fuerunt ordinata ad casum fugæ: ergo tenetur minans casu sequuto. arg. l. fi. §. si ea conditione. ff. ad leg. Rhodi. de iactu propter quod fideiussor videtur nō posse sistere capitaneum ex indiciis illius syndicatoris tales minas proferentis. arg. l. si pater. de insti. & substitutio. & l. iij. de fideicommiss. lib. §. fi. vbi si per hæredem steterit quo minus illa pareret, qui dedit medicamenta sterilitatis, quod illi imputatur. & facit eod. titu. l. si filius. §. j. & in reg. iuris. cum stat per eum. de regulis iuris in vj. per Dynum. & bene facit text. in l. in omnibus causis. ff. de regulis iuris. vbi text. ad literam dicit, in omnibus causis pro facto accipere id, in quo alium porrexit quo minus fiat. & bene facit tex. in l. ij. §. simili modo. ff si quis cau. vbi de impedito ad iudicium venire impedimento causato facto officialis. videtur enim officialis ille prorumpendo ad tales minas à se abdicare iurisdictionem contra eum, cui minatus est per text. in l. i. C. si quacunque præditus potestate. secundum Baldum, Bartolum, Angelum, & Salicetum ibi. & Bartolum, & Angelum, in l. quia poterat. ad Trebellianum. vbi Imo-
2 la in qua. l. i. quæstio ista deciditur, † quia si officialis facit iniuriam alicui, vel sibi minacem feruorem infert, quòd ille cui minatur cum tota sua familia est exemptus à iurisdictione sua in omnibus causis ciuilibus, & criminalibus, & alium iudicem sortiuntur. nam minaces feruores officialium iustū metū inferunt. secundum Bal. ibi. & in l. j. C. si rector prouinciæ. & sic cum propter hoc fuerit officialis iurisdictione priuatus, non poterit pœnam à fideiussore petere, ex quo non fecit sistere coram eo suum principalem, quia in eū non habebat amplius iurisdictionem ministerio legis ab eo abdicatam per tex. in dicta l. j. si quacunque prædi. & propter ea coram eo sistere non tenebatur tanquàm. coram suspecto iudice suspitione
3 à iure inducta ipso iure parti. l. i. † & promissio & iuramentum fideiussoris intelligitur, rebus sic existentibus, & in eodem statu perdurantibus, quia in iuramento intelligitur reseruata authoritas legis l. fi.
4 ff. qui satisda. cog. † nam iuramentum potest sperni ratione noui casus emergentis culpa aduersarii. l. quemadmodum. de iureiuran. Et facit, quia promisi soluere creditori & iuraui, quòd si creditor est ex-
a communicatus non teneor sibi soluere.[a] glo. & Innoc. in c. fin. de hæret. vbi tenent opin. Bartholomei Brixiensis in cap. nos sanctorum xv. q. vj. & faciunt not in l. fi.
5 C. de non numera. pecu. † Et sic cum lex in hoc casu quando officialis minatur subdito abdicet ab eo iurisdictionem, & alteri det, fideiussoria cautio præstita coram minante non committitur in fauorem minantis, & sic sumus in casu l. cum apud Sempronium. ff. iudi. solui. coniuncta d. l. j. C. si quacunq; præditus potesta.
6 † Accedat etiam quia excusatio rei etiam minus legitima in iudicio sistēdi prodest fideiussori. l. sed si quis rei capitalis. in prin. in ver. dixerit aliquis. eod. ti. videtur enim syndicator tales minas atroces inferendo fuisse in dolo, qui dolus nūc ex facto sequuto intelligitur l. j. §. sed an dolo. de doli exceptio. vbi tex. dicit ideo hanc exceptionē prætor ꝓposuit, ne cui dolus suus per occasionē iuris ciuilis contra naturalē æquitatē prosit, qui dolus probatur nunc ex antecedentibus minis, et suasionibus, quas fecit contra ipsum, per glos. notab. in l. apud Celsum. in princ. eod. titu. quā Bald. allegat per nota. in l. veteri. C. de fideicommiss. liber. & l. dolum. C. de dolo. qui dolus etiam hic ostenditur, quia petit à fideiussore pœnam fideiussionis. argumen. l. dolum. C. de dolo. et omnia iura nihil aliud clamant, nisi quod dolus et fraus nemini debet patrocinari.
7 Tenetur † autem iudex pœna falsi, qui declarat parti sententiam quam est daturus

daturus secundum Iacobum de Aret. in quodam consilio. argumen. l. obseruandum. ff. de officio præsid. coniuncta l. j. de falsis. & de pœnis. l. si quid aliud. §. j. & l. omne delictum.
8 §. exploratores. de re mili. † Nam reus qui aufugit propter nimiam iudicis sæuitiam, vel propter eius minas atroces, non habet præsumptionem criminis contra se, vt habetur in l. lege Cornelia. ff. ad Sillania. & in l. admonendi. per Moder. de iure iurand. & Andræ. de Isern. in constitutio. regni, grandis. & in constitut. pœnam eorum. & quod not. in l. ij. de his qui sunt sui. cum ergo minæ terribiles huius syndicatoris dederint causam fugæ, non tenebitur fideiussor. argument. dict. l. itē apud Iulian. §. item quæritur. & dixit textus in eadem l. §. Marcellus. Longe ęquum esset ex eo, quod per fide gestum est actorem nihil debere consequi, nam tales minæ atrocissimæ ad fugam metu mortis incitarunt. argument. l. nec timore. ff. quod metus causa. & facit ad prædicta text. in l. legis. ad fin. ad legem Aquiliam. & l. arbitrio. §. final. de dolo. vbi creditore occidente, speciem debitam debitor liberatur. & Bartol. in l. si Stichum. de verborum obligation. & sic talis fuga tanquam ab eo procurata ei prodesse non debet. argumen. l. item hi ex quib. caus. maior. & l. penultim. si quis obmiss. causa test. cum simil. ne ex suo dolo pœnam lucretur. l. nec ex
9 dolo. ff. de dolo. † nam quando suasio alicuius dolosa est proxima causa damni tenetur suadens de dolo. & etiam de damno. Institu. ad legem Aquiliam. §. cæterum. & l. cum quis persuaserit. de dolo. & sic cum syndicator fuerit in dolo seu culpa, ob quam fuga fuit causata, dicitur quod, fideiussor non tenetur ad pœnam ipsi minanti ratione fugæ, quia damnum, quod quis sua culpa patitur pati nō videtur, vt in reg. iur. damnum. cum sim. ita mihi visum. & qui melius senserit in præsen-
10 ti casu, melius consulat. ¶ † Officiales publici regulariter non tenentur dare fideiussores nisi ipse non sit diues. l. quæcunque. de fund. patrimo. & nisi in casu. l. Imperator. §. fina. de administr. rerum ad ciuitat. pertinent. & in l. priuatur. C. de mur. libr. 11. vbi Bartol. hoc dixit. & vide eundem Bartol. in l. j. C. de peric. eorum. qui pro magistratu. interue. & in l. fideiussores magristratuum. de fideiussor. vbi
11 † qualiter tenetur is, qui successorem nominauit ad officium, si ille nominatus in officio delinquat, & non sit soluendo, & vide in d. l. j. quod fideiussor officialis non tenetur, nisi de pertinentibus ad administrationem non autem ad pœnam, ad quam magistratus incurrit delinquendo, nec ad interesse, & vide in l. penult. §. fi. de administ. rerum ad ciuitat. perti. & dixit glos. in d. l. j. quod etiam si dedit pignora, non teneatur vltra prædicta. Et ideo Bartol. in d. l. fideiussores. & in d. l. j. dedit cautelam, quod iste fideiussor promittat interesse, & pœnam, & soluere condemnationem, quæ de eo fieret, si autem simpliciter fideiuberet, & in actis diceretur, quod fideiussit pro officiali vt bene, & fideliter officium exerceat, & poneretur, clausula in forma curiæ consueta, tunc teneretur ad pœnam, quia videtur facta in forma iuris per not. aliquorum Docto. in l. grege. ff. de fideius. & ista clausula in forma curiæ, consueta quæ apponitur in fideiussoribus operatur, quod teneatur præsentare toties quoties opus fuerit secundum Moder. legentes ibi. & idem Lucas de Pœnna. de ista clausula in forma curiæ cōsueta. dixit in l. si quis decurio de decurion. lib. 11. Et isti fideiussores officialium non pos-
b sunt conueniri, nisi excusso principali.[b] Et si si de bonis principalibus aliqua bona emerint l. penulti. de conue. fisci debit. qui loquuntur in eo qui promisit idemnitatem, secundum Bartol. ibi, quia non potest sciri damnum antequam sit conuictus principalis, & vide infra proxi. c. & iura ibi alleg.

a ¶ *Soluere.*] *Adde Fel in c inter alia in si versi. vtrum debitor, de sentent excommunic.*

b ¶ *Principali*] *Adde demin Alexand de Imo. in l curatores § pro magistratu ff de administr rer ad ciuit pertinen & Bartol in l quare ff locat.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex maleficiorum recipiens fideiussorem minus idoneum an teneatur. & nume.* 3. 4 5 6 *&* 8.
2 *notorius actorum qui fuit rogatus de tutela si recipiat fideiussores minus idoneos tenetur.*
6 *Fideiussor idoneus quis dicatur.*
9 *Fideiussor si tēpore obligationis erat idoneus sed postea effectus est non soluendo, debet iterum caueri in iudicialibus secus in conuentionalibus.*
10 *Illustres personæ accusatæ ciuiliter vel criminaliter non tenentur dare fideiussores iudicio sisti.*

11 *Iudex qui tempore sui officij cœpit reum del a tum quem noluit liberare fideiussoribus te neatur in syndicatu.*
12 *Iudex qui ab accusato non accepit fideius sores nō potest excusari sic quod nō teneatur.*
13 *Iudex potest ex officio, & sine libello, & sine ordine iudiciario cogere fideiussorem de iu dicio sisti.*
14 *Iudex potest procedere in criminalibus nemi ne petente.*
15 *Fideiussor non tenetur quando contractus pro rogatur seu noua forma datur, nisi sit repeti tus in nouo contractu.*

CAP. III.

1 SI iudex † maleficiorum in criminali recipit minus idoneū fideiussorem tenetur. argum. in l. quoties. qui sati d. cogan. & in leg. Iu. in prin. de action.
2 emptio. Nam † qui recipit aliquem fideiussōrem, videtur approbare ipsum idoneum. l. iij. ff. de fideiuss. quod est verum, quando, ipse receperit, vbi autem assessores vel notarij sui reciperent, tenentur ipsi vel alij officiales ad quorum officium spectat recipere fideiussores & non ad maiores magistratus, vt in §. fin. institu. de satis. tut. vbi etiam dicitur, quod cautio recipitur periculo magistratus et quod in subsidium datur actio cōtra magistratum,
a qui recipit minus idoneum [a] vt in gloss. not. & in l. j. §. vsque. de tu. & ra. dist. & vide in l. Emilius. ff. de administr. tut. & in l. ij. & iij. de magistr. conuen. & not. d. §. final. iuncta gloss. quod notarius actorum qui fuit rogatus de tutela, & recepit fideiussores minus idoneos, quod ipse tenetur, de quo per gloss. §. penultim. de excus. tut. & in l. j. §. neque. de magistra. conuenien. Si tamen longe post reperiantur fideiussores non soluendo, præsumitur, quod à principio fuerit non soluendo, vt dicenti contrarium onus probandi incumbat. l. non est necesse. ff. de probationi. quod est verum, nisi isti fideiussores fuissent recepti cum cautelis debitis, quia iudex habuisset informationem in scriptis, quòd fideiussores erāt idonei. arg. §. ex his institu. de aut. tut. & l. quòd in heredem. & l. j. §. sciendum. de magi. cōue. & dicit Bal. in l. generaliter. de episco. & cler. a leg. l. j. & ij. de magi. conue.
3 † quod si iudex recepit malos fideiussores tenetur reipublicæ, vel parti ad interesse, si tamen pars esse præsens sibi imputatur. argum. l. si arbitrio. ff. qui satisdar. cog. Nam ille qui debet dari fideiussor, sibi præiudicat acceptādo sciēter minus legitimum fideiussorem. l. inter causas. §. abesse. ff. mandati. l. j. vbi Bald. ff. si quis in ius voca. & l. si fideiussor. qui satisd. cog. Si autē principalis esset idoneus presumptione iuris & de iure non indiget fideiussore. l. cum cleri. de episco. & cleri. & quando essent approbatores fideiussorum ipsi tenentur l. cum ostendimus. §. fin. de fideiussor. tutor.
4 & in l. arbitro. qui satisda. cogunt. Vbi † autem iudex approbat vel affirmat aliquem esse idoneum fideiussorem, qui non est, teneretur ipse iudex ac si ipse esset fideiussor, secundum Angel. in l. ij. §. qui pro rei qualitate. qui satisdare cogunt. per text. in dict. l. cum ostendimus. §. fina. licet Raphael. ibi contrarium teneat per text. in l. eleganter. §. fin. de dolo. dicens, quod dict. §. final. loquitur quando talis approbatio est facta in iudicio, vel loquitur in electo ad probandos fideiussores, sicut in simili loquitur text. in l. j. §. sciendum. versicul. diuus. de magist. conue. & hoc tenent Doct.
5 Modern. in d. §. qui pro rei qualitate. † Et prædicta sunt vera, nisi fuerit fideiussor de iudicio sisti, qui datus fuisset per coniunctam personam, quia si fuisset minus idoneus facultatibus, non tenetur recipiens. l. j. § prætor. ff. si in ius vocati vt eant. & in eadem l. §. parric. Et limita prædicta, quia licet fideiussor non sit idoneus, tamen si principalis esset multum
b idoneus, qđ sufficit [b] qualisqualis fideiussor, secundum gloss. singular. in l. mulier. de iure dotium. pro quo facit l. tam dementis. C. de episc. audiend. & l. j. §. in agnato. de magistr. conue. & idem si fideiussor est multum idoneus, & principalis, non quia per fideiussorem videtur suppleri patrimonium principalis debitoris. l. & non tantum. ff. de fideiussor. & l. si plures. §. pen. eod. titul. vbi dicitur, quod videtur principalis soluendo si eius fideiussor est solrendo, secundum Bald.
6 qui dicit ibi, quod non est alibi † Dicitur autē idoneus fideiussor si res suæ tantum valent quantum est quantitas causæ. l. fideiussor iudicij. qui satisdare cogū. secūdū. gl. ibi. & adde Bal. in l. j. §. si magistratus. ff. de magistrati. cōueniend. qui dixit, quod si per statutum potestas sub pœna teneretur recipere fideiussores idoneos ab inquisito, & ipse non recepit idoneos, ꝙ excusatur minus idoneus principalis tēpore, quo fit executio, secus si esset minus
7 idoneus. quod no. ¶ † Si tamen aliquis commēdat & laudat fideiussorem esse idoneum, qui

qui propter hoc fuit receptus à creditore, si postea reperitur non esse idoneus an commendator teneatur? Dic quod nõ nisi hoc fecerit fraudulenter. per l. consilii de regul. iur. si vero non consulendo, sed affirmando hoc dixerit, tenebitur. l. iii. ff. mandati. & in l. aduersus. de magistr. conueniend. Si vero effuso sermone generaliter amicum suum quis laudauit, non tenetur. ff. de dolo. l. eleganter. §. penulti.
8 † & vbi fideiussor fuit receptus & approbatus, & non fuit reclamatum, nec debet de nouo satisdare, nisi de nouo calamitas superuenerit. l si arbiter. ff. qui satisfda. co
9 guntur. † vbi vero tempore obligationis fideiussor fuit idoneus & postea est effectus non soluendo, deiterum caueri in iudicialibus, secus in conuentionalibus. l. prætoriæ la. ii. de prætor. stipulat. & in l. si pupilli. §. foror. de sol. & vide Bart. in l. iii. ff. de fideiussoribus. vbi glo. quod fauore dotis si fideiussor datus efficitur pauper tenetur iterum cauere. & in l. si finita. in princip. de dam. infecto. & quando superuenit calamitas fideiussori ex causa quod debet iterũ caueri si est calamitas & inopia insignis. l. arbitro. qui satisdare cogun tur. & in l. is a quo. §. fin. vt in possessionem legator. & vide in l. de die. §. seruus. qui satisdare coguntur. & Bartol. in l. secunda. iudicatum solui. & Angel. in l. ii. in princip. qui satisd. cogant. & in l. si pupilli. de solu. vbi an si fideiussio vitiosa præstita ratione personæ fideiubentis sit iterum danda, quibus adde quod licet potestas nõ teneatur recipere fideiussorem priuilegiatum. l. i. ff. si quis in ius vocat. Fallit in curialibus, vel aliis principis, qui possunt dare vnum de numero ipsorum. l. ii. de agen. in reb. lib. duodecimo
10 & in l. ante. C. de pala. † & fallit in personis illustribus, quæ ciuiliter vel criminaliter accusatæ non tenentur dare fideiussores de iudicio sisti: sed eorum iuratoriæ cautioni committuntur, licet possideant l. quoties. de dignita. vel committuntur custodiæ militari eodem titulo. l. grauius. qui etiam habent ex priuilegio, quod nõ citentur sine scriptura ex priuilegio clarissimarum personarum, secundum Bartol. vbi dicit quod non carcerantur, quę bene
11 nota. ¶ † An iudex qui tempore sui officii cœpit reum delatum, quem noluit liberare fideiussoribus, teneatur in syndicatu? Dyn. in l. ii. de exhiben. re. distinxit vbi Bald. dixit, quod si pro illo crimine imponitur pęna determinata & corporalis non remittitur fideiussoribus: & si pęna pecuniaria imponitur, & sit confessus similiter nõ relaxatur, sed debet damna. l. si confessus. de custod. reo. & l. si quis. eodem titul. & vbi esset relaxatus fideiussoribus tenebuntur eum præsentare vbicũque persona eius erit necessaria, si iudex velit interrogare reum, vel torquere vbi torturæ locus erit. l. diuus. de sicca. & vbi pęna est arbitraria considerabitur qualitas criminis, & consuetudo iudicii, & fori argument. §. pęna grauior quia si est capitalis, erit pœna corporalis. & idem erit, quod pœna ordinaria. Et si est pœna pecuniaria tuuc antequam sit confessus & conuictus & sit aliqua sinistra suspitio contra eum debet mitti ad carceres, si est vilis persona, & si est nobilis debet honesto modo in palatio detineri. & ita debet iudex arbitrari. l. i. de custodia reorum. & vbi est tantum suspectus de crimine, si est crimen atrox valde, debent carcerari. l. i. de custo. reo. & si non est atrox debet detineri sub custodibus in loco honesto. d. l. si vero est plene conuictus & confessus ponitur in compedibus d. l. i. & l. fin. secũdum Bald. in d. l. ii. & vi. Bart. & Ange. in supradictis iuribus. Et in regno habemus constitutionem humanitatis. & c. ab illo inchoandum. in quibus vide, quæ not. quia vt plurimum officiales ex hac causa impetuntur in syndicatu quia fideiussoribus non liberauerunt inquisitus, vt possint se defendere, tñ vbi veniret imponenda pœna arbitraria, vt quia pro Papa imponeretur ex forma statuti pœna corporalis non debet relaxari. l. quid ergo. §. pœna grauior. de infa. Bald. in d. l. ii. tamen Ludo. in fin. de in ius vocand. dixit quod non debet relaxari fideiussoribus vbi pro delicto venit imponenda pęna arbitraria, quia licet aliquãdo ratione enormitatis delicti pœnam transgredi. per no. in c. i. de constitutio. & ratione enormis delicti. l. diuus. ad fin. de sic. vnde quia in regno pro percussione sine armis est pœna pecuniaria, si quis percuteret vnum co

mitem, vel vnum collateralem Regis, illa
pœna augebitur propter delicti enormita
tem, quæ no. Et adde, quod si quis semel
exiuit de carcere perdit beneficium, quod
pro crimine datis fideiussoribus liberetur
glo. singularis in l. in leg. Corn. ad finem.
ff ad Syllanianum. & Bald. in l. iij. ad fin.
de episcop. audien. & vide Bald. in l. j. C.
de exhi. qui dixit in authen. generaliter.
12 de episcopis & clericis. † quod non potest
excusari iudex, qui ab accusato, vel in-
quisito non accepit fideiussores, quia for-
ma est tradita à lege, quod rei dando fi-
deiussores liberentur, per illum tex. & fa-
cit l. j. de ma. conue. Et quando de carce-
rato pro crimine capitali nihil constat re
laxatur sententia non expectata. Bald. in
l. nullus. de exhib. re. vbi dixit idem si pro
debito. & quod Bart. voluit in l. si quis vl-
timo. de pœ. & vide in verbo. captura. su-
13 pra & in verbo, carceratus. ¶ † Iudex po-
test ex officio, & sine libello, & sine ord-
ne iudiciario cogere fideiussorem de iudi
cio sisti, quia contractus factus in iudicio
habet vim confessionis. de pac. l. tale pa-
ctum. §. qui prouocauit. maxime quando
proceditur tunc contra contumacem quę
est quædam multa, in qua non considera
tur solitus ordo iudiciorum argu. l. nullũ.
de testi. & quòd dicitur de fideiussore iudi
cij: facit. l. fi. de vsu rei iudi. ff. man. l. si vero.
§. mauri. & de in ius vocan. l. si is pro quo.
de fur. l. si quis vxori. §. fugitiuo. & quòd
no. de epi. & cle. autē generaliter. vbi ex
contractu iudiciali oritur officium iudi-
14 cis, in quo proceditur executiuè. † Nam
in criminalibus potest iudex procedere
nemine petente, quia iudex semel aditus
in criminalibus potest procedere, nec cir-
cunscribitur edictum, licet accusator sit
absens. l. quamuis. de adult. & quòd not.
Inno. in c. dilecto. de sent. excom. Bald. in
l. qui de crimi. C. qui accusa. & ideo non te
nebitur in syndicatu, si taliter processerit
executiue contra fideiussorem iudicio si-
sti. & vide eundem Bal. in l. cum pro quo.
ff. de in ius vocan. vbi tenet idem in effe-
ctu, licet aliter dicat in l. ij. ff. si quis in ius
voc. non ierit. & in l. si vero ff. qui satisda-
re. cogant. & in l. ij. §. fina. eodem titu. vbi
Bald. & Ludo. ¶ An posit peti quod offi-
cialis temporaneus durante officio caueat
de stando ad syndicatum, debito tempo-
re? alleg. text. quod sic in l. si adulterium.
§. fina. de adul. & est tactum supra. ¶ An
fideiussor officialis ad annum, teneatur si
post annum fuerit refirmatus. Videtur quod
non. per tex. in l. Lucius. §. Paulus. & per
Iac. de Aret. ff. de admi. tut. & idem tenet
Bald. in l. si cum Hermes. C. loc. vbi dixit
pro fideiubētibus pro potestatibus quod
non tenentur eo in officio refirmato pro
nouo tempore alleg. Iacob. de Areti. ibi. &
argu. l. fin. in fin. de arbi. & idem dixit Bal.
in l. tam mandatori. C. de non num. pec.
15 vbi etiam dixit, † quod si contractus pro
rogatur, seu noua forma datur, quod fi-
deiussor non tenetur, nisi sit repetitus in
nouo contractu. arg. d. l. si cum Hermes.
& l. cum in plures. §. l. dicta. ff. loc. Tamen
secus est vbi tempus solutionis proroga-
tur. secundum Bal. in d. l. tam na. & dixit
idem Bald. in l. si cum reo ff. de pact. quod
prorogatio termini facta principali fide-
c iussorem non liberat c arg. illius l. nisi es-
set facta cum repetitione obligationis ani
mo nouandi. l. Valerianus. de præto. stip.
vel nisi fideiussisset ad tempus. l. ab eo. in
fi. de arbi. & quod not. Dyn. ff. sol. mat. l. si
mora. & vide supra proxi. c. an si officia-
lis. & infra latius. & in versic. refirmatus.
¶ Si ex forma statuti potestas in principio
officij tenetur satisdare si est idoneus sta
bitur suæ cautioni cum hypotheca bono-
rum suorum Bart. in l. quicunque. de fun.
patrimonialibus. li. xj. & dixit Bal. in l. sciē
dum. C. quorum appellat. quod si est bo-
næ vitæ, & probatæ fidei. quod sufficiet so
la cautio. & vide supra.

a ¶ *Idoneum.*] *Adde Ang. et do. Alex de Imol. in l si uero § qui pro rei. qui satisd cog.*

b ¶ *Sufficit*] *Adde do. Alexā de Imol in l ij ff. qui satisd cog. & Francis de cap li in l fide- iussor eod titu.*

c ¶ *Non liberat*] *Adde eundē supra in uer fide- iussor officialium & quod ibi dixi in apost.*

SVMMARIVM.

1 *Feriata die potest procedi in causis summarijs quòd est uerum, nisi in ferijs inductis in honorem Dei.*

2 *Officialium causæ possunt agitari die feriata.*

Feriæ

Feriæ.

CAP. I.



Causa syndicatus debet expediri intra. xx. dies, vt supra. & si res sit tempore breuissimo peritura nullæ seruandæ sunt feriæ etiam in honorem Dei.l.j. de ferijs. & debet lis contestari, vt est glo.in l.j. & vide text. in authen.vt iudi.sine quoquo suffra § sciat, vt omnes etiam in gl. parua protestatur. Bald.in d.§ proficisci.quæst.x. Bartol.autem in l.nec quicquam.§.de plano.de of-
1 fic.procon.dixit quod licet dicatur† quod in causis summariis posit procedi tempore feriato non habet locum in feriis indu
a ctis in honorem Dei a alleg.l. miles. in §. lx.de adul.per not.in l.si feriatis.de feriis. & vide infra in verbo iudicare. in cap. an officialis posit iudicare vltima die officij.
2 ¶† Causæ officialium possunt agitari die feriata, quia agitur de publico interesse.c. fin. de feriis Bald. in rub. extra de iudic. ¶Officialis negligens in officio potest die feriata amoueri per superiorem ab officio.l.ii.in verbo, officia.ff.de feriis.

a ¶Dei] *Quæ causæ uero tractari posint uel nō in ferys inductis in honorem. Dei uide spec. in titu. de ferys § sequitur uidere.*

SVMMARIVM.

1 *Filiusfa qui imperite iudicauit tenetur pro uiribus peculij uel quatenus religioni iudicantis uidebitur æquum, & nu 2.*

3 *Pater qui consentit quòd filius capiat officiū, an sit obligatus pro ipso filio & teneatur in syndicatu & nu 4 & 5.*

Filiusfamilias.

CAP. I.



Officialis iudex q est filiusfamilias, & per imperitiam iudicat, tenetur inquantum religioni iudicis videbitur æquum, non tamen vltra vires peculii, sed si per dolum, tenetur insolidum. Et hæc obligatio re integra non transit ad hæredem.l. si filius.ff.de iudi.& sic iudex qui iudicat p imperitiam non tenetur, nisi quatenus facere potest.id est quatenus sufficiunt vires sui patrimonij nullo deducto. & dicit glo.pro filio damnato in syndicatu fit execcutio in peculio.& adde no.in l.& si condemnatus.ff.de pecu.Vnde dicit Bald. ꝙ præsumitur pro iudice vt non videatur dolo pronunciare, nisi probetur euidenter contrarium per dictam l.si filius. & in dubio si apparet male iudicatum præsumitur imperitia & non dolus. vt not. in l.j.in princi.C.de appella. Vnde quando condemnatur propter imperitiam moderatur condemnatio arbitrio boni viri.secus vbi per dolum iudicat secundū. Bald. in d.l.si filius.& adde not.per Innocen.in c.nostra.de procu.& in cap.si quando. de appel.& dixit etiam Bart. in d.l. si filius.
1 †quod filiusfamilias, qui imperite iudicauit tenetur pro viribus peculii, vel quatenus religioni iudicātis videbitur æquum: quæ religio est, vt nō teneatur, nisi inquātum facere potest.nec in carcerem detrudetur, si non potest soluere, secundum
2 Angel.ibi, qui dixit† quod debet peti condemnari inquantum religioni iudicantis videbitur, & non ad certam quātitatem. & si dolo iudicauerit debeat concludi ad certum interesse, quod interesse qualiter probabitur, vide Innocē.in cap.super eo. quod met.causa & in l. in actionibus. de in litem iuran.secundum Bal & in d. l.si filius.& vide in c.iudex qui iudicauit per imperitiam infra in verbo, iudex male iu-
2 dicans.¶† An pater qui consentit, ꝙ filius capiat officium sit obligatus pro ipso filio, & teneatur in syndicatu? vide in d l. si filius.& Bart.in l.j de decur.& in l.i. C. de pericu.nomina & glo.in l.quod diximus. §.si pater.ff de excus. tuto. vide Nico. de Neap.& in l.iii.§ si.ff. de admi. rerum ad ciui.& in l.si filius.eo.tit.& in l metha. de iure fisci. & in l. imperatores § idem ad muni.& in l.si seruum §.an filius.de verbo.oblig.gl.in l.sicut.de fideiuss. vbi vide, An isto casu pater posit cōueniri filio nō discusso, vel filius sit ante discutiendus, vt deinde veniatur ad patrē, & vide in verbo plures officiales. ¶Filiusfami. si propter imperitiam tulit sentētiam, & hæres eius non fecit inuentarium, certum est, quod filius non tenetur, nisi inquantum bono viro videbitur fore æquum, quia non te-
netur

netur vltra quàm patiātur facultates inspecto tempore sententiæ, licet propter dolum truderetur in carcerem.ff.de iudi. l.si filius.nūquid ergo eodem modo tenebitur eius filius, qui non facit inuentariū? Bald. quòd non, quia obligatio quæ non descendit in hæredem propter omissionē inuentarij non cōtrahitur.ff.de iud. l.iul. Speciale tamen est in filio gerente magistratum, ꝙ patrem obliget de peculio.l.ij. ff.ad muni.ꝙ pater, quia in maleficiis nō dicitur pro filio fideiubere.Bal.in authen. sed cum testator.ad leg.Falcidiā. & supra in c.j.& in c.officiales eiusque domestici.
4 supra in verbo, barataria. ¶† Si pater videns filium debere eligi in magistratum, ipsum emancipat, vt de gestis per ipsum non teneatur, obligabitur tanquam fideiussor.ff.ad municip.l.pen.quando consulto, vel in fraudem fecit, vt ibi.quòd est no
5 tat.dignum.¶† Pater pro filio officiali tenetur si ei astiterit in officio publico.l.fin. cum ibi not.C.de decur. & quòd not. in authen.de hæredi. quæ ab intesta.§. nulla.Tamē vnus fratrū non tenetur pro alio in officio existente licet bona sint indiuisa.l.licet.C. de decurio. quod non habet locum in filio emancipato, qui accedens ad honores non obligat patrem. Ang. in l.Gallus.in §. & quid si tantum de lib. & posth.& ꝙ not.in l.si emācipati.de colla.

SVMMARIVM.

1 *Officialis qui aufugit & noluerit stare in syndicatu, an teneatur? & nu. 2.*

Fuga officialis.

CAP. I.

1 AN si officialis† aufugit, & stare noluit in syndicatu puniatur? Dic quòd si aufugit ante finitam administrationē debet remitti ad locum vnde aufugit l.ii.C.vbi de ratio. & l.i.C.de curiali.& si aufugiat dum syndicari debet, tunc cogitur redire.C. vt omnes causæ.l.j.C.ad leg.Iul.repe.l.i. in gl. Et carceratur tanquā vilis seruus.in auth. vt iudi.sine quoquo suff.§. necessitate. & qualiter contra eum cognoscatur? vide Specu.de libe.cōcep.§.nunc dicendū. ver. not.& est reus maiestatis quando ante finitam administrationem recedit,& sufficit probare solam fugan.in auth.de admi. §.i.col.vii.Aut post finitam administrationem,& tunc, aut post tempus pręfixū syndicatu,& fuga nihil probat,sed si qua causa fuit mota contra ipsum propter quam non stetit, potest iudicari & sententiari contra ipsum:aut fugit intra tempus præfixum syndicatui,& tunc si fuit captus,& detentus in loco, vbi debet respōdere, fuga contra eum facit aliqualem probationem,& debet respondere, & causam peragere.l.j.C.vt omnes causæ. & in d.§. necessitatis.Si vero non fuit captus,nec detentus,tunc fuga contra eum facit semiplenam probationem.in auth.de colla.§.super hoc.& in l.in bonefidei.de iureiur.vbi docto.dicunt hoc verum si non erat traditus custodibus. Si vero erat traditus tūc dicunt,quod fuga facit contra eum plenā
a probationem.a per l.iij.§.de exacto tributo.lib.x.& vide.C.de asses. l. consiliarios, quæ lex dicit,quod officialis fugiens habetur pro confesso,tamen loquitur quādo esset de aliquo inculpatus & fugeret, & etiam illæ leges loquuntur in frangente carcerem,quo casu etiam faciens eū fugere tenebitur ad solutionem debiti fiscalis,& priuati,& priuatus potest iurare in litem l.sed si.§.i.ne quis eum.& melius.l. eos.de custo.reo.vbi euadens carcerem fateri videtur illud propter quod erat detētus,quæ intellige vera in rectore, quia dubium est quid de suis officialibus. & vide Ioan.And.in addi.Specu. in titu. de præsump.§.sciens.versi.ad damnationem criminis vbi dicit quod si actio arrestationis, & fuga facit, vt cōtra eos possit ferri sententia vt in confessos & conuictos. & idē Ang.in l.i.C.de priua.carc.Non etiā sunt citandi ad sententiam,secūdum Io. And. ver.& facit l.milites.agrum. §. transfuga. de re milita.& vide quæ dicit Bart. & docto.in l.admonendi.ff.de iureiur. vbi di-
2 stin.¶† Et de officiali fugiente à syndicatu vide supra in prin.operis in cap. dicitur autem syndicatus.post prin.vbi multa. & infra proxi.c.& infra verbo, probatio. infra in c.qualiter probatio.Adde quia Luc. de pen.in l.ordinariorum de coar lib.xij. quod si officialis fugerit non reddita ratione

tione, quod creditur contra eum sacramento agentis.per not.in auth.vt iudi. sine quoquo.§.necessitate. & per glo. in l. in bonæfidei. de iureiur.& per not. extra quod met.causa,cap.fin dicens quod fuga eo casu violentiæ comparatur.l si qñ. C.vnde vi. quod videtur not. satis vt in hoc casu fuga sit loco violentiæ.Et de hac probatione vide latius. supra in verbo, probatio in syndicatu.

a ¶*Probationem.*] *Adde Angel in l leg ad sil. & Bal in l succurritur ex quib caus ma.& in d l.in bonæfidei alleg in tex.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis fugiens à syndicatu, an si postea sponte reuertatur possit se excusare & quomodo? & nu 2 & 3.*

4 *Superiorem adiens non dicitur fugere.*

5 *Furtum & barataria officialis licet probetur per solum iuramentum quando iudex aufugit à syndicatu, tamen non potest condemnari per iuramentum suppletorium. & tertio nume 6.*

CAP. II.

1 AN iudex † vel officialis fugiens à syndicatu possit se excusare si postea spôte cô fessus est se recessisse, quia videbat syndicatum rigorosum contra ipsum præparari,& syndicatores animose procedere contra ipsum, vel ad carcerandum, vel ad aliud grauamen forte procedere, ita quod talis fuga non faciat probationẽ contra ipsum? dic quod sic:nam is qui fuit & postea reuersus est sua sponte non grauatur propter ipsam fugam,vt not. Bar.in l. quid sit fugitiuus.§. j.de ædil.edicto. vel si ipsum fugientẽ aliqua câ excusaret puta timor partialitatis contrariæ,vel capitalis inimicitia,vt quia minati fuerant officiali quod deposito officio ipsum male tractarent,quia tunc fuga nullam contra eum probationem faceret.d.l.quid sit apud Labeonem. Vel quãdo recessisset animo reuertendi,& reuersus fuisset argum.l.iii.cum glos.in §.emãsor.ff.de re mili.& tenet Bald.in l.i.C.de ser.fugiti.& tenet And.de Iser.in consti. regni humanitatis. quod bannitus qui reuertitur liberatur fideiussoria cautione.& & dixit Bartol. in l.i.ff. de rebus eorum.

2 † quod si quis fugiat post inchoatam inquisitionem contra eum, ex qua veniebat imponenda pęna sanguinis,vel bonorum publicatio,quia tunc ex fuga non inducitur præsumptio contra eum, vel si fugiat,quia sibi constabat quod de facto debebat capi, quia similiter ex fuga non inducitur præsumptio contra eum secundũ Andr.de Iser.in constitutione vt partici-

3 patio. † vel vbi quis fugeret iram iudicis, qui consueuit esse multum crudelis, quia timor sæuitiæ iudicis est iusta causa fugæ. secundum Andr.de Iser.in constitut.regni.grandis.& Lucam. de pen.in l. si coloni.de agric.& cen.& Andr.de Iser.in cõsti. regni pœnam eorum. & facit l.ii.& quod ibi not. de his qui sunt sui vel alie. iuris.vbi de iudice crudeli,qui propterea debet ab officio remoueri.& dixit notab. Lucas de pen.in d.l.si coloni.quod si quis timens iudicis sęuitiam in quo nulla est iustitia sed omnino est impietas, fugiat de curia, qnod non habebitur pro confesso, quia licet in iudice cesset metus.l. pen. C.de his qui per met. iudi. l. final. quod met. cau. Tamen ex quo hodie in curiis committuntur maiora crimina, & latrocinia,quam in syluis latronum,quod excusetur officialis,quia licet vnicuique redimere sanguinem suum. dict.l.j. de bonis eorum.& quia sufficit saltem probabiliter timere,& si non iuste.l.recte.quod met.cau.& l.si pupil.eo.tit. et de pœnis. l capitalium. §. quod statum.l. nouissime. §.i. quod fal.tuto. Nam de malo iudice male præsumendum est l. si per impressionem.C.quod met.cau. secundum d.l. Lucam ibi.& faciunt not.per Bar.in l. de pupil.§.si quis ipsi prætori. de noui oper. vbi de præsumptione officialis etiam qñ dimisso procuratore recessisset, vt dicit glo.in l.in bonæfidei.de iureiur. Et habetur supra in cap.iudex finito officio.Ideo alias cõsului officialibus, qui suspicabãtur de grauaminibus in syndicatu eorum, & viderunt electos syndicatores eorũ æmulos,& timebant opprimi iniuste,vt consti tuto procuratore recederent appellantes, vel se grauantes, & de iniusta electione syndi-

syndicatorum, vel de loco non tuto, vel alio grauamine inferendo, & accederent ad magnam curiam, vel ad sacrum consilium & ibi se præsentarent offerēdo velle stare ad syndicatum coram ipsis recessisse pp locum non tutum, allegando iustas suspitiones, quia excusaretur a fuga
4 & recessu. † Nam qui vadit ad superiorē non dicitur fugere, quia itineris arreptio ad superiorem loco appellationis habetur secundum Hostiens. in capitu. vt debitus. de appellatio. de quo Bald. dixit esse text. in l. sed si per prætorem. §. final. ff. qui ex caus. maio. secundum eum ibi, & aliquid. per Bartol. in dict. §. si quis ipsi prætori. vbi de arreptione itineris ad superiorem, per quam quis videtur se submittere protectioni ipsius. Et ideo illi officiales, qui in ciuitatibus officia exercuerunt, vbi dominatur aliquis potens ciuis, vel baro, qui vult iustitiam ministrari ad suum velle, qui fecerunt iustitiam rectam, & noluerunt applaudere voluntati tyranni, & suos sequaces pœnis afflixerunt, si iuste timeant deposito officio personaliter offendi, possunt impune recedere. Et ita qui delinquentes suspenderunt, & timentes iram consanguineorum potentum de ciuitate recesserunt sunt de iustitia ministrata collaudandi & non puniendi ratione recessus
5 per iura prædicta. ¶ † Quando officialis aufugit a syndicatu, tunc furtum, & barataria probatur contra ipsum per solum iuramentum. in auth. vt iudi. sine quoq. suffra. §. oportet. & in authent. de colla. §. super hoc. Sed si non fugerit, debet probari per testes, secundum opinio. veram. & ideo barataria potest probari per iuramentum quando aufugit, quia per fugam redditus est suspectus secundū glo in l. in bonæfidei. de iureiur. Adeo q̄ potest ad torturā poni, & ita sufficiet iuramētū p p fugā. ar. no. in l. admonēdi. de iureiu. secū
6 dū Ang. qui ita dixit in d. §. oportet. † tamē alias officialis nō pōt cōdemnari per iuramētū suppletorium, secundū eūdem Angel. in l. ii. C. vbi de ratiociniis. & vide in verbo, probatio. infra & supra in principio. operis in capitu. dicitur autem syndicatus. post principium, vbi multa de fugiente a syndicatu.

SVMMARIVM.

1 *Ratio contradictionis semper est attendenda.*

Furca.

CAP. I.



PONE quod sunt duo domini vnius terræ habitantes in vno loco cognitionem causarum criminalium. & vnus ex eis solus habens executionem in dicto loco velit erigere furcas altero contradicen
2 te an possit inuito alio. ᵃ Oldr. in consil. vi. dicit quod sic, quia in omni contradi-
1 ctione est ratio † cōtradictionis attendenda. l. fin. de edi. diui. l. ii. §. i. ne quid in loco publi. Et quia ei competit signum, cui & res signata. ad l. corn. de sicca. l. eos. §. qui se. de iure diui. aurer. per totum. & l. ii. de arte. lib. x. & arg. de offic. præte. Afri. l in nomine domini. in verbo, & clausuris. & facit de vsu. & habita. l. furca. §. si dominus. Et si dubitat alter ne sibi etiā circa cognitionem in posterum præiudiciū paretur, fiat cum protestatione. arg. l. iii. §. penult. de exhi. libr. de aqua quo. & ęsti. l. penult. in verbo, sine pręiudicio. de testa. tut. idem fiet.

a ¶ *Alio*] *Sed nunquid si vnus habeat iurisdictionem & mixtum imperium, alter habēt merum imperium possit erigere furcas vide Oldr in consi clxi.*

SVMMARIVM.

1 *Latrones debent furca suspendi in loco in quo furtum commiserunt & num 4.*
2 *Princeps non potest rem priuati accipere pretio non soluto.*
3 *Territorium suum quis cogitur vendere fisco ad erigendas furcas.*
5 *Damnum quod quis sua culpa sentit sentire nō videtur.*
6 *Officialis potest capere animal alicuius pro malefactore trahendo.*

Furcarum erectio.

CAP. I.



FVI consultus, quod duo famuli vnius nobilis cum mercator transiret per eius prędiū, ipsum occiderunt in prædio, & disrobarunt, confessiq; & conuicti de tali facinore suspensi fuerūt in illo prædio

dio. modo nobilis conquestus est contra potestatem, quod furcas erexerit in prædio suo priuato, & ibi homines morti tradiderit, feceritque locum illum publicum suspectũ quia agricultores de cętero non reperiebat asserentes terram minime frugibus abundare, & de cætero esset prędiũ deterius effectum & suspectum, & hominibus incolentibus agendo, etiam actione iniuriarum contra potestatem, qui homines in proprio prædio & non in publico fecit trucidari, & sic videtur fecisse locum pestilentem, propter vanas hominũ superstitiones & suspitiones. argum. l. habitatores. ff. locat. & quod damnum & iniuriam dederit. argum. l. quemadmo. §. si magistratus. ff. ad leg. aquil. & facit in arg. l. item. apud Labeonem. in princ. ff. de iniur. & l. is qui domum alienam. ff. eod. tit. & dicit text. in l. nec magistratibus. ff. eo. quod si quis iniuriam fecerit magistratui, quod tenebitur iniuriarum. ¶ In contrariũ facit, quia si quid magistratus ad vindictam publicam fecerit non tenebitur iniuriarum. l. nec magistratibus. cum sequen. de iniur. & eo. tit. l. iniuriarum. §. i. vbi dicit tex. is qui iure publico vtitur nõ videtur iniuriæ faciendæ causa hoc agere. & ea l. §. quæ iure potestatis a magistratu fiunt, ad iniuriarum actionem non pertinent, & sic cum officialis non fecerit ad iniuriam illius, nec ius præsumat, quod causa iniuriandi fecerit, sed pro executione iustitiæ per iura prædicta, quod nõ
1 tenebitur. † & iure statutum est quod latrones debent furca suspendi in loco in quo latrocinia commiserunt. ff. de pœnis. l. capitalium. §. fin. & sic hoc facit authoritate iuris. igitur non excessit. ff. de pęnis. l. capitalium. §. famosos. argum. l. Graccus de adul. & facit de cursu publico l. penul. vbi dicitur quod curia potest capere animalia ad vecturam deputata, vt arma deferant salario de publico persoluendo. & facit l. fina. de fabricen. & l. penulti. de iure fisci. & facit. l. ii. de lucr. aduo. & l. ii. ne rustici ad vllum officium in verbo, bouem. & de postu. public. l. ii. in fin. vbi propter necessitatem publicã quis ad aliquid cõpellitur. ista enim fuit necessitas publica, & legis quæ iubet eos suspendi, vbi delicta commiserunt. si ergo potestas hoc non faciebat ad quod tenebatur ratione officii, & publicæ disciplinæ, præsumebatur fuisse in dolo. ff. man. l. si fideiussor. & de verborum signific. l. magna. & quod Barto. not. ff. de administratio. tuto. l. Titium & Mæuium. nam ratione publicæ vtilitatis quis compellitur rem suam concedere. l. ii. in princip. de his qui sunt sui. refert Flo. i l. ii. §. locus. de religio. & Bal. & Angel. in l. i. ad fin. ff. solut. matrimonio. Guliel. in l. decernimus. de episcopis & clericis. ¶ Nec obst. si dicatur quod debet solui merces vt iuribus supra allega. quia legis prouisio ad hæc se non extendit, sicut quando caperentur animalia & alia bona pro vtilitate fisci, vt in iuribus supra allegatis. vel quando vellet dominium rei alienæ acquirere l. venæ. §. si cõstat communia prædio. & per ea quæ dixit Andr. de Isern. in titu. de capi. qui cu
2 ri. vendi. † quod si princeps velit rem priuati accipere quod non potest pretio non soluto, de quo vide late in capitu. subiicio
3 quæstionem. † vbi habes quod quis compellitur vẽdere territoriũ fisco. vt ibi imponantur furcæ pro iustitia. Nam in hoc casu non debetur pretium, quia prędium in quo delictum fuit commissum ratione delicti ibi commissi affectum extitit huic oneri ferendo ex iuris dispositione, vt ibi vindicaretur delictum, & fures suspen
4 derentur. quia † lex prouidet quod vbi te inuenero ibi te iudicabo. l. i. & ii. C. vbi de crimine agi oportet. & in dict. l. Capitalium. §. final. Nam ratione delicti in loco commissi delinquens illi loco afficitur & obligatur. vt ibi puniatur per iura prædicta, & sic inibi contra delinquentẽ iurisdictio exercetur publicæ vindictæ. per dict. l. i. & ii. vbi de crimine. nam potestas ex iuris dispositione in hoc casu publicę vindictę non habet a iure mandatum publicam pecuniam expendendi. vt est in casu. l. diuus. & in l. cum ratio. § si plures. de bon. damna. & glossa. in l. nulli. ff. quod cuiusque vniuersit. nomine. imputetur etiam domino prædii. qui visus est opera malorum hominum in suo prędio. argumen. in l. final. §. hac autem actione. ff. naut. caupo. stabula. in l. si cum exhibuissent. ff. de public. cum si-
5 mi. l. ibi in glos. allegatis. † & damnum, quod

quod quis sua culpa sentit, sentire non videtur: vt in regu. iuris damnũ. cum simul. præsertim si habuit scientiã & nõ denuntiauit per l. j. C. de fals. monet. non obstat, si dicatur quod fiscus debet soluere illis quorum bona capit: vt in iuribus. in prin. allegat. quia dict. §. fina. nihil de hoc pretio soluendo dicit. & quando esset aliquid persoluendũ nõ haberet soluere potestas sed superior eius, qui habet, redditus regni, vel ciuitatis, vt iustitiã ministret suis sumptibus, in authenti. vt iudic. sine quo quo suffragio. §. cogitatio. & in authen. de iudic. §. ne autem. & 23. quæstio. viij. tri-
6 butum at que facit quod dicitur, q † officialis potest capere animal alicuius ad traxinandum malefactorem. in l. fina. ff. de pignor. actione. de quo vide in verbo, maniuoltus. in cap. an officialis possit cogere subditum quod sit maniuoltus. & in cap. an officialis possit capere rem vel animal in verbo, captura. tamen in istis deberetur pretium per iura ibi allegat. & supra in principio huius quęstionis & per notata per And. de Isern. in titu. de capit. qui curiam vendidit. vbi dixit quod princeps non potest auferre rem priuati pretio non soluto. & ita allegaui.

De litera. G.

SVMMARIVM.

1 *Officialis an teneatur soluere gabellas durante officio suo.*

Gabella.

CAP. I.

1 AN OFFICIALIS † durante officio teneatur soluere gabellas? Nicol. de Neapo. in l. athletas. §. i. ff. de excusa. tutor. dixit quod non, per illum text. & per glo. in l. honorẽ sustinenti. ff. de mu. & hono. gl. in l. actores. C. de exac. tri. lib. x. tenet contrarium. Tamen Guliel. in l. neminem. C de sacrosan. arguit quod non tenetur per l. his honoribus. de vaca. mune. & de decurio. l. curialis. lib. xij. & de cano. sac. l. pręcipit. Licet in contrarium videtur text. in d. l. actores. & in l. fi. de apo. publ. concludens quod tenẽt ad munera ordinaria, à quibus nõ excusatur priuilegiati. ar. d. l. neminem. & l. j. C. vt ab emp. specierum. dicens sic debere intelligi. dict. l. actores sed in extraordinarijs ad quæ personæ priuilegiatę non tenentur, nec ipsi tenentur argument. l. pro onere. de muneribus & honor. tamen ad refectionem pontiũ, & viarum tenentur per supradicta iura. & hoc sequitur Nicol. de Neapol. & quæ sint ordinaria plene notatur in rubr. cap. desuper. & in l. j. C. de exa. trib. & in d. l. actores. & vide Bart. late in l. j. C. de immu. non conce. libr. x. & in d. l. honorem. quibus locis posuit de collectis si tenetur soluere collectas. & vide late Lu. de Pen. in l. iubemus. de proximi. sacr. scri. Et vide supra in verbo, ciuis. in c. an porestates & sui debeãt tractari tanquam ciues.

De litera. H.

SVMMARIVM.

1 *Hæres officialis an teneatur de extortis predefunctum in officio & nu 3. 4. & 5.*
2 *Tempus trimestre datur à die mortis ad conficiendum inuentarium.*

Hæres.

CAP. I.


N hæres mortuo potestate debeat habere salarium defuncti? vide in verbo, salarium.
1 † An hæres teneatur de extortis per defunctum in officio? text. in l. datur ad legem Iul. repetun dicit quod datur intra annum actio in hæredem à morte illius defuncti. & gloss. dixit quod illa actio erit in factum. & de hoc qualiter hęres teneatur, tres sunt opiniones ibi in gloss. quarum vna est, quod hoc sit verum si lis fuit cum defuncto contestata. & sit hoc speciale cum alias regulariter detur perpetuo. l. j. ex delicto defuncti. Secũda opinio est quod hæres intra annum tenetur insolidum etiam si nihil peruenit ad eum, quod similiter est speciale, quia regulariter non deberet teneri in aliquo. per dict. l. j. quæ duæ opiniones videntur contrariæ. Alia opinio fuit Azo. dicentis quòd semper tenetur hæres intra annũ, & de eo quod ad eum peruenit debet teneri perpetuo, & erit similiter speciale secundum glos. Bart. autem ibi dicit quod

quòd opin. Azo. debet intelligi generaliter, vt
teneatur intra annum de eo quod peruenit,
& de eo quod non peruenit, & ſicut eſt ſpe-
ciale contra eum, vt teneatur de eo quod non
peruenit ita eſt ſpeciale pro eo vt de eo quod
non peruenit teneatur tantum intra annum,
non poſt, quod firmat Bartol. in d.l. datur. Et
dicit quod ille annus incipiet à die, qua hæres
incepit eſſe. de quo vide aliquid per Bartol. in
l.j.ff. de priua. delic. gloſſ. autem & Bartol. &
Cyn. in l.ij.C. ad leg. Iul. repetũ. firmat quod
intra annũ tenetur hęres, ẽt ſi nihil ad eũ per
uenit & ſit ſpeciale, quod hęres intra annu te
neatur ẽt ſi nihil pũenit ad eum ſcd̃m eos. &
Iac. Butr. Salic. autem dicit in d.l.ij. qđ ſcd̃m
Hug. iſta duo ſpecialia inducuntur per d.l.ij.
videlicet quod lite nõ conteſtata hæres tenea
tur intra annum de eo quod non peruenit. &
quod de eo quod peruenit teneatur vſque ad
annum, cum regula ſit vt de peruentis tenea
tur perpetuo. d.l.j. Azo in ſum. dixit induci
per l.ij. vt hæres lite non conteſtata teneatur
ſicut lite conteſt. tenetur de peruentis ſolum
vſque ad annum vbi perpetuo debet teneri.
& Salice. ibi proſequitur Hugo. dicens quod
tempus anni erit à die mortis defuncti per d.
l.ij. vbi Salice. ſupplet & aditæ hæreditatis,
quod videtur tenere Bartol. in d.l. datur. pro
cuius dicto facit text. & gloſſ. in l. final. de iu-
2 re delibe. vbi dicit text. † quòd datur tempus
trimeſtre à die mortis ad conficiendum inuẽ
tarium. & gloſſ. ſubaudit & aditæ hæreditatis
Lud. autem. in l.iiij.§. hoc autem. de dam. in-
fect. examinat iſtam materiam quando & qua
liter hæres tenetur, vbi vide per eum, vbi di
cit Angel. per illum text. quòd illa actio in fa-
ctum, quæ datur contra magiſtratum datur
hæredi & contra hæredem eius. vide gloſſ.
quę etiam dicit, quod hæres magiſtratus tene
tur de eo, quod ad eum peruenit per l. quod
in hęredem. de calum. & vide gloſſ. in l. in ſuc
ceſsione. C. de decu. quæ dixit, quod hæres of
ficialis tenetur ſi defunctus male adminiſtra-
3 uerit. tamen Angel. ibi dicit, † quòd hæres
aſſeſſoris non tenetur ſtare ad ſyndicatum.
per text. in l. iubemus. ff. de iudic. vbi hoc etiã
dixit Bar. & Bald. tamen hæres aſſeſſoris, te-
netur ſtare ad ſyndicatum, ſecundum Ang.
in caſu illius §. hic autem & in caſu authen.
4 ſcęnicas. in §. fin. colum. v. vbi caſus † quod hę
res aſſeſſoris & eius bona ſunt tacite obligata,
ſi iudex non exigat pœnam à lenonibus qui
recipiunt iuramenta à mulieribus, vt turpem
eorum vitam obſeruent, ſecundum Angel. in
d.§. vbi caſus ſpecialis dicens regulariter con
trarium per d.l. iubemus. vt dicit cum gloſſ.
ibi, quòd iudex contra quem pœna eſt com-
miſſa ex negligentia. non facit hæredes, tene-
ri, niſi lite conteſt. contra ipſum iudicem, &
ſic cum iudex ſit ratione negligentiæ ex quaſi
maleficio obligatus, eius pęna litem ſuam pro
pterea faciens non tranſit ad hæredem, niſi
prius lit. conteſt. contra ipſum iudicem. argu.
d.l.j. ex del. defun. & l. fi. ff. ad leg. Iul. re. & l.
c declarantem in terminis repulsæ quàm.[c] Ange. in l. qui crimen. C. qui accu. nõ pos.
3 vbi dixit † quod licet quando crimẽ obiicitur ad repulsam, non sit necessaria inscriptio, tamen si obiicitur crimen contra patrem, vel patronum, tenetur iniuriarum, secus si contra alium, dummodo non probauerit ꝑꝑ potẽtiam aduersarij: vel quia fuit deceptus à testibus, quia tũc apparet quod non animo iniuriandi obijcit, & ideo nõ tenetur iniuriarum. secũdum Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de
4 accusa. §. i. versi. sed pone. Tamen † obijciens ad repulsam prælati in causa electionis punitur si non probat, per text. in d. c. præsentium. de testi. in vi. & in corpore quomodo oportet episcopos. §. si qs autem. & ista sunt formalia verba Angeli ibi, pro quo facit quod dicunt Bartol. & Dy. in d. l. eum qui nocentem. de iniuriis. dicentes quod aut quis infamat de vero aut de falso. & quod Bartol. dixit in l. verum. ff. de furt. in ratione sui. Et adduco glo. in l. possideri. in princip. ff. de acquir. poss. quæ dicit, quod ad hoc vt quis non teneatur de turbatione debet protestari quod possessionem intrat causa iuris sui conseruandi. & quod habetur in l. libera. C. de senten. &c. Et ideo dico quod iste talis obiiciens contra officialem crimina & defectus non veros, & non probans, quod tenebitur iniuriarum, etiam si protestetur quod non facit animo iniuriandi, cum iniuriose videtur facere cũ non probat per supradicta alleg. per Angel. & quia ad hoc non necessitatur, sicut ille q̃ facit repulsam contra testes, qui dicit contra ipsos testes verba iuris, quia infames, periuri, & cętera. & quamuis de iure communi non probans puniatur similitudine supplicij, tamen per constitu. regni pœnam de calum. qui non probat non præsumitur calumniari, sed debet esse in euidenti calumnia, vt puniatur similitudine supplicij, vbi Andr. de Isern. dedit exemplum de euidenti calumnia, quando accusator dixit, ego dabo sibi magnam litem, & aliud exemplum ponitur in consti. regni. si ciuiliter agens. & dixit And. de Iser. in consti. i. de pœna mulierum iniuste querelantium, quod dicitur calumniari, quando eius testes fuerunt reprobati, quia per ipsum pecunia corrupti, non autem quando tanquã infames, vel pauperes, & vide in c. regni accusatorũ temeritas. vbi dicitur quod iudex differens punire calumniatores punitur pœna duarum librarum auri. Tamen dubito si syndicatores forment inquisitionem generalem ad eorum informationem con

tra

tra officialem in fine officij, quod cõmisit baratarias, furta, & extorsiones, & nõ ꝓbauerunt an iniuriarum teneantur hoc ex officio faciẽdo? Et puto ꝙ nõ, qa à iure necessitanẽ ad hoc. arg. l. congruit. de off. ꝑsid. & in cõsti. regni de inquisitionib⁹. & quia solẽt tales inquisitiones condõnaliter facere dicẽdo inquirĩt cõtra talẽ officialẽ, si in officio existens ꝑdicta cõmisit. & quia authoritate legis inquirĩt, nõ tenerĩ. arg. l. Gracchus. de adul. & quia lege permittente faciunt, vt s̃. dr̃ de repulsa. Tñ si temere inquisiuerunt cõtra ipsum officialẽ de aliquibus veniendo ad specialem inquisitionem, non habita prius informatione de cõmisis, & dando libellũ vel capitula, & nihil contra eum probantes, an teneantur ad expensas per officialem factas in defendendo se. Dic quod sic, per notata in l. seueriter. C. de excusa. tut. & habes infra in verbo, inquisitio temerè inquirentis si tenetur inquisitio ad expensas. ¶ Si vnus iudex exercet capturam in territorio alterius iudicis, tenetur actione iniuriarum illi iudici, in cuius territorio, vel iurisdictione exercet ipsam capturam, vel iurisdictionem. vide supra in verbo, processit captura. in c. si iudex.

a *Iniuriarum*] *Vide Fel. in c i de excep circa in uersi & scias & in c. dilecti in antepe col. versi i dũmodo circa med eo tit. et quod dicit in d c i. in apost & adde d Fet. Phil. Cor ĩ cõs. 80. incip Consuluit in prin in iij parte.*

b *Animo iniuriandi*] *Vide Fel. in c. i uer. excedit circa fi & quod ibi dixit in apostill.*

* *¶ Melius.*] *Vide Fel in c i de exce. circa fin. vbi refert et sequitur idem Parisdem hic.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis si processit super iniuria sibi facta extra causam officij & aliquid ab iniuriãte extorsit ea de causa an teneatur ad restitutionem in syndicatu & nume 3.*

2 *Magistratus iurisdictionem exercens si offendatur, poterit vindicare iniuriam quasi dignitati illatam.*

4 *Officialem si quis offendat non ad iniuriam reipublicæ sed officialis non committit crimen læsæ maiestatis.*

5 *Coniectura ex quibus sumatur.*

6 *Rex iudicat in causa propria: quia alteri committit.*

CAP. III.

1 AN si officialis † processit super iniuria sibi facta extra causam officij: & aliquid ab iniuriante extorsit, ea de causa teneaẽ ad restitutionem in syndicatu? Oldrad. in consilio septimo consuluit de quadã pessima muliere, quæ fecit facturas in personam domini sui temporalis, qui de hoc crimine cognouit, & pœnam extorsit: quod tenetur ad restitutionẽ, quia quilibet habens iurisdictionẽ aliquando facit vt priuatus, & aliquãdo vtens officio suo. ff. de iniur. l. nec magistratibus. ff. de reg. iur. non videtur. § quæ iussu. de electio. c. cum inter vniuersas. &c. cap. quod sicut. §. præterea. Sic etiam iniuria quæ infertur ei aliquãdo infertur, vt in priuatum, & hoc casu de iniuria cognoscere non potest, nec pœnam imponere. ff. de iurisdictione omniũ iudicum. l. qui iurisdictioni. ff. de iniuriis. l. lex Cornelia. ff. de offic. præsid. l. senatus. sed debuit coram superiore querelam proponere, in authentic. de defenso. ciuitatum. §. si vero egerunt.

2 Quando † autem magistratus iurisdictionem exercens offenditur potest vindicare iniuriam, quasi dignitati illatam. ff. de postula. l. i. in prin. ff. de iurisdictione om. iudic. l. si familia. circa princ. ii. q. 7. cap. si quis ab episcopo. extra de pœn. c. Romana. in 6. & faciunt nota. per Innoc. in d. c.

3 dilectus. † qui concludit, quod cum delictum non cesserit in iniuriam officij, sed in eum vt in priuatum, non poterit cognoscere. & ideo carceratio illicita fuit: quia non fuit facta iure licito, & per magistratum licite agentem. ff. quod metus cau. l. iii. & omnis ẽt promissio ob eã causam extorta nullius est momenti. ff. quod met. caus. l. qui in carcerem. & cum non tenuerit obiectio principalis ita nec accessoria. C. de vsur. l. eos. ff. de regul. iuris. l. cum principalis. Quibus accedant quæ scripsit latè Andr. de Isern. in titu. quæ sint regalia. in verbo, committentium cri-

4 men. vbi dixit † quod si quis offendat officialem non ad iniuriam reipu. sed officialis, quod non committit crimen maiestatis, & in titulo. de eo qui interfecit fratrem domini sui, & quæ habentur in l. qui iurisdictioni. de iurisdic. om. iudic. &

in tit. de iniuria curi. illata. in const. regni. & Bar. in l. si quis fortis. §. i. ff. de pœnis. Tamē volo, quod cogites, in vno si sit cō missum delictum in officialē, & sit dubiū an sit cōmissum respectu iurisdōnis suæ, vel dignitatis, & an vt i priuatā personā, vt fuit in casu Oldr. q̄a illa iniuria potuit fieri in magistratū respectu suæ dignitatis, forte, q̄a erat delata vel accusata corā eo, vel quia contra ipsā, vel personam si bi coniunctā inquirebat, vel vt respublica tali viro careret, & ēt fieri poterat ex causa priuata, vt eā dirueret, vel ex odio priuato, tunc quid erit iudicandū. Dic quod erit recurrēdū ad coniecturas, & præsumptiones per no. per Andr. de Iser. in titu. hic finitur lex. & per no. etiā per Andr. de Iser. in tit. quib. mod. feu. amit. vbi si nō potest probari liquido, ꝙ vasallus ad dānum domini reuelauit credētiā, sumitur ꝓbatio ex cōiecturis, si aliās dn̄m habuit odio aut aliās damnificauerit dn̄m ex aliqua causa, & per no. per ipsum. in d. ti. quę sint regalia in verbo, cōmitentiū. & in tit. ex quib. caus. feu. amit. §. porro & in ti. de prohi. feu. alie. §. & si vasallus. vbi late scri
5 bit, † ꝙ coniectura sumitur ex personis, & causis, ex seruitiis, ex industria, ex pecunijs, ex consanguinitate, amicitia, societate, cōuersatione, & ex persona, & hæc vltra dicta per alios, & dicta Oldr. puto habere locū in aliquo officiali inferiore, non aūt in magnis dn̄is, q̄a ipsi hodie habent de cōsuetudine cognoscere de propria iniuria. vt dixit Bal. in l. j. C. vnde vi. Cuius Bal. dictū ēt puto posse hebere locum q̄d cōmittant aliis cognitionē & punitionem proprię iniuriæ, vt singulariter voluit Andræ. de Isern. in titu. de prohib. feu. alie. ꝑ Federic. §. præterea si inter duos. vbi di-
6 xit, † quod Rex iudicat in causa propria, quia alteri committit, alios de per se non posse cognoscere, vbi sic intellexit. l. proxime. de his quę in testam. delen. & alia iura dicentia, quòd Rex cognoscit in causa propria scilicet aliis committendo. facit l. bene a Zenone. de qua. præscri. & nota. extra de iudi. capitu. cum venissent. Et quando ipsemet vellet cognoscere dicitur tunc regnum vacare, vt diximus supra in capitu. an si Rex Sicilię requisitus, vbi tractamus de iustitia denegata.

SVMMARIVM.

1 *Iniurians si non faciat animo iniuriandi, sed ex alia causa an teneatur iniur arum*

2 *Iudex licet iniustam sententiam proferat, non tamen tenetur iniuriarum.*

CAP. IIII.



Vdex ad instantiam Titii publice condemnauit Caium, qui appellauit, & appellatio non fuit admissa, agit Caius condemnatus actione iniuriarum contra Titium, an teneatur? Videtur quod sic, si animo iniuriandi hoc actum fuit, quia tunc præsumitur iudex calumniosè agere. l. qui iniuriarū. § si quis. de iniuriis. vbi Bartol. & tenet Oldr. in consil. 24. Ioan. Andr. in titu. de accu. vbi dixit de eo qui in iudicio egit,
1 & non probat, & iudex † ius faciens videtur iniuriam facere. capit. sacro. de sen. ex com. de ap. c. solicitudinem. & iudicis authoritas nō excusat, nisi in mandato. & iussu. l. non videtur. §. qui iussu. de iniuriis. vbi Bar. & in l. non solum. §. si mandato. eod. tit. gloss. in l. liber homo. ad leg. Aquil. & factum iniuriosum præsumitur ex iniuria fieri. C. de iniuriis. si non conuicii. Et hoc verum si sit authoritas prætoris iuste iterposita. l. iuste. de acq. possess. l. meminerint. vnde vi. & not. in c. con querente. de rest. spo. Ioan. Andr. in tit. de iniu. vbi recitat consilium Old. ¶ In contrarium facit quia si actus continet in se iniuriam, si tamen agens nō facit animo iiuriandi, sed ex alia cā nō tenet̄ iiuriarū. tex. ad leg. Aqui. l. sed si §. fi. no. Cy. ī l. si nō cōuicii. C. de iniur. & no. ff. de iniur. l. illud. Et hoc ēt si cā sit iniusta, q̄a excusat ab iiuria ff. de iiu. l. itē apud. §. si q̄s. & Ioā. And. in tit. de iniur. in prin. Pręterea factū authoritate iudicis nō est iiuria
2 l. iniuriarū. §. si q̄s decret. ff. eod. Iō † licet iudex iniustā sn̄iam ꝓferat non tenet̄ iniuriarum. d. l. iniuriarum. §. idem. & §. quo in iure non oportet. d. cap. solicitudinem, quia intelligitur quando animo iniuriæ. & capitulo, si mulier. in gloss. vnde cima quæstione tertia, intelligitur, quando dolose & in dubio non præsumitur, & sic respondetur ad capitulum sacro. quia iudex qui profert sententiam iniu-
stam

ſtam etiam per gratiam non tenetur iniuriam, ſed tenetur pœna capituli, cum eterni. de re iudicata in ſexto, & ſic fuit deciſum in Romana curia de quodã, qui excommunicauit quendam publice ad inſtantiam cuiuſdam.

SVMMARIVM.

1 *Iudici quando & contra quos liceat inquirere & numero 2.3.4.5.6.7. & 8.*
9 *Iudex inquirens an abſoluto reo teneatur ad expenſas ipſi reo abſoluto.*
10 *Condemnatio expenſarum an fiat in criminalibus.*
11 *Luſores debent poni in galeis.*
12 *Ludus eſt crimen.*

Inquiſitio.
CAP. I.

1 
IVdici † faciliter nõ permittitur inquirere, ſicut non permittiſ alicui accuſare. l. ſi cui. de accuſ. tamen aliqñ permittitur inquirere ſine metu calũniæ, & per denuntiationem officialis. l. ea quidẽ, de accuſ. ratio eſt, quia ſicut tutor inſtigatus a matre & ab aliis excuſatur a calumnia ratione officii. l. tutorẽ de his quib. vt indign. ead. ratione iudex excuſatur a præſumpta calumnia
2 per denuntiationẽ officialis. † Poteſt ẽt inquirere propter incidentem cognitio-
3 nem. l. i. C. ſi aduer. liber. † Et etiam propter generalẽ inquiſitionẽ præcedentem põt venire ad ſpecialẽ. l. congruit. de offi. præſid. & in authen. de colla. §. iubemus.
4 † Nam aliàs hæres accuſans illum, quem teſtator in teſtamento dixit feciſſe delictum excuſatur a præſumpta calumnia propter notificationem teſtatoris. l. q cũ
5 maior. §. fi. de bon. li. † Ita iudex propter incidentem cognitionem venire poteſt ad inquiſitionem ſpãlem ẽt ſi cõmittatur
6 crimẽ corã ipſo. l. nullus. de teſt. † Et vbi aliquis corã iudice multum exclamaret, q pp hoc poteſt multari Bar. in l. ſi qua
7 pęna. de verb. ſig. Et ẽt † i crimine immẽſo & magno in quibus poteſt accuſari ſine metu calumniæ, & in ipſis iudex põt inquirere. facit l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cleric. ſicut etiam iudex habet latas habenas in puniendo, ſecundum Barto. in l. 2 §. qui publico. de adulter.
8 † Poteſt etiam iudex inquirere contra calumniatorẽ ex officio nobili, quando cõmittitur contra eo & incontinenti, ſcđm Guil. in l. i. de calum. quæ intellige ſcđm Bar. ẽt in officio mercenario & in eadem die. l. Paulus. de re iudi. Et probabitur calumnia iſta regulariter ſtatim, q quis nõ
a probat,[a] niſi in caſibus exceptuatis, in quibus non præſumitur calumnia, ſi non probat, de quibus per gl. in d. l. Et talis pſumptio non eſt iuris & de iure, quia admittitur probatio in contrarium per tex. in d. l. i. puta per iſtũ errorẽ qui cauſatur a fama publica. l. miles §. mulier. de adul. vel ſi eſſet dictũ a perſonis fide dignis qbus deberet veriſimiliter credi ſcđm conditionẽ perſonarũ. l. qui cum maior. §. fi. ſupra alleg. & no. Bar. in l. athletas. de fal. licet Cyn. aliter dicat in l. i. in 3. q. C. de adu. diuer. iudi. Tamen iudex antequam cõdemnet dẽt dare terminũ ad faciendã ſuam defenſionem. ita Bar. in d. l. i. de calum. vnde iudex inquirens in caſibus prędictis & ex neceſsitate officii excuſatur a pręſumpta calumnia, & a turpilliano. l. fi. ad Turpil. niſi ſit in euidẽti calumnia. vt ibi in §. eos. ſcđm Bar. in d. l. fin. quod not. pro euitatione expenſarũ ſi iudex inquirat & ſuccumbat in inquiſitione, niſi inquireret de mãdato ſuperioris. vt infra
9 in c. poteſtas. Tamen † an ipſe iudex tũc inquirens abſoluto reo teneatur ad expẽſas abſoluto. Bal. in l. ſancimus. de iudi. tenet, quod non, quando proceſsit pręcedente fama, vel indicijs, ſecus ſi nõ præcedente fama, vel indiciis, quia tunc præſumitur contra iudicẽ, ſcđm Cyn. nõ obſtante, quod pro iudice præſumatur. l. 2. de offi. ciuil. iud. Quia eſt verũ quãdo ſeruat debitũ ordinẽ in procedendo, aliàs contra eum pręſumitur, dicens, quod qñ agitur de proceſſu per viam appellationis conſueuit, tunc iudex citari ſecundum Innocen. de procur. in noſtra. tamen non eſt de ſubſtantia. Et ideo cum eris aſſeſſor antequam venias ad ſpecialẽ inquiſitionem contra delatum recipias informationem de delicto, & ſi nihil reperitur non procedas ad dationem capitulorum, quia tunc in ſyndicatu teneberis ad expenſas, & ſi proceſſeris procedas

ipſo

ipſo delato petente,& volente, vel etiam
denuntiatore inſiſtente, & ſe obliget ad
pęnam de probando, vel ſe inſcribente.&
vide Bar.in l.i.ff.de calum.vbi late an ex
penſę veniant in criminali.Cyn.in l.ſeue
riter.de excuſ.tut.& Bald.late in l.termi
nato.de fruc. & lit.et in l.eos. §.ne teme-
re.de appell. & latius in l.qui de crimine.
C.qui accuſa. non poſ.per Bald.Et adde
Bald.in authen generaliter. C.de epiſ.&
cler.vbi dixit de iudice calumnioſè inqui
rẽte.& vide Bal.in auth.ſed hodie.de epi.
& cleri.Bal.in d.l.ſancimus.vbi Cy.C.de
iudi.vbi dixit de iudice temerè inquiren
te,quod teneatur ad intereſſe parti.& Bal
dus in rub.C.de pœna iudic.& Bald.in l.
non ignorat.de fruc.& lit. & quod tenea
tur iudex malè inquirens parti ad inte-
reſſe,& expenſas,& etiam puniatur crimi
naliter,licet Cyn.& Bal.in d.l. ſeueriter.
10 & de hoc, † an in criminalibus fiat cõdẽ
b natio expenſarum.[b] vide Cyn. et Sal. in
l.3.C.qui accuſa. et Bald. in l.fina. C. de
fruct.et lit.Et quid quando proceditur ex
officio, vide Anto.de Butr.in c.dilecti. ad
fin.de dolo et cont.et Cy.in l. ſancimus.
C.de iudi.et Barto.in l.ſi poſtulauerit. in
prin.C.de adult. Et quid quando proce-
ditur ad denuutiationẽ? vide Bald.in d.l.
ſancimus.in duobus locis. & Bald. in §.
proficiſci.q.16. Et adde, quia ſecundũ cõ
ſti.regni officiales tenebantur inquirere
in ꝓuinciis ſibi decretis,primo generali-
ter contra malefactores & homines ma-
læ cõuerſationis & famæ officiales duca-
lis do.Mediolani faciũt fieri in principio
regis officij proclamationes,& banna cõ-
tra iſtos malefactores, & ſimiles: vt poſ-
ſint poſtea habitis indicijs ſpecialiter in-
quirere,& ita practicatur, quæ inquiſitio
etat olim modus ordinarius agendi,vt in
c.regni quod incipit,de violentiis.in ver-
bo,ordine.& in c.ſubiungendo. ibi, ſicut
ſi per ordinariam inquiſitionem liquere.
Et deinde fuit conſtitutio ſequens, quæ
incipit,hi qui.qua eſt prouiſum, ꝙ hi qui
per inquiſitiones ipſas fuerint inuẽti cul-
pabiles teſtimonio decem virorum, quæ
probatio eſt moderata ad quatuor, vt in
cap.regni.quod incipit.Subiungendo.qui
malefactores inuenti per generalem in-
quiſitionem ſi non veniat imponenda cõ
tra ipſos pęna mortis,vel membri abſci-
ſio,ſed ſint notati, ꝙ ſint rixatores, vel
frequentes armorũ delatores, publici ta-
xillatores,aut frequentatores tabernarũ,
& nõ ducẽtes vitã ex artificiis, debẽt de-
putari ad opus publicũ ad tẽpus, vt d.cõ-
ſtitu.hi qui. hoc ideo quia ſunt ipſa cri-
mina leuia,& nõ obſeruabitur tunc diſpo
ſitio.l.libellorum. per nota.per Bartol.in
l.leuia.ff.de accu.& aliàs ad tempus arbi-
trio iudicis in perpetuum deputantur, vt
in d.conſti.hi qui.vbi eſt cauſatus iudicio
11 meo, † quòd luſores azardi debent poni
in galeis, & ſic ad opus publicum aliqua
12 guerra durante. † Nam ludus ipſe eſt crĩ
men, vt dixit Bar.in prima conſtit.ff.Ve-
c teris. in §. illud.[c] & ideo iuſtitiarius co-
gnoſcit,& non baiuli ciuitatum, qui ha-
bent cognitionem ciuilium. Nam etiam
ipſa conſtitutio punit prodigos,qui pro-
prias facultates profundunt, vt ibi in glo.
& Andr.de Iſern.quod cap.etiam proui-
det inquiri contra alios criminoſos,tamẽ
quo ad ipſam iuquiſitionem videtur ali-
ter prouiſum per c.regni, quod incipit,
ſubiungendo in procedendo contra ſpe-
ciales perſonas, vbi ſunt tria capitula,quę
dant formam inquirendi, & modum ꝓ-
bandi,& reprobandi teſtes examinatos in
tali inquiſitione. Inquiſitio autem ſpe-
cialis non fit hodie in regno ex officio, vt
in c.regni.j.& ij.de inquiſitionibus.& vl-
timo per c.vt delatas, quo eſt prouiſum
ꝙ non inquiratur contra perſonas ſpe-
ciales ex mero officio, & etiã capitulum
reginæ Ioannæ primæ. quæ capitula lo-
quuntur in publicis criminibus. Tamen
in priuatis vt in furto & in aliis priuatis
delictis.glo.in d.conſtitu.vr̃ tenere quòd
ſic.Sed Andr.de Iſer.in conſtit.ſequenti,
tenet ꝙ poſſit ſi iudex habet certitudi-
nẽ,ꝙ maleficiũ ſit cõmiſſum ſaltem per fa
mam,& nõ aliàs.& tenet Barto.in l.fina.
ff.de quæſtio.ita intelligens.l.i.de cuſtod.
reor.quam glo.alleg.in d.conſtit. hi qui.
Et intellige quòd delictũ ſit tale, ex quo
imponatur pęna mortis ciuilis vel natu-
ralis,aut membri abſciſſio. per c.ſubiun
gendo.non ob.capi.vt delatas. quia illud
capitulum corrigit dictas conſtitutiones,
& loquitur de ſpeciali inquiſitione con-
tra certam perſonam. & in illis caſibus,
quæ

quæ non potest fieri, nisi accusator, vel delator existat, vel nisi præmissa generali inquisitione descēderetur ad specialem. vt per Bartol. in l. ij. §. si publico. ff. de adult. & in capi. regni. i. & iij. de inquisiti. Et hodie in regno sunt sublatæ inquisitiones generales, nisi de mandato superiori, & nisi parte q̄relāte & petēte inquiri contra eos, qui tale scelus commisurũt, quæ inquisitiones ex mero officio fieri prohibentur per capitulum reginæ Ioannæ septimum in ordine. vbi etiam statuitur non debere inquiri contra vsurarios, nisi contra eos ordinarie agatur ad partis accusationē. licet And. de iser. i tit. quæ sint regalia, videat̃ dicere, q̄d talis cognitio pertineat ad iudicem ecclesiasticũ, quod est verum vbi dubitatur si sit vsura, vel non. per not. in l. quoties. ff. de iudic. cum similib. Nam constitutio regni expresse punit vsurarios. quæ i regno seruatur etiam contra iudæos, vt ibi.

a ¶ Probat.] *Et an & quando qui non probat calumniator præsumitur vide Felin in cap ij in iij col. in ver in gl ij cum seq de calumnia.*

b ¶ Expensarum.] *Vide tu Fel. in c accedens circa si iij colum de accusa ibi viij not*

c ¶ In §. illud.] *Et ideo dicit ibi Bartol. not q̄d si viget statutum quod bannitus propter crimen possit offendi, quod bānitus ludens propter ludum potest impune offendi.*

SVMMARIVM.

1 *Frater admittitur pro fratre ad purgandum ipsum de hæresi*

2 *Iudex debet interrogare & inquirere de conditione testis licet pars non dicat.*

3 *Denuntiator legitimus quis dicatur*

4 *Officium iudicis quanto tempore duret quādo proceditur ex officio. Et an quando proceditur ex denuntiatione dicatur procedi ex officio nu 5*

6 *Clausula de certa scientia quæ apponitur in priuilegijs principum, idem operatur quod clausula non obstante.*

7 *Translatus per principem ex certa scientia ad aliud domicilium videtur liberatus ab oneribus primi domicilij.*

8 *Legis vigorem habet quod placuit principi.*

CAP. II.



T aduerte quòd dictę constitutiones in titu. de inquisitione, videntur loqui in delictis notoriis in quantũ dicunt quod requiratur p̄batio decem testium. Et q̄n fiebat inquisitio generalis in prouincia, si sciebantur aliqui fures, vel homines malæ famæ, prout infra dicit. c. regni. incipiens. In primis q̄ratur à teste, quo casu quando constabat contra aliquem, non dabantur capitula prout hodie fit, sed summarie procedebatur, & dabatur copia illius inquisitionis loco capitulorum, vt posset pars se defendere, nec etiam obseruabatur. l. libellorum. de accu. Sed hodie facta examinatione ad informationem curiæ ex illa informatione eliciuntur capitula, quæ dãtur loco libelli, & illa capitula hodie sunt copia repertorum, licet aliqui dubitauerint. tñ iste est cōis stylus. ¶ Nã si à iudice petatur copia repertorum per citatum dicat iudex, dabo tibi copiã, in quibus sunt omnia reperta, & datis capitulis fiet publicatio, & concedetur repulsa reo inquisito vel delato probatorum per inquirentem ad denuntiationem partis, vel coadiutoris curiæ, vt dicit capitulum regni incipiens. Plerunq; contingit sine accusatore, in rubr. de dando coadiutore, & datur hodie forma inquisitionis in alio capitulo regni incip. Emergamus de Sabrano. no. & bene not. quòd quando constitutiones & capitula prouiderint, quod summariè procedatur in inquisitionibus, attamen requirunt legitimas probationes, & referuant reo repulsæ facultatem cōtra posita per inquirentem, seu coadiutorem, & cōtra testes. & in d. cap. regni. incip. in generalibus inquisitionibus est prouisum, q̄ accusatori, seu denunciatori detur repulsa repulsis, licet fuerit dubitatum de hoc, quia sicut fiscus testes non repulsat à reo productos, vt in quadam obseruantia antiqua magnæ curiæ, quã puto originem habuisse ex authoritate Bal. in l. parētes. C. de testi. qui allegando c. literas. de prę
1 sumptio. dixit † quod frater admittitur pro fratre ad ipsum purgãdum de hęresi. & valet eius dictum. & dixit q̄ frater pōt inducere fratrem cōtra fiscum, quòd fecit ad

cit ad ſuam defenſionē, quia nec propter hoc
dicitur fiſco nocere,qui tractat de lucro odio
ſo ,quod dictum alias allegaui quod frater
admittitur in teſtem ad purgandam innocen
tiam fratris in delictis.¶Ita videbatur,quod
nec accu ator,vel denuntiator quando proce
ditur ad eius denuntiationem , vel accuſa-
tionem per inquiſitionem poſſet repulſate ,
quia ipſius loco ſuccedit fiſcus, vel ipſe eſt
loco fiſci, vt dixit Bartol.ff.ad Turpil.l.j.in
fin.& ſic poterit accuſator, vel denuntiator,
vel inſtigator inquiſitionis venire ad coadiu-
uandum fiſcum, & facere repulſam teſtium
delati, vt in dicto capitul.& faciunt not.per
Bald.in l.ſi quis teſtium. C. de teſtib.& In-
nocent. in capitul.cum clamor.de teſtib.& in
cap.auditis.de reſti.in integ.& tex.in d.conſt.
hi qui.delinquit arbitrio iudicis, vt circum-
ſpectus prouideat tam in perſonis teſtium
productorum,quàm in omnibus alijs circun
ſtantijs omnia ſupplendo, & ſit ſenſus,quod
ſi delatus produxerit ad ſui defenſionem ini-
micos offenſi,vel alios teſtes inhabiles,quod
non adhibeat fidem dictis ipſorum, ſed inqui
rens, vel eius loco fiſcus non faciat repul-
ſam ,tamen ſe poterit informare de conditio
ne ipſorum teſtium ex officio,vt eſt glo.in l.
j.§.ſi curatores.de magiſtr.conue.qui dicit ar
2 gumen.illius text.† quod iudex debet inter-
rogare , & inquirere de conditione teſtis,
licet pars non dicat,vbi Bal.& Nic.de Neap.
dixerunt,quòd iudex debet eſſe in hoc cir-
cunſpectus,& ſe in formet,ſecrete ſine citatio
ne partis,vt ſciat quid debebat credere. argu.
l.ij. §.j.ff.eo.& hoc etiam voluit Innocent.
in capitul. j. de poſtulatione prælatorum.
& debet , mittere pro uicinis. ſecundum
Bartol.in l.iiij.§.hoc autem.de damno.infect.
& tenet Innocen.extra eod.capitul.per tuas.
& in c.inquiſitionis.de accuſatio. Et inquan-
tum ſupra dixi quod dictum.cap. vt delatas.
corrigit conſtitutiones regni volentes ,quod
inquiri poſsit generaliter ex mero officio,vt
hodie non poſsit contra ſpecialem perſonam
procedi ex officio,niſi præcedat denuntiator,
vel accuſator vt ibi,quod c.vt delatas,non pu
to habere locum in magna curia,quæ inquirit
vt ſibi videtur vt in alio c.regni generales in-
quiſitiones.& quod non habet locum tempo
re guerræ,quo tempore aliud capitulum re-
gni prohibet ex officio mero inquiri,vt in c.
regni,tēpus plerunque legibus.quod c.vt de
latas.licet videatur obſcurū,quia in ſui princi
pio ſtatuit procedi minime poſſe ex officio
in criminibus vbi nullus apparet accuſator,ni
ſi vbi pœna mortis ciuilis, vel naturalis im-
ponitur,quod intellige de iure communi,&
in alijs caſibus ibi contentis , licet in fine
ſtatuat,quod in illis caſibus ibi in principio,
exceptis ſaltem requiratur denuntiator ,vt
ſic concluſio legis attendatur,per quod vt c.
delatas,videtur corrigi conſtitutio regni iuſti
tiarij per Calendas.in §.flagrantia.Tamē nō
puto quod dicta conſtitutio corrigatur quia
ipſa conſtitutio ſpecialiter prouidet, quod no
toria delicta ſine accuſatore & denuntiatore
puniantur , vbi proceditur contra latrones
& publicos homicidas , vt ibi in text.quod
etiam videtur de iure communi,vt in l.ea qui
dem.ſecundum gloſ de accuſ.in quibus noto-
rijs qualis ſit proceſſus habendus ponitur in
conſtitut.regni humanitatis.tamen quia ho-
die in regno non fiunt inquiſitiones genera-
les quo ad delicta, & quo ad perſonas per.c.
reginæ Ioannæ ſupra allegatum & d.conſtitu
tio iuſtitiarij enumerat illos caſus, in quibus
iuſtitiarius inquirit ſpecialiter de delictis ,
& ſpecialiter de perſonis , & non videtur
corrigi per d.cap. vt delatas. quod generali-
ter loquens non videtur extēdi debere ad ca-
ſus ſpecialiter deciſos.arg.c.j.extra de conſti.
in vj.not. Bald. in addi. Specul. eod.titul.de
conſt.& videtur tex.cum gloſſ.in l.ſed ſi per
prætorē.§.deinde.ff.qui.ex cau.ma. vbi eſt gl.
cum concor.¶Et aduerte etiam quod d.capi.
vt delatas,requirit ſaltem denuntiatorem ap-
parere,& tunc dubitatur, an ſufficiat denun
tiatio nuntij vel officialis iurati?Dic quod ſic
in notorijs,quia dictum.cap.non aperit de par
te offenſa,vel alio, ergo omnis legitimus de-
nuntiator admittatur.de quibus probatur in
l.diuus.ff.de cuſt.reo.& in l.congruit.de offi.
præſi.& in l.ea quidem.de accuſ.& probat. in
3 l.j.§.ſane.de offic.præfect.vrb.† & ille dici-
a tur legitimus denuntiator a, qui poſſet legi-
time accuſare.capitu.in omni negotio.de teſt.
iſto modo non dicitur procedi ex mero offi-
cio curię,ſed ex officio ad denuntiationem,
quod poteſt fieri in , omnibus criminibus
notorijs,vel non,dummodo ingerant pœnas.
in dicto cap. vt delatas.contentas.¶Et aduerte
etiam quod extat aliud capitulum regni ,
Itam ſtatuimus. quod magiſtri iuſtitiarij in
rubric. quod non poſsit fieri accuſatio per
perſonarium,ſed illud capitulum tantum di-
cit de accuſatore,& idē videtur in denuntiato
re.arg.d.c.in omni negotio.& Barto.in dicta.
l.diuus.tamen dictum.capitul intelligitur in

crimine priuato non in crimine publico, vt ibi in text. dummodo quod sit tale crimen pro quo imponatur pœna mortis vel membri abscisionis per dictum cap. vt delatas. Nisi ipsi officiales sint offensi, quo casu quando offenditur in exercitio officij, seruabitur constitutio vt participatio de iniuria curi. illa. & constitutio eos, tamen si esse notorium delictum, an procedatur ad inquisitionem ex officio per denuntiationem familiaris qui non possunt denuntiare crimina, vt in dict. l. diuus. de custo. reo? Dic quod sic, si sit tale crimen priuatum cuius pœna sit mors vel membri abscisio, vt in d. capitul. vt delatas. & adde gloss. in extraua. ad repri. in verbo, ad denuntiationem. vel etiam si sit denuntiator pars, vel cuius interest de quibus per Bart. in l. fin. de priua. deli. tamen videtur decisum per dict. capitu. item statuimus. quod etiam in notorijs priuatis non posset inquiri ad denuntiationem officialis, vel alterius priuati cuius non interest. & vide aliquid per Andr. de Isern. in constitut. regni humanitatis. & in periurio, vbi de iure communi non erat pœna mortis, vel membri abscisionis, sex extra ordinem non videtur posse procedi ex officio, licet de iure constitutionum imponatur pœna membri ascisionis vt fuit decisum in cōsilio tempore regis Caroli tertij, de quo fuit facta obseruantia in magna curia in scripis redacta. licet in contrarium faciat capitulum regni ad audientiam nostram. in fin. quod modificatur per capitul. vt delatas, vt saltem sit denuntiator, & sic seruatur hodie ritus ille, quia datur libellus super periurio per partem, in quo dicitur. accusat. in curia talis talem & c. in quo libello seruatur solennitas. l. libellorum. ff. de accus. Et idem quod regula dict. cap. vt delatas. fallit vbi esset commissum crimen vel iniuria contra aliquem coram iudice, quo casu proceditur ex officio sine aliqua accusatione iniuriati ex quodam quasi notorio per l. hactenus. de fal. & per not. per Bartol. in l. si quis obrepserit. in fin. eod. titul. & in l. nullum. C. de testib. & l. j. de calum. vbi per doct. & facit. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. facit etiam in casu capituli regni qu od incipit contingit interdum. quod est in fine capitulorum. & quod dicit Andre. de Isern. in constitut. præsenti. in titul. de inquisitionibus. Et fallit etiam in casu dictę constit. primę de inquisitionibus faciendis, quādo accusator vel denuntiator timeret accusare vel denuntiare, vt ibi. & vbicunque reperitur casus specialiter exceptus, vt supra fuit dictum. Et fallit etiam in capitul. j. ducis Calabriæ. & vide aliud capitulum inci piens, Diu & quamplurie s. & fallit etiam in alio cap. regis Roberti incipiente, sicut misericordiam. & in cap. de violentijs. & in cap. cura nobis incumbit quod videtur corrigi per cap. pridem. & not. dicto. capitul. vt delatas. quod videtur tollere practicam, per quam procedebatur fama deferenti clamorem per l. iustissimos. de offic. recto. prouinc & not. in l. ea quidem. de accus. Et quibus verbis fiet ista denuntiatio? Dic, quod dicendo denuntio talem, vel etiam quoquo modo sufficit notificare curiæ delictum in se, vel in alium commissum, vel querelam facere, vel informationem dare, quod inquirat & reperiat malefactorem, sicut dicitur, in accusatione contumaciæ, vt not. Andr. de Iser. in titul. de controuer. inter me & vasal. & alium de beneficio qui alleg. l. fina. §. nos autem. de cura. furi. Et vltimo sciēdum est quod quamuis nonnulli sapientes de regno dixerint quòd dictum capitul. vt delatas, non est clausum in corpore capitulorum regni quòd non sit obseruandum, quia videtur localis, & ad supplicationem vnius de sulmona emanatum, tamen quia communiter tenetur & allegatur, vt lex generalis omnes ligat, quia licet leges dirigantur certis officialibus omnibus, directe videntur quando animo legis condendæ emanant, dummodo sint scriptæ in corpore legum vel statutorum aut constitutionum, vt in constitut. regni secunda. in titul. de bonor. prodi. per no. in l. cum prolatis. ff. de re iudic. de quo in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdict. & relega. in verbo, sed imperator noster. & ibi not. Bart. & in prima constitut. C. & plene. ff. de constitu. princip. l. j. §. j. & facit l. final. C. de
b edi. priua.[b] & insti. de iure nat. gen. & ciuit. in
4 §. sed quod principi. † Et quanto tempore duret officium iudicis cum ex officio proceditur Dic quod tanto, quanto durat acccusatio principalis, secundum Bartol. & Angel. in l. querelam. C. de fa. reprobata opini. gloss. quæ est ibi quæ dicit de. 30. annis. Et vltimo est sciendum quod in commissionibus meri & mixti imperij ponitur illa clausula, concedimus literas arbitrarias, & in litera arbitrali quæ incipit, Nec tuorum conceditur arbitrio procedendi ex officio in criminibus ingerentibus pœnam mortis ciuilis, aut naturalis, vel membri abscisionem, an tunc obstet capitulum prædictū vt delatas, quod requirit

vt denuntiator appareat? videtur quod sic quia tunc dicitur in officio cum non apparet denuntiator dicitur procedi per denuntiationem ad inquisitionem quod probatur in c. pridem. sed in dictis literis admittitur procedi ex officio ergo in contrarium facit, quia cum non dicatur in dictis literis non obstante c. vt delatas. nō videtur tolli per not. in l. si quando. C. de inoffi. testa. & non est nouum vt etiam vetus lex distinguat nouam. ff. de hære. inst. l. si pater. & de postu. l. imperator. & ff. ad munic. l. ordine. maxime cum dictum c. vt delatas. sit posterius prædictis aliis.
5 † Nec videtur verum, quod cum procedi tur ex denuntiatione non dicatur procedi ex officio, quia ex officio dicitur tunc procedi, licet non mero, sed ad denuntiationem. & per Bartol. ad reprimend. in verbo, per denuntiationem. & per not. p Barto. in d. l. diuus. de custo. reo. & in l. ea quidem. Tamen puto quod in hoc casu non habeat locum dictum cap. vt delatas quia princeps ex certa scientia concedendo officiali quod possit vti illis quatuor literis arbitrariis & in vna ipsarum sit cautum quod possit procedi ex officio in casibus in ea contentis, quis dubitat quod officialis posset procedere sine denuntiatore, etiam quod non dicatur in commis-
6 sione non obstante. c. vt delatas. † quia clausula de certa scientia, quæ apponitur in priuilegiis principum idem operatur, quod clausula non obstante. l. quidam consulebant de re iud. l. idē Vlpia. de excus. tuto. vbi Bald. per illum tex. no. quod
7 † translatus per principem ex certa scientia ad aliud domicilium videtur liberatus ab oneribus primi domicilii, quæ clausula etiam operatur plenitudinem potestatis. glo. s. in c. ad hæc in fi. gl. de rescri. quæ clausula etiam tollit legem contrariam. secundum Andr. de Iser. in titul. si de feu. fuerit controuer. Nam cum rex concedat in priuilegiis meri, & mixti imperii, & literis capitaneus, quod possit vti illis quatuor literis arbitrariis, & exercitio illius officii, videtur expresse derogare illi.
8 cap. vt delatas. † quia quod principi placuit legis habet vigorem. l. i. de cōsti. prin. & insti. de iure nat. § sed quod. & in l. fin. C. de leg. Nam ideo hoc ponitur in priuilegiis capitaneatus, quia illæ epistolę, seu literæ fuerant sublatæ, quia erant ad beneplacitum concessæ. & sic expiratæ. de excu. tuto. l. iurisperitos. cum si. Et ideo nūc p nouā cōcessionē viuificātur, & erūt in obseruantia iuxta tenorem priuilegii.

a ¶ Denuntiator] *Quis autem dicatur denuntiator vide tu Felyn in capitu sicut olim. de accusation. vbi etiam nonnulla not. ad materiā a quibus creare possint & qui esse possint & quid de his qui referunt quod percipiunt ex auditu vel fama. & quid si non sit appositum tēpus intra quod debeat denuntiare. & nonnulla alia quæ ibi per te vide*

b ¶ C. de adi priua] *Et ibi plene vide d. Alex. de Imol post Bartol & in l non solum § quan quam de iniur & in l. cum mulier ff soluto matrimo*

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest inquirere pro eo cui a statuto audientia denegatur quia iudex inquirēdo succedit in locum accusatoris. nu 2.*
3 *Contumaci denegatur audientia per iudicem.*
4 *Potestas tenetur inquisito ad expensas si temere contra ipsum inquisiuit.*
5 *Regens ciuitatem habetur loco principis.*
6 *Iudex in officio suo etiam nemine petente potest inquirere an personæ sint legitimæ an faciat processum frustratorium.*
7 *Iudex male inquirens tenetur ad interesse.*
8 *Inquisitio generalis ad quid fiat*
9 *Iudex inquirens ad denuntiationem syndici an teneatur sicut si motu proprio.*
10 *Iudex uolens aliquem absoluere debet citare offensum ac contradicendum.*
11 *Probatio semiplena releuat accusatorem a calumnia.*
12 *Instigationes officialium releuāt a calumnia.*
13 *Clericus assassinus potest puniri per iudicem secularem Et quis dicatur assassinus n 14.*
15 *Iniuria si fuerit remissa per partem an nihilo minus iudex possit inquirere, vt imponat pœnam applicandam fisco*
16 *Transigere non licet in publicis criminibus secus in priuatis*
17 *Inquisitio generalis quomodo formetur contra officialem syndicandum.*

CAP. III.

Dicit constitutio regni, quod bannitus persistens in contumacia non audi-

tur limen iudiciorum, & idem dicit ritus
maguæ curiæ quod tanquam rebellis cu-
riæ non audiatur etiam per procurato-
rem. modo iſte fuit ab aliquo percuſ-
ſus, & iudex noluit inquirere contra of-
fenſorem, & propterea in ſyndicatu im-
petitur per conſtitutio. regni de inquiſi-
tionibus faciendis, qua iudicibus impo-
nitur neceſsitas inquirendi contra male-
factores, an propterea iudex teneatur in
ſyndicatu, quia de hoc non inquiſiuit.
Bartol. in l. non ſolum. §. quanquam. ff.
1 de iniuriis. tenet † quod iudex non poſ-
ſit inquirere pro eo cui a ſtatuto audien
tia denegatur, quia ſi non poteſt ipſe
conqueri nec reſpublica pro eo, dicens,
quod ita diſputauit Iacobus Butrigar.
2 pro quo facit, † quia iudex inquirendo
loco accuſatoris ſuccedit. l. ea quidem. C.
de accuſatio. & in l. is qui reus. de publi-
cis iudic. cum ſi. quibus. adde not. in l. i. in
princip. ff. ad Turpilian. & doctor. in l. i.
de his qui ſunt ſui. argumen gloſſ. i. & fa-
cit l. dominum. C. de iniuriis. Licet aliqua
permittatur inquiſitio in caſibus in qui-
bus parti non competit actio. l. querela.
C. de falſ. ſecundum doct. in d. l. i. & in l.
quæſitum. de in ius voc. & quod ibi Bart.
poſt gloſſ. in l. i. C. ſi tutor non geſſerit.
Tamen contra doctrinam Bartol. tenet
Ludo. in l. de pupillo. §. fina. de no. oper.
allegat capitu. ad noſtram. lo. ii. de iure-
iuran. & Angel. in l. iurigent. § ſi paciſcar.
de pact. limitauit illud do. Bartol. & con-
tra Bartol. tenet Angel. in l. ſi vacantia.
de bon. vacan. & Salycet. in l. ea quidem.
C. de accuſat. Et pro Barto. facit quod ip-
ſe notat in l. querelam. ſupra alleg. Et cō-
tra Bartol. videtur glo. & Bald. in l. falſi.
C. de fal. & in l. i. C. de colla. & in l. i. C.
de accuſat. de quo Angel. in dict. l. ſi va-
cantia. in fin. Et dixit Bald. in capitu. i. in
princip. hic incipiunt conſtitution. regni.
quod licet bannitus non poſsit audiri, ta-
men poſsit inquiri de delicto in eum com
miſſo. Tamen cum Bartol. tranſit Angel.
in dict. §. quanquam. quando ſtatutum fa
ceret delictum impunibile, ſecus ſi remo
ueret bannitum a querelando. per gloſſ.
in d. capitu. querelam. Et cum Barto. tran
ſit Anch. in c. nulli. de accuſat. tamen opi.
Bar. eſt obſeruata in regno nō ex illo ca-
pite ꝙ offendi poſsit, ſed quia tanquā re-
belli curiæ ius nō reddatur. arg. l. ſed ſi ꝑ
prętorē. §. ſed ſi dum decreto. ff. quib. ex
3 cau. ma. vbi text. † ꝙ contumaci denega-
tur audientia per iudicem. licet Bald. in l.
conſentaneū. C. qūo. & quādo iudex dixe
rit ꝙ hoc non habet locū in aliis cauſis.
Et quādo occurreret caſus, vide late Lud.
in conſi. ſuo. ccxiiii. vbi refert opinionem
4 oīum prædictorū. ¶ † Poteſtas tenetur
inquiſito ad expenſas ſi temere contra
ipſum inquiſiuit. C. de excuſatio. tutor.
l. ſeueriter. & C. de ſump. recup. l. i. quia
non temere præſumitur pro inquirente
ſi de fama, vel indiciis conſtat. C. de offic.
recto. prouinci. l. iuſtiſsimos. Bald. in d. §.
proficiſci. q. xvi. vide Bar. in l. nā ad eos. &
a in l. ſenatus. [a] ff. ad turpil. vbi ponit ſi iu-
dex inquirat, & non probat an incidat in
Turpil. & Bar. in l. ii. §. ſi publico. de adult.
infra quod eſt verum niſi inquiſiuerit de
mādato principis, quia tūc nō tenetur po
teſtas ſi temere inquiſiuerit. per not. per
Inno. in c. cū oporteat: de accuſ. & Bal. in
l. nullus. ad leg. iul. ma. vel ſi de mandato
5 vel ſciētia regētis ciuitatē fiat, † q̄a regēs
ciuitatē hr̄ loco principis. gl. & Cy. in l. fi.
C. de pręſcr. lon. tēp. & Bar. in l. hoſtes. de
capt. vide ſupra in c. iudici faciliter nō ꝑ-
mittunt. ¶ Iudex in officio ſuo ēt nemi-
ne petente pōt inquirere an perſonę ſint
legitimæ ne faciat proceſsū fruſtratoriū.
Bal. C. de lit. cōteſt. auth. offeratur. alle. c.
i. de elect. in vi. & idē Bal. ī l. quēadmo. de
6 iudi. in l. quos prohibet. de poſtu. ¶ † Iu-
dex male inquirens tenetur ad intereſſe.
l. ſeueriter. de excu. tut. Bal. in rub. de pœ
na iudſ. vbi dicit, quod in aſſeſſore qui tā-
quam peritus eligitur, error iuris eſt lata
culpa. l. ſecunda. ff. quod quiſque iuris.
¶ Iudex qui male inquirit debet puniri
vt conſcius. Bald. in l. ſecunda de com-
mer. mercat. & intelligitur eſſe particeps
criminis, quando delicta non punit. vt ibi
etiam in conſtitution. regni. ſi quis in po-
8 ſterum. in gloſſa prima. ¶ † Inquiſitio
generalis aliquando fit propter officia pu
blica corrigenda, vt cū inquiritur contra
officiales præſidentes demū fama deferē-
te. vt per Bar. in l. iuſtiſsimos. de offic. re
cto. prouinc. de offic. præfecto. prætor. l. ſi
quos. de accuſ. C. inquiſitionis & contra
alios

alios officiales non præsidentes quacunque
suspitione interueniẽte inquiri potest. l. ij. de
spor.& in l.nullum.C.de test.de suspect.tuto.
l.iij.§.præterea.Bald.in l.iubemus.C.de pro
ba.Vbi etiam dixit quod etiam propter illici
ta prohibenda sit inquisitio ex quacunque su
spitione ad aures iudicis perueniente.l. final.
de offic.procur.Cæsa de his qui ad eccle si.l.
denuntiamus. de offic. præsid.l. illicitas. de
vsufr.leg.l.si cuius. §. denique. quod metus
9 caus.l.non est verisimile.¶ An iudex† qui in-
quirit ad denuntiationem syndici teneatur si
cut in motu proprio? vide Bartol.in l. ij. §. si
præses. de magistr. conue. qui tenet contra
eius quod ibi dixit in l.ij.§.si publico.de adul
te Et vide Bald.in l.iubemus.C.de proba.vbi
dixit quod non, si inquirat ad denuntiationẽ
officialis ad hoc missi vel syndici quod facit
litem suam.argumen.l.j.§.sane.de offic. præ.
fect.vrb.¶ Iudex debet inquirere per officia-
les nuntiantes sibi Bartol.in l.ij.§. si publico.
ff.de adulte.quo casu si non inquirat facit li-
tem suam, secundum Baldum in l.iubemus.
& in iij.column.C.de iudicijs.
¶ Iudex inquirens pro offensa alteri facta dicitur
assumere partes accusatoris.Bartol.in l.ij.§.si
publico.de adulte.& quod Baldus in l.negan
da.C.qui accusa. & not.in l.is qui reus.de pu-
bli.iudic.& Ange.in l.si vacantia.C.de bo. va
10 can.vbi dixit† quòd si iudex velit aliquem ab
soluere debet citare.offensum ad contradicen
dum, alias talis absolutio nõ præiudicat offen
so, quin accusare possit, & iudex tenetur in
syndicatu, secundum eum, qui etiam dixit
quod debet citari syndicus de cuius præiudi-
cio agitur, & vide Bald.in l. ea quidem. C.
de accusatio. & quod not. Bartol. in l.inter
omnes.§.recte.de fur.¶ Fama seu indicia rele-
uant iudicem quantuncunque indebite pro
cedentem & inquirentem. Cynus.& Bald.
in l.athletas. §. calumniator. de infami.post
gloss.& idem videtur velle Bartolus in l.ij.
§. si præses. de ma. con. licet contrarium
videatur expresse tenere in l. ij. §.si publi-
co. de adulter.& dicit Baldus in l. final. in
11 iij. column. C. de probatio. † quod semi-
plena probatio releuat accusatorem à calum
b nia, b nisi reus contrarium plene probet, qui
etiam dixit in l.final.C.de testib.quod testes
exáminati extra iudicium per syndicum su-
per inquisitione, ipsum excusant.per gloss.
notabil.in l.si ea quæstion.C.de his quibus vt
indign.ibi in domo non in iudicio & de iudi-
ce inquirente per calumniam, vide Baldum
in l.j.C.de re iudica.& vide aliquid.ff.de fal-
sis.in l.athletas. vbi Bartolus de instigatione
alicuius & ĩ l.Polla.de his quibus vt indignis
12 & dicit nota.Bartol.in d.l.athletas.† quod in-
stigationes officialium releuant à calumnia
per l.tutorem.de his quibus vt indig.& idem
si instigationes fuissent factæ à personis, qui-
bus debet verisimiliter credi.l.qui cũ maior.
§.pen.& fi.de bon.liber.& ideo iudex debet
instigatoribus credere, vel non credere, secun
dum qualitatem personarum, secundum Bar.
ibi, & idem Bart.in l.j.in ij.colum.ff ad Tur
pilianum vbi ponit de matre & coniunctis
personis.licet Cyn.in l.j.C.de aduoca.diuer.
iudi.aliter dixit.supra in verbo, accusatio.cap.
ij.¶ An in inquisitione facta contra assasinũ
procedi possit mero officio iudicis? Dic quod
sic.argumen.not.in l.capitalium.§.grassatores
ff.de pœnis.& capitul.pro humani.de homic.
in vj.& quod Bartol.& Dyn.not.in l.nũquã
plura.de priua.deli.& domini Hostien.Ioan.
Andræ.Lapus, & Doct in dict. capitul.pro
humani.quod propter immanitatem assasina-
menti proceditur iuris ordine prætermisso.
& Bartolus in l.non solum.§.si quis mandato
de iniur.quod contra eos de facto proceditur.
& plus dicunt cano.in d.ca.pro humani.quod
in hoc crimine non exigitur plena probatio,
sed sufficit constare per probabilia argumen-
ta.argum.l.non omnes.§.à barbaris.de re mi-
lita.& l famosi.ad leg.Iul.ma.& c.fi.& c.secu-
lare. de foro competen. in vj.versi.probatio-
nes. & quod not.Baldus in consi iiij.in titul.
13 de dilatio.intantum† quod si assasinus sit cle-
ricus, poterit puniri per iudicem secularem,
secundum Lapum in dicto.cap.pro humani.
quia pro ipso iure videntur degradati.& vi-
detur data cuique potestas ipsos capiendi.c.j.
de schisma.in vj.& per ius videntur spoliati
omni priuilegio clericali, vt ibi per Doctores
qui tenentur restituere pecuniam quam ac-
ceperunt pro assasino, secundum Bald. in l.j.
§.final.ff.de eo per quem fact.erit. qui si non
deduxerunt assasinum ad effectum puniun
tur pro affectu.gloss.in l.j.ff.quod quisq. iur.
vbi Ludouic.& Ange.in dict. §. si mandato.
& non solum ipsi puniuntur, verum etiam
qui mandant.secundum Angel. in l.j. de se-
14 pulch.violat.vbi dixit† quod hi sunt proprie
assasini qui pecunia corrupti delicta faciunt,
& aliquid per Angelum in dict.§.si manda-
15 to.¶† An si iniuria est remissa per partem
possit iudex inquirere, vt imponat pœ-
nam applicandam fisco, & non teneatur

in syndicatu? Bartolus in l.iniuria. §.j.ff.de iniurijs.tenet quod sic, quia talis remissio nõ nocet quo ad vindictam publicam.argumen. l.qui cœtu.§.qui vacante.ad leg.Iul.de vi public.& de pact.l.iurisgen. §.si paciscar. & hoc tenet Dynus.Tamen vbi pars quæ passa est
c iniuriam diceret se voluntariam recepisse c percussionem, an iudex possit procedere? Bartol.ibi,quod sic, si esset percussio talis, quam de iure peti non possit,vt quod corpus suspenderetur, vel os frangeretur,vel simile quod si ipsemet sibi faceret, puniretur.l.final. de bonis eorum, quia nemo est dominus mẽbrorum suorum, secus si esset alia percussio, per quam corpus non frangatur, vt alapa, quia consensus ille facit quod non possit procedi.Si tamen quis fecerit pactum quod si inueneris eum in vinea, tunc posses eum verberare quia certo tempore verberationis de est voluntas, ideo non valet pactum tale.l. non est singulis.de regul.iur.secundum Bartolum in dict.§.j.& facit quod notat Baldus post Bartol.in l.transigere. C. de transactio. & in l.j.C.de aboli vbi Bartolus & Bald.& quæ habentur in l.inter omnes.§.recte.de furtis.etiam Bartol.in l.j.§.si ead.ff.de ventre in possession.mitten.& Bald.in l.filius.à patre.de liberis & posthum.vbi de re conciliatione.& quod possit procedere facit.ff.de public.l.licitatio.§.quòd illicite.C.de offic.recto.prouin.
16 l.iustissimos.Et hoc† tenet Speculat. in publicis criminibus, in quibus non licet transigere.per nota.in cap.j. de censibus.& quod notatur in l.diuus Marcus ad Sillania. Secus in priuatis delictis, vt nota.in l.iij.de priuatis delictis & institut.de iniurijs. §.in summa. & tenet Specul.in titul.de aboli. quia ex delicto quis obligatur reipublicæ, & offenso.
17 de public.l.licitatio.§.quod illicite.† quia ius fisco quæsitum non, aboletur facto litigantium.ad legem Iuliam de vi publica.l.qui cœtu.§.qui vacantem.& l.diuus Marcus. & de administratione rerum ad ciuitat.pertinen.l. ij.§.ius.& facit de furtis.l.inter omnes.& vi bonorum rapto.l.penulti.& videtur expressũ in l.cum qui.de iureiurand.& dixit Innocen. in capitul.licet.de accusation.quod ante probationem licet desistere.argumen.ad Turpilia.in l.quæsitum.& vi bon.raptor.l.pen.& dixit Bald.in l.insulam. §. final. ff.solut.matri. quod ex, hac reconciliatione non tollitur ius fisci. quod ibi sequitur Imol. & vide supra in verbo, compositio. & in verbò, concordia.¶ Iudex inquirẽs ad denuntiationẽ syndici,si perperam cõdemnat ita tenetur,& facit litem suam, ac si proprio metu inquireret l.j.§.j. de magistra.conuen. vbi habetur,quod paria sunt fieri proprio metu, & ad denuntiationem alterius.secundum Baldum.
3 ¶ Qualiter† procedatur & formetur inquisitio generalis contra officialem syndicandum? vide supra circa principium operis in capitu. proceditur autem in syndicatu.An in inquisitione generali quæ fit contra officialem poni debeat locus? vide supra in titul.de officio syndicatorum.in capitul. an contra potestatem syndicandum possit fieri inquisitio generalis.& in cap.proceditur autem in syndicatu, & latius per Amodeum Iustinum in tractatu syndicatus, vbi ponit formam inquisitionis.

a *¶ Et in l senatus.] Et ibi vide do. Alexandrũ de Imola,& in l athletas de falsis.*

b *¶ Calumnia] Adde Felin. in cap ij post princ. versi not.quod ille qui de calumni.*

c *¶ Voluntariam recepisse] An & quando iuuet & quando non cum iniuriam passus confiteatur veram esse excusationem, & quod iocose gerit, vide Felin. in capitul j. in vltim. column. circa fin versicul. quid autem de præsumptio.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest alicui interdicere artẽ suam etiã extra iudicium interloquendo.*
Et an possit interdicere patriam alienam & nume 2.
3 *Ille cui interdicitur minus officium non potest accedere ad maius.*

Interdictio.

CAP. I.

1 IVDEX potest† alicui interdicere artem suam etiam extra iudicium interloquendo.l.fin. ff.de pœnis.& talis interdictio, sic extraordinari, & inter loquendo facta non durat nisi durãte eius officio.Si autẽ fiat solenniter causa cognita & per diffinitiuã durat ꝑpetuo l.j.C.de posthumis. vbi per Doctor.latius post gloss.in dict.l.j.& hoc tenet Innocentius in c.quo ad translatio-
2 nem.de offic.dele. Tamen † an possit interdici patria aliena, vel quod quis non vadat ad faciendum, mercantis in aliqua patria? vide Bartol. in l.relegatorum.§.inter dicere.

dicere.ff.de inter.& rele.vbi est tex.quod iudex potest intercidere alicui ne transeat per aliquam viam, vel vicum ex causa. quod not. quia multoties interdicitur procuratio alicui procuratori propter ineptias vel alia. nam propter talem interdictionem non poterit procurare, & si interdicitur procuratio non poterit aduoca
3 re, quia † cui interdicitur minus officium non potest accedere ad maius, secundum Bar. in d.l.relegatorum.§.solet. Nam nõ poterit postea in syndicatu iudex conueniri quod causa nõ cognita.& de facto interdixerit sicut etiam potest officialis interdicere iter ad possessionem, propter scãdalum per.l.æquissimum.de vsufru.& vide infra in verbo officialis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex cogitur eius officium complere nisi superueniat ualetudo corporis.*

2 *Officialis tempestate impeditus si non venit ad exercendum officium an sibi noceat quoad salarium consequendum & num 4.*

3 *Potestas qui fuit electus pro sex mensibus & propter impedimentum non potuit venire in termino, an postea veniens sit admittendus.*

Impedimentum.
CAP. I.

1 Iudex cogitur † eius officium cõplere, & perficere exemplo arbitri & tutoris, quod est verũ nisi sibi superueniat valetudo corporis. l.si longius.in princ.& l.iudex.de iudi.& l.licet.de arbit.& l. filiusfamilias. §. fi. de procurat.& instit.de excusa. tuto. §. item si propter.& l.i.C.qui morbo. & l.post.& l.non solum.§.fi.cum seq.& l.philosophi. ff.aduers.de excu.tut. Quod est verum, si est durata, secus si paruo tempore.l.prætor.§.si post.de excu.& vaca.mune. & sic
2 excusabitur in syndicatu. ¶ † An officialis qui debet venire certa die ad officium & tempestate impeditus non potuit venire, noceat sibi quod ad salarium consequendum? Dic q sic, quia isto tempore quod statuitur ad officii inchoationẽ mora non purgatur. Bald.in l.item illa. ff. de
3 constituta pecunia. † Et quando potestas fuit electus pro sex mensibus proximis, & non potuit venire in termino qa impeditus, an postea veniens sit admittẽdus? Bald.in l.liberti.de op. liber. arguit quod sic.argumen.l. Cæsar. de public.& de variis cognit.in l.i.§.diuus. Tamen in contrarium concludit, quod iste potestas debet sibi imputare casum.argu. de cõdi. ob causam.l.si pecuniam.in princip. & l.i. de re milita.lib. xii. Nõ obstat d.l.Cæsar. quia ibi allegat impedimentum ad excusationem, non ad alterius obligationem. & quod possit respui, si non venit in tempore, nisi steterit per suos aduersarios. facit extra.de iudi.c.fina.& Bartol.ponit. ff de verbor.oblig l.triticum. † Et quod 4
sibi non debeatur salarium, nisi post administrationem ponit Bart. ff. de dona.l. absenti. Et quod qui non administrat officium salarium non habea.not. in l. Titio ff.ad Municip.Bald.in d.l. libert. vide infra in c. si officialis decedat in officio. & in c.an officialis qui a ciuitate sibi decreta in officio in c. an potestas vel capitaneus qui mortuus est.in verbo. salarium. ¶ Si potestas ex forma electionis debet suo periculo in officio seruire per semestre proximum, & superueniat impedimentum propter quod non potest deseruire, an posset petere vt sibi integretur tẽpus intra quod deseruire possit. Barto.in l.illa.de verbo.obliga.tenet, quod non. p text.in l.vsufructus.ff. de vsufruct. lega. quod est ideo, quia tunc id, quod est in obligatione mutat ex tẽporis cursu, vt sunt operæ hominis, per l.si non sortem. §.libertus. de condit. indebit. secus si sit tale quod ex temporis cursu non mutetur. vt est construere domum. quoniam tempus restauratur. l.& ideo.eo.tit. quod est verũ quando dictum fuit quod debeat seruire per tempus semestre proximũ, secus si dicatur in genere per tempus semestre, qa sit tunc temporis restauratio.l.seruus qui testamento.§.i.de testa.libe.& hoc tenet Anton.de Butr.in c.fina.de testa. & Ang. in d.l.in illa. in contrarium faciat textus. in l.Paulus.§.Gaius.iuncta gloss.de liber. legat. vbi legata libertas seruo si cõtinuo triennio seruierit, quod consequitur libertatẽ, si interpellatus seruiat triẽnio, quod est speciale fauore libertatis, & vide de hoc gl.in l.Thays.§. interdum.de fideicõ

mis.liberta. secundum Lud in d.l.in illa. & vide Bar.in l.j.ff.de var.cognit.vbi multa dixit de potestate impedito.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ratione inobedientiæ potest alicui iurisdictionem denegare.*

Inobedientia.

CAP. I.

1 IVDEX † ratione inobediētię potest alicui iurisdictionē denegare in quacūque sua causa.l.sed & si per prętorem.§. sed & si dum decreto.quib.ex caus. ma.& ideo dixit Bar. quòd in hoc fundantur statuta, q; bannito ius nō reddatur, quia hoc est propter cōtumaciam.& adde in Speculat. de actore.§.quod si contumacia.& adde not.in l. j.§.eadem.si quis ius dicen.non obtemperauerit. Et hoc potest iudex propter contumaciam.l contumacia.de re iudicata.& cum causæ cognitione,vt si quis reciperet mandatum à iudice, quòd restituat rem aduersario & denegat facere per d.l.contumacia. vel ēt quando quis compellitur agere,vt in l.diffamari.& quia postea potest denegare sibi audiētiam d.l. diffamari.& quod not.Innoc.extra qui filij.c. causam.& de accusa.c.licet in beato. Et licet nemo inuitus cogatur agere, tamen hoc pōt iudex cū causæ cognitione. Dyn. in c. indultum.de reg.iur.Et adde Spec.in tit. de actore.ver.q; est bannitus.& quòd no. Iac.in l.si tibi.de offi.procon.& lega. quę no.pro ritu magnæ curiæ,quod bannitus durante banno non audiatur.

SVMMARIVM.

1 *Inhabilis assumens officium remouetur, & punitur de falso.*

Inhabilitas.

CAP. I.

1 OFFICIALIS. Inhabilis †assumens officium remouetur,& punitur de falso l. eos.§.se dicit. de fals.& in l.j.C.si seruus ad decurionatum.lib.x.& in corpore de armis.§. si. tamen Inno.in c.suscitatus.de rescri. dicit,q; non tenetur ad officium assumptus proprio motu superioris, secus si ad sui instantiam.per dicta iura,secundū Bal.in l.quos prohibet.& l. si cui. de postula. ff. & in d.l.j.eo.tit.quòd est in culpa.per l.nō est sine culpa.de reg.iur. secundum Ang. vide not.per Bar.& Bal.in l.Barbarius.ff. de offic.prętο.Ratione inhabilitatis personæ dummodo alias possit esse iudex nō reuocātur gesta, nisi postquàm est de inhabilitate exceptum.Inno. in c. prudentia.de offi.delega.& de mino.l.in integrū. §.quamuis.de rescrip.in vj.vbi sunt legitime confecta,aliter secus.de hære.c. fraternitatis.Bart.in l.Barbarius.de offi.præsid. qui dicit, quod cum nihil opponitur contra iurisdictionem,tenet processus.de excep.l.si.quia omissio declinatoriæ legitimat personam iudicis, quod est verum, quando exceptio non omittitur per negligentiam, errorem, vel ignorantiam quod not.

SVMMARIVM.

1 *Iustitiæ,an sit derogandum propter eminentiā personarum*
2 *Hominem improbum non accusari tutius est, quàm absolui.*
3 *Multitudo delinquens, quando puniri debeat.*

Iustitia.

CAP. I.

1 AN iustitiæ †sit derogandum propter eminentiam personarum,adeo,quod iudex in syndicatu non teneatur? in plerisque ciuitatibus potentiores regnant qui iustitiam euertūt, & opprimunt, dixit Imperator in authē. quib.mod.nat.effic.sui.in §.nos igitur tractemus ea,quæ tradita sunt nobis ex memoria,in personis gloriosis. Nam si quis accusat Episcopum si peccauerit,non credetur ei,& si conuictus fuerit non punitur. Hierony.in Ecclesiastico.c.viij.& facit extra de accus.c.qualiter.el ij.§.licet.& de offic. præsid. l. obseruandum. in principio. Vnde iudices magis potentibus, quā iustitiam postulantibus deferunt. in auth.vt iudi.sine quoq. suffrag.§. si vero. Ille quidem maior, cuius vis & potentia pro-

prohiberi non potest.ff.locat.l. si fundus. ad fin. & ita nec faciliter vẽdicari.xxiii.q. iiij.quidam cum bonorum. Nam interdũ ex malicia temporum hæc laudantur, & iniquus potius absoluetur, quàm damnabitur, & vt ait Titus Liuius de bello ma-
2 ce.lib.iij.†hominem improbum non accusare tutius est, quàm absolui, & etiam instante periculosa turbatione, vt fuit tẽpore Catilinæ, quo notatus fuit iudicio Tarquini Crassus, vir magnus & potens, vt eo tempore tanta vis hominis magis leuienda, quàm exaggeranda foret, & decreto senato senatus, & consilio Ciceronis Tarquinius reprobato eius iudicio in vincula coniectus fuit, vt refert Salust. in Catilinario sic interdum parcitur verecũdiæ sacerdotum. & Pap. ecclesiæ opprobrium aut insolentem xi.q.iij.rursus. ad idem 82.dist.c. si. quòd enim corrigendũ est aliqñ propter tempus manere permittit Imperator.ĩ auth. quomo. oport.episc. §.sed neque effusas. Et extat in regno capitulũ, quod tẽpore guerrarũ officiales nõ procedant ex officio, contra quemquam, alias cũ tempus est à maioribus incipien-
3 dum est.50.dist. & purgabit.† Nam vbi multi delinquunt, & disciplina reipubli. non contemnitur, sed patienter sustineatur est ferienda tunc multitudo. xxiii. q. iiij.non potest.in fi.& de pœn. dist.vj.c.j. in fin.secus vbi timetur scãdalum, & multorum strages iacet, nam tunc rigor iuris mitigat in pœnis 56.dist.c. vt constitueretur. Qui rẽpublicã tuebuntur in primis operam dabunt vt iuris & iudiciorũ æquitate suum quisque teneat, vt neq; tenuiores propter vilitatem circunueniant, neque locupletibus ad sua tuenda vel recuperanda obsit inuidia.arg. C. quod met. caus.l.ad inuidiam.

SVMMARIVM.

1 *Officium exerceri non potest nisi præstito prius iuramento Et qualem effectum habeat iuramentum ab officiali præstitum nu 2.*

3 *Notarij cancellariæ hodie sunt proximi sacrorum scriniorum.*

4 *Officialis si ex iusta causa utilitatis reipublicæ non seruauerit statuta quæ iurauerat seruare an teneatur in syndicatu.*

5 *Iudex qui iurauit seruare statuta, quid facere debeat: si inueniat duo statuta contraria.*

6 *Potestas si iurauerit seruare statuta intelligitur de non sublatis consuetudine.*

7 *Contractus factus cum officiali, an firmetur iuramento.*

8 *Officialis nouus habet iurisdictionem post introitum palatij & iuramentum præstitum.*

9 *Potestas potest interdum transgredi statuta.*

10 *Iuramentum magistratus non debet intelligi præcisè.*

Iuramentum.

CAP I.



OFFICIALIS. Officiales antequàm officium recipiant, debent iurare in manibus principis, & eo absente coram metropolitano Episcopo, & primate ciuitatis de bene gerendo.in auth. vt iud.fine quo.suff.ad fi.& in auth.de def.ci.§.interim.& in l.rẽ nõ nouam.de iudi.& in tali iureiurãdo administratio accipitur.eo.ti.§.necessitatẽ. Et
1 de hoc est c.regni, quod incipit.†Itẽ recipiat iuramentũ.& sine iuramento isto nõ põt per aliquem exerceri officium, & qui exercet tenetur eadẽ pœna, qua tenetur is, qui propria authoritate officium sibi vsurpat, ab sic pœna criminis maiestatis l.iij.ad fi.ad l.Iul.maie. secundũ do. Luc. de Pen.in l.vnicuique.de proxi. sacr. scri
a ¶Datur & alia forma iuramẽti a officialibus p cõsti.regni quæ incipit inter cætera, vt Deũ & iustitiam habendo prçoculis vnicuique conquerenti iustitiam faciant sine fraude, & quã citius potuerint litigãtes expedire curabunt, & in hac forma additur. in d.c. quòd pro officio habendo nihil promiserunt, nec aliquid dederunt, nec dabunt, & si hoc non iurauerunt erũt priuatæ personæ, & concordat l.fi.ad leg. Iul.ambi.& vide etiam de iuramẽto officialis in l.fi.C.ad leg.Iul.repetun. Et gene
b raliter omnes officiales debent iurare. bin auth iurisiurandum, quod præstatur ab his.& in authen.de iudi.§.omnes. & in l. si vacantia.de bo. vacan.cum simi. & non solum officiales iurant, sed etiam consiliarij principis, q sunt illustres, vt in l. quisquis.ad leg.Iul.maiest. qui iurant fideliter consulere l.decuriones.de silentiarijs. sicut etiam iurant consiliarij ciuitatum l. fi.§.

l.fi.§.quoquo.de ven.rerum.ciuit.& extra de procur.c.fin. Et†iuramentum tale
2 habet effectum, quòd licet officialis non habeat iurisdictionem incontinenti cum ingrediatur ciuitatẽ,tamen habebit postquàm iurauit,& administratio sibi decreta est,vt not.in auth.iusiurandum, quod præstatur ab his.vbi hoc etiam not. Ang. Hodie autem in regno isto officiales præstant ista iuramenta in manibus protonotarij,qui in regno exequitur, quæ pertinent ad iustitiam iuxta principem,qui interdum gerit officium per substitutũ, videlicet,vice protonotarij,qui protonotarius nõ videtur posse substituere,nisi quẽ princeps duxerit probandum. arg.l.i.§.j. de offi.secundum do.Luc.de pen.allegantem Andræam de Barulo. in rub. de officio magistri scriniorum,qui erant alias,& dictabant responsa principum, & rescripta.l.fin.de diuer.rescriptis.& formabant breues notas appellationum, & libellorũ, quæ in principis auditorio recitabantur. l.fin.§.in refutatorijs. de appellationibus quæ hodie protonotarij exercẽt in regno, secundum And. de Barulo ibi, quem refert & sequitur do.Lucas in l.j. de cõmu. consi.& alibi dicit Luc.de pen.in rub. de quæsto.quòd logoteca hodie in regno gerit officium quæstoris, vt fuit Seneca Neroni crudelissimo, vt refert alter Seneca in libro variarum in epist. dicens, quòd omnes,quos ad quæsturæ culmen vehimus doctissimos existimamus, quales legum interpretes,quod officium d.Bar. de Capua digne meruit.secundum do. Lucam qui ita dicit in dicta rubr.Et ab isto protonotario creantur hodie notarij, & iudices ad contractus, & etiam notarij qui principio similiter iurant bene exercere officium,& nemini pandere secreta cõsilii,qui habent dignitatem l.j. de princi. agen.vbi dicit do.Lucas,quod isti sunt notarij Papæ,vel in regno notarii cancellariæ,vel forte secretarii,& dicit idem Lu-
3 cas.l.j.de proximis sacr.scrinio.quòd† notarii cancellariæ hodie sunt proximi sacrorum scriniorum.Et habent isti notarij cancellariæ post depositionem officii propter senectutem,vel aliam causam honestam immunitatem ab exactione census: & non debent eis iniungi discutiones,aut peræquationes,nec aliud onerosum, quæ ipsorum non deceant dignitati,& qui cõtra fecerit punitur.vt in l.pręcipua.de prę mi.secundum Lucam. Et dicit Bartol. in l.eadem ff.ad leg.Iul.repet. quòd isti notarii principis habent dignitatem per l.i. de manda.princi.& in §.scriptum exemplar,vbi dicitur,quòd quamuis sint scriptores principis, possunt petere salarium pro scripturis priuilegiorum, & rescriptorum,& per iam dicta datur intellectus cõstitutioni regni quæ incipit, præcipimus. & in ti.de offic. magi. iusti. quæ vult petitiones de iustitia, vel de gratia offerri magistro iustitiario, & quæ non spectant ad eius officium,& conscientiam regis requirunt, remittuntur ad regem: & tunc protonotarius regni prouidebit, & decretabit ipsas.vt dicit Lucas de pen.vt supra.
4 ¶†An si officialis,qui iurauit statuta seruare ex iusta vel euidenti causa vtilitatis reipublicę non seruauit statutum possit syndicari de his. dic quòd non, arg l. rescripto.§.i.de mune. & hono de serui.l. iiij §.cum diurno.de in ius vocan.quamuis de cap.l.hoc edicto.argu.l. ita vulneratus.ibi multa vel causa.ad legem aquil. & ff. de pœnis.l.aut facta.in fin.de sicca.l. qui cædẽ.& l i.C.ad legem Iuliam repe.
5 secundum Franc.accur. ¶†Si potestas iurauerit seruare statuta, & in volumine statutorum sint statuta contraria quid faciat iudex.vide Ioan.And.in cap.i.de iureiur.in vi.& facit glo.in c.officium.de hęreti.in vi.in verbo,duabus. vbi dixit Ioã. And.quod inter statuta quæ sunt in vno volumine approbata non est dare priori-
c tatem & posteritatem [c] & vide in c.venerabilis.de sen.vide infra in verbo,statutũ.
6 †Si potestas iurauit seruare statuta intelligitur de consuetudine non sublata.l.ii.§. sed quia.de veteri iure enucle.Sicut etiam iurans seruare statuta tenetur ad post edita.Bartol. in l.si stipulatus.§.i. de verbo. obliga.& in c.i.de iureiuran.in vi.¶Iudex iurauit seruare statuta,& non protulit sententiam intra instantiam datam à statuto,an sit periurus? Iacob.But.quod sic in l.properandum.in principio quod est verum secundum Baldum si fuit in dolo, quia potuit & noluit sed cessante dolo nõ est periurus, quia sequeretur, quod ex

culpa

culpa quis fieret infamis, quod est falsum. tamen à pœna pecuniaria non excusatur, nisi propter causam probabilem. de verb. oblig. l. continuus. §. illud adde Innocen. in capit. penult. & glo. de officio delega. Bald. in §. proficisci. & supra in verbo, iudicare in cap. an semper cum iudex. & supra proxime. & in verbo, instantia. vbi latius. ¶ † An contractus factus cum officiali si est iuratus firmetur iuramento? Dic quod non, sed debet peti absolutio à dicto iuramento Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. in ver. quarto. ¶ † Officialis nouus habet iurisdictionem post introitum palatij, & iuramentum præstitum l. prima. de offic. præfect. Augusti. & quod not. de officio præsidis. l. & si forte. & l. obseruare. §. post hoc. de officio proconsul. & Bald. in l. priuatorum. C. de iurisdictio. omnium iudicum. ¶ Iuramentum magistratus debet reduci ad æquitatem, & non debet intelligi præcise. argu. in authen. iusiurand. §. æquius. hinc Bald. dixit in l. & si seuerior. C de infam. quod licet potestas iurauerit seruare statuta, tamen poterit alterare pœnas statutorum ex causa, & dicetur seruare statuta, quia potest hoc ex generali potestate sibi tradita à iure alterandi per l. hodie. ff. de pœ. ideo non erit periurus, dicens quod in pęna homicidii à statuto imposita licitum est, si pupillus fecit homicidium, licet sit doli capax, alterare pœnam, quia minor est dolus in eo, quam in adulto, vel maiore, propterea iusta causa est dispensandi etiam in pœna statuti, vt non decapitetur, sed vt mitius puniatur, licet quandoque impuberes puniantur pœna capitali. ff ad sil. l. excipiuntur. & ff. de tute. l. si abrogati. secundum Bald. Item iuramentum officialis, qui iurauit seruare statuta intelligitur de iustis, non de iniustis. argu. c. i. de iureiur. & facit quod no. de verborum obligat. l. generaliter. & dixit Bal. in l. i. §. quod autem. de offic. præfe. vrb. quod si officialis debet recipere omnes accusationes sub certa pœna, intelligitur de rite institutis, non de aliis. ¶ An si potestas iurauerit seruare statuta teneatur si non fuerunt sibi præsentata. vide infra in verbo, statutum. in cap. iudex de necessita. & in cap. i. vbi quando non fuit

9 obseruatum. † Si potestas iurauit seruare statuta, potest interdum illa transgredi secundum Innocen. in cap. i. de consti. Ideo non tenebitur in syndicatu, quia fecit id in quo multorum salus procuratur. argu. C. de feriis. l. penul. quia statuta facta pro vtilitate publica non debent contra eam interpretari. argu. de transact. l. de his. secundum Bald. in repe. d. §. proficisci. q. xi. & idem tenet de pace iur. fir. §. iniuria. & vide infra in verbo. pœna. in capi. in pęnis iudex cum seq. & in verbo, iudicare in c. an semper iudex. & in verbo, lis sua. in c. an si quis petat in libello. & in verbo, statutum. in c. si est statutum in ciuitate. & vide in verbo, iudex. in cap. licitum est iudici. Item iuramentum tale, quo potestas iurat seruare statuta non debet intelligi, sic generaliter vt contra ius seruet statutum, quia genus non claudit illicitum, vt no. Archid. in c. i. de iureiuran. & facit l. fina. ff. qui satisda. & extra de appellat. c. ad hęc. Quia debemus concordare statutum cum iure communi. iuxta not. in l.

10 omnes populi. de iusti. & iur. † Iudex qui iurauit seruare statuta potest alterare pęnam statutorum, quia iuramentum magistratus debet reduci ad æquitatem, & nō debet intelligi præcise. argumen. in auth. iusiuran. § æquius. Bald. in dicta l. & si seuerior. & latius in §. pęna grauior, quæ sunt vtilia quando officiales regni iurant seruare constitutiones, & capitula, vt non semper astringantur, vt habes supra in verbo, arbitrium. vide infra in verbo, statutum. Iudex qui iurauit seruare iura, & statuta potest interdum transgredi leges. vide in verbo, iudex. in c. licitum est iudici.

a ¶ Iuramenti.] *Vide Felyn in capitu dilecti, de maio & obedien. cir princip. vbi etiam remissiue ponit formas nonnullas & diuersas iuramentorum.*

b ¶ Iurare.] *Ad quod adde Barth. Cep in l. verbum oportebit viij. colum. de verbo significatio & Ioan de por. in l. si stipulatus fuerim. § cum stipulamur. de verbo obligat. o. & Ludo. pon. in rubric. C. qui admit. in prima colum & domin. Alexand. de Imol. l. quid ergo. §. pœna grauior. de insa. & vide eum in l. si hominem. ff manda. & in suo consilio incipiē. obijcitur carcerato. &c.*

c ¶ *Et posteritatem*] *Adde Felyn. in capitu venerabilis. de exception colum vi. versicul tribus modis limitatur. circa princip. de excep: vbi quod aliud est iuramentum de seruandis statutis, & aliud de seruandis contentis in statuto.*

SVMMARIVM.

Iudex.

CAP. I.

AN si iudex mandat aliquid non fieri, & ipse idem fecerit, incidat in pœnam, in quam voluit alios incidere. Cyn. dixit quod sic. in authen. qui-
1 buscunque. de sac. sanct. eccle. † quod pẽdet ex hoc an statutum liget statuentes quod Pet. de Ancha. tetigit plene in c. canonum statuta. de consti. & ibi ipse, & Io. Andr. tenent quod non, contra Cyn. cum quibus etiam tenet Bald. quod non ligetur statuto officialis, tamen ligetur pœna iuris communis, si illud est iure communi prohibitũ, & dicit etiam quod ille qui lusit cũ officiali tenetur pęna banni emanati contra ludentes, licet ipse officialis non teneatur illa pœna. ¶ Pone quod iudex admisit aduersarium contra me per testes inhabiles, vel admisit instrumentũ non admittendum, an teneatur in syndicatu. Dic quod sic. secundum Innocen. in c. venerabili. de exceptio. vbi dixit quod etiam potest procedi contra testes. Bald. in l. super chyrographis. C. si cert. peta. & Ludo. refert in l. i. ff. quod quisque iuris.
2 ¶ † Iudex enim non debet admittere testes inhabiles. imo ex suo officio debet de conditione testium inquirere. glos. in l. i. §. si curatores. de magistratibus conueniẽdis, quæ dixit. argu. illius. l. quod iudex debet interrogare. & inquirere de conditione testis, licet pars non dicat, tamẽ iudex in hoc debet esse circunspectus secundum Bald. ibi. & Nic. de Neap. dicentes, quod iudex qui non habet notã conditionẽ testis, debet secrete se informare vt sciat quid credere debeat. argumen. l. iii. §. si ff. de testi. in qua inquisitione non requiritur partis citatio. secundum Bald. ibi. & voluit Innocent. in c. i. de postulat. prælato. pro quo est glo. in l. i. §. si duo. de pace tenen. & dixit Bald. in l. quos prohi-
3 bet ff. de postu. † quod iudex ex suo officio potest imponere infamiam testi. licet pars non opponat. & est glos. in authent. de testi. §. scimus. quæ dixit quod si homines vnius villæ sint infames, quod iudex debet eos remouere, etiam si pars consentiat. & facit glos. in l. age cum Geminiano. C. de transact. & hoc sequitur

Ang.

in c.intimauit.de test.& dixit Bar.in l.iij. in prin.ff.eo.quòd iudex de conditione testis inuestigat interrogando ipsum testē, quando conditio, de qua interrogat non continet testis turpitudinem. vt in auth. si dicatur. C.de testi. puta si est consanguineus, vel domesticus, secus si continet turpitudinem testis, quod intellige de cōditione testis in specie, non in genere, vt dixit glo.in d.§.in verbo, quærendum. & dixit Bar.in l.iiij.§ hoc autem iudicium. de dam.infec.quòd iudex potest mittere pro vicinis ad inquirendam de conditione testis.& dixit hoc Innocen. in cap. per tuas.extra de test.& in cap.inquisitionis. extra de accusa.& vide Ioan.And.in titu. de testi.§.ij.versi. item quod domesticus. quod no.bene, & vide latius.in cap.iudex qui admittit instrumentum in verbo, lis

4 sua. ¶ † Cum quis proponit actionem ad quam admitti non debet iudex potest libellum lacerare, vel concremare, vel reijcere pronuntiando.l.ii.in fin.C.vt nemo priua.& tex.& glo in l.prohibitum. de iure fisc.lib.x.vbi Bar. hoc dicit, & non te-

5 nebitur in syndica. ¶ † Iudex non debet iu-

a dicare secūdum conscientiam [a] l. illicitas. §.veritas.de offic.præsi.Quod est verum, nisi habeat conscientiam informatam ex notorio, & sit sibi notorium vt iudici, qa tunc potest. in authen. de test.§. scimus. vbi Ang.not.pro quo vide Innoc.in cap. ad nostram.de iureiur.& est glo.in l.i.C. qui & aduer. quos.vide infra ¶ Iudex cū omni æquitate debet causas audire, lites breuiare, & causas vilium personarum, ex non scripto cognoscere, & prouidere, ꝙ subditi occasione expensarum litium non damnificentur, & ne propter eorum negligentiam ad principem accedant. de manda.princi. circa princ. ¶ Iudex vt ad veritatē perueniat potest & debet de multis circunstantiis interrogare. l. quoties. de nau.vbi Bartol.& in l.testium.de test. ¶ Iudex qui in criminibus leuibus non seruauit solēnitates iuris, & sine eis processerit, non tenetur in syndicatu.l.leuia.vbi Bartol.ff.de accu.quia in his proceditur de plano, & sine libello, l. nec quicquam. §.de plano.de officio proconsulis.vt si filius patri, vel patrono libertus nō est obediens, vel in leuibus iniuriis.l.non solum. §.quanquam.de iniuriis. Vel si quis reperitur ire de nocte, vel cum cultello, vel ludere, & declarauit etiam Bartol.in l.non

6 solum.§.si mandato.de iniur. † Quia leuia sunt in quibus dolus non requiritur, vt damnum iniuria datum.l.liber homo. eod. titu.& vbi committitur dolus circa modicam rem l.vel ad ea. de reg.iur.& de pœn.l.respiciēdum.§. furta domesti. ideo Bartol. dixit quòd in istis leuibus criminibus iudex debet facere scribi, quòd erat repertus ad ludendum, & statim quòd est confessus fit mandatum quòd soluat tantum, & si non potest soluere, quod fustigetur. Nam isto casu fustigatio cedit in locum pœnæ pecuniariȩ, & proceditur sammariè, licet alias fustigatio sit maior pœna, quàm pecuniaria maxima.l.in seruorum.de pȩnis. tamen in aliquibus personis fustigatio modica pȩna esset. Et quia in istis leuioribus, & breuioribus non sit processus.tex. est in auth. nisi breuiores. C.de senten.ex periculo.ideo dicit Bart. quod fecit absolui quendam iudicem in syndicatu, qui in causa leui non fecerit fieri depositum à reo ante condemnationem, quod fieri debebat ex forma statuti quia in leuibus causis non fit processus, nec requiruntur solennitates, quȩ fiunt in grauibus delictis. Et ita practicat magna curia vicariæ, quæ in istis pȩnis leuioribus non seruat solennia, quia super citatione facit respondere delinquentem & constituto per confeſsionem, vel testis mandat solui pœnam, vel detinet aut interponit decretum illum esse fustigandum, vel mitrandum, vel similia, & non dat sententiam cum solennitatibus iuris. & sic per ista poteris euadere à syndicatu si in inquisitione delictorum leuium non fuerunt adhibita omnia solennia. Et dicit Iacob.Butr.in l.i.de his qui sibi ascribunt, ꝙ delicta quȩ sine dolo cōmittūtur enumerātur inter leuia, & ēt quādo est cōmunis opin.quòd vnum delictum sit leue secundū Ang.in d.l.leuia. Et dixit Bal. de percusſione cum pugno, an sit grauis

7 in l.ii.de lib.causa.quod † omnis ostensa ꝑ quā filius potest exhæredari dicitur grauis, & vide Bar.in l.i.ff.si quis ius dicen.& in l.si qua pȩna.de verbo.signific.& vide Angel.in l.ea quidem.C.de accus. dicentem,

tem, quod in istis criminibus leuibus creditur nuntiis, & syndicis habentibus potestatem denuntiandi in his, quæ ad eorum spectant officium. per l. fi. de loco publico fru. & quia inuentus cum armis, & sine lumine, & de nocte, ex quo debet sol uere pœnam pecuniariam non magnam:
8 †Nam maleficia leuia dicũtur ex paruitate causæ, & ex genere pœnæ, & culpabiles inuenire spectat ad familiam. ideo creditur eorum dilationi dicta l. fi. imo absque processu viles inuenti cum armis ex consuetudine ponuntur ad carenam. & vide infra in verbo, nũtius. ¶Iudex potest pro absente qui non comparet nec aliquis pro eo in causa criminali allegare causas absentiæ, & innocentiæ suæ, & perquirere de eius innocentia. l. i. in fin. de quæstio. & l. si non descendantur. de pœnis. Inde dixit Bar. in l. accusatorem. §. ad crimen. de publi. iudi. quod vbicunque potest ferri diffinitiua in absentem, tunc iudex potest de facto supplere, & quærere eius defensionem. authē. qui semel. C. quomodo & quando, & l. ampliorem. de appella. licet glo. ibi dicat quod est speciale in causa appel. & male, quia est ius commune. & hoc sentit Innoc. de accu. cap. veniens. & habetur in l. 4 §. hoc autem. vbi late per Bartol. de dam. infect. Tamen iste talis, qui veniret ad allegandam innocentiam, non posset præiudicare absenti, tamen hoc non posset procurator vt procurator, sed vt extraneus, & vt quilibet alius, secundum Bartol. in d. §. crimen.
9 †Iudex cum causæ cognitione potest præfigere terminum actori intra quem agat, vel illi, qui se defendit. Bartol. in l. Titia. de accu. & ponit casum, vt si quis diffamat velle aliquem accusare, sunt etiam causæ not. per glo. l. j. C. vt nemo inuitus. vbi Bald. & si statueret istum terminum sine causæ cognitione posset appellari per text. in dicta l. Titia. ¶Si iudex procedat contra aliquem quem sciebat iuste impeditum, quia infirmus, vel citatus ad maius tribunal. processus est nullus. Bart. in l. ii. de custo. reo. & in l. quæsitum. de re iudic. & in l. contra. §. qui manus. de re
10 iudi. ¶ †Iudex in omni causa criminali potest testes ex suo officio nemine petente etiam facta publicatione recipere tam ad defensam & pro innocentia rei, quàm ad offensam. Bartol. in l. ii. §. si publico. de adulter. & in l. i. in fin. de quæstio. vbi latius. & in quæstione disputata per eum. & in l. iiij. §. hoc autem iudiciũ. de damn. infect. & vide latius Bartol. in l. absentem. ff. de pœnis. vbi multa dicit in hoc. ¶Iudex si extendit iurisdictionem suam ad aliam rem, supra quam non est sibi commissa præter consensum partiũ, tenetur ad interesse. capit. sacro. de senten. excommuni. & irrequisito collega citauit partem. de offic. delega. cap. prudentiam. & dicto cap. sacro. ¶Iudex delegatus debet habere expensas à partibus quando extra comitatum proficiscitur, non tamen intra domicilium. capit. cum ab omni. de vit. & honesta. clericorum. & de re iudic. cap. cum olim. & in cap. statutum. §. assessorem. de rescrip. in sexto.
11 ¶†Iudex potest scribere acta coram se si est notarius. Bart. in l. seruus communis. de stipul. seruo. la sec unda, & quod nota. authen. nisi breuiores. C. de sent. ex periculo. Iudex ex sola nullitate sententiæ non facit litem suam ex sola pronuntiatione, nisi facti executio processerit contra reum l. fi. de variis cog. vbi per Bartol. & vide infra in verbo, sententia. & infra. ¶Si à iudice aliquid petitur, qui denegauit non habetur regressus contra eum, si ab alio iudice qui bene posit petere. l. si cui. §. si tam vicinum. de dam. infect. per Bartol. & vide supra in verbo, iustitia de-
12 negata. ¶†An iudex qui non capitaliter puniendum puniuit puniatur pœna similitudinis supplicij? dic quod sic l. i. §. qui de magistratus. de sicar. & econtra qui puniendum corporaliter nõ puniuit qua pœna punitur? dic vt in l. fina. circa fi. C. ne sanc bap. & in l. cuiusue dolo. ad legē iul. maiesta. ff. secundum Lud. in l. i. quod quisque iur. vide in d. c. regni. in versicu.
13 accusatis & in verbo, barataria. ¶†Iudex qui non facit id, ad quod tenetur, non patitur pœnam, nisi fuerit requisitus. l. i. ff. vbi pup. edu. deb. & l. iiii. §. hoc autem. de damn. infect. secundum Dynum, licet alias teneatur inquirere. l. ii. §. confestim. ad ter. quod est verum, quando inquisitio est iussa quo casu ex quo iubetur inquiri scientia & fama habetur pro monitio-

ne

ne.l.iussionis. C. de offic. recto. prouin. vbi autem est permissa inquisitio iudex non punitur, nisi sit promotio, si non inquirit, vbi autem est prohibita inquisitio nihil operatur promotio ratione prohibitionis. vt not. in l. ii. §. si public. ff. de adult. secundum Bal. in l. i. ff. vbi pup. ¶ Iudices non debent causas motas coram se principi nunciare, vt eam capiat dilationem, sed illas sententiare. in authen. vt iudi. de caete. non expectent. in princi. quia per cognitiones ad principem, vel ad Papam propter iniustitiam multi pauperes facti sunt in authē. de colla. §. si vero exegerit.
14 ¶ † Iudex presumitur iuste facere quae facit. cap. bonae memoriae. de electio. Bald. in l. generaliter. de episco. & cler. & not. in cap. praesentia. de renun. quod est verum in his, quae fiunt in iudiciis, secus in his, quae fiunt extra iudicium, vt no. Bald. in l. sancimus. de iudi. & not. in cap. fina. de eo qui fur. ord. susce. etiam in interlocutoriis praesumitur pro iudice. Innocen. in cap. conquestus. de feriis. & alibi dicitur quod ea quae fiunt coram iudice magnam habent praesumptionem veritatis. l. pacta nouissima. C. de pact. Et etiā vbi authoritas iudicis interuenerit praesumitur omnis metus & dolus abesse. l. si quis. C. de praedi. curiali. & in l. fina. C. quod
15 metus caus. ¶ † Iudex in iurisdictione voluntaria potest fungi officio iudicis & notarii, vt insinuare partibus volentibus, nisi in prohibitis donationibus in iurisdictione contentiosa, sed leuibus causis sic, secundum Bartolum. quia in causis leuibus pro iudice multum praesumitur. & dicit Bald. quod pro iudice inquantum iudex lex semper praesumit. l. ii. ff. de offic. ciuil. iud. quod est singulare. secus in grauioribus in quibus non potest esse iudex & notarius, sicut nec iudex & testis l. ne in arbitris, secundum Bartol. & Bal. in l. iubemus. §. sane. de sacrosanct. eccle. & vide in verbo, lis sua. in cap. Iudex ex officio potest pro reo supplere si constat
16 sibi de calumnia accusatoris, † quia calumnia euidens habetur loco libelli ine-
b pti. not. [b] Innocent. in cap. primo de offic. vicar. & sic vim notorii. & in l. reos. de adult. Et tunc esset notorium, vt quādo produceret bannum ex archiuo vel processum, quod ille esset bannitus. Bald. in l. prima C. quomodo & quando iudex. vbi dicit quod potest supplere pro accusatore. l. quamuis. de adulte. & pro accusato allegando bannum accusatoris. ¶ Iudex habens curare infirmitates actionum & obligationum sufficienter legum rationibus, ideo oportet ipsas cognoscere species aegritudinis, secundum Baldum. C. qui admit. l. prima. In determinatis à iure, in quibus non requiritur probatio facti non potest excusari iudex, si fecit contra ius, secus si facit contra ius constitutionis. Baldus notat in authen. generaliter. de episcopis & clericis. & hoc contra iudices, qui per fatuitatem non recipiunt fideiussorem ab accusatis. ¶ Iudex debet inuestigare veritatem, & de hoc conari. l. is apud quem. C. de eden. & l. fina. de procurat. & l. si actor malit. eodem titu ff de probatio. l. comprobatio. & l. per hanc. de tempor. appellat. & vt pleniore subueniatur veritatis lumine. & bene facit C. de testibus. l. quoniam. versi. iudices. ita dicit in dicta l. is apud quem. ¶ Iudex in contentiosis non potest de facto supplere circa legitimationem personarum. not. si aduersus rem iudi. l. cum & minores Bald. in l. cum non solum. §. necessitate. de bonis quae liberis. ¶ Iudex cui nil constat, nihil mandare potest, vel cui nihil est probatum. Innocentius in c. solent. de sententia excommunicatio. Baldus. in l. qui accusare. de eden. idem Baldus in capit. scimus. quo tempore miles. & infra versic. iudex nihil est probatum.
17 ¶ † Iudex non debet pati illicitas extorsiones imo ex officio debet supplere l. vbi pactum. de transactio. & in l. illicitas. de
18 officio praesidis. † Vbi iudex decretum interponit praesumitur ibi abesse omnis dolus, & omnis metus. l. prima. de praedi. curi. & l. si quos. de decurio. lib. x. Bald. in l. pacta nouissima C. de pactis. ¶ Iudex non debet pati quod quis vtatur iure incompetenti. l. cum proponas. vbi Bald. no.
19 C. de pact. ¶ † Licitum est iudici propter
c casus emergentes leges transgredi. [c] not. Innocen. in cap. i. de constitutio. Bald. in l. & si seuerior. C. de infami. Propter quod dictum tempore Bald. fuit quidam suspensus, quia iuxta Papam cum intraret

Perusium quendam interfecit. nam sta-
tim fuit suspensus contra statuti formam
per illud dictum Bald.allegantem Inno-
cen.& idem Bald.in l.i. de preci. impera.
offe.qui dixit in l.si quid filio.§.hi autem.
ff.de iniu.testa.quod licitum est magistra
tibus leges trãsgredi ratione periculi, vel
scandali vitandi.allegat ibi Innoc. dicens
quod ex causa prædicta,licet ex ordine iu
ris recedere.adde.& l. constitutiones. de
appel.& dixit Bald. in authen. hodie. C.
de iudi.alleg.Innocen in dicto cap.i.quod
minoribus magistratibus licet leges trãs-
gredi ratione emergentium criminum.
argumen.l.hodie. de pœnis Secus in mi
noribus magistratibus,qui iurant seruare
legem præcisam. vt in authen.de iudi.
exceptis. ¶ Idem hodie in potestatibus,
qui iurant seruare statuta, quia illa serua
re tenentur,& statuti formam non ex-
cedere,vt dixit Bald.in l.& si seuerior. de
infa.& in §.pęna grauior.& facit extra de
consti.cap.cum M.ferra. Nã propter im-
manitatem criminis iudex legem potest
transgredi.Bald.in authẽ. sed nouo iure,
C.de ser.fugi.allegat Innocen. in d. cap.
j.& facit text. in l.i. §. sed nec de modo
multar.& videtur text. in capit.felicis. de
pęnis. vbi pęna crescit propter criminis
immunitatem debet pęna legalis auge-
ri per inferiorem,& consului superius per
l.diuus.de fal.in tex.& gloss.¶ Sed in con-
trarium facit quod not l.& si seuerior.de
infami.& in §.pęna grauior. Nam si re-
quireretur superioris lieentia non esset
in potestate iudicis, vt dixit Innocent.
20 † Nam etiam propter criminis immani-
tatem punitur animal & homo rationa-
lis, cum eodem text.in capit. mulier. xv.
quæstio.i.vbi pro concubitu cum anima-
li bruto fit punitio vtriusque ad facti me
moriam.& facit tex.in l.i. de mulie. quæ
propri.serui. Nam etiam ratione imma-
nitatis criminis corpus mortuum quod
non debet post mortem suspendi, vel pę
nis subiici,potest suspendi, vel bestiis su-
biici,aut comburi,vt patet in latrone.gl.
sing.in l.i.ff.arbo.fur.cæsa.per l.capitaliũ.
21 §.famosos. de pęnis. † Nam etiam pro-
pter criminis immanitatem meretrix po
test in testem adhiberi in causa crimina-
li cap. tanta. de symo. & in l.in quæstio-
nibus.ad legem Iuliam maiest.& in l.mu
lierem. de accusa. idem in criminoso. &
cap.fideius.& c.accusatio.de hæretic.nam
propter facti atrocitatem multa permit-
tuntur,alias non permittenda, vt habes
supra in verbo, crudelitas officialis. in c.
indicibus.& vide de iudice cui licet trãs-
gredi infra in verbo,pęna. in cap. in pę-
nis statutorum.& in cap. si iudex pro pe
cunia.& in verbo arbitrium.cap.illa quæ
non possunt,& in verbo,statutum. & in
cap. si potestas iurauit.& in verbo, iura-
mentum officialis.in c.an si officialis qui
22 iurauit. ¶ Iudex † est minister legis ideo
non est timendum, quod inferat vim il-
licite,secus vt aliquid à iure permittitur
priuato,quia non est legis minister, ideo
timetur quod priuatus illicitum faciat.gl.
& Bald.in l.accusationis. C. quod metus
causa.¶ Vnus iudex non debet se impedi-
re de spectantibus ad iurisdictionem alie-
nam.Innocen. in c. per venerabilem. qui
filii. Baldus in l.consulta diualia. de testi.
¶ Iudex qui fuit facilis, in mittendo de-
bet esse facilis in extramittendo.l. si mi-
nor.de euictio.in princi.& l. si pacto quo
pœnam.de pact.in fin. Bald. in l. fina. de
edict. diui. vbi dicit quod si possessor non
est citatus reuocat constitu. de posses. Si
vero non discussa contradictione tunc re
uocat sine aliqua probatione, quia lite pẽ
dente innouatur. ¶ Omnis actus qui fit
coram iudice videtur ad iudicis redigi po
testatem. ff. qui satisdare cogantur.l. de
die. per Iacobum Butriga. in rubric.C.
qui admit.in 4. colum. ¶ Iudex non de-
bet se extendere,nisi ad ea quæ sunt sibi
petita,& non vltra.in l.j.vt in posses.lega.
& not.ff.si certum petatur.l. vinum.& in
l.fina.de fideicommissa.libert. nisi veniat
in consequentiam petitorum.lit.contest.
not.de damno infect.l.si quis.§. iudex.
¶ Iudex cui nihil est probatum nihil pro-
nuntiare potest.l.hoc autem.§.iiij.ff.qui-
bus ex causis in possessio. ea. & not. In-
nocen. de sententia excommunicationis.
c.solent.in fine.quod est verum diffiniti-
ue pronuntiando, sed ab obseruatione iu
dicij absoluendo secus l. properandum
§.i.de iudi.& not.de officio delegati, con
suluit. & ibi Innocentius quod absoluto
ria ab obseruatione iudicij non potest
ferri

ferrl nisi emanet peremptorium vel tri-
na citatio. per tex in dict.§.i. vbi Baldus
hoc dicit, vt supra versicu. iudex cum ni
hil constat. ¶ Pro iudice præsumitur.l.ii.
de officio ciui.iudic. hoc est verum quan
do iudex seruat debitum ordinem in pro
cedendo, sed quando debitum ordinem
omittit pro iudice non præsumitur, sed
cõtra eũ sic, secũdum Cy. in l. sancimus.
C.de iudi.& ideo quando de processu iu
dicis corã superiore per viam appellatio-
nis, vel nullitatis cognoscitur, consue-
uit iudex citari, vt notat Innoc. in cap.
nostra.de procurator. tamen licet non ci-
tetur tenet processus. secundum Innocé.
Bald.in dict.l.sacimus.& faciunt nota. p
Bartolum in l. de pupillo.§. si quis ipsi p-
tori. de no.ope. vbi de præsumptione cõ
tra iudicem qui erat solitus excedere. &
dixit Lucas de penna.in l. si coloni. de a-
23 gricolis.& censitis.† quod de malo iudi-
ce male est præsumendum.qui allegat in
l.si per impressionem.C.quod met.caus.
& vide supra in verbo, fuga.in cap. ii. in
fi.& dixit Specula.in titu.de iudic. deleg.
§.vni. in versicu. item quod est odiosus,
quod non dicitur iudex is, in quo nõ est
iustitia.& vide in c.si est appellatũ. in ver
24 bo, appellatio.¶ Iudex† non debet ĩ plus
grauare, quam lex, quia mens iudicis prę-
sumitur esse conformis menti legis.ff. fa-
miliæ.erciscund.l. & puto.§.i.& de iusti-
tia.& iure l.nam & ipsum.Bal.in l.ii.C.si
pendente appellatione.Iudex nõ aditus
nihil facere potest.ff.de cõdit. indebi.l. fi.
§.fi.Bald. in l. ampliorem.C.de appellat.
¶ Iudex debet audire iura utriusque par
tis.& illa examinare ipsis prę sentibus, uel
contumaciter absentibus, quia cum ma-
gno strepitu & conflictu est dãda senten
tia diffinitiua.l.i. commin. vel epistolas.
Bald.in l. ab eo.C. quomodo & quando
iudex.¶ Iudex debet obstantia amouere
& ad rem de qua agitur venire, & nõ de-
bet pati, quod per cauillationem causa
protrahatur l.ita nobis.pudor C.de adul
25 te.Bal.in d.l.qui de crimine.¶ Iudex † la
ta sententia non potest amplius gratiam
facere. l. si quis.de pœnis, solus princeps
potest gratiam facere lata sententia.l.i.§.
sequitur.de postu.& not.Innocen. extra
de re iudica.capit.cum te.Bald. ibi.¶ Iu-
dex non debet animi sui motum mani-
festare, nisi in sententiæ prolatione.l.vbi
C.de fal.Bal.& ĩ l.sicuti.de arbitr.& mẽs
seu motu animi iudicãtis põt probari p
testes not.in l.si quis iurãs.de iudic.alias
tenetur falsi, ut ibi.& vide in verbo, cor-
26 ruptio.¶ † Iudex non debet aliquid face-
re ad clamorem, quia legibus magis q̃ cla
moribus debet adhærere.l.decurionũ.C.
de pœ. Bal.& supra in c.an iudex. Iudex
non dẽt sedere hora incõgrua.l.ii.de ori-
gine iuris.ubi dicit Baldus, quod est eis
verecũdia sedere hora incongrua. & ĩ au
then. sedebunt.de iudic. & ideo pars erit
contumax si non comparet ad illã horã.
l.aut qui. ff.quod vi aut clam.¶ Iudex nõ
dicitur grauare cũ iura partium custodit.
Bald.in l.si arrogator.de adoptio. In iu-
dice semper præsumitur minimũ culpæ
propter authoritatem iurisdictionis.l.ii.
de officio iudi.& cap.accepimus. de ętа.
& qualit. Nam non debemus credere, q
prtęor male faciat. Item si male quod mi
nus male secundum Ioan.Andr. ibi Bal.
in l.non.n.ff. de adopt. ¶ Iudex qui pro-
pter difficultatem probationũ, vel ppter
opinionem, causam non expediuit, non
tenetur. vide supra in verbo, instantia. in
cap.ad executionem iudicis.& in sequen
tibus.& in cap.iudex qui tenetur.& infra
& vide in verbo sententia.c. constitutio
regni Siciliæ.& in cap.sequen. & quod iu
dex excusetur.in perplexis. vide in ver-
bo, sententia. cap.constitutio regni Siciliȩ
¶ Si iudex, vel tabellio, aut alter officia-
lis qui acta non publicata, vel dicta testiũ
nõ aperte manifestat parti tenetur de fal
d so.[d] ff.de fal l.i.in princip.Et idem in in-
strumẽtis depositi l.i.§. saccularios. de ex
traordi.crimen.¶ Idem in iudice qui ma-
nifestauit sententiam quam est laturus,
antequam pronunciet.ff. de officio præ-
sidis. lege obseruandum. & argumen. de
pœn lege si aliud.§.primo. & §.transfu-
gæ de re milita. lege. omnes.§. explora-
tores. & ita consuluit Iacobus de Aretio
per ista iura, vt reperi in suo quodam
consilio. ¶ Iudex ante omnia debet pro-
spicere, & examinare ne quid per calum
niam petatur. lege secunda. C. de fal. Et
potest etiam calumniosè excipientem
non audire. & ad vlteriora procedere.

Innoc. in c. post electionē. de concessio. præben. quem Bal. refert in l. peremptorias. C. sent. rescind. non posse. & etiam quando exceptio esset efficax, & vera, & iudex opinatur illam opponi causa litis morandæ. potest illum reiicere, secundū Innocentium in dict. c. post electionem. vbi dixit Anton. de But. quod in summario iudicio ex leui præsumptione calumniæ iudex potest repellere exceptionem, quam non debet repellere iudicio plenario. vbi dicit quod debet semper psumi iudicē motum ex cā in repellendo exceptionem. argu. c. in præsentia. de renun
27 tia. & c. sicut. de regu. iuris. quia † īstituēs litem calumniosam dicitur trahere ius ad iniquum cōpendium. l. fi. C. de usucap. pempt. & est de præda sollicitus contra l. minores. in fin. ff. de administr. tuto. & nititur contra ius diuinum, quia facit contra bonam fidē. ff. de regul. iur. l. bona fides & cōtra naturalē rationē, quæ quærit cum aliena iactura locupletari. de condi. indebi. l. nam hæc natura. & contra ius positiuū, quia contra legis intentionē cōuertit iura ad lucrū proprium. l. damni infecti. l. stipulatio. §. penult. in fin. de damno infect. & cū authoritate iuris bonum & æquum violatur quo genere plerūque erratur. de verb. obligat. l. si seruum. §. sequitur. in fi. quod dicitur perniciosum. l. qui ædibus. de dam. infect.

a ¶ *Conscientiā.*] Vide dominum Iasonē May. *institu de actio in § si minus in v col. in ver. in ead glo: bi nisi & uide quæ dixi in bonifacio vitalini de Mātua in suo. tract malefi. in proœmio, in apostil & per eundem supra in ver allegationes.*

b ¶ *Inepti*] Adde Felinum *in c. dilecti filij circa princip de iudic*

c ¶ *Transgredi*] Adde dominū Alex. *de Imol. in l quid ergo. § pœna ff de infa ī l hodie. de pœnis & Bal in c quib mod feud. amit.*

d ¶ *De falso*] Adde Felinum *remissiue in cap. vltra tertiam ante medium. i col. in versicu & suadente ubi dicit etiam quod notarius est periurus, quia iurat in creatione tenere secreta dicta testium*

SVMMARIVM.

1 *Iudices debent habere manus puras.*
2 *Iudex an possit committere parti executionem in re propria? & nu 3.*
4 *Iudex non tenetur in syndicatu si in principio litis magis faueat actori, quam reo.*
5 *Iudex in his quæ vidit vt iudex non habet requirere aliam probationem.*
6 *Iudex non inquirens à teste causam sententiæ, an teneatur parti ad interesse?*
7 *Negligentia officialis commissa sine dolo punitur pecunialiter.*
8 *Iudex non potest variare iuris dispositionem.*
9 *Iudex requisitus vt pronuntiet secundum consilium sapientis si hoc non faciat facit litem suam inique pronuntiando.*
10 *Iudex debet esse certus de sua potestate aliàs non ualet quod agit & nu. 21.*
11 *Pecuniam dare iudici non licet, ut puniat delinquentem culpabilem*
12 *Iudex est Dei minister in terris.*
13 *Iudicis factum, & factum testatoris æquiparantur.*
14 *Iudex si sibi stipuletur, an acquirat partibus?*
15 *Iude an & quando possit cogere ad pacta uel transactiones fiendas cum aduersarijs? & nume. 18.*
16 *Iudex si uiderit aliquem delinquentem, an tanquam priuatus possit procedere ex uisu secūdu suā cōscientiam ad delicti punitionē.*
17 *Arbitrio iudicis committitur quis sit pauper uel diues.*
19 *Iudex absoluens reū nocentē dicitur pditor.*
20 *Iudex secularis an possit cognoscere de periurio?*
22 *Excommunicatio iudicis reddit processum nullum.*
23 *Iudex debet determinare casus dubios per argumenta & rationes legum.*
24 *Contingentia extra iudicium non sunt in potestate iudicis.*
25 *Authoritas iudicis non derogat authoritati iuris.*
26 *Iudici non plus licet quam legi.*
27 *Iudex cui nihil probatum est nihil mandare potest.*
28 *Iudex debet omnibus modis prouidere, ne ex alieno facto cām alicuius faciat deteriorē.*
29 *Iudex debet tueri factum suum & ipsum executioni mandare.*
30 *Iudex potest audientiam suam denegare ex causa.*
31 *Iudex debet prohibere vim fieri.*

Quicquid

32 *Quicquid in incerto per legem dimittitur, cō mitti videtur iudici.*
33 *Iudex potest reuocare decretū suum ex causa.*
34 *Iudex non dicitur posse nisi quod de iure pōt.*
35 *Iudex debet omnia facere per regulas iuris.*
36 *Iudex si viso instrumento det tenutam bonorum debitoris parte non citata, an talis tenuta valeat?*
37 *Iudex an poßit proferre interlocuuoriam sine citatione?*
38 *Pœna facit sapientem illum, quem culpa ostendit insipientem.*

CAP. II.

1 IVdices puras † dedent habere manus. in authe. vt iudi. sine quoquo suffrag. §. quis autem. quia Deus præcipue quærit omnium sacerdotū puritatem. in authen. quomodo oportet Episco. §. si quis autem. & in §. oportet. de mand. princip. de vita & honesta. cler. cap. ab omni. Vnde & præses iubetur consiliarium assumere virū optimum, purum vndique & contentum his quæ a fisco sibi dantur. in authen. de manda. princip §. festinabis. Alias satisfacto per eum quem læsit punitur in authenti. de armi. § si qs autē & in l. i. de exacto. tribu. & in l. i. C. in quib. cau. colo. cen. ¶ Qui iudices maculantur eorū iustū iudicium peruertendo octo modis, timore, cupiditate, odio, & amore. xj. q. 3. quatuor. & quando pauperum non miserentur in iudicio. 24. quæstione. 4. c. est iniusta. & Exo. 24. & nimia seueritate, & nimia remißione. 45. distin ctio. disciplina, & ignorantia. in stitu. de oblig. ex quasi delict. in prin. ¶ Vnde ipsi iudices se furtis & sceleribus deturpantes omni dignitate priuantur insignibus, ornamentis nobilitas, honoribus, quę omnia ex dignitate iudiciali si bene se gerūt consurgunt. l. iudices. de dignit. & l. pe. de veteranis. nam cum a iustitia deuiat, quia dicitur ius dicens. de verb signifi. c. forus. perdit nomen iudicis. 2. q. 3. ipse. 23. q. 2. c. i. & 2. q j. scelus. Nā dēt esse iustus & quasi ímobilis vt col. 2. q 9 c. re vera. vt nō se flectat contra legē, sed iuris integritatē custodiat. in authen. de trient. & semis. §. si quis aūt. Ideo dñi sic suas administrationes gubernare debent, vt nullus eorū aut cupiditati sit deditus, aut violentias alias, vel ipse inferat, vel iudicibus, aut eorum officijs, aut quibuscunque alijs inferre permittat. de offic. præfect. prætor. Afric. l. i. §. optimus. & dicitur in d. c. forus. quòd iudex debet esse vt neruus, qui nō frangitur, sed plicatur, aliàs non est iudex si ergo ius nō dicit, vel iustitiam non reddit, sed iniuriam, & iniustitiam agit, turtis & sceleribus se maculando, nomē optimi iudicis & dignitatem perdit. d. l. iudices. de dignitat. & l. penultim. de veteranis.
2 ¶ † An iudex posit committere parti executionem in re propria? **a** glos. in l. iu
a ste posſidet. de acquiren. poſſeſsio. qđ sic. & in l. meminerit. vnde vi. pręsertim in defectum ministrorum per no per Ioan. Andr. in addition. Specul. in titul. de constitu. ante fin. & in titul. de excus. §. sequitur. in addition. magn. gloss. Bald. & Doctor. in l. si vt proponis. la. ij. C. quomod. & quan. iud.
3 ¶ † Nam vbi a iure magistratui permittitur vindictam facere, potest iudex illud parti committere in re propria. & per no. in l. in laqueum. de acquirend. rer. domin. & l. 3. §. fin. de sic. per Bartol. in l. libertas. de acquirend. rerum. domin. secundum Paul. de Castr. in consil. 191. & 192. dicens quod statutum potest dare licentiam alicui faciendi vindictam authoritate propria, sicut lex. per l. i. C. quand. lic. sine iudic. quo casu in hoc habetur loco magistratus. ¶ Tamē si iudex vellet capi facere aliquem pro offensa alicui facta & egeret auxilio aliorum ad capiendum offendentem, consulo, quod hoc non committat parti offensæ, nec consanguineis, aut inimicis eius, ne ipsum capiendo occidāt, vel vulnerent propter dolorem dictæ offeusæ, quia iudex esset in culpa & teneretur de culpa.
4 ¶ † Iudex non tenetur in syndicatu, si in principio litis faueat magis actori, quàm reo, quia ad hoc tenetur in medio vtrique & in fine reo. Azo in sum. de reb. du & in l. de die. qui satisda. cog. Tamē aliàs non debet fauere magis vni parti, quam alteri, aliàs pōt recusari. Inno. in c. accedens. vt lit. nō contest. & dēt cuique ius reddere indifferenter, tamen debet declinare in partem, quæ fouet potiora iura. cap. suborta.

vbi Docto.de re iudic.nec debet esse facilis,quando est cōtradictor in iudicio. Bal. in l.fin.de edi. diui.& glo. in l. quinquaginta.de excusat.tutor.qui licet non habeat testes debet se ex multiplici causa informare. Paul.in consi.300.debet tamē se taliter habere, quod non sit acceptio ꝑsonarum.in Specul.de leg.§.8. versi. item is est qui debet cuncta diligenter inspicere,& rerum ordinem inquirere,& alienā necessitatem suam æstimare,& delinquē tes canonice punire. in Specul. de iudic. ordi.§.3.in titul.de offic. omn.iudic.§.fi. ver.2. videndum. & de restit. præ. §. i.in princip.& de aduoca.§. i.& debet esse iustus,& æquus,& ęqualis medius inter partes, nō declinans ac dextram nec sinistrā. in Specul.de aduoc.§.v.& §.vi.in ver. cō mendet autē eum seq. semper habendo prę oculis æquitatem.in Specula.deposit. §.7. versicul. & non medius inter partes discorde Bar.in l.legatumciuitati.de vsufruct.leg.& l.i.de commu. seruo.& testes interrogare pro vtraque parte. Bartol. in l.2.de edend.& declarare pacta obscura.l. volūtas de fideicommis.& l. veteribus. de pact.per Bar. & idē Bart.in l.cū q̃ritur. de reb.dubi.& in l.Labeo de contrah.empt.

5 ¶† Iudex in his quę vidit vt iudex nō habet requirere aliam probationem, secus in his,quæ vidit non vt iudex, in Specu. de noto.crimin.ver.8. & quādo opus est debet occulata fide videre loca. l. si quis. vbi glos.fin.regundo.et eod.titul.l.si irruptione.vocatis partibus.Barto.in l.qui bona.§.huic.de dammo infect.¶ Iudex denegans officium suum imploratum quandoque grauat.l.i.§.permittitur.& ibi Barto. de aqua quotidia.ideo tenetur in syndicatu,nisi resistat in suo arbitrio.Innocen.in capitu.fina.de foro competen.& videtur tex in l.videamus.§.penul.ff. de in litem iurando. ¶Et debet curare ne processus protelετur friuolis exceptionibus. capitu. cū cessante.de appel.& l.non igno.de fruc. & lit.expens. ¶Si iudex iurauit in sententijs & processibus iuris ordinem seruare, in notoriis potest procedere non secundū iuris ordinem ,quia ibi est ordo ordinem non seruare. cap.ad nostram. de iureiur. el.ii. And. de Isern. in constitutio. regni rapinas.& Bald.in l.i.vt quæ desunt ad-

uoc.quem refert Ludouic.in l.i.de arbit. ff.in repe.¶Quando iudex absoluit, quia fecit litem suam:vide Angel.in l.pen.§.fi. ff.ne quis eum qui.& in l.si quis dolo. §.

6 i.de re iudicata.†¶ An iudex non inquirens a teste de causa scientiæ teneatur parti ad interesse aliqui, quod sic.per l si q̃ñ. C.de testibus.& l.si quos iudices de offi. præfect.prætor. Quod aliqui intelligunt vbi dolus,vel notabilis negligentia interuenerit.arg.extra eo.capitu.per tuas. Tamen Specul.putat,quod in his duobus casibus iudex parti tenetur in foro consciētiæ, si testis causam non expresit, qua expressa sibi non nocuisset ,secundum Specul.in titul..de testi.§.j.versicu. sed quid si causam inseruit & in §.sequitur.circa fi.

7 ¶† Negligentia officialis commissa sine dolo punitur pecunialiter tertia parte mobibilium:vt i costitutio.regni cū iusta. in fin.in primo libro.in titul.de ordinādis iudicibus & in constitutio.j.de surripientibus aliquid ex naufragio.in fin. vbi ponitur alia pœna.¶ Iudex non cōdemnans de fructibus & interesse videtur absoluere , adeo,quod nouum iudicium moueri non potest. Innocen.in c.grauis.de restitutione spoliatorum.Bal.in l.generali.de episc.& cleri. dixit quod omittens condē nationem expensarum videtur absoluere, tamen aliquando parte non petente potest ex officio condemnare in expensis l.edil.§.item. de ædi.edict. tamen si non condemnat quando potest non facit litem suam. l.4.§.hoc autem.de damn.infect.& Angel.in authenti. de exhib.re.in fine. qui etiam ex officio potest condemnare ad fructus perceptos post moram vna cum fundo restituendos per possessorem. Innocent.in capitulo inter dilectos. de offic.deleg.& Bald.in l.cum propria.si quis alteri . ¶ Iudex in causa damni dati potest de plano cognoscere & procedere, quia est leuis causa.Salic.in l.non ideo.de accusa. Cano.in clementin.i.in verbo,de plano.de verborum significatio. Sicut potest de facto compellere ad soluendum repertos de nocte vel cum armis,ex quo causa est leuis. Bartol.in l.leuia.de accusationi. ¶Si iudex aliquo casu hēt necesse pronuntiare incompetentem , & partem in expensis cōdemnare , debet prius pronuntiare

pronunciare super expensis,ne si pronunciet super incompetencia non valet postea pronunciatio super expensis. Ioan. Andr.in capitul.fin.de rescrip.¶ An iudex perperam inquirens teneatur in syndicatu? vide in verbo, inquisitio.¶ Vbi fiunt prouisiones ad seditiones.monopolia, & delicta,committenda iudex totis conatibus debet obuiare.in authentic.de mandat. princip.§. deinde conueniens.C. de mono.l.i.§.fin.& not.in capitul. vene.de elect. alias est in negligentia, quia debet obuiare ne maleficia fiant.l.quicquid ergo.§.si quis alie. de infa. Io. Andr.in ca-
8 pitul dilecto. de sen.excom.in vj.¶† Iuris dispositio est inuariabilis, quā iudex sua sententia variare non potest, nec etiā ius.l.prima.§.item cum contra.quæ sent. sin. ap.l.ii.C. quand.prouo. ad Turp.l.i. §.i in fin.& ad Municip.l ordine. cum ibi allegat. Vnde si ex processu, vel iquisitio ne non refutat aliquod crimen, iudex nō potest illud crimen declarare,vel pronunciare .Angelus ita in consilio suo vigesimosecundo, ad finem ut si pronunciaret furtum esse vbi de iure non esset vel homicidium,&c.quia iudex nō potest variare dispositionem iuris dictis legibus. ¶ An iudex qui in bancho pronunciauit executionem instrumenti siniendam non obstante exceptione opposita,posset post pronunciam per magnum spatium antequam a bancho recedat pronunciam suspendere, quousque notario aliquid dicat? Angel. in consilio centesimoduodecimo,quod incipit? Dictus punctus.tenet, quod sic, vbi vide iura.¶ Si statutum mādat iudici, quod debeat causam cōmittere uel aliud facere sub pœna, habet taciram conditionem, si fuerit postulatum a parte . & sic commissio fiat . ff. de magistratibus conueniendis.l.i.§. magistratibus.de damno infecto.l.iiii.§.hoc autē. & debet fieri talis postulatio , seu iudicis requisitio cum importunitate. argumēt. l.prima de l bel.dimissor. quibus assimilatur commissio talis.in cor.vt different.iudic §.primo & Angelus in consilio trigesimo octauo incipiente Statutum præ-
9 dictum.¶ † Iudex requisitus vt pronunciet secundum consilium sapientis,si hoc non faciat ratione negligentiæ facit litē suam pronunciando inique , tamen non potest conueniri ex ea parte iuris quę punit iudices iudicantes inique.not. Bartolus.in lege si iudex. de variis & extraordinar.cogni. licet quidam contra per leg.si quis in conscribēdo. de pact.& C.de test. l.si quando.Tamen in iure diuersimode iudices negligentes puniuntur. lege mancipia.de ser.fugi.& C.de anno.& trib.lege iudices. libro decimo de suscep. & archa.lege prima & de colla.fun. patr. lege placent.& lege placuit.C.de offi.præfect. præt.pœna autem iudicis negligentis nō est uniformis , quia fit differentia an dolo,an per impericiam,vt d. lege si iudex. Ange.in consilio.184.incipien.Visis igitur prædictis. & idem in consilio. 214. ¶ Iudex debet iudicare prout æquum sibi & iustum fuerit uisum in corpo. iur. quod præstat. ab his in princip.ideo non tenetur requirere,nec sequi consilium sapientis licet bene faciat sententiam ferre de consilio lege secunda de sent. ex expericu.recitand.Specul.de requi.consi. ver. quid si iudex viderit consilium.& quod ibi not.Ioan.Andr.vbi dicit , quod vbi consultor sit in officio iudex non tenetur sequi consilium sapientis , & valet lata sententia consilio non requisito , etiam si hoc statutum dicat Angel.in cōsilio 186. incipien. Sed nunc videndum restat.quæ not.pro literis capitaneorum vt habetur in uerbo,consilium. ¶ Si iudex pronunciauit taliter , quod faciat litem suam,vt in lege iudex.de uariis cognit.et de obligationib. quæ ex quasi maleficio. §.si iudex.tunc pactum partium præcedens sententiam iudicis de non querelando cōtra sententiā nō opitulatur iudici, sicut nec sententia bis cōfirmata ꝑ iudicē appellationis opitulatur sibi , quin non faciat litem suam,si iudicauit iniuste, secundū Inno.de offic.delega. capitul.pastoralis.in gl.Et idem si quis appellauit,& aplationem deseruit, recurri potest contra iudicem,qui iudicauit inique, vt not. Innocent. de appellationibus. capit. sæpe multo magis quando hi,a quibus ex pacto partium non liceret appellare , sicut esset arbiter & arbitrator, a quorum sententiis non appellatur , facit litem suam: l.si quis in conscribendo .de pact.& C y.

in authentica decernimus.C. de arbitr.
Si vero victus potuisset appellare,& non
appellasset,forte tunc contra iudicem ini
que iudicantem non poterit haberi recur
sus,quia non appellando confirmat quis
sententiam suo consensu de appellationi
bus.l. hi qui. & turpitudo sententię ex-
purgatur per appellationem omissam, se
cundum Innocen. de offic.delega.capitu
lo cum olim.Angel. in dicto consil. 276.
10 & uide in verbo,appellatio. supra. ¶ † Si
iudex non est certus de sua potestate, li-
cet eam habeat non valet actus quem ge
rit.l.quærit.ff.de eo qui pro tuto.l.hoc au
tem. post principium.ff. quibus ex causis
maior. in possessionem eatur. & ibi Bar-
tol. & plenius in l.multa.de cõditionibus
& demonstrationibus. & in l. si finita.§.
Iulianus de damno infecto.& in l. prope
randum.§.i.de iudiciis. Paulus.in consil.
11 273. ¶ † Non licet dare iudici pecuniam
vt puniat delinquentem culpabilẽ, quia
est turpissimum.l.i. de calum.& per to-
tum.C.de pœn. iudic.authentic. sed no-
uo. iure. & C.quã.prouo.l.venales. quia
iudex tenetur hoc facere. ideo si recipit,
turpiter recipit.l.fin.ff.de condictione ob
turpem causam.Paulus ib consilio ducen
tesimooctuagesimonono. ¶Si aliquid in-
iustũ apparet iudici ex instrumẽto corã
eo producto,non est necesse illud per par
tẽ cõuẽtam opponi, sed ipse iudex debet
ex officio repellere petentem,vt no. Bar
to.in l.eum qui ita.ff.de verborum obliga
tionibus.& in l.vbi pactum. de transacti.
& in l.prima.de offic.assessor.& per Inno
cen. in capitu. constitutus . de filiis præ
sbyte. & quod not. gloss.in l.ii.§ quod si
12 actor.de iura.calum. ¶ † Iudex est Dei
minister in terris.xv.q.i.nec.is. xxiii.quę
stione. v.non solum.vt igitur ipsius pro
deat de vultu Dei iudiciũ, qui est via,veri
tas,& vita.capit. vt nostrum.de appella.
& c.j.vt eccle.benefi. debet confirmare iu
diciũ suum cum veritate,& ipsam summo
opere ad lucem producere.ff. de probatio
nib.l. fin.& l.illicitas.§. veritas. ipsiusque
veritatis probationes ampliare, & eis fa
uere vt saluę sint.ff.de testibus.l.curetur.
& l.ne quid.de incen. rui.l.ii. de ĩterrog.
actio.cum sequen.l.quoniam.de hereti.q
si seruata legis litera repugnantis con-
scientiæ veritatem supplantet, animam
occidit & eius iudicium sordescit in con-
spectu iudicis, quia ab ipsis legibus dam-
natur quia verba legis non sunt calum-
nianda, sed qua mente dicta sunt consi-
deranda.l.exhibere.ff.de exhi. quia cum
agitur de bona fide nimia scrupulositas
iuris non est spectanda,quia per eam ple-
runque perniciose erratur.ff. de verbo-
rum obligationi. lege si seruum.§. sequi
tur.& ff. mandati lege si fideiussor.§.quæ
dam.de iniust. testam. lege posthu. circa
13 princi. Paul. in consilio. ccc.¶ † Factum
iudicis & testatoris æquiparantur.ff. de
pigno. actio.lege non mirum. de manu.
testamen.lege si ita fuerit. Bartolus in le
ge centesimis.§. finali de uerborum obli
gationibus.Vnde sicut præceptum testa
toris sine causa non valet, sic iudicis.le-
ge pater.§.Iulius.de legat.secundo. ¶Iu-
dici semper. debet constare & liquere id,
quod est causa suæ iurisdictionis exer-
cendæ scilicet quod sit prohibitum, quod
intenditur.ff.quib.ex caus. in pos.ea.lege
hæc autem. & quod Bart.not. in l.multũ
de conditio.& demon. de dãno infecto.l.
si finita.§.Iul.alias ꝙ agit non valet.not.
in l. ꝓperandũ.C.de iudi.& Paul.in cõsi.
clxxxj.Quando aliquid est notorium iu-
dici per instrumẽtũ, vel aliter põt actorẽ
repellere,& sibi suam audientiã denega-
re gl. & doct. in l.vbi pactũ. C.de transa-
ctio. & ff. de pact.l. si unus.§. pactus. &
Bar.in l.eũ qui ita.de verb.oblig.& Inno.
in c.consti. de filiis præsby. Nam calũnio
sis nõ debet iudex bonus aures accõmo-
dare.C.de fal.l.satis aperte.Paul.in conf.
lxv.¶Sicut iudex qui male iudicat facit li
tem suam, dato ꝙ sit in appellatione re-
nũtiatum,& punitur.l. si iudex. de variis
& extraordi. cog.l. si filius.§.i. de iudi.&
in l.appellatio. & Bar.in dicta disputatio
ne,sua a sententententia.ita arbiter. & arbi-
trator.l.pe.C. de pact. & doct. & glos. &
instit.de obli.ex quasi deli. in princi.vn-
de non possit peti reductio contra ipsum
laudũ talis arbitratoris sed agitur de do-
lo contra eum,per text.not.iu l.arbitrio.
§.de eo.ff.de dolo. Ideo per renuntiatio
nem reductionis non remittitur dolus ar
bitratori.imò punitur & illum remittit.
Paul.in consilio lxxj. Licet dicatur quod
ex fa-

ex facto in iudicio & coram iudice facto posset quæri absenti.ff. rem pupil.l. non quasi est verum quando iudex recipit pro absente, alias non sufficit actum fieri in præsentia iudicis, vt absenti quæratur vt patet.ff.de interrog.l.fin. & de cõfessis l.certe.§.si quis absente.& no.Cy.expressè,in authen sacramenta puberum.in x.
14 q.Paul.in consil.cxliiij.¶ † An si iudex si-
b bi stipulet acquirat partibus.[b] vide Guil. in l.si quis maior.C.de trãsactio. & quod quærat absenti tenet glo.in authen.matri.& auiæ.C.qñ mulier. & dixit Bald. in lege i.per quas personas. quod iudex stipulatur.& Petrus de Anch. in ca.i. de renun.quod illud quod geritur in præsentia iudicis aduersario non præsente, ꝙ præiudicat gerenti officium, si iudex ad hoc tendat vt suum officium impendat. per not. per Cyn. in authen. sacramenta pube.& Barto.in l. si pupillus.rem pu. & Bartol.in l.non aliter.de adop.& in l.i.§. exigere.de magi.conue.& Lud.in l.stipulatio ista.§. si stipuler.de verb.obligatio. Bald.in lege secunda in fin.vt in poss.leg. Barto.in l. si quis uxori.§. fugitiuum. de
15 furtis. ¶ † Iudex vel referendarius nullũ cogere potest ad pacta, vel transactiones fiendas cum aduersrijs,& si coacte hoc fecerint nullum eis præiudicium generatur in authẽ. vt liti.iurent..§.quia vero, vbi dicit Ange.quod transactiones, & cõpromissa facta inter partes cogente potestate sunt nulla. quod est verũ, nisi subsit timor armorum incontinenti, aut rixæ,per tex. in l.si cuius.§.de præteritis. ff.de vsufruct. quia potest cogere ipsos ꝑsuadendo, & præcisè cogendo secundum Andr.ibi & vide supra in verbo, concordia.¶ Iudicis imperitia, aut seueritas parti obesse nõ debet. l.q cũ maior.§.si eum quis libertum. de bo.lib. vers. si patroni filius crimen leuius deduxit, quod non veniret capitaliter puniendus. Si tamen iudex seueritate aut odio deductus cum capitaliter condemnauit non obest illi, quod actionem leuiter instituit. vt ibi, qui est textus singularis, qui facit pro clerico,quã ciuiliter crimen instituit, q. si iudex criminaliter cõdẽnauit, quòd non sit irregularis.& facit caput primũ, de homi. in vj. ¶ Iudex debet potius pro illo iudicare pro quo faciunt plures rationes.de decimis,cap.suggestum. in fin. de probatio.c. licet causam.& gloss.ordinar. cum concordantijs.xiij.dist.c.j.in gl.non intelligas. ¶ Iudex non debet proprijs auribus audire iniusta petentem. ff. de iur. dotium.l.si extraneus.§.i. vbi gloss. quod auribus audio ore loquor, sic os lucidius est,ꝙ no. ad materiã.l. obseruãdũ.
16 de officio præsid.¶ † An si iudex viderit personam delinquentem tanquam priuatus possit procedere ex visu secundum suam conscientiam ad delicti punitionẽ, posito quod probata sint contraria? vide in l.illicitas.§. veritas.de offic. præsid.& l.i.C.ut quę desunt.Bal.in l.ii.de sent.ex peric.& in cap.pastoralis.§.quia vero. de officio delega. & in c.primo de offi.ordi. iij.quæst.vii.iudicet.ii.quæst.i. Deus. vbi gloss.& per docto.in capitu.j.de re iudic. in vi.& latius Ioannes Andræas in titu. de allega.& disputa.ĩ additio.quæ incipit
17 in glos.argu.contra.† Iudicis committi-
c tur arbitrio quis sit pauper,[c] vel diues: l.si constante.sol.mat.sicut etiam quę dicatur dos magna, vel parua eius cõmittitur arbitrio.gloss.in authen.quod locũ. de colla.vel quę dicatur causa magna,uel parua.authen.nisi breuiores.& de sentẽ. ex periculo.Sicut etiã quis dicatur senex vt plene per Ioan. Andr. vt lite non contesta.quoniam. prout etiam quis dicatur iustus metus.extra ꝙ met. cau.c. cum dilectus. prout etiam, quis dicatur inimicus,de accusa.cũ oporteat, prout etiã,quæ dicatur persona miserabilis cap. significãtibus.de off.deleg.prout etiam quæ sit dãda dilatio.l.i.ff.de iure delibe. sicut etiam quod dicatur modicum tẽpus. in l. constanre.§.quos.solut.matr.& in l.i.§.quod autem. de superficie. ¶ Iudex ex officio repellere debet agentem sine actione &
d libellum ineptum. gloss.[d] in lege vbi pactum.C. de transact.& C. vt quæ desunt aduo.l.i.de offic. asse.l.i. de bo. quæ libe. leg.qui cum maior.§.fi. præsens.in gloss. C.de sacra.pac.l.sicut. extra de offic.vica. capitulo j. & quod ibi per Innocen. & quod Bald. dixit in rubri.C. de vindicta libe.& in rubr.de manu.& quod no.Inn. in c.quæ in ecclesiarum.de constit.& Bartol.in l.i.quod vi aut clam. Baldus in leg.

ex p̄dijs.de eui. Adeo quod ſi ſtatutum di
ceret, quod nil posſit exponi etiam ex of
ficio iudicis intelligitur quando aperte
imploraretur, non tamen autem ſi iudex
ex ſe ſuppleret, quia ſtatuta ſunt reducē
da ad ius commune.l.2.de noxa.l.fina. §.
in computatione.de iure delibe.l. Cæſar.
de publi.de conſue. c.cum dilectus. ¶ Vbi
iudex viderit aliquid nō eſſe faciendum,
vel actorem nulliter agere, tunc ex offi-
cio nemine petente, poteſt, ne actus ſint
eluſorij, repellere eum.glo.in c.j.verſi.de
abſentia.de ele.in 6. quam ſequitur Bal.
in l.exceptionem.de proba.Ange.in l.in-
ter quos.§.aliena. de dāno infecto.& hoc
probat gloſſ.in l.j de offic.aſſeſſo. & in l.j.
vt quæ deſunt.&.l.qui eum.§.ſi libertus.
verſi.calumnioſe.de bonis liberto.& in l.
vbi pactum.& videtur caſus in l.fin. in fi.
C.vt nemo priua. & in l. ſicut.de ſac.pa-
ga. Innocen.de iudi.c.examinata.& cap.i.
ad fin.de offic.vica. Specula. de primo de-
creto.§. ſequitur. verſicu.quid ſi conſtat.
& hoc habet locum etiam ſi reus non op
ponat, vel a ſtatuto non poſſet aliquā ex-
ceptionē opponere ex forma ſtatuti. per
not.eleganter per Innoc. in c. cum olim.
de cēſi.& ſequitur domi.Anto. de conſtí.
cum dilectus.& Bald.in rubric. de manu.
dicens quod ſi reo ex forma conſtitutio-
nis denegetur defenſionis copia iudex ex
proprio officio nulliter agentem ex offi-
cio repellit, & videtur pro hoc caſus.ff.de
petitione hereditatis.plane.& l.finali.eo-
18 dem titulo. † Iudex poteſt quando diu
fuit diſcordia inter partes cogere ad pacē
& concordiam faciendam.text.ſingu. xc.
diſtinctio.cap.placuit.dominus Antonius
plene in capitulo primo, de mutuis peti-
tionibus. Ludouicus in conſilio centeſi-
mo vigeſimoſexto. & vide ſupra in ver-
bo, compoſitio.& in verbo, concordia.
¶ Quando quis timet indebite aggrauari
poteſt officium iudicis implorare, vt ei a
quo timet iniūſte vexari inhibeatur. C.q
bonis cedere poſſunt. l.ſi pater.vbi caſus.
ff.de exceptionibus.l.fundi. Ludouicus in
conſilio ducenteſimo quadrageſimoquar
19 to. ¶ † Iudex qui reum nocentem abſol-
uit, proditor eſt. in authen. vt iudi.§. ſi
quis vero.in authenti. vt differen.in §. ſi
tamen inuenimus. ¶ Iudices debent eſſe
diligentes ad maleficia punienda, ita qđ
ad principem non crimina, ſed iudicia p-
ueniant.de officio pręfect.præto.l.ſi quos
quia iudicantium culpa, eſt quam not. In
noc.de accu.c.ſicut. ¶ Vbi verba legis refe
runtur ad iudicis officium eſt tunc a par
te poſtulandum. gl. ſingu. in l.ſi ſoror de
collatio.& Bartol.plene in l.i. de condict.
ex l. An iudex generalis poſsit cognoſce-
re de cauſa ſpecialiter vni iudici attribu-
ta, vide in capitu. ſtuduiſti.de officio de-
legati, & in l.i.de offic. pręfect. vrbis.in l.
fina. de iuriſdictiooe omnium iudicum:
& in l.conſulta diualia.& in l.3. C.de te-
ſtamen.& in l.quod in rerum.§. poſt. de
20 lega.j.& in verbo, iuriſdictio. ¶ † An iu-
dex ſecularis posſit cognoſcere de periu
rio, an quis inciderit in periurium, vel ſit
e periurus e, vide Ludoui. in l. Titia.ff. de
verborum obligationibus. ¶ Iudex poteſt
libellum ineptum lacerare ex officio pro
prio, etiam parte non petente, & etiā in
contumacia exiſtente. primum patet in
l.prima de officio aſſeſſorum. & in l. pri-
ma, vt quæ deſunt. & in l.vbi pactum.C.
de tranſactionibus.gloſſ. in l.qui cum ma
ior.§.libertū.de bonis liberto.& facit l. fi.
in fine.C.vt nemo priuatus. & ponit Spe
culat. in titulo de primo decreto.§.ſequi
tur.verſiculo quid ſi conſtat. & quod no.
Bartolus in l.4. §. hoc autem. de damno
infecto.Bald.in l.finali. C.de appellatio-
nibus. ¶ An ſi iudex impetrauit a princi-
pe abſolutionem, quod non teneatur ſta
re ad ſyndicatum, an teneatur ad extor-
ta, & ad ea quæ ſunt penes ipſum ex ad-
miniſtratione ſua? vide Angelum in con-
ſilio centeſimoſeptuageſimoſecundo, qđ
incipit, Circa primum. & Angelum in
conſilio centeſimo, incipiente, Teſtator
adultum.& in cōſilio centeſimooctuage-
ſimotertio vbi late.& in conſilio trecente
ſimo decimo quod incipit, Factum eſt ta-
le.vbi tenet contra Bartolum in leg. non
ſolum. de liberatione legata. & Pau-
lum de Caſtr. in conſil. trecenteſimo ſe-
ptuageſimonono, & Paulum in conſi.tre-
centeſimo quinquageſimoprimo. Ang. in
conſ.trecenteſimo trigeſimonono, quod
incipit, Teſtator adultum. & in dictis con
ſilijs.ſi tenetur hęres eius.& Paulus in cō
ſi.trecenteſimo ſexageſimonono, vbi an
hæredes

hæredes teneantur ad reliqua & a dolo extorto,& ibi similiter remissa negligentia vel dolus.& Angelus in consilio centesimo vigesimo tertio incipiente, viso dicto statuto. ¶ Iudex qui aliquid facit causa cognita non dicitur excedere modum. l.si pollidorum.ff.de infamibus. ¶ Iudex ex causa inueniendi maleficia potest facere aliquas experientias in persona inculpati. Bald.in l.vnum precibus.C.de infamibus.vbi iudex dedit aquam calidam,vt euomeret,fiscus quas comederat. ¶ Iudicis mens presumitur esse talis,qualis esse debet,ideo magis est inhærendum menti iudicis quam cortici verborum.Bald.in l. prima.C.de negotiis gest.facit quod not. Innocentius in fi. in capitu.petitio. extra de procuratoribus. Ideo dicit Baldus in dicta l. quod si iudex vtitur in sententia aliquo verbo, improprio intelligitur secundum subiectam materiam, vnde si dicat, facio talem tutorem legitimum,qui est agnatus,,licet lex faciat,tamen intelligitur, facio, id est declaro. vt ibi per Bal. iudex qui se intromittit de officio ad se non pertinente debet acriter puniri.l. si quis.C.de aquæ duductu.. Iudici ordinario existenti in quasi possessione iurisdictionis subditi nil opponere possunt. Innocen.in c.ex transmissa.de electio. ¶ Illa quæ iudicium contingunt non spectãt ad iudicem:nisi in iudicium deducantur. Iacob.But.in l.de die.ff.qui satisdare cogant.vt refert Bald.in l.si vnus.de pactis. ff. in §. pactus ne peteret. ideo inde non
21 tenebitur. † Iudex opportet quod sciat se esse iudicẽ ad hoc quòd valeat id qđ agit Bartol.in l. multum de conditionib. & demonstrationibus. ¶ Factum iudicis non debet derogare iuri partis de transactionibus.l.cum prætor. & l. j.§.j.de feri. ¶ Lex æquiparat factum iudicis,& dispositionem legalem.de manu.l.prima. Baldus in §.pœna grauior l. quid ergo.de infamibus. ¶ Quo ad substantiam iudicij iudex non est tertia persona,imo fundamẽtũ iudicij, ideo defectus iudicis magis annullat iudiciũ, quã defectus partis.Bald.per illum textum in l.si procurator.ff.de pro-
22 cura. ¶ † Vnde excommunicatio iudicis
f reddit processum nullum. [f] l. i.de iur. &
g fact. secus in excommunicatione partis. [g]
23 c.i.de except. libro vj.† Iudex debet determinare casus dubios per argumenta & rationes legũ. l.qui filium.§. fi.ad treb. de iure patronatus.lege diui.& potest procedere de similibus ad similia, neque legibus deroget. Nã assimilatio iudicis est pro veritate inter partes, inter quas est iudicatum.Bald.ibi.Contingentia in iudiciis sunt in iudicis potestate & illa potest causa cognita refrenare & moderare. C. de dila.l.siue pars.Et an præsumatur causæ cognitio interuenisse. no.Innocen. de
24 accu.ad peti.† Contingentia vero extra iudicium non sunt in potestate iudicis, vt sunt contractus antequã in iudicium deducantur. ideo præscriptiones non possunt per iudicem arctari.l.2. de constitu. pecu.Bal.in l.dedit.qui satisda. cogan. Iudicis male actum non præiudicat iuri partis producẽtis.de verbo.obligat. quæ extrinsecus.& de aur.& argent.legat.l. pediculis.§.libero.Bald.in l.testium.C.de te-
25 stib. ¶ † Authoritas iudicis non derogat authoritati iuris l.j.ff.de fer. secundũ Bal. quia non potest iudex procedere, nisi secundum quod ius dictat. Baldus. Iudex nõ potest se intromittere de eo quod est extra naturam rei præpositæ. l. non possumus. ff.si pars hære. pet. vbi Bald. dicit idem in arbitro, secus in arbitratore, qui potest inter partes transigere, de arbi.l.
26 si de meis. §. recepisse. Bald. † Non licet plus iudici quam legi.l.cui eorum. de postu. quia non est maioris potentiæ factum iudicis quàm factum legis, & sic tenuit pronuntiatio legis, quam facit ipso iure.l.tutelas. de capit. diminu.& non appellatur. gloss. in capitulo cupientes. §. si quis per xxx. de electio. in sexto, Bald. in dicta l.cui. Non debet præsumi quod iudex faciat iniustitiam. notatur in l.non cogendum. in §.primo de procura. quia non potest reuenire per sententiam iudicis non est considerandum.l. si eo tempore. de peculio. Bald.ibi. Nam non præsumitur quòd faciat iudex quid iniustum. l.secunda de offic.ciui.iudi. & in l. prima
27 de offic.præfect. ¶ † Iudex cui nil probatum est , nihil mandare potest. Innocen in capitulo solum.de sentent.excommunicatio. Bald.in capitulo primo quo tempore miles. ¶ Iudex non cogitur ad partis petitio-

petitionem id agere quod lex eius tribuit potestati. l. non quicquid. ff. de iudiciis. & ideo licet iudex possit post conclusum in causa partes pro rei veritate interrogare ex officio proprio non tamen cogitur ad partis instantiam. not. glo. in capit. cum ideo. de fide instrument. & in clem. sæpe. de verb. signifi. Etiam licet possit testes post publicationem repetere, vt dictũ eorum declarant, aut rationẽ causæ scientiæ addant. cap. cum clamor. de testi. non tamen ad hoc cogitur parte petẽte, secundum gloss. in authent. de testi. §. illud. Innocent. extra eo. ti. cap. per tuas. Etiã non potest ad partis instantiam cogi expectare contumacem. cap. consuluit. de offi. de lega. licet hoc possit de gratia. vt ibi. & sic si hos actus tributos suç potestati omittit non poterit puniri de negligentia nec appellari vt no. Specu. in titu. de offi. iudic. §. deseruit. versi. quid si iudex.

¶In iudice omittente in procedendo vel iudicando ordinem iudicij aut solennitatem dolus præsumitur. l. non quicquid. de iudi. item in notario omittente in instrumento clausulas & solennitates indictionem annum. & locum: quia punitur vt falsarius. l. iubemus. in fi. C. de testa.

¶Boni iudicis est controuersias dirimere per sententiam vel concordiam. l. i. §. post. de noui ope. argum. in l. æquissimũ. de vsufruct. & in l. quidam existimauerũt. ff. si cer. pet. cum si.

¶Iudex qui non potest soluere, non debet luere in corpus, nisi propter dolum ff. de iudi. l. si filius. & sic contra eum non fit executio propter inopiam. Bal. in rubric. de pœna iud. & vide in capit. iudex qui in syndica.

¶Iudex debet sequi formam legis, & ab illa non recedere. l. quæ sub condi. in stit. qa est minister legis, secundum Bal. ibi. ¶Dubium ex facto iudicis proueniens debet per ipsum declarari. l. si duas. ff. de excusa. tuto. quia eius est declarare, cuius est disponere. Vnde si iudex non vult declarare & eligere, non valet quod actum est, si est dubium. l. si cum duo. de in diem. adie. Bal. in l. si duo. de testa. tute. ¶Si iudex nõ vidit processum, nisi quando examinauit, licet sit probatum non dicitur sibi liquere glo. not. in l. si de meis. §. ex cõpromisso. de arbit. & ideo dicit Bar. in l. prolatã. C. de senten. quod si processus adhuc est penes magistrum actorum, & iudex pronuntiauit, dicitur pronuntiasse sine causę cognitione, vbi idem tenet Angel. qd̃ not. Barto. & Bald. in l. prolatam. C. de sententi. & Bald. in l. 2. C. de eden. vbi late.

28 ¶ †Iudex debet modis omnibus prouidere ne ex alieno facto causam alicuius faciat deteriorem. l. i. in princip. de alien. iudi. & l. nõ debet. de regul. iur. & l. vt pfectius. de annali excep. & l. i. si quis aliũ. testa. secundum gloss. in dicta l. i. de alie.

29 iud. † Iudex debet tueri factum suum & ipsum executioni mandare. l. sed & si qs ff. de relig. & cõcor. de re iud. l. a diuo Pio. §. si post.

¶Vbi aliquid fit causa cognita, & corã iudice ibi præsumitur omnis fraus cessare. l. j. de prædi. cur. lib. x.

30 ¶ Iudex † ex causa potest suam audientiam denegare. l. iusiurandum. §. ait prætor. de iureiurand. & vide omnes casus, in quibus iudex potest suam audientiam denegare. in cap. in nomine domini. 18. distinctio. ¶Iudex non debet absoluere condemnatum, nec cõdemnare absoluendũ, vt nõ delinquat ĩ partẽ alterã. l. i. C. de custo. reo. & argu. de pęnis. l. decurionum. de religio. l. sed & si quis. §. interdũ. l. ius alimentorum. l. vbi pupillus. Bal. in repet. l. 2. de iureiu. ¶Iudex nõ debet audire agentem sine actione. de admini. tuto. l. quoties. §. itẽ. & l. i. & 2. ne quis vel a regia. & in

31 l. vbi pactũ. C. de transactio. ¶†Iudex debet prohibere vim fieri. l. non est verisimile. ff. quod metus cau. & ideo dixit Bal. qd̃ iudex potest adiri pro violentia futura, vt eã prohibeat inferri. facit l. fina. de offic. procu. Cæsa. & de vsufruct. l. æquissimum. & Inno. extra de proba. c. in pręsentia. & de offic. præsid. l. illicitas. §. veritas.

32 ¶† Quicquid per l. in incerto dimititur, iudici committi videtur. l. i. ff. de iure delibe. vbi Bal. dixit Aristo. hoc dicere primo Ethico. Verisimile est, & a iure pſumitur, quod veritate subiecta iudici fiat per eum ꝙ est iuris. l. i. vbi pupillus. & facit extra de rescr. super literis. & l. tutor si petitus.

33 de tut. & cura. da. ab his. ſm Bal. ibi. ¶† Iudex ex causa potest reuocare decretum suum. l. 2. ff. vbi pupillus, secundum Bald. & l. iudex.

& l.iudex.de re iudic. ¶ Iudex non debet
inter partes sine causæ cognitione decer
nere ne in alterutram partem delinquat.
Baldus in d. l. secunda. ¶ Officialis debet
prohibere vim fieri itinerantibus, & de-
bet eis pręstare saluum cōductum. l. qui-
bus diebus. de conditio. & demonstratio.
secundum Bald. vbi glos. dixit, quod pe-
titur vis amoueri agendo iniuriarum, vel
denegatoria, quod Bald. non credit verũ
denegatoria, tamen dicit quod habet lo-
cum officium iudicis. l. denuntiamus. C.
de his qui ad eccle. & not. Guliel. in l. illi-
citas. §. ne potentiores. de off. pręsi. secun
dum Bald. de iudi. l. quibus.

¶ Dicitur stare per iudicem quando non
proceditur in causa ad id quod oportet,
secundum quod debet procedi. ff. ex qui-
bus. caus. maior. l. sed & si per prætorem
in § ait prætor. secus si procedendo suam
iurisdictionem denegat causa cognita. pu
ta ob contumaciam vel lapsum termini,
quia tunc non datur ob hoc restitutio. d.
34 l. ij. vbi pupillus. ¶ † Iudex non dicitur
posse, nisi de iure potest glo. in l. prima.
C. quomodo & quando. vnde si cum di-
cat, admitto positiones si & in quantum,
intelligitur de iure non de absoluta pote
state iudicis, per quàm potest iniuriam
facere. ff. de condi. & demonst. l. si non
forent. § hæredi. Bal. in dict. l. j.
35 ¶ † Iudex omnia debet facere per regu-
las iuris scilicet per leges & constitutio-
nes, alias punitur. nec eum excusat præ-
tensa conscientia, quia iniuriam facit legi
bus, qui vult se melior videri, quàm ipsæ
leges. in authent. de indi. §. oportet. & in
eius mente debent esse duo sales. capitul.
cum æterni. de iudi. ita Bal. in l. ij. C. quo
modo & quando iudex.

¶ An si iudex viderit cōmitētem delictũ,
& falsi testes dicant contrarium, an de-
beat iudicare secundũ conscientiam. Bal.
in d. l. ij. dixit qđ non est semp in medi-
co, vt releuetur ęger c. tua nos. de homi.
ideo debet iudicare secundũ allegata &
probata. Consului tamen vt in sententia
primo ponat nomen appellatiuum, vt
nos iudex talis, quia præponendo no-
mē appellatiuum iudicat aliquid consciē
tiæ suæ ab officio coactæ. de quo vide
supra latius. vbi tractat si iudex debet se-
cundum conscientiam iudicare. ¶ Licet
aliquid non sit à iudice petitum. si tamen
illud est de natura petitorum, iudex illud
potest, vt quia mandat, quòd pignora rei
dentur fideiussori qui cogetur soluere,
quia sunt correlatiua, vnde iudex rectè
agit, quòd hæc causa desiderat. argumen.
l. quisquis. de postu. ita Bald. in l. cui eorũ
C. de sentent.

¶ Si iudex arctatur ad aliquid faciendum
quod de iure non potest facere, debet de
i facto & i excusatur. l. mulier. §. final. de cō
dit. instit. l. quidam. §. fina. aliàs non de-
bet facere quod est prohibitum, quia iu-
rat iustitiam facere, quod iuramentum ex
quo obligat de iure diuino quòd poten-
tius est quàm humanum. Bal. in. l. j. C. si à
non compet. iudic. Iudex qui de crimine
cognoscit, etiã cognoscit de restōne verũ ci-
uiliter, qñ non pōt seorsum examinari. ff.
finium regun. l. iij. §. si dicatur. & hoc quã
do ciuilis est incidens, secus si sit extraor
dinaria. l. meminerint. extra de ordi. ci-
ui. Baldus in l. j. C. si à non compet. iudi.
¶ Si iudex tenetur venire ad banchũ cer-
tis diebus, & horis debet hoc scribi face-
re die qualibet in actis ab vno notario ꝙ
interfuit. Barto. in l. j. C. de statu. & ima-
gi. & hoc seruatur in camera summariæ.
si tamen aliquo casu venire nō potuerit
in die. statuto. vide Bald. in l. item illa. de
constitut. pecu. & Barto. in l. j. de variis &
extraor. cog. Et si potestas ex forma sta-
tuti debet tenere certũ numerũ familia-
riũ qualiter probetur tenuisse? vide Bar-
tol. ff. de conditio. & demonst. leg. si quis
ita. ¶ Si aliquis habeat instrumentum cō
tra suũ debitorem qui sibi obligauerat
omnia bona sua cum potestte capiendi
autoritate propria possessionem bono-
rum debitoris sine iussu iudicis, & sine
decreti interpositione. Iste adit iudicem
extraiudicialiter, & ostendit instrumen-
tum & petit sibi dari per iudicem posses-
sionem vel tenutam bonorum debitoris
36 † Iudex viso instrumento dat sibi tenu-
tam bonorum debitoris parte non cita-
ta, an talis tenuta valeat. & sic iudex non
teneatur parti. Iaco. Butr. in l. nec quic-
quàm. in §. vbi decretũ. de offi. proconsul.
tenet quòd sic, per gloss. institu. de liber.
§. in multis. Bald. autem ibi dixit quòd
illa

illa licentia non est prætoria, cum non
emanet in forma prętoriæ, cum pars non
sit citata C. vnde vi. l. meminerint. & hoc
casu iudex erit potius merus executor,
quā iudex. per nota. per eundem Bal. in l.
tale pactum. §. qui prouocauit. de pact.
¶ Ideo si quis missum per iudicem talem
non admittat, non tenebitur ex se edicto
ne vis fiat ei. quia licet habeat pignus con
uentionale, non habebit prætorium, nisi
suo ordine. C. de pac. l. si pacto quo pœnā.
de iudi. l. ii §. debitori. de libe. leg l. si fun-
dus. secundum Bal. in d. §. vbi decretum.
licet alii ibi dicant, quod per pactum tol-
37 litur causæ cognitio in instrumento, & sic
iudici constat, † & potest proferre inter-
locutoriam sine curatione, per textum in
l. qui ratiario. de pignora. actione. quia
instrumenta habentia executionem pa-
ratam possunt exequi sine citatione. per
glos. in §. in multis. & quod not. Bartolus
in l. iii. in fine. C. de pignor. Tamen puto,
quod propter tale pactum iudex non te-
neatur si dedit tenutam parte non cita-
ta, & ex abrupto, quia prætor tuetur pa-
cta ff. de pactis. l. i. & l. prætor. & cap. i. de
pact. cum similibus. ¶ Iudex qui præstat
authoritatem actui ipso iure nullo, non
tenetur ad interesse. Bal. in l. i. in princip.
de tutel. & ratio. distrahen. & vide in ver-
bo, lis sua. in c. quęro. de quæstione facti.
¶ Iudices debent iniustitias remouere,
præsumptiones abscindere, laborantibus
succurrere, opprobriis locum non præ-
bere, & ei qui calumniam vel opprobriū
patitur adiutorium ferre. l. i. C. de num.
& 3. quæstione. i. Deus. debent etiam tue-
ri subiectos, nec illatas illis iniurias mul-
tas permittere. l. ii. in fi. de lucr. aduocato.
quia scelestorum crassatus iniquitas si
transit impunè eorum præsumptio: nam
rigide in eos est exercenda iudicialis au-
thoritas, ne amplius crescat spes eis talia
committendi, xxiii. quęstione quinta. re-
legantes. & extra de priuileg. cap. cum &
plantare. & quia à delinquendo per pœ-
narum impositionem repellūtur in pro-
38 œmio. fforum. §. hæc autem tria. & l. i. de
superexa & l. ii. de naui. non excusa. † Pę
na quippe sapientem facit, quem culpa
ostendit insipientem. 38. dist. quia ea. &
de off. præsid. l. congruit. & in auth. de ar-
mis. post prin & per indulgentiam datur iterata occasio iterata flagitia committendi. 50. distinct. de his. de coarta. l. si apparitor. in fi. ¶ De iudicis potestate, vide in verbo, concordia. & in verbo, contumacia. in c. i. & in cap. an iudex propter contumaciam. vbi latè.

a ¶ *In re propria.*] *Adde domin. Abba in capi. de cætero de iudi per gloss in d l meminerint. allegat hic per Paridem. & per Felyn in d c. de cætero in iiij colum circa prin in uersicu in quantum concludit.*

b *Partibus.*] *Vide eundem Paridem supra in uersic fideiussor officialium. & adde hoc quod ibi dixi in apostill*

c *Pauper*] *Facit dictum Bal in auth præterea. C. vnde uir & uxor ubi dicit quòd pauperes virgines quibus est relictum pro dote declarati arbitrio executoris testamenti tanquam boni viri, qui si male arbitretur, ad iudicem recurritur.*

d ¶ *Gloss*] *Ad cuius glo. intellectum vide Fely. in c. ad aures in fine princip in uersicu stantibus illis. de præscript et adde quod ibi per eum habetur. in fine.*

e ¶ *Periurus*] *Vide Fel in c ij de sponsal x col. in uersic quarto limita.*

f ¶ *Nullum.*] *Fallit si excommunicatus est iudex & occultus: ut per Felinum in capitu Rodulphus de rescript in uersicu licet declaratoria in fine & uide eundem in capitu ad probandum de re iudicata. & an & quando & per quæ crimina repellantur. vide per eum in capitu sciscitatus in fine de rescript & ibi in iij col post med vide de iudice patiente occultum impedimentum.*

g ¶ *Partis*] *Nunquid autem processus factus cum excommunicato antequàm excipiatur ualeat: vide Felinum in capitu. exceptionem. de exceptio col. xiiij in uersic item inquantum. sed quid si sententia esset lata pro actore excommunicato, quem iudex sciebat esse excommunicatum: tamen non repulit. vide per eundem ibi in 6 col in fine in uersicu quid autem si iudex. vbi refert opinionem suam in Rota contra alios dominos auditores.*

h ¶ *Iudicare*] *Et ibi uide quæ dixi in apostill. & an et quando conscientia omissa pronunciat secundum acta & probata. vide Fely in c pastoralis § quia uero in medio ij colum. de officio delegati.*

8 ¶ De facto.] *Quando autem iudex poßit de facto supplere. vide Angelum in l. fina. si pars hereditatis petatur & in l. si pars. de inofficio so testamen & Ioan. de Imola in l. eum qui in §. qui ita de verborum obligationibus & dom. Alexand. de Imola in l. iij. § hoc autem. de damno infect. do. Fran. de Aret. in l. Pomponius § si iussu in fi. & de acqui. poß.*

SVMMARIVM.

1 *Quando in actis reperitur scriptum quòd talis composuit se cum curia nolens cum ea litigare pro decem pro tali delicto videtur per uiam transactionis hoc fecisse.*

2 *Sententia lata contra absentem cum allegatione dolosa est nulla.*

3 *Solutum vigore sententiæ iniustæ poterit repeti per actionem in factum.*

4 *Error expressus si sit in sñia non ualidabitur per aliquem consensum, uel approbationē.*

5 *Iudex licet recte decidat causam nō uisis actis tamen non tenebit.*

6 *Sententia unde dicatur.*

7 *Iudex qui iudicauit per imperitiam, tenetur in quantum bono uiro uidebitur.*

8 *Iudex legum imperitus debet formare sententiam secundum consilium periti.*

6 *Iudex an puniatur de culpa leuißima.*

10 *Iudex qui male iudicauit, in dubio præsumitur per imperitiam iudicasse.*

11 *Iudex an excusetur propter diuersitatem opinionum. & nu. 14.*

12 *Iudex qui in syndicatu non potest soluere condemnationem, debet puniri pœna corporali.*

13 *Iudex male iudicans qualiter teneatur.*

Iudex malè iudicans.

CAP. I.



E iudice malè iudicante vide infra, in verbo, lis sña. & in verbo, corruptio, & in verbo, iudex. & in verbo, iudicare. ¶ Si officialis aliquid exigat de facto, & detur thesaurario domini vel communis, illud debet restitui per dominum, vel commune quando exegit de facto, & sic executiue exigēdo, secus si pcesśit sñia condemnatoria officialis, licet iniusta, quia tunc à communi non potest repeti condictione indebi. l. i. C. de condict. indebi. & l. si sine. §. si procura. per iudicem rem ratam haberi. & l. cum putarem. familiæ erciscun. Bar. sing. in l. non vtique. §. grauis. de administra. rerum ad ciuitatem pertinen. ideo tunc officialis male pronuntians tenetur, secundum Bartolum ibi. Tamē an in subsidiū posśit repeti cōdictione indebiti, vel alio remedio a cōmuni uel a domino? vide in dict. l. i. & in l. Iul. verū debitorē. de cōdiction. indebi. & in l. si prætor. §. Marcellus. de iudic. Sed dominus Cataldinus dedit cautelam, ꝙ in apodixis quas faciunt domini de istis solutionibus dicatur quòd soluit talem quantitatem scienter & spōte, quia tunc si indebite soluit, non repetit a iudice neque a domino p
1 l. i. de condictio. inde. † Et adde quia vbi in actis reperitur scriptum quod talis cōposuit se cum curia nolens cum ea litigare pro decem pro tali delicto, videtur per viam transactionis hoc fecisse. per not. in l. transigere. C. de transactio. & non repetit. nec propter hoc uideretur cōfessus maleficium. per l. quoniam. de infami. iō facias eum confiteri delictum tempore compositionis, vel quod det petitionem. quod vult se componere cum curia sponte & non litigare. Tamen supradicta cautela domi. Cataldini licet sit bona, tamē non est generalis, quia exactus indebite nunquam offendet apodixam contra se facientem ad finem, vt posset habere regressum cōtra iudicem, nisi esset in actis registrata. uel esset compositio in processo scripta. vt supra diximus ubi de cōpositione scrip. Tamen quæstio Barto. loquitur de condemnato indebite per sententiam ad certum, quid qui nō appellauit, quia non poterit repetere a domino cui condemnatio fuit soluta & appellata per condictionem indebiti. per iura Bar. quia sententia facit debitum propter eius authoritatem, per dictam l. i. de condictione indebiti. & in l. cum putarem. familiæ erciscundæ. & per l. fideiussor §. in omnibus ff. mandati. ¶ Attamen ego darem aliam cautelam iudici qui comendauit, & qui in hoc casu in syndicatu impetitur, quod dicat condemnato danti petitionem contra ipsum iudicem. dirigas actiones & remedia tua contra dominum ad quem pecunia in cōdemnatione

ne deducta peruenit meis sumptibus, & periculo meo, & audietur, & interim ab instantia absoluetur, per tex. iuncta gl. in l. inde quæritur. ff. commodati. vbi Bar. dixit hoc esse verũ in duobus reis, ꝙ vnus eorum conuentus potest dicere cõuenias correum meum ad quem tota pecunia ꝑuenit meo periculo, & debet audiri. Et idem Bart. dixit in pluribus curatoribus in l. j. §. si tres. ff. de curatore bonis dãdo, dicens, quod curator qui non gessit, potest petere quod gerens prius conueniatur suo periculo. qui idem dicit ĩ materia duorum reorum. in l. duobus. in versi. vij. ff. de duo. reis. Et quod condemnatus iniustè possit agere contra dominum ciuitatis, ad quem condemnatio peruenit. patet, quia licet iura ibi per Bar. allegata, dicant, quod solutum vigore sententiæ iniustæ non possit repeti condictione indebiti per supradictam rationem, quia ipse Bar. dixit in d. l. j. in fi. C. de cõd. indeb. ꝙ licet non possit repeti condictione indebiti, tamen si sit aliqua actio ex qua posset veniri contra sententiam, vel quando esset causa in sententia, quæ non esset vera, quod dabitur repetitio per l. in cõmodato. in fi. & l. fullo. ff. de condi. sine cau. & in l. & si sine. vbi etiam Ang. ff. rem rat. habe. & etiam posset esse remedium, quãdo ipsa sententia fuisset prolata per dolosam inductionem aduersarij, quia tunc etiam post sententiam de iniquitate cognoscetur saltem opere restitutionis in integrum, secundum Bal. referendo Bart. d. l. j. de cond. indeb. qui dixit quod conceditur restitutio ratione falsitatis partis aduersæ, non ratione temeritatis, partis quæ debuit appellare, vel facilitatis iudicis, qui etiam alleg. gloss. in l. seruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Trebel. qui dicit, ꝙ quando sententia est gratiosa vel temeraria euidenter semper datur restitutio in integrum. & l. j. de condi. indebi. loquitur in sententia bene lata & non per dolum, vel latam culpam, quę æquiparatur dolo.
2 † Nam sententia lata contra absentem cum allegatione dolosa est nulla. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudiciis. vbi autem interuenit dolus aduersarii in allegatione falsæ causæ sententia valet, sed restituitur. l. diuus. de re iudic. & dixit Ange. in d. §. Marcellus. quod quando causa est falsa sine allegatione dolosa requiritur appellõ, vel restitutio. c. dilecta. de rescr.
a & cõcũ Bertol. a de re iud. & gl. ĩ d. l. si is ad quem. de re iudic. tenet ibi Dy. Sed Bart. quem Bald. refert in d. l. i. de cond. indeb. dixit quod si victo potest imputari ĩsciẽtia vel negligentia, quia non vidit acta: & ideo fuit negligens ĩ appellãdo. & multo fortius si vidit, & sibi de iniustitia patuit, & non appellauit: quia tunc non potest restitui, quia secundum eum ista restitutio datur ex clausula generali, ex qua non iuuatur. ff. ex quib. cau. maio. l. non enim. & facit quod not. in l. i. §. i. ff. quod quisq; iur. in glo. quam approbat Cyn. in l. fin. ff. ee in integ. restitu. Et regitutio competit ex generali clausula ex alia prætoris æqtate, videlicet, ne fiant illicitæ extorsiones, per l. illicitas, in prin. de off. pręsid. qđ est satis not. verbum, secundum Bal. in d. l. i. de condi. indeb. quod erit optimũ re-
3 medium, qui plus dixit, quod † solutũ vigore sententiæ iniustæ poterit repeti per actionem in factum, vbi esset dolus, dicẽs in hoc casu remedium, vbi etiam dixit, qualiter succurratur condemnato, qui deinde reperit instrumentum solutionis ac etiam in eo dabitur officium iudicis. arg. l. plane. in fi. de peti. hæredi. & per no. per Barto. in l. i. quod vi aut clam. & quæ scribit Ange. post Bart, in l. & si sine. ff. rẽ ratam habe. & latè Paul. in consi. 321. vbi tenet glo. in l. fideiussor. §. in omnibus. ff. mandati. quæ dicit exactum vigore sñię inique repetitur per condictionem sine causa quæ communiter impugnatur, nisi in casu quando causa ex qua solutũ fuit, reducitur ad non causam, & etiam alleg. Bal. in l. sub prætextu. C. de transact. Dabitur etiam aliud remedium condemnato vigore sententiæ iniustæ, quod si ipsa sententia esset lata ex falsa causa, puta, quia iudex dixit sententiam, quia per tales testes est probatũ, vt apparet ex actis, ideo Titium condemno, & ex actis appareret testes non probare, licet Innocen. variauerit in c. quoniam contra. de prob. ad fin. tenuerat, quod sententia valeat. tñ Bar. in l. si is apud quem. de acquir. hær. tenet contrarium, quod non valeat. & in l. i. de manu. & in l. probatum. videtur te-

nere

nere cum Innocen. & tenet Imol. in l. si is ad quem. quia lata cōtra ius litigatoris nisi tale ius sit notorium, quod notoriū ex actis resultat secundum Innocen. in c. ex insinuatione de app. tamen ipse Inn. in c. cum Bertholdus. de re iudica. se correxit. & dictum Inno. in d. cap. quoniam contra. procedat dummodo non constet de manifesto errore calculi. & tenet Ant. de Bur. in c. in præsentia. de prob. quod dicit etiam procedere quando index diceret, non reperio probatum, ideo absoluo. nam licet ex actis appareat intentio actoris probata, tamen iudex posset moueri aliter ex alia causa, secundum gloss. in l. quoties. §. qui dolo. de proba. quia fides
b testium iudicis consistit arbitrio.[b] l. iii. §. tu magis. de testi. secundum Lud. in d. l. is ad quem. & Imo. in c. cum Bertholdus. de re iudic. & examināt Bar. bal. & Ang. in l. i. de error. cal. & Bal. in l. ii. de re iudi. & Imol. in l. diuus. eo. tit. ff. & communis opin. est, quod si iudex expresse se refert ad acta ex quibus appareat de errore iudicis, quod non valebit sententia. arg. l. si expressum. de app. & l. ii. C. quan. prouo. & Bar. in l. prolatam. de sen. secus si iudex expresse ad acta se non retulit, quia forte ex alia causa se mouerat non apparente ex actis, secundum Imol. in c. in præsen
c tia. de renun. & Abb. in c. inter cęteras.[c] de re re iudic. Adeo quod singulariter dixit Bald. in l. error. in fi. & in l. i. de iurif.
4 om. iudic. quod † si in sententia sit error expressus, non validabitur per aliquem consensum, vel approbationem, & non valebit vt sententia, nec alio modo, nec tūc habebit locum l. ii. commu. vtriusq. iudic. etiam si lata sit secunda sententia, quæ se referat ad primam, quia est secundus error in secunda. Bald. in l. i. C. de senten. quæ sine cer. quantit. & Bar. in d. l. i. de error. cal. & ideo si iudex diceret in sentētia, quia actor ita & taliter fundauit intentionem suam per testes, & probōnes suas in actis deductas, quod sufficit ad victoriā causæ, & testes nihil deponerent, vel de extra intentionem eius, quod sententia erit nulla. secus si simpliciter dicat, quod constat talem esse debitorem, vel bona petita esse petentis, &c. quia hic non esset error expressus, licet sententia sit iniusta, etiam quando esset sententia lata pro aliquo manifestè actionem non habente, & hoc fuit oppositum per reum, tunc sententia erit nulla. de nego. gest. l. si pupilli. §. videamus. ff. de adm n. tut. l. quoties. §. idem ait. Secus si manifestum hoc non erat, nec per reum oppositum, quia tunc sententia valida est. famil. ercisc. l. cum putarem ff. mandati. l. si fideiussor. §. in omnibus de re iudic. c. Abbate sanè. §. cęterū. in vi. & ita Barto. declarat in l. si Titius. de verbo. obli. quem refert & sequitur Lud.
5 in consi. 378. Quinimo, † etiam si iudex causam ipsam recte decidat nō visis actis nec coram eo productis non tenebit. Bar. in l. ii. C. de edendo. & quod ipse not. in l. multum. C. de cond. & demon. Bald. in l. falsus. C. de fur. & in l. generaliter. §. his. C. de reb. credi. Inno. de off. deleg. c. cum olim. & Inno. in c. cum Bertholdus. de re iudic. Bal. in l. prolatam. C. de sen. Bal. in l. ab eo. C. quomo. & quan. & facit. ff. qui. ex cau. in pos. ea. l. hoc autem. §. in verbo, constare, liquere, quæ sunt vera, nisi iura partium essent notoria iudici, & hoc constet. l. sed si per prætorem. §. quoties. ff. famil. ercisc. secundum Bal. in consil. 229. quod incip. Dominantibus magnificis. & Bartolus in lege secunda. de edendo. & Bal. in l. ab eo. C. quomo. & quand. iud. & Barto. & Ludo. in l. sed si de sua. de acqui.
6 hæredi. † Ideo autem dicitur sententia, quia iudex debet iudicare secundum ea quæ sentit. c. forus. de verbor. signifi. & in l. sicuti. §. si quæratur. ff. si serui. vendi. & videtur glos. in clem. i. de sequestr. posses. Posset etiam venire contra ipsam sententiam iniustam per viam nullitatis & introducta nullitate si appareat nullitas. seu notoria iniquitas ex actis reddetur sententia ipsa nulla tanquā notorie iniqua ex nullitate apparente cum ex actis causetur notorietas. secundum Inno. in c. cum Bertholdus. de re iudic. Et si apparebit sententiam ipsam fuisse prolatam sine probationibus, saltem veniet officio iudicis retractanda cum ex actis apparet. glo. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. & faciunt no. in l. iiii. §. condemnatum. de re iudica. eod. tit. si cum nulla. Vel quādo de nullitate appareret propter non seruata substantialia iudicii, vel ex alia causa.
arg.

arg.l.i.§.eum.ff.quæ sent. sine appellatio. rescin. & l.j.C.quand.prouoc. non lic.& in d. l. si is ad quem. de acquirenda hæreditate. cum ibi notat. ¶ Et sic poterit iudex qui impetitur se iuuare faciendo, quod condemnatus agat contra dominũ ad quem pecunia peruenit, tamen si iudex soluat, an posſit repetere à domino si eius sententia fuit iniqua, pendet ex no. in l.mancipia.de ser.fugiti.quæ vide, infra in verbo, lis sua in c.iudici litis æstimationem soluenti. vide ibi si iudex non sit soluendo si detur restitutio in integrum condemnato.& vide in verbo, lis sua.in c.
7 sicut iudex male. ¶† Iudex qui iudicauit p imperitiã tenetur inquãtum bono viro videbitur æquum, scilicet inquantum fa-
d cere potest. d gl.in l.si iudex.de uarijs & extraor.cog.Bald.in titul.de pace iuram. firman.§.iudices.in princip. vbi dicit,qđ si iudicauit per imperitiam de quæstione vnius principatus, non soluet sibi impossibile.argumen. de stat. liber. l.cum hæres.de iudi.l.si filius.Licèt in contrarium faciat.§.in eum.de dam.infect. Sed ibi est lata culpa seu dolus præsumptus iuri scripto non parere ff.quod quisq.iur. l.ii. cũ debeat iura scire.l.i.qui & aduer.quos.
8 ¶ † Et si est legum imperitus debet formare sententiam iuxta consilium periti. Innocent.in capitul.si pro debilitate. de offic.delegat.& de asseſſ.l. j. alias tenetur ad intereſſe damni, non lucri, vt verbum sonat & interdum potest videri æquum, quòd non punitur.institut.de obligat. ex
9 quasi malefic.in princip. ¶† Et fortè iudex non punitur de culpa leuisſima sicut nec arbiter. l. si quis in conscribendo. de pact.nec tabellio. C.de magistratibus cõueniẽdis.l.fin.nec tutor. l. fin.de negotijs gestis. quia necessitas officij excusat. l. quicquid.C.arbitr.tutel.¶ Et si iudex est in dolo punitur ad intereſſe partis,& vltra si iudici videbitur.& istud vltra intelligit Iac.de Bel.qđ teneatur de actione iniuriarum.arg.qui satis.cog.l.si vero.§ qui pro rei.facit de excusa.tut.l.seueriter.Bal. in d.§.iudices. vbi dixit, quod iudices nõ tenẽtur pœna talionis, sed pecuniaria.vide Spec.in tit.de execu.sentẽt.§.si iudex.
10 vbi Bal. in additio.allegat Bart. ¶† Iudex qui male iudicauit in dubio præsumitur per ignorantiam iudicaſſe.ad Treb. l.seruo inuito.§.cum prætor. nisi qualitas facti nulla posſit paliatione velari de iudic. l.si filius.§.iudex.Bald.in d.§ proficisci.vide in verbo,appellatio.in ca. ex sententia
11 contraria lata. ¶† An iudex excusetur ꝑ pter diuersitatem opinionum. dicit Bald. quòd hoc habent arbitrari syndicatores, quia leuis & incolorata opinio non excusat, sed grauis & põderosa. sic insti.de obli. quæ ex quasi delict. nascunt. in gloſſ. & quod not.in capitul.ne innitaris. de constitutiou.per Innocent.Bal. in § proficisci.& idem in l.mancipia.de ser.fugit.¶ Iudex qui aliquem de facto suspendit tenetur parti similitudine supplicii. per titul. quod quisque iur. Bal. in rubric.de pœn. iudic.& etiam teneturad intereſſe, vide in verbo, iudex banniens. ¶ Potestas qui fecit cum suo iudice, quod malã sententiã proferat, tenetur. leg.Iul.de vi publica.vide supra in verbo,appellatio.in capitu.iudex qui nõ admittit. Iudices maiores maiori pœna digni sunt.dict.§.iudices.vnde qui a principe recipiunt maiores dignitates maiori pœna digni sunt, si in officio de
12 linquant.Baldus ibi. ¶† Iudex qui in syndicatu non potest soluere condemnationem, debet puniri pęna corporali.dicto §. sed de consuetudine est, quod carceretur, donec soluat.Baldus in d. §. iudices. Tamen in princip.dicit, quod non tenetur nisi in quantum facere potest, sed idem Bal.in rubrica de pœn.iudi. qui male iudica.dixit,quod non luit in corpus, nisi pp dolũ iudicauerit. per l.si filius.ff.de iudic. & sic temperat.Tamen de iure constitutionum aliter est prouisum, vt in constitution.i.& 2.de pœn.iudic.qui male iudica. & vide infra in verbo, filiusfamilias in c. filiusfamilias, & in cap.iudex qui est filiusfamilias. ¶ An iudex qui fuit condemnatus in syndicatu in decem pro eo, qđ absoluit debitorem ab illis decem quem debuit cõdemnare liberet debitorem, ve posſit repetere ab eo? Dic quod non, vt not.in l.mancipia.C.de seruis fugiti. Et hoc quando facit litem suam ex iniqua sñia, secus in exactore simplici qui facit litem suã.ex negligẽtia meræ executionis. C.de exactorib.tributo.l.misſi opinatores.libro 10.Bald.in d. §.iudices.& infra in capitul·

in capitul. iudici litis æstimationem . i ver bo, lis sua. ¶ Licet ex forma statuti stari debeat sententiæ officialis, tamen si pars sit læsa, potest habere recursum contra officialem. not. in l. si quis in conscribendo. de pact. & in l. ab executione. in fin. quo-
13 modo appellan. ¶ † Si iudex male iudi-
c cat qualiter teneatur? c Dic quod insolidum, si cum dolo. l. mancipia. de ser. fugi. Et idem si absque sententia damnum infert. ff. de pericu. & commo. l. lectos. cum se. nisi id ex causa faciebat. ff. quod me. ca. l. ii. commun. diui. l. is cum quo. ff. de pig. act. l. fin. Si uero credit se iuste facere, qui facit ex suo capite tenetur. l. ii. quod quis.
14 iur. & l. si iudex. de var. cognitio. † Si vero ad id inducitur propter diuersitatem opi. si passus est dubius parcitur & minus punitur. instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nascunt. in princip. ut non teneatur, nisi ad purum dānum partis, nō ad aliud interesse. ¶ Si uero motus est propter cōsilium sapientis quem ipse elegit teneatur, qa mala electio est in culpa. Secus si partes elegerūt. vt no. in l. si cōuenerit. ff. de re iudicata. p Bar. & in c. si propter. de offic. deleg. per Innoc. & Ioan. Andr. in l. in. ff. q quisq. iur. Bal. in l. mancipia. de seruis fugitiuis. in Specu. de execut. senten. in §. si iudex vbi dixit, q si secutus est cōsiliū vnius sapiētis male cōsulētis, quod tenet, qa nō debuit sequi authoritaté illius cōtra ius, scd'm Bal. ibi i additio. ¶ An iudex q in alicuius fauorē nulliter pnūtiauit teneatur parti ad dāna, & ad expēsas? vide in verbo, cōsiliū. in c. dicitur in literis iustitiariorū. & infra in verbo, sententia. in duobus capitulis.

a ¶ In c cum Bertholdus] Vide ibi Feli in vi. co. uer semper allegatur vbi per eū an & quando sententia lata cōtra absentē sumatur lata magis rōne cōtumaciæ quā ex eo, quod iustā causam habuerit. & ibi p eū etiā an & qn̄ta lis sententia lata contra absentem contumacē no eat tertio.

b ¶ Arbitrio] Vide supra per eundem Pari in ver arbitrium. & adde hoc, quod ibi dixi in æpostil & adde quod etiam si sint contestes po test iudex se mouere ad credendum & non credandum. & ita pariter si non sint contestes, ut per d. Bartholo Socin consi. 262. incipien. in causa. M. Petri ver preterea etiam in si in q. parte. sed nunquid posit credere testibus pro illo qui eos reprobare voluit uide Felinum in capitulo præsentium. in iiij col. ver in glo fin. in fin de testi

c ¶ Inter cæteras] Et ibi omnino vide Felyn in secunda co um versicu secunda declaratio vbi quid de sent excom vt sit nulla an sufficiat, quod per relationem ad acta constet euidenter de errore vel requiratur quod error sit expressus in foro

d ¶ Potest] Vide quod per eundem habetur. supra in versic appellatio.

e ¶ Teneatur Vide do Pet. Phil Cor in cons 315 incipien uidetur in litera h. in iij par.

SVMMARIVM.

1 Ignorantia iuris excusat iudicem à tanto non à toto
2 Turpe est iudici ignorare ius in quo uersatur.
3 Memoriam omnium habere & in nullo deficere diuinitatis est potius quam humanitatis.

CAP. II.

1 Licet aliās † cōmuniter dicatur, quod ignorātia iuris ciuilis, vel canonici, aut positiui iudicem excuset à tanto non a toto. j. q. iiii. §. fi. non hēt locū in facto alieno, quod ad iudicē ptinet cura & sollicitudine, qa punitur si per imperitiā male iudicat. de var. cog. l. si iudex. de act. & oblig. l. ex maleficio. §. si iudex. de iud. l. si filius. de obliga. quæ ex quasi malefi. in princip. Et hoc quia talis imperitia culpæ adnumeratur. ff. loca. leg. si quis fundum. §. si quis vitulos.
2 † Quia turpe est iudici ignorare ius in quo versatur. ff. de orig. iur. l. prima. § seruus nam non debet quis pati fieri iudex, si non potest virtute id est sententia disrumpere iniquitatem. Ecclesi. vij. quia sententia virtus est, secundum Greg. pro quo. ff. quod quisq. iur. l. secunda & in authenti. de iudic. § i. & ideo de tali ignorantia tenetur quantum bono viro videbitur. Et ideo qui ius ignorat debet consulere illos, per quos sciat. ff. de iur. et fa. in rubr. §. sed iure. maxime vbi punitur quod culpatur in pprio. ff. solu. matri. si

constante.§. si maritus. ¶ Unde si iudex facit diligentiam quantum in se fuit studuit per se examinauit processum, deliberando cum aliis non omisit quicquam de solitis si forte post appareat aliquid de iuris subtilitate, vel uerba processus aliter in facto possent intelligi, vel si iudices cõmuniter sic in similibus cõdẽnabant, & ipse sic condẽnauit non uidetur ad aliquid teneri nullus bonus iudex diceret hunc obnoxium & non negligentem, q̃a sufficit facere quod potest. argu. C. de his
3 qui. ut indign. l. si Deo. † & quia omnium habere memoriam, & in ullo deficere diuinitatis potius quam humanitatis. C. de veteri iure. l. ij. §. si quid autẽ. & quia hic fecit quod potuit, non debet sibi obesse ignorantia talis. ar. ff. de inoff. testa. l. contra maiores. in fi. maxime si solitus iudiciorũ ordo sic esset, quia excusabit à culpa. argu. C. de iniur. & ff. de ueteri iur. l. i. §. sed neque. Sed si confisus iudex nõ põderauit motus & cõsimilia ĩ sẽtẽtiãdo põderatis & deliberatis, ac cũ aliorũ cõsilio hoc agere debet. l. ii. C. de sen. ex peri. de appel. l. ne causas. si nõ studuit nec laborauit ad ueritatẽ habẽdã, licet non sit in dolo, credens hc esse de iure, & sic debere iudicari, quia est cõfisus prudentiæ suæ, quod culpat. extra de const. c. ne innitaris. est negligẽtia dissoluta, q̃ est ꝓpe dolũ. ff. de man. l. si fideius. in prin. & nimia negligentia punitur. de custo. reo. l. milites. & sic est in lata culpa non faciendo, quod omnes iudices in sententiis faciunt non deliberare & non habere cõsiliũ aliorũ, nõ laborare ꝓ veritate inueniẽda est lata culpa. de ver. signi. l. lata culpa. nõ semel sed pluries videat ꝓcessum, quia id est ualidũ quod repetita lectio comprobat. C. de emẽdã. iustit. C. circa mediũ. & culpãtur q̃ nõ relegũt, vt l. fi. C. plus valere. & in quocũque istorũ deficeret iudex, esset in magna negligentia tunc de bono & æquo iudex faciat emẽdari dãnũ de ꝓprio iudicãtis, q̃a q̃ cãm dãni dat, damnũ dedisse videtur. ff. ad l. Aquil. l. q̃ occidit. §. in hac. & in l. si seruus seruum. §. si ex plaustro. ignorantia talis excusat a pęna. C. de pęna iudi. l. ii. & authen. nouo iure. Nam peccauit iudex cui erat cõmisũ ut iudicaret, sicut iudex esset iudicaturus pro luce & sapientia sua. ff. de offic. pręfe. præto. l. i. in fin. & diligenter non negligẽter debuit se gerere. l. i. §. i. de offic. procu. Cæsa. & ideo quia sub colore officii abutitur sub potestate ad iniquũ compendiũ vel alterius dispendium protrahendo. ar. C. pro empto. l. finali. extra de priuil. cap. quod nonnullis. Multomagis in Consultore, qui potest vendere iustum consilium. xiii. q. v. sane si nõ vidit veritatem studendo, & perquirendo vt potuit consilium non obligat. ff mã. l. i. in fi. nisi sit fraudulentum. de reg. iur. l. cõsilii. & quã do non esset alias facturus. de verbo. significa. l. semper. §. fi. cum simi. Et multo plus in doctore approbante opiniones & docente in cathedra, cuius dictum non astringit de necessitate. C. de lega. l. i. in gl. And. de Iser. in vsi. feud in titu. de con tro. inter domi. & empr. in additione magna, quæ incipit. notandum tamen.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionem ordinariam in certis causis habenti non potest alius superior inhibere ne sua iurisdictione utatur & numero 2.*
3 *Possessio iurisdictionis probatur per duos actus*
4 *Iurisdictionis generalis exercitium quaritur per unicum usum iurisdictionis.*
5 *Iurisdictio ubi attribuitur in certo casu non procedit libellus coram alio productus, nisi narretur ille casus in quo iurisdictio est attributa.*

Iurisdictio.

CAP. I.

PONE, quod potestas impetitur in syndicatu de vsurpata iurisdictione, quia cũ esset in causis ciuilibus, vel super annona ciuitatis deputatus iudex specialis in illa ciuitate, & potestas intromisit se de causis ipsis an teneatur? Dic quod nõ quia propter hoc non videtur adempta iurisdictio potestati, qui est ordinarius et generalis iudex tex. in l. i. C. de offic. præfect. anno. vbi uidetur casus secundum Bart. ibi & probatur in l. uiri. de offiicio præfect. vrbis, & facit lege finali C. vbi causæ fisca. vbi licet committi videatur iurisdictio

iurisdictio specialis in colonos imperiales non videtur adempta præsidi habenti iurisdictionem generalem in eos.& eod.ti. l.cum aliquis.& facit l.quoties. in fin. de administratione tutorum. & quæ no.Innocen.in cap.cæteris.de iudi.& in capitu. quanto.de offic.ordina.& dixit Barto.in l.viros.C.de diuer. offic. lib.12. vbi data iurisdictione vni ex constitutione etiã taxatiua,non videtur derogatum habenti iurisdictionem ex consuetudine. ad quæ facit quod Bart. no.in l.j.de offi. procon. & in l.consulta diualia.C.de testamentis. Licet textus videatur in contrarium. in authent.de defenso.ciuita.§. & iudicare. vbi iurisdistione attributa magistratui ciuilium causarum iure ordinario nulla cõpetit præsidi ꝓuinciæ maiori,& hoc ideo ibi ne subditi distrahantur.qui tex.loquitur quando admittitur iurisdictio maiori magistratui per nor. in l.quod in rerum. §. si quis. de legatis primo. Et ideo non erit locus præuentioni iudicis maioris, quando sibi admittitur iurisdictio. & facit de fundo instrumen.l.quæsitũ.§. fina. secus si non esset derogatum expresse iurisdictioni maioris iudicis.& per ista alias dixi quod regens magnam curiam posset cognoscere ĩ ciuitate Neapolis de annona,vel grassia,vel de matinarijs, licet sibi sit officialis ordinatus scilicet,admiratus præueniendo in inquirendo, vel procedendo, quia non est sibi specialiter adempta iurisdictio.vel quando ipsi essent negligentes in iustitia ministranda, vel mala non punirentur,per ea quæ habes.supra circa principium operis in cap. syndicatus.de iustitia denegata. & in capitulis

1 sequentibus. ¶† Si quis habet iurisdictionem ordinariam in certis causis, alius superior non potest illi inhibere, ne sua iurisdictione vtatur in authen. de defenso. ciui.in §.non valente.& no.Archid.in c.i. de maio.& obe.ĩ 6.& in xj.q.3. de persona.& Bal.in c.j.de offi.consu.Quod est verũ, nisi inferior habeat iurisdictionem ad nutũ superioris concessam reuocabilẽ. ff. de iud c.l.iudiciũ soluitur.vel nisi ad eum sit deuoluta causa ex appellatione. vel si-

2 mili causa.¶† Si vnus iudex habet iurisdictionem in causis centum, & alius in causis decẽ,tunc iudex causarum centum nõ

a potest cognoscere de causis decem.[a] Cy. in l.fi.de iurisdictio.omn. iudic.quia maioris & minoris summæ, tunc facta est distinctio separata, & earum quælibet iurisdictioni speciali attributa.Et id quod dicitur qđ maiori summæ inest minor, est verũ, nisi inter maiorem & minorem sit facta distinctio, quia tunc minor non includitur sub maiori.l.ex facto.§.item quæ ro.de vulg.& pupilla. & in l.2.§. si prius. de secundis tabulis, & sequitur Ludoui. in l.j.§.si stipulanti. de verborum obligationibus.¶Pone quod inter duos iudices est quæstio de iurisdictione,quia vnus dicit,ꝙ iurisdictio est sua alter ꝙ est ipsius. vel quod vtriusque est, vt fuit alias inter electos ciuitatis Neapolis,& iustitiarium, qui negabat electos habere iurisdictionem in annona.Et fuerunt perquisiti libri prouentuum ad probandam possessionem iurisdictionis eorũ,dubitatur qualiter talis possessio,seu quasi potuerit ꝓbari. Dic quòd per perceptionẽ pœnarũ ex iurisdictione probabitur ipsius quasi possessio, per no.per Bartol.in l. fina. ff. soluto matrimonio.qui dixit quod multi sunt fructus iurisdictionis per l.multarũ. de modo mul.sicut etiam per fructuũ perceptionem probatur possessio fundi, vel domus.l.qui vniuersas.§. per colonũ. de acquirẽ. possessio.& in l.Pompo. quibus mod. vsusfru.de so.l.Titia.de agri. & cen.l.litibus.C.fin.reg.l. si quis cum glos. etiam probatur per bãna facta per possessorem castri.vt no.Inno.in c.dilectus. de cape.mona.& refert Bal. in l.2.de serui.& aqua.per quę etiam posset dici quod probabiliter per vexillum iustitiæ delatum in illum locum, quando fiunt nundinę, vt fit in regno, & de quasi iurisdictionis possessione.vide Innocen.in c mulieres. in capitu.olim.& in cap.ex parte. de resti tu.spo. in cap.bonæ. de postula.prælato. & in c.quærelã.de elect.& in c.causam.de proba.Bar.in l.i.ff.de itin.actuq; priua.in §.si quis.Bal.in l.2.de serui.& aqua. & in l.nõ epistolis.C.de proba.& quãdo exercentur actus iurisdictionis. l.imperiũ. cũ ibi no.de iurisdi.om.iudi.& Inno.in c.li-

3 cet causã.de prob. † Quæ quasi possessio iurisdõnis probatur per duos actus.c.i.§. si vero vasal.quid sit inuesti. Et etiã pro-

batur per famã habentem originẽ ex verisimilitudinibus. quia tunc aliquem probationem inducit. ff. de testib. capitu. veniens. de excusatori. tuto. l. ij. §. ętas. Bartol. in l. finali. §. tormenta. de quæstio. & per nota. in l. proprietas. C. de proba. vbi fama adminiculatur in probatione dominij & possessionis. ff. de negotijs gest. l. at qui natura. §. cum me absente. vnde probato quod fama est quod quis possedit castrum, resultat probatio possessionis tantum. Innocen. in c. illud. de præsumpt. cuius dictũ videtur ꝓbari in l. si is ad quem. de acquirenda hæreditate: secuudum Ludouic. in consil. lxx. quæ no. pro materia syndicatus quando iudex impetretur de vsurpata iurisdictione. ¶ Licet per cognitionem quarundum causarum specialiter attributam vni vt delegato censeatur derogatum iurisdictioni ordinarij. capit. studuisti. de offic. delega. tamen per cognitionem quarundnm causarum specialiter attributam vni vt ordinario, non censetur per eandem derogatum iurisdictioni alterius ordinarij, cum alter possit de eadem recognoscere. l. prima, de officio præfect. vrbis & l. viros. C. de diuersis offic. & l. fina. cum glossa. C. de iurisdictione omnium iudi. & l. fina. C. vb. causæ fiscales. & l. plane. & l. prima. de officio consulis, & l. si quis cum procuratoris §. fina. de ꝓcuratoribns. & l. quod in rerum. §. si quis. de legatis. j. Ange. C. de testam. l. consul-
4 ta diualia. ¶ † Iurisdictionis generalis quęritur exercitium per vnicum vsum iurisdictionis. Innoc. in c. dilectus. de ca. mona. Bald. in l. 2. de serui. & aqua. Antonius de Butr. in c. fina. de causa possess. & hoc cũ quis intendit quærere iurisdictionem generalem. argumen. l. via est. de serui. rusti. ad Trebel. l. restituta. de acquirenda possessio. l. 3. in princip. Quod est verum secundum Innocẽ. ibi quando nullus alius erat in possessione, nisi in illo actu in quo iurisdictionem exercuit. argumen l. quod meo. §. fina. de acquirenda possessione. & quod not. in capitu. j. de relig. domi. ¶ Et sic exercendo quis iurisdictionem in suo territorio, vel diocœsi in vno, videtur in omnibus acquiri vel retineri possessio alio non possidente in actu quocunque. argumen. l. si stillicidiũ. §. si ff. quemadmodum serui. amit. secundum Ludo. in consilio 368. in fi. ¶ An si per statutum detur iurisdictio consulibus alicuius artis super causis ad dictã artẽ, & de negotijs ipsius artis, & lata sit sententia super pecunia restituenda valeat? Dic quod non, quia licet pecunia omni arti & trafico comparetur, & omnes res ad cumulum pecuniæ redigantur. l. si ita fideiuss. ff. de fideius. & non econtra. Tamen hoc non sufficit, nisi ex causa trafici illius artis pecunia debeatur, & deberi probetur per tex. in l. hanc. ff. de instit & probatur. ff. de donatio. cau. mortis. l. quicquid in princip. cum alle. ibi
5 in gloss. vt hoc † quia vbi iurisdictio attribuitur in certo casu, non procedit libellus coram alio productus, nisi narretur ille casus in quo iurisdictio est attributa, licet aliàs libellus generalis concludat. l. fi. de anna. except. ita Innoc. & Ioan. Andr. in c. cum sit generale. de foro competen. Ange. in cousi. suo 6. ordine.

a ¶ Decem] *Sed modo quid si ille iudex in causis x. nõ habet cognoscere à x libris supra valeat eius summa si iudicat de 15. vide Feli. remissiue in c cum super in fi i col. de offi dele.*

SVMMARIVM.

1 *Index debet in cõtradictorio iudicio omnia exercere inter partes per vulgaria iura, alias tenetur in syndicatu.*

2 *Iudex habet multoties supremam potestatem aliquid faciendi & exequendi, neque in syndicatu tenebitur si id nõ egerit in contradictorio iudicio, ut nu. 3. 4. 5. infra per totum.*

Iudicis suprema potestas.

CAP. I.

1 QVia communiter dicitur † ꝙ iudex qui iustitiæ ministerio pręest, debet omnia causa cognita in contradictorio iudicio exercere inter partes vel vulgaria iura aliàs in syndicatu tenetnr.

2 ¶ † Tame aduertendum quòd multoties iudex hẽt supremã ptãtem aliquid faciendi & exequẽdi, & in syndicatu non tenebitur,

bitur, si id non egerit in contradictorio iudi-
3 cio. † Primo si coram ipso producatur instru
mentum falsum iudex potest illud combure-
re. Spec. in tit. de instrum. edi in §. postremo.
in versicul. sed nunquid iudex potest. argu-
ment. l. final. de tab. exhiben. & l. j. de famosis
libe. nisi alia persona esset ibi descripta cui val
4 de præiudicaretur. † Item si quis habet domũ
ruinosam, iudex cogit eam reficere, si est
diues captis pignoribus, & multa in dicta. ff.
de offic. præside. l. præses. & l. procuratoris. de
damn. infect. ne verbis de formetur. C. de
ædifi. priua. l. si vt proponis. & l. singularis. de
damn. infect. l. si turris. vel cogeris vendere,
vt reficiatur ad sylla. l. lege. & ff. si ex caus.
5 ser. pro libe. l. final. ¶ † Item potest aliquem co
gere ad vendendum de territorio suo, vt pos
sit ibi erigere furcas ad iustitiam exercendam
secundum Ioan. Andre. in rubric. de execu-
tio. sententiæ. in addit. Specul. in fin. argum.
l. si quis sepulchrũ. de religio. & l. si locus. §.
6 fin. quemadmo. serui. admit. † Item potest co-
gere aliquem vt vendat partem serui sui ad
manumittendum. l. j. C. de communi seruo
manu. & l. si seruus communis. de vulgar. &
7 pupillar. † Item potest, cogere ciues ad
emendum eius frumẽtum quod habet super-
fluum l. j. vt nemini liceat ab empt. Speculat.
8 vbi singul. casus. † Item cogit habentem quan
titatem grani tempore penuriæ ad venden-
dum pretio viliori l. si pendentes. §. si quid
colocarij. ff. de vsufruct. & quod not. in l. j. de
episcop. audient. & in l. j. §. curat. de offic. præ
fect. vrbis. & in l. final. ad leg. iuli. de anno. &
& in capitul. j. de emptio. & vendit. Item co-
git illum qui habet rem vicinam dare aditum
vicino non habenti ingressum ad bona sua.
Angel. in l. ij. soluto matrimonio & plene
per eum in l. j. de serui lega. & in l. per agrum.
de seruitu. & aqua. Ludouicus in dicta. l. ij.
9 ¶ † Item cogere potest dominum vendere ser
uum quem seuere tractat. l. ij. §. dominorum.
de his qui sunt sui. & instit. eod. §. sed ma-
10 ior. per quæ iura dixit Baldu. † ibi quòd do-
minus seuerus cogitur, per iudicem suam
dominationem alteri vendere, ad quod facit
l. Gaio. §. Imperator. de alim. lega. & capitul.
literas. ad fin. de restit. spoliat. & videtur text.
in capitul. j. §. quicunque. de pace tenend. seu
11 de viola. pacis. † Item cogit dominos locare
domum scholaribus non habentibus habita-
tionem, Gulielm. in l. decernimus. de episcop.
& cleric. Barto. l & Bald. in l. j. ff. soluto. matri.
12 † Item iudex potest compellere partes quæ
a diu litigauerunt ad concordiam.[a] & composi-
tionem. xc. distin. cap. placuit. quem no. Anto.
de Butr. in capitul. j. in fin. de mutuis petitio.
13 l. æquissimum. de vsufruct. † Item iudex po-
test compellere electum in arbitrium si sit af-
finis compromittentibus officium acceptare.
Bald. per illum text. in l. j. vbi pupil. quod li-
14 mitat. l. iij. §. tam & si. de arb. † Item compel-
litur quis dare animal suum officiali pro iusti
tia facienda. Bartol. & Bald. in l. final. §. final.
de pignor. action. secundum Gulielmu. ibi.
15 † Item compellit agrorum cultores deferre
victualia in ciuitatem ad vendendum. textus
singul. in l. ij. ff. de nundi. Item cogitur quis
esse assessor, vt supra late diximus in verbo,
16 assessor. & in verbo, consilium. † Item officia-
lis potest facere destrui domum priuati, vt ci-
uitas fiat pulchrior. l. ædificia. C de oper. pu
bli. secũdũ Ludouic. in singularibus secundi
anni, numer. 718. incipien. quæro per illum
text. Et ita hoc anno M.cccccx.ciij. fieri facit in
17 ciuitate Mediolani † Illustrissimus D. D. Lu
douicus ante dictus. Item potest cogere sub-
ditos ad agriculturam. Bartolus in l. quoties
in fin. ff. ad municipal. & in l. ambitiosa. de
decret. ab ordin. & Floren. in l. ait prætor. §.
18 sicut. de his qui de re. ¶ † Ac potest taxare pre
tia frumentorum. Bartol. in l. j. C. de frumen.
19 vrbis. libr. xj. ¶ † Et pretia pannorum & ho-
spitationum quando sunt ad hoc deputati. l. j.
20 C. de episcop. audien. Item † ratione commo-
dioris diuisionis potest iudex quem cogere
b ad vendendum.[b] l. ij. C. communi diui. & in
fra proxim. capitul. iudex aliquando, & in ali
quibus habet supremam potestatem, & non
tenetur ad emendam, quia potest lacerare li-
bros improbatæ religionis. ff. famil. erciscun-
de. l. cætera. §. mala. vbi est text. quod potest
mala medicamenta rumpere & spargere, po-
test etiam frangere mensuras iniustas ff. loc.
l. & item quæritur. §. si quis mensuras & l. le-
ctos. ff. de peri. & commo. rei. vendit. quę iura
alias consueui allegare ad multas quęstiones.
21 † Primo quod officialis si inueniat aliquẽ cũ
armis prohibitis potest illa arma frangere, &
22 ita seruatur. † Secundo protomedicus potest
proijcere ab apothecis aromatariorum me-
delas corruptas, & antiquas, quæ nocent
23 corporibus humanis. † Tertio quod offi-
cialis potest proijcere ex beccaria carnes im
mundas & corruptas. de quo vide in consti.
24 regni de mercatoribus. † Item quod si
inuenitur aromatarium, immiscuisse ce-
ram antiquam cum noua, potest facere

frangere. de quo vide per Angel. in l. j. de recondit. in public. horre. vbi dicit quod si vendant pro noua quod tenetur de falso. Et dicit Angel. in l. annona. ff. de extraord. crimin. puniendo illos qui vendunt sal, & miscent lapillos albos, vel immiscentes vinum in maluatico, & immiscentes auenam in segete, vel granum corruptum in bono. ¶ Fallit in fisco dict. l. j. qui potest immiscere suas species corruptas cum nouis, quando sine suo magno incommodo vendere non posset, nisi cum bonis immisceat. Quæ etiam nota contra immiscentes farinam fabarum in cera. Nam omnia illa illicita mercimonia posset officialis proijcere & corrumpere. & not. aliquid Cano. in capitul. placuit. de emptio. & vendit.

25 † Item potest officialis extrahere aliquem, vt sit officialis publicus. l. si ad magistratum & l. ex omnibus. vbi Bartol. de decurionib.

26 libr. decimo. † Itē iudex potest expellere de facto à ciuitate habentem infirmitatem qui alios inficeret. Guliel. in l. nullus. de summa. trin. vbi Bald. & facit text. in l. final. C. de testamen. & in authentic. iusiurand. circa. medi.

27 † Item iudex potest de facto procedere contra assasinos. Bald. in l. non solum. §. si quis mandato. ff. de iureiurand. & Cano. in capitu. pro humani. de homicid. in sexto & vide supra in verbo, concordia. vbi sunt alij casus in quibus iudex habet supremam iurisdictionem.

a ¶ Ad concordiam] *Vide Felyn. in rubric. de treuga & pa in princip & etiam dixi supra in apost vbi per eundem tractatur de compositionibus*

b ¶ Ad vendendum] *An & quando quis cogatur vendere vide dominum Franc Aret in l. se uus communis de vulga & pupil & quod ibi dixi in apost & domin etr hilip Corn. in consil cli incipien in hac. in princip in tertia parte.*

SVMMARIVM.

1 *Lex correcta non debet allegari.*

2 *Lex nunquam seruata nullo tempore tollitur quando nihil in contrarium fuerit obseruatum.*

3 *Lex obseruata tollitur per desuetudinem & nume ,*

5 *Iudex non obseruans consuetudinem facit litem suam.*

Iudicare.

CAP. I.



IN regno statuitur quod iudex debet prius iudicare secundū constitut.. regni. Secundo secundum consuetudines approbatas. Tertio secundum ius Longobardum vbi viget. Quarto secundum ius commune & Romanum, vt constitut. regni puritatem. & in constitut. vt vniuersis de reseruato. in communi eccl. & in consti. post mundi. in fin. in constitut. iudices. & in constitut. circa. Et Lucas de penna. in constit. regni. Item quod prædicti iustitiarij. in verbo, probatorum. Tamen vbi, esset consuetudo cuius in contrarium memoria, vel alia consuetudo rationabilis, & præscripta non est, iudicabitur secundum illam consuetudinem non secundum constitut. regni, quia tunc. constitutio non dicitur esse in viridi obseruantia, sed consuetudo illa. arg. l. de quibus. de legib. & in dicta constitut. puritatem. & infra latius videbis per nota. per Andræ. de Isern. in procemio constitutionum. vbi dicitur an constitutio tollit consuetudines inductas & inducendas & habetur per Neapolitanum in procemio, consuetudinum ciuitatis Neapolis & in consuetudine si qui aliquem in fine libri. Tamen vbi iudex vel assessor hoc casu iudicaret per ius commune, vbi constitutio corrigeret, vel iudicaret per constitutiones correctas, per consuetudines locorum, vel per alia capitula regni. & sic per leges vel statuta, aut consuetudines correctas, tenebitur in syndicatu, quia tenetur pœna falsi. l. si quis falsis. ff. de fal. & facit. C. de iusti. co. confir. l. fin. §. fin. secundum Bartol. vbi dicit gloss. Idem si allegat legem quæ nunquam fuit condita, vel fuit correcta. vbi Bartol. inuehit contra illos qui allegant apostillas & dicta tanquam aliquorum doctorum, quæ non sunt nec ab aliquo habuit, tamen si pubice dicebatur in scholis quod erant dicta talis doctoris, tunc talis allegans excusaretur, secundum Bart. ibi, quia propterea dixit, quod si quis velit decidere causas, quæ habuerunt causam de præterito. s. tēpore quo leges corectæ vigebāt potest hoc facere, nō tamē ad decisionē causarū futurarū. in auth. vt cū de appel. cog. circa fi. Tamen si adhuc sint in corpore iuris, possunt induci ipsæ leges correctæ in argumentum. capitul. authoritatem. de prebend. in vj.

vbi

vbi Papa allegat leges correctas in argumentum, secus si non sint in corpore iuris, quia non licet ex eis sumere argumentum. argu. l. i. circa princ. de lati. libe. tol. quo casu allegans tenetur pena falsi. d. §. fin. Tamen ad decisionem causarum nullatenus possunt induci leges correctę vel statuta abrogata, secundum Bart. in d. l. si quis quæ not. & vide Bald. in l. i. ff. ad leg.
1 aquil. qui dixit. † quod lex correcta non
2 debet allegari. a & allegans incidit in pœnā falsi. nisi allegaretur vt habeatur notitia iuris antiqui. vt dicunt Cano. in c. nouit. de iudi. & quia aliquando in regno allegantur apostillæ constitutionum regni, & capitulorum quæ fuerunt. Bartol. de Capua, & Luca de penna, vt supra ibi allegaui, quod iudicans ab eis si communiter habentur, non tenetur pena falsi, si dicatur a iurisperitis, quod fuerunt dictorum doctorum. & etiam not. pro constitutionibus capitulis regni quæ sunt correctæ vt iudicans ex eis teneatur, si nō erāt in obseruantia, quia lege cauetur & consuetudine nō habetur, vt dicit Bar. allegando Spec. in l. i. de fal. ¶ In hoc tamen vide distinctionem Iaco. de Bel. in auth. de hæred. & fal. post princip. dicen-
2 tem. † quod vbi lex nunquam est seruata, nec in contrarium aliud obseruatum quod nullo tempore tollitur. de leg. l. leges. de diuersis rescrip. l. falso. vbi autem non est seruata & semper in contrarium obseruatum tunc tollitur per desuetudinem. vt institu. de pro. §. igitur. Vbi autē malus vsus legem transtulit in aliam figuram, tollitur per desuetudinem, in authen. de iudi. post princip. Tamen text. in authen. vt nulli iudi. §. i. distinxit, an vsus
3 sit malus, vel sit dubium. † vbi autē lex aliquando fuit obseruata, & postea abiit in desuetudinē tunc tollitur. §. i. de hære. & fal. & de interro. actio. l. i. §. de interrogatoriis. vbi autem est cōtraria consuetudo, tunc tollitur. l. de quibus. de legi. & l. venditor. §. si cōstat. cōmunia prædi. & l.
4 fin. de plagia. † Et lex de consuetudine paulatim cadit. in auth. vt iud. i prin. & in auth. vt ordo pfecto. i prin. Et lex nō vtēdo perimitur in authenti. quibus modis naturales effic. sui. § fin. & in l. fi. de repu. ideo Imperator eas leges vim obtinere vult, quas iudiciorum frequens ordo exposcit, vel consuetudo vrbis probauit. l. i. §. nulla. de vete. iure enucle. & hoc dr̄ ius optimū l. i. de vsu. & ius imitetur actū. secūdum Lucam de Penna. in l. fina. de excu. mu. vbi refert Iacob. de Bel. si tamen vna lege dispositum non fuisset per multa tēpora obseruatum, quia ille casus nō accidit, non dicitur esse sublata illa lex. arg. l. in filiis. de decur. libr. xi. Et quia lex semper est in viridi obseruantia. l. Arriani. de hæretic. & quod dicit Bal. in l. iter. ff.
5 quemadmo. seruit. amit. † quibus adde, quod iudex non obseruans consuetudinem facit litem suam. Bald. in authen. iubemus. de iudi. & in §. pœna grauior. & in l. si quis non dicam rapere. de episco. & cleric. & Bart. in l. vinū. ff. si cert. peta. & vide infra in c. iudex. qui contra consuetudinem in verbo. lis sua. & vide infra. in c. & inquantum. supra in hoc verbo.

a ¶ *Allegari.*] *Adde Felyn in capit. fraternitatis de hære.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex an possit secundum propriam conscientiam iudicare & non teneri in syndicatu. & num. 2. 6 7 & 11.*
3 *Iudex debet iudicare secundum leges.*
4 *Papa & Imperator iudicant secundum conscientiam.*
5 *Conscientiæ iudicis vbi aliquid committitur, an tunc possit quæri de malitia vel imperitia iudicis? Et an possit appellari? numer. 9. & an admittatur probatio in contrarium num. 10.*
8 *Apices iuris non excusant in foro conscientiæ.*
12 *Iudex an possit deferre iuramentum malitiæ quando videt esse expediens.*

CAP. II.

1 AN iudex † possit vel debeat secundum conscientiam propriam iudicare vt non teneatur in syndicatu? vide omnino Specul. in tit. de disp. & alleg. in §. fin. in versi. licet autem. vsque ad fin. & ibi an possit supplere secundum conscientiam, & quando, & dic primo quod iudex de-
2 bet iudicare secundum allegata & probata. a & non secundum conscientiam. l. illi

citas.§.veritas.de offi.præsidis.& per glo.
in c.i.de offic.ordin.per Cyn. in l.i. C.vt
quæ desunt. Ideo si iudici constet vnum,
& aliud probetur per testes quid agendũ
est? dic vt in dict.cap.i.per glo.& doctor.
2 † Et quod dicitur quod iudex debet iudi
care secundum conscientiam intellige se
cundum conscientiam quam habet vt iu
dex,non vt homo.iii.q.vi. postulamus.ta
men debet esse cõscientia informata pro
bationibus, & probata legibus & iuribus
3 cap.sacerdos.de offi.ordi.† Item debet iu
dicare secundum leges, non secundum
motum sui capitis. instit. de offic. iudic.
in princip. de iure naturali . §. responsa .
tamen aliquando iudex potest inniti
suo sensui, vel suo suo spiritui. capit. i.de
constit. in glo. ordi. & ibi Innoc. & dicit
Bald. in l.sed restituatur. §. fin. de iudic.
quod iudex debet iudicare secundum cõ
scientiam quæ cadit in hominem, & in ip
sum tãquam iudicem. Et ideo dicit quod
licet Deus omnia nouerit, non est ista in
homine qui futura scire non potest.argu.
4 d.c. sacerdos. Tamen Papa & Imperator
qui sunt supra legem iudicant secundum
cõscientiam.vt dicit Bar.in l.i. C.vt quæ
desunt.licet in contrarium faciat text. in
c.Deus omnipotens.ii.quæsti.i.vbi Deus
iudicat secundum allegata & probata.de
quo vide Bart.& Bal in l.ii.C.de senten.
ex periculo. & gl in c.i. de offic.ordi.& in
c.pastoralis.§ quia de offic.deleg. Specul.
plene in titu.de allegat.& disput.§. scitis
clare.& in c.cum æterni.de re iudic.in vi.
& glos.ii.quæstio.i.§.quoniam plene.An
ton.de Butr.in c.vestras.de coha. cler. &
in l.illicitas.§.veritas.de offic. præsid.Lu
5 do. plene. in l.i. §.i. de fer. † Tamen vbi
aliquid cõmittitur conscientiæ alicuius
iudicis an posset quæri de malitia vel im
peritia? Dic ꝙ non in his quæ sunt parui
præiudicii.not.in c.statutum.§. assessoré.
de resti. secus si sit magni præiudicii.cle.
i.de iure patr. vbi est glo. sing. secundum
Bal.in l.i.C.de iureiur. & in hoc Bal.in l.
nulli. de episcop. & cleric. dixit quod vbi
est commissum aliquid conscientiæ execu
toris, & aliquid sibi in dubium refricare
tur, non debet fieri scrupulosa inquisitio,
sed erit standum suo iuramento, qui iura
bit omnia sine dolo adimpleuisse.& dixit
Bald.in l.fin.in iii.colum.C. vnde cogna.
quod vbi aliquid relinquitur conscientię
alicuius quod iudicet secundum quod si-
b bi videbitur,quod poterit sine citatione b
sibi conscientiam facere, nec poterit ap-
peliari vlterius nisi magnum præiudi-
cium ex ea inferatur. secundum Bal.in l.
i.de rebus credit.& in l.ii.de senten.ex pe
ric.quia ita reducit ad concordiam aliam.
glo.in l.i.de iure patr.& dixit idem Bald.
in l.ii.de vxor.milit.alleg. Iacob.de But.
6 & Bartol.† quod licet conscientia iudicis
sit informata,si tamen non sit informa-
ta per probationes sufficientes. illa infor
matio nihil operatur . Tamen dicit quod
Martinus tenet contrarium quod iudex
posset sequi suam conscientiam etiá non
informatam per probationes rite factas,
quod dicit falsum, & facit quod idem Bal.
dixit in l.i.C.si plures vna sentẽtia, quod
in iudiciis parum valet allegare conscien
6 tiam. † quia conscientia non debet profi
cisci de secretis iudicis, sed secundum le-
ges.vt l.illicitas.§. veritas supra allega.&
de consuetu. recti feu.§. sacramentum.&
in clement. i. de bapt. tamen melius erit
in conscientia absoluere, quam condem-
nare.& dixit idem Bald.in l.ii.ff.de iureiu
rand.in 32.charta. quod in his quæ com-
missa sunt a iure conscientiæ alicuius, sta
tur eius numero sine iuramento. & dixit
8 etiã in l.i.C de confessio.in prin.† Quod
in foro conscientiæ apices iuris non excu
sant, vt quia in exceptione non numera-
tę pecunię tempus biennii sit elapsum,
quia forum conscientiæ est boni & æqui,
& est tribunal veritatis & non fictionis.
Et accedat quod dixit idem Bald.in l.fi.
de iure dotium quod quando quid com-
mittitur conscientiæ, committitur discre
tioni, & committitur vt viro bono. per
glo.in d.l.fina.& glo.in clement.i.in glo.
conscientiam oneramus. de iure patron.
9 & Bart.in l.i.in fin. de legatis. ii. † Et ta-
men quando aliquid committitur autho
ritati & conscientiæ iudicis, tunc si lędat
non potest appellari, secundum Bartol.
& Bald.in l.i.de leg.ii. vbi dicit quod quã
do aliquid committitur iudici non vt di-
sceptatori sed vt bono viro non potest ap
pellari.secundum Innoc.in cap.præsenti.
de testi.Tamen superior potest si sibi vi-
debitur

debitur errata corrigere.glo.singul.in clementi.j.de bapti.& dixit Baldus in l.j.C. quomodo & quando iudex, quòd à iudicis videre non appellatur, & dicit Innocentius quòd superior non potest immutare conscientiam inferioris,quia non potest vis animo inferri,tamen est consulendum erroneæ conscientiæ, vt deponatur error,vt nota.per Innocentium in capit. per tuas.l. 2. de simo. & hoc etiam tenet Baldus in l.Barbarius.ff.de offi. prætoris. in lectur.in col.12.post.op.12.in versi.& not.& ideo dixit idem Bal.in l.2 de sent. ex pericu.circa fin.quòd quamuis cõsciẽtia,& animus hominis non posit cogi,vt dicit ibi Innocen. tamen per superiorem est consulendum erroneæ conscientiæ. & Bal.in l.nulli.de Episcopis & cleri.in l. generaliter. de rebus credit. Et vbi statutũ faciat mentionem de conscientia iudicis vt quod abolitio non posit fieri de conscientia iudicis, sufficit quòd iudex audiat & intelligat, licet non approbet expresse.argument. l.omnium. de testamẽ. secundũ Baldum in l.nemo. C.de de sen
10 tent. † Tamen vbi debet stari conscientiæ alicuius,an admittatur probatio in cõtrarium?Dic qđ sic. vbi ipse inferret mihi magnum præiudicium, secus si paruu. per gloss.singu.in dicta clementi.j.de iure patrona.& ita intelligatur dict. gloss.j. §.assessorem.supra allega.secundum Baldum in l.j. de rebus creditis. vt supra est tactum Et adde quia Bald.in fin.de pœna iudicis, qui male iudi. dixit qnod iudex qui facit secundum suam conscientiam,licet faciat contra iustitiam non incidit in pœnam.capitu.cum æterni. de re iudica. in 6 dicens quod ille potest sequi conscientiam qui nemini nocet.l.bonorum.qui ad mi. & quod triplex est cõscientia, scilicet conscientia ligata rebus,ligata rationibus legum, & conscientia motiua ab intellectu, quæ non obligat animum,& tunc iudex potest sequi conscientiam, quæ nemini nocet.l.bonorum. qui.admi. & vide Baldum late in l.irruptione. ff.finium regundo. vbi late examinat an & quando iudex debeat iudicare secundum conscientiam, vbi inter alia dicit, quod iudex debet iudicare secundum conscientiam le-
11 galẽ & in formatã.† Et subdit quod si iudex viderit aliquẽ arma deferre, quòd potest eum punire sine relatione, vel delatione,quia ei creditur de eo,quod vidit. Et inquãtum supra,dicitur,quòd vbi aliquid relinquitur conscientiæ alicuius nõ pôt sibi in dubium refricari. Contrariũ tenuit Petrus de Anchar. in clemen.i. de iure patronatus. in gloss. & Ioannes de Imola in dict.§. assessorem. dicit quòd gloss.in d.clement.i.non contradicit glo. in dict.§.assessorem.dicens,quod glo.dic. §.assessorem. intelligi debet, nisi per viã appellationis vel officii iudicis misericorditer implorati, vt erronea conscientia non noceat parti,vt posit tunc superior prouidere. Et ideo dicit Dominicus ibi, quod ab executore in cuius cõsciencia testator executionem commiserat,poterat exigi ratio distributionis per superiorem vbi Ioannes de Imol. allegat supra dicta Bald.quod agitur de modico aut de magno præiudicio,vt supra, tamen videtur quod aliud sit relinqui conscientiæ alicuius, vt in dict.§. assessorem aliud conscientiam onerari. vt loquitur textus in dicta clementin.i. quia primo casu si agitur de secreto conscientiæ, quod stetur dicto ipsius per capit.si vero. de sentẽ.ex communic.& in c.significasti. de homic. & per nota.per Innocen.de iudi.c.nouit. Si vero oneretur conscientia. tũc sit vera alia opinio, quòd sit consulendum per superiorem per ea quæ supra dicta sunt. ad quæ facit glo.institu.de actio.§. aliæ. vbi in his quæ à conscientia alicuius depẽdent statur dicto eius & non requiritur probatio testiũ & debet ꝓprio iuramẽto firmare.c.si vero. de senten. excom.¶ Et
12 debet †iudex vbi viderit expedire deferre iuramẽtũ malitiæ.c.ii.in fi.de iuramẽ. calũ. quia cõscientia debet arbitrio boni viri regulari non secundũ habenas ꝓpriæ voluntatis.cle.exiui.de verbo.signifi.& in l.i.de lega.ii. & in c. inquisitioni. de sent. excommu. Et adde quia iudices iurãt iudicare secundũ æquitatẽ & illã obseruare, vt in authen. iusiurãdũ quòd præsta. ab his. §.æquius.quod intelligitur de his quæ eius arbitrio committuntur. secundum Bartolum. late in lege prima. C.de legibus. vbi vide quando iudicet secundum æquitatem, & quando secundum

secundum ius scriptũ, & rigorem iuris, & ibi quando potest interpretari iuta, vt iu dicet. & in l. nõ dubiũ. eo. titu. & in l. cũ de nouo. vbi Bar. quæ not. quia commissiones papales, vt plurimum, dicunt tuam conscientiam oneramus.

a ¶Probata] *Vide per eundem supra in uer. iudices circa fin ult col.*

b ¶Sine citatione] Adde Fel. *in c. canonum in xx col in uersi & si dicatur secundum conscientiam de constitu.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui dedit sententiam secundum unam opinionem an teneatur in syndicatu? & nume 2 & 3.*

4 *Error ex causa probabili facit quod iudex non teneatur parti læsæ.*

5 *In diuersitate opinionum statur ei quæ plurimorum sententia comprobatur.*

6 *Opiniones doctorum reddunt in dubiũ & obscurum & nu. 13.*

7 *Quando opinio unius doctoris fuit obseruata in una ciuitate non est recedẽdũ ab illa.*

8 *Quanto minores tanto perspicaciores.*

9 *Opiniones standũ est quæ fauet substãtiæ actus quando sunt diuersæ opiniones.*

10 *Opinione doctoris in suis dictis sibiipsi contrarij, quomodo utendum sit.*

11 *Authoritas glossæ uincitur per text.*

12 *Iudicari non debet secundum legem quæ habet uarios intellectus.*

14 *Princeps est lex animata in terris.*

15 *Iudex non debet iudicare arbitrio suo.*

16 *Ius municipale derogat iuri communi in loco suo.*

17 *Iudicare est munus publicum.*

18 *Iudices debent semper habere Deum ante oculos in iudicijs.*

19 *Conscientia legis quæ sit.*

CAP. III.

ex capite doli debet concludi contra eum ad
totum & determinatum, quid ſcilicet ad totã
ſummam,in qua iudex læſit, vel in ſententia
declarauit.d.l.ſi iudex.& de iudi.l.ſi iudex.&
ſi ſententia illa non contineret dari vel fieri,
oportet, ꝙ æſtimetur factum,& illud veniat
tanquam intereſſe,vt ſi contineat damnum in
perſona vel membris,quia concludi dbeet in
omni eo,quod bannitus voluiſſet de ſuo per
dere antequam ſuſtineret ſentẽtiã dicti bãni.
arg.ff.de iniur.l.iniuriarũ.in gl.ꝙ tenet Inn.
in cap.ſuper eo.quod met.cauſ. & vide quod
habes.infra proxi.in c.libellus de imperitia.in
fra & ſupra vbi ſunt alię formę libellorum,&
quando aliquem iniuſte tormentauit qualiter

libellus formabitur? vide infra in verbo, tor-
tura. in c. qualiter autem formetur libellus, &
qualiter formetur libellus contra iudicem.
per imperitiam iudicantem? posuit etiam Spe.
in titu. de execu. sentent. in §. si iudex in fin.
vbi dicit, quòd debet concludere, quod non
condemnetur insolidum, sed arbitrio boni vi
14 ri, alias esset ineptus. ¶ † An si quis offerat
libellum contra officialem syndicandum ante
dies statutos valeat oblatio? Dic quod nõ, quo
niam non inducit veram litis pendentiam de
iure, sed de facto, quę nihil operatur. tex. no. se
cundum Bal. in ar. in l. nisi. §. adult. ff. de tut.
& ra. dist. & facit l. fin. C. qui admit. vbi ar. ad
15 hoc. & dicit Bal. in d. l. nisi. † ꝙ officiales per-
petui possunt syndicari etiam durante officio
argumento furiosi, qui nõ habet certum tem-
pus determinatum in furore, quòd potest cõ-
ueniri durante furore. Et alios modos conclu
dendi in libello quando agitur contra iudicẽ
in syndicatu. vide infra in verbo, negligentia.
in cap. an iudex negligens. vbi dicta Ludou.
in hoc in l. iiij in §. si. de damn. infect. & vide
16 supra. ¶ † Libellus de imperitia contra iudicẽ
in syndicatu, cum pertineat ad syndicatorem
existimare læsionem partis non debet ad cer
tum concludere, puta ad decem, in quibus me
damnificauit, quia est ineptus, cum non sit in
potestate litigantium iudicis arbitrium, sed in
arbitrio syndicatoris ex his quæ probantur,
quæ certa non sunt. arg. eorum quæ dicuntur
17 de iniurijs in l. iniuriarum æstimatio. † Nam
non omnis imperita graui culpæ annumera-
tur, quia non ea quæ est in apicibus iuris, &
is qui iudicat forte non potest habere consi-
lium peritorum, & ipse est idiota. institut.
de oblig. quæ ex quasi mal. in princip. vnde di
xit Iacob. But. quod in magnis dubijs semper
a est tenenda opin. gloss. a Bald. ita in l. j. ij. q. C.
de sent. quæ sin. cert. quant. & vide supr. in ca.
formabitur libellus. in titu. de offic. syndica. ¶
An quando agitur contra iudicem in syndica
tu ratione negligentię requirantur solennia.
l. libellorum. de accus. vide in verbo, negligẽ-
tia. in capitul. in assessores. & in titul. de offic.
syndic. in capitul. an contra potestatem. & su
pra in capit. ij. ¶ Libellus quando agitur con-
tra iudicem ratione culpæ latę vel leuis, aut
negligentiæ quomodo formetur vide in ver
bo, negligentia. in cap. qualiter officiales, de
culpa teneantur. ¶ An si in libello agatur se-
cundum formam iuris & statutorum, & iu-
dex est secutus statutũ teneatur? vide in ver-
bo, lis sua. in c. si quis petat in libello.

a ¶ *Opi glo.] Quia authoritas gl est maxima ut per do Pet Phil. Corn in consi. 59. in cap diu post in litera, m in ij part.*

De litera M.

SVMMARIVM.

1 *Officialis an posßit quem cogere, quod sit maniuoltus? & nu 2. & 3.*
4 *Maniuoltus an posßit petere salarium? & n 5.*
6 *Seruus ecclesiæ, an posit cogi, quod sit maniuoltus.*

Maniuoltus.

CAP. I.

1 AN officialis † posit cogere subdi
tum, quod sit maniuoltus. Guil.
de Cun. in l. final. §. fina. ff. de pi.
actio. dixit, quòd nõ, nisi sit mul
tum vilis. argum. l. j. & ij. C. ne quis inuit. offi.
pub. agere cog. & est glo. in authentic. de mo-
na. §. necessitate. & facit l. j & ij. C. de his qui
latron. & facit de sanct. episcop. §. si vero mo-
riatur. secundum Guil. quem sequitur Bart.
& Bald. ibi. & idem Bald. in l. fina. in fina. C.
de exe. rei iud. authoritate Guliel. hoc firma-
2 uit. † quod potestas potest aliquem compelle
re ad exequendam condemnationem ad mor
tem, dum tamen non sit honesta persona, vt
sacerdos, dicens quod viles personæ ad hæc
sunt deputandæ argum. l. final ff. de iu. subdẽs
quod ignominiosum officium est plus quam
alia angaria mundi. Pro quibus iudicio meo
posset adduci text. in l. j. C. de mendi. vali. lib.
12. & habetur in pasione Christi, angaria-
uerunt Cireneum quendam vt tolleret crucẽ
Christi. Si tamen officialis non inueniat ma-
niuoltum, sed sint plures captiui in curia pro
criminibus quos habet iustitiare, an posit fa
cere, quod vnus illorum alios suspendat, &
ipse sit liber? Dico quod sic, si esset pro gra-
ui delicto inquisitus, & carceratus, vel delicti
sui qualitas talis esset, quod propterea posset
ad opus publicum condemnari in perpetuum
vel ad tempus. ar. l. aut damnum. §. in calcariá.
cum sequentib. & l. capitalium. ff. de pœna.
Per quas leges Bartol. in l. secunda. de publ. iu
3 dic. & post eum Angel. dixerunt, † quod iu-
dex potest aliquem condemnare, quod sit
carnifex communis, vel deputetur ad iusti-
tias faciendas in perpetuum, vel ad tempus,
quo casu quando in perpetuum ad hoc depu-
taretur propter delictum esset seruus pęnę se
cundum eos ibi, & sic si iste talis commisisset
tale

tale delictum, quod deberet ad opus publicum deputari, iudex posset ipsum condemnare, quod alios suspenderet in perpetuum, vel ad tempus per dicta iura, & qui sint isti curiosus lector inueniet, & vide supra in verbo, familiaris. in c. infamis. De iure vero constitutionum regni lusores deputantur ad opus publicum, vt in constitu. regni de inquisitionibus. quod intellige de his, qui in ludo continuo cõuersantur. vt in constitut. regni. de his qui ludunt ad taxillos. Et vide infra in c. an officialis possit capere rem, vel ani-
4 mal. in verbo, captura. & quando † curia vellet cogere aliquem quod sit maniuoltus, an ille possit petere salarium? Dic quod sic. argumen. l. Lucius. ff. de euictionibus. & l. 2 C. pro quib. caus. ser. liber. de rei vendicat. l. item si verberatum. § præterea. & in consti. regni omnes officiales. & in capitu. regni grauamina. & facit de offic. præsid. l. illicitas. §. illicita. & in alia constit. regni, quæ incipit, sicut nostra ser
5 uitia. ¶ † Nam quando officiales non habentes carnificem, capiunt aliquem seruum vel mendicantem pro facienda iustitia, debent ipsis bene soluere pro mercede aureos quinque, vt in l. diuus. de bonis damnatorum. quia est magna angaria. Et vidi obseruatum Bononiæ, quod fuit captus quidam peregrinus pro decapitã do quendam nobilem, & quia hic peregrinus erat persona honesta posuit sibi velum in facie ne cognosceretur in posterum, & fuit hoc male actum, quia ille peregrinus videbatur persona honesta, tamen vt plurimum capiuntur serui nigri, vel albi, quia sunt viles personæ per dict. l. j. & 2. C. ne quis inuitus officium publicum. Et si inter curiæ seruientes esset aliquis valde vilis compelletur argument. dict. § si monachos. Nam hoc est ministerium Dei. vigesimatertia quæstione quinta, non est. & capitu. qui malos & capitu. iudex. & isti debent habere vestes, zonã, & anulos damnatorum, vsque ad aureos quinque valentes. dict. l. diuus. de bonis damnatorum. Et propterea poterunt cõpelli ad hoc cum illo salario à iure statuto viles homines, & ideo si officialis caperet seruum priuati hoc posset, † nisi es-
6 set seruus aut libertus ecclesiæ. duodecima quæstione secunda cap. diaconi. & c. de libertis. & cap. Episcopus. & quod no. de seruis non ordinandis. cap. de famulis. & eodem titulo. l. nullus. Et de istis maniuoltis, vide Specul. in ti. de executione sententiæ. in §. nunc videndum. in versi. Item no. quod iudices, nam subditi tenentur in executione iustitiæ iudicibus parere. l. si quis in hoc genus. de episc. & cleri. & cum iudex teneatur condemnatos ad suspendium facere, si hoc alicui mandare non posset, oporteret hoc facere proprijs manibus, quod esset impossibile & contra bonos mores. ff. de cond. institu. l. si filius. & officialium pudori est parcendum. l. quoties. post princip. ff. mandati. secundum Bar. in l. i. §. sed iusta hoc quæro. de var. & extraordin. cognit. ¶ Et an officialis potest aliquem propriis manibus torquere? vide in verbo, tortura. ¶ Maniuoltus aliquem iniuste decapitans de mã
a dato potestatis excusatur. [a] per not. per Bal. in repeti. §. proficisci. vbi dixit, quod licet officialis potestatis debuerit resistere potestatis iniusto mandato. secundum Innocen. in capitul. pastoralis. de officio delegati. & in capitu. cum in iure. eodem titulo, & quod Barto. not. in l. furti. in §. qui iussu. de infam. & in l. liber homo. ad leg. Aquiliam. & eodem titu. l. quemadmodum. §. magistratus per Flor. vbi dicit, quod si detur petitio contra familiarem in syndicatu de iniustitia, quod si allegat fecisse potestatis mandato, quod excusatur. & Ludouic. hoc sequitur in l. prima ff. de re iudi. & quæ not. in l. omnes. de decur. lib. x. & vide in verbo, familiaris, in c. si miles prãis. & in c. si miles. ¶ Iudices in criminalibus sñiam exequuntur per carnices. 23. quæst. 5. capitu. non frustra capit cum homo qui non peccat. & capitu. miles. & capitu. non est crudelis. & capitu. si homicidium. quia non ipse, sed lex occidit. dicto capitulo cum homo. Si tamen quis occidat quem scit de proximo occidendum per iudicem peccat. & ex homicida. ea. quæstio. cum minister. & capitu. seq. ¶ Iudex autem non peccat. ea. quæst. officia. & sequen. & dicto capitu. non frustra. & capitu. homicidium. & capitul. de occidendis. 2. q. 4. quæsitum. & c. seq. & c. iudex. cũ sequenti. quia minister Dei est.

ea.q.q̃ malos & Deus in hoc reputatur
ea causa.q iiii.si quis igitur.secundũ Spec.
in titu.de exec.senten.§.nunc dicendum.
in versicul.item not.

a ¶ *Excusatur*]*Vide eundem supra in versic potestas.& quod ibi dicit in apostillis.*

SVMMARIVM.

1 *Officiales an & quando poßint facere suspendi mortuos in carcere vel illos qui sub ypsis mortem consciuere? & nu 2.3 & 4.*

5 *Corpora olim cumburebantur, hodie vero sepeliuntur.*

6 *Tortus in tormentis si moriatur potest eius cadauer in criminibus grauioribus puniri.*

Mortuus.

CAP. I.

1 AN officiales, qui suspendũt
mortuos in carcere, vel con
scientes sibi ipsis mortem
teneantur.text.in l. defun-
cto.de publi.iud.facit,quod
teneantur actione iniuriarum, vbi dicunt
Moder.quòd assessores qui contra defun
ctos faciunt capitales executiones, quod
tenẽtur iniuriarum, tanquam iniuriam
inferentes cadaueri,qui poterunt propte
rea tempore syndicatus conueniri. arg.l.
i.§.quoties.ff.de iniur. & tenet Cyn. in l.
ii.C.qui testa. vbi dicit quod est pessima
practica,per text.in l. vniuersi. in fin. vbi
causæ fisca. Tamen Bal. ibi dixit hoc esse
arbitrarium, mortuo qui se fecit toxica-
ri,inferre pœnam corporalem cum hoc
non reperiatur.l.caurum. & facit text. in
dicta l. defuncto. quod mortuo corpore
est extincta pœna corporalis ad quod fa
cit text.in l.ii.C.si reus vel accu.mor.fue
rit Et hanc.opi.licet non per ista iura te-
nuit Bal.in l.i.C.ne ex deli. defun. Quæ
2 limita. † Primo , nisi sit pœna quæ
uenit inferenda post mortem. vt est
pœna denegationis sepulturæ, quia illa
morte nõ finitur,ut quod corpus suspen
sum non sepeliatur sine iudicis licentia.
l.i.& ii.de cada.punito & no.gl.in clemẽ.
3 i. de pœnit. & remi. ¶ †Secundo, fallit in
famoso latrone qui furca suspenditur, &
post mortẽ bestijs subijcitur & est gl. fin.
l.ii.arbo.fur.cæsa. Ita intelligens.l. capita
lium.§.famosos.da pœnis Quod non est
mirum quia propter delicti immanitatẽ
ad facti memoriam etiam animal irratio
nale aliquãdo punitur.xv.q.i.cap. mulier
4 ¶ † Tertio, fallit in monacho q si moriens
nõ reuelauit pecuniã. quã viuus tenebat,
quia extra cœmiteriũ sepellitur cum pe
cunia in sterquilinio extra de sta. mona.
c.cũ ad monasteriũ. Et ideo tunc asses-
sor punietur de iniuria illata cadaueri
de suspensione post mortem, vt proba-
tur ĩ dicto.§.quoties. Nec est uerũ quod
dicũt assessores quod propter delictum
est effectus seruus fisci. quia non fisci sed
pœnæ ff.de iure fisci. l.si in metallum in
fin.secũdũ Ludouic.in l.ii.C. qui testa.fa.
pos.& Ang. ĩ dicta l.i.C.si reus vel accu.
mor.fuerit.vbi dicit in hoc assessores er-
rare.& in l.defuncto.de publ.iud.vbi di-
xit qđ tenetur de iniuria Nã licet olim
corpora comburerẽtur,hodie sepeliũtur.
gloss.in l.p hærede.ff. de acquirend.hę-
redita.vt patet in ti.de sepul.vio.vnde si
assessor hodie comburi faceret corpora
post mortm uideretur iniuriã inferre.
de quo uide in l.q sepulchra. de sepulcr.
vio.& in l.ossa.de relig.&.Bar.in l.sororẽ
de his qui.ut indig.& qđ no. in l.i.C.qui
accu.& qđ sit verũ quod afficiatur iniu
ria cadaueri, facit qa mors omnia. soluit
& post mortẽ. quis non obligatur, & in
psona mortui nihil initari potest.ff.q̃ sen.
sine ap.rescin.l.penul.& ff.si cer.pe.l.eius
qui in prouincia.& i.quęst.vltima.in fi.et
quod hoc sit verũ patet,quia post mortẽ
non põt hominis damnari memoria, ni
a si in casibus in iure expressis. a de qbus
in l.ex iudiciorũ.de accu.qđ si fiat in alio
casu a iure nõ pmisso snia esset nulla tã-
quã lata in iã mortuũ,& per iudicẽ mor-
tis habentis notitiã.ff.de re iudi.in sum-
ma.§ fi.eo.tit.l.q̃sitũ. & Bar.in l.i.in fin.
de cadu.tollẽd.Quæ licet vera sint ĩ mor
tuo qualitercunque nõ tñ iudicio meo in
eo,qui ob conscienciã criminis se occidit
quia ex quo notorie constat, quod mo-
riuntur in peccato mortali, ecclesiastica
carcere debẽt sepultura ut in c. omnis v-
triusque sexus. de pœ. & remis. & tenet
Tho.de aquino.ii.ii.q. xl.c.j. vbi de occi-
sis in duello.& diximus in nostro tracta-
tu de re mili.in lib.ix in c.an q capitur.et
occiditur in duello.& Bar.in l.i.C.de sa-
crosanct. eccle.repe.ix. col. quod isti qui
notoriè

notoriè moriuntur ĩ peccato mortali nõ sunt in vnitate ecclesiæ, dicẽs quod ideo eorum legata ad pias causas non recipit ecclesia de iure ciuili, vel canonico. Nam isti dicuntur esse in potestate Diaboli in anima & corpore per not. in dicto c. omnis. & sic eorum videtur damnata memoria per no. Cano. in c. clerici. de vit. & hone cleri. & per Hosti. in titu. de exce. prę-la. vbi dicunt de illis qui ludi causa moriuntur disperati, & etiam de iure ciuili est confessio peccatorum. l. archigerũtes. C. de episcopali audientia. Nam isti qui moriuntur in mortali peccato se occiden
b tes nõ sunt sepeliendi b xxiii. q. v. placuit & l. vj. dist. c. si quis. & c. seq. & sic videntur subiacere banno diuino vel ecclesiastico per prædicta. quia extra protectionem, ideo non uidentur affici iniuria, & sic pro firmo in hoc casu in eo qui se cõscientia criminis vel aliter se occidat dico esse veram opinionem & practicam assessorũ ipsos suspendentium. ¶ Et non obstant iura & rationes Cyni & aliorum, quia locum habent in mortuis aliter. licet Bal. in dicta l. ii. ponat exemplum in eo q se toccicari fecit, & dicat fore arbitrarium. ¶ An si tortus fuerit mortuus ĩ tormentis teneatur iudex in syndicatu. Vi-
c de in verbo, tortura, c vbi late. & in titu. de tormentis. in capit. regni huius. vbi latè. ¶ An si potestas moriatur in officio debeatur sibi salarium vel hæredi. vide in l. diem functo. de offic. asses. & infra in ver-
6 bo, salarium. ¶ † Si moriatur tortus ĩ tormentis potest eius cadauer in criminibus grauioribus puniri secundum Bald. in l. ii. C. qui testa. facere possunt. & Angel. & Imol. in l. defuncto. de publi. iudi. sicut punitur animal. xv. q. i. mulier. xxiiii. q. ii. sane. & capit. si quis Episcopus. de hæreti. & l. si quis defunctũ. de aposta. gloss. 24. q. 2. in summa. facit. 24. dis. quorundam. & l. pen. ff. de sicc. & l. si quis filio. §. is de iuinsto rupto. Inn. in c. i. de cõstitu. Bal. in §. pœna grauior. & i l. si seuerior. & facit quod notat. gloss. Bartol. in l. ex iudiciorum. de accusatio. & Bar. in l. i. de cada. punitorum.

a ¶ Expreßis.] Tñ ad hoc uide oĩo Fely ĩ c cũ nobis. do pscrip in iiij col & in c. super his in princip. iij col. de accu & in c si quis Episcopus. de here. & ĩ c. a nobis el ij. de sen excõ.

b Sepeliendi.] Adde tex. in c. cum grauia xiij. quæst ij.

c ¶ Tortura] Et ibi uide quæ dixi in apostill.

De litera. N.

SVMMARIVM.

1 Iudex intra quantum tempus dicatur negligẽs & n. 12. Et quando dicatur stare per iudicem nu 2. 6. & 8 & quid in notario impedito nu 7.

3 Iudex dicitur negligens si non expediat cãm. Et tenetur si pars petyt aliàs non nu 4.

5 Iudex an debeat in causis peregrinorum summarie procedere.

9 Officialis dißimulans malitiose & nõ puniẽs debet acriter puniri & nu 10. Et quomodo probetur negligentia officialis. n. 13.

13 Et an poßit moram purgare nu 14.

11 Aßessores an teneatur de negligentia in syndicatu.

15 Negligentia in iudice est lata culpa, seu dolus præsumptus.

16 Iudex negligens an faciat litem suam.

17 Officialis tenetur ad custodiam pignorum à se captorum.

18 Sutor tenetur domino si uestimenta à fuerint corrosa a muribus.

19 Officiales qualiter teneantur de culpæ.

20 Tutor non tenetur de leuißima culpa.

21 Iudex qui neglexit recipere testes tenetur con dictione ex l si quando C de testa.

22 Medicum non adhibere, & adhibere imperitum paria sunt.

23 Infirmitatem allegans debet habere literas duorũ medicorũ, q testificẽtur de ĩfirmitate

24 Officiales habentes administrationẽ rerũ publicarũ tenẽtur de dolo lata & leui culpaè.

Negligentia.

CAP. I.

1 
NTRA † quãtũ tẽpus dicat iudex esse neglĩgẽs in iustitiã faciẽdo. Bal. in l. mãcipia. de ser fug. & remisit ad Bar. in l. i. de his q. vt ĩdig. vbi dixit quando transiuit tantum tempus q facere potuit, & nõ fecit. & in l. ad cogni vbi Barto. & alii. ff. ad silleianum. Tamen idem Bald. in capitu. primo, de milite vassallo qui contumax. dicit quod per trinã requisitionem conuincitur duritia præ-

 lati,

lati postquam recurri potest ad superiorem.capitu. statuimus. de supplenda negligentia prælatorum. & videtur text. in d.c.primo,& idem Bal.in c j. si de inuesti.inter do.& vas.lis oriatur ꝙ requiritur trina requisitio. & deinde aditur superior. Tamen de iure constitutionum regni, quando officiales denegant, vel retardant iustitiam, aditur magna curia, quæ rescribit quod intra duos menses faciat iustitiam, & deinde causas aduocat, vt in constitu.regni statuimus.& in constitu.iustitiarij nomen & normam, vbi si Barones sunt negligentes vasallis iustitiã ministrare post monitionem eis factam per iustitiarium regionis, vel Regẽ intra duos menses iurisdictio reuertit ad ipsos vt in dicta constitutione & in constit. de offi.de dis.cogni.causarum. & secundum aliam consti.regni, quæ incipit hac l.& in titu.de causis cito decidendis, vbi dicitur quod iudici non potest imputari, nisi causam non expedierit intra dies. x. facta conclusione in causa.& omnia iura lo-
2 quuntur, quando stat per iudicem, † dicitur autem stare per iudicem quando nõ procedit in causa secundum quòd debet procedi.ff.ex quib.caus.ma.l. sed si ꝑ prætorem.§.ait prætor. Nisi ex causa suã iurisdictionem deneget, vel propter contumaciam, vel lapsum termini vt ibi, quia tunc non potest dici iudex in negligentia, & vbi stetit per partem quæ non sollicitauit, quia causarum merita partium assertione panduntur.l.fin.si per vim vel alio mod.& in cap.inter quatuor. de ma-
3 ioritate & obedientia pręla. † In his quę spectant ad iudicis officium dicitur negligens iudex, si non expediat causam.l.properandum.§.si autem.& d.l.si per pręto rẽm.§.ait ptor.secus in his q̃ spectant ad partis sollicitudinem, quia debet instare, & protestari contra iudicem. argum. de condi. & demon. l.quibus diebus. & de elect.his quibus.secũdum Bald.iud.§. si autem.& facit gloss.in l.si curatoris. C. de iure delib.quã ibi allegat Ang.dicens, quòd omnis actus in iudicio debet fieri ad partis instantiam,& facit tex.in l.j.C. vt intra certum tempus.Et dicit Bald.in
4 cap. iudices. de pace iura.fir.† quod tunc iudex tenetur de negligentia, quando non expediuit causam, quando pars pe-
a tij, aliàs non a.& vide eundem Bald. in l. statutis.C.de sent.ex peri. & adde glo.in c.fi.extra de test ib. quę dicit quod in iudice non habet locum pœna negligentię, nisi iustitia petatur à parte. & do. Anto. in c.cum sit.de foro competen. & Bart.in l.fin.de var.& extraord.cogni.vbi aliquid dixit, & in l.damni.§.Sabini.de dam.infect.per iura ibi allegata per Bart. & hæc vera in causis ordinraijs. Tamen si vnus exterus veniret ad iudicem cum vno instrumento liquido, vel cum alia scriptura authent.ꝑ vno debito.& iudex vellet ordinare procedere, tunc iudex diceretur iustitiam retardare, quia dicit Andr. de Isernia. in procœmio constitutiouum,
5 quòd † iudex in causis exterorum & peregrinorum solet summarie procedere, & maxime vbi causa esset modica.per no. in auth.nisi breuiores.de sen. ex peri.reci.vel si esset talis causa quæ celeritatem desideraret,vel in qua plus expẽderetur quàm sit valor rei,vt si esset quæst. de eo qui interim in hospitio satis comederet vt dixit Bar.no.in l.ij.ff.de re iudic. tunc iudex debet procedere summarie, & dilationib.breuiatis,& lite non contest.& facit quod idem Bar.no.in l.si prius.de noui oper.nuntiat. & in l.j.de glan.legẽd.& in l.sed si vsusfructus. de vsu lega.& Bal. in l.liberti.de oper.liber. Vel quando esset quæstio quis esset officialis pro instanti anno,& tẽpus instaret, quia debet ꝑcedere dilationibus breuitais.per text.in c. significauit.de iudic.in verbo.tẽpus inutiliter labatur,& dixit Specula. in titu.de secundo decre.versicu.videndum.& versicu.quid sit.quod procedi potest lire nõ
6 contesta. † Nec etiam diceretur stare ꝑ iudicem, quando esset impeditus multitudine causarum, vt est in curia principis.per no.in authentic.sed & lis.& in authentica.Item si appellatione.C.de tem po.appella. vbi Barto. dixit quando non
7 stetit per iudicem sicut etiam dicitur † de notario impedito multitudine cõtractuũ cui non imputatur. ff. fur. aduer.nau.l. prima & est gloss.not.in l. senatus. ff. de officio.præsi.quia non.currit præscriptio si iudex propter multitudinẽ causarum est impeditus me audire secundũ Ludouicum.

uicum in l.i.ff.de arbitr.in repetitio. per quæ poteris iudici cauere in syndicatu
8 † Dicitur autem stare per iudicem quando sibi liquet & non ꝓcedit, secus si sibi non liquet, quia non dicitur stare per eũ. secundum Bald.in l.si de meis.§. ex com promisso.de arbitr. vbi dicitur quod statur suo iuramento, quod sibi non liquet, quia consistit in animo, secundum glossã in dicto.§.ex cõpromisso.& facit l, Pomponius de re iudicata.ideo iudex non debet timere pœnam statuti, nisi se arctasset arg.l.intra utile de mino.licet Ia. But. dixerit in l.cũ iudex de sen.quod debet ꝓnuntiare condemno condemnandum,& absoluo absoluendnm. quod non placet de quo etiam vide.infra in aliis capitulis. & vide.infra in c. officialis propter negligentiam. & supra circa principium libri. in cap.an & quando.vbi de iustitia denegata.& in cap. iudices debent adiri. & in ea.officialis dicitur infra & vide in cap. iudex qui tenetur, in verbo, instantia. supra ubi multa. ¶ An si iudex.in certis casibus potest ex forma statuti inquirere & non inquirat teneatur de negligentia. Bal.in l.Gallus.in princ.dicit quod sic,ut ibi per Imol.vbi dicunt quod cum potestas teneatur ex necessitate officij purgare prouinciã malis hominibus.l.congruit de officio.pręsi.necessario sequitur,quod verbum potest, importat eandem necessitatem. edict.l. Gallus. in princ. & ideo si fuerit negligens tenebitur de negligẽtia. & facit quod not.Bald.& Angel.in l.mãcipia.de seru.fug.ideo iudex tenebitur de
9 negligentia, in syndicatu.¶ † Nam officialis dissimulans malitiam & non puniens debet acriter puniri.l.i. de deserto. secundum Barto.ibi.& l.fin.C.public.letitiæ.libr.xij.vbi Bartol. licet alibi dicatur, quod ubi aliquid ponitur in arbitrio iudicis nunquam iudex de negligentia punitur, si illud non faciat.l. non quicquid de iudic.vbi Ang. nisi in eo versetur partis interesse circa expensas, secũdũ Inno.in c.consuluit. de offic.delegat.quẽ
10 ibi refert Ange. ¶ † Iudices negligẽtes in puniendis sceleratus puniuntur, sicut ipsi scelerati.l. pen.C.de sa.pa.& in l.fin.C ne san.ba. & in l.si quis in hoc genus.C.. de episcop.& cleric. Tamen minori pœna punitur d.l.fi. & in l.fi.C. ad leg.iul. de ui.pub. vbi dicitur quod iudex qui delictum probatum non punit, est infamis.
11 ¶ † An assessores sydicentur de negligentia, vt sic contra eos fiat inquisitio scrupulosa. vt l.si seruus vetitus. de leg.i. dic quod non est conueniens, vt de negligentia syndicẽtur, nisi sit dissoluta, & dolo ꝓxima, secundum Ange.ibi, qui dicit, quod quando syndicatur de negligentia dicitur scrupulosè syndicari & acriter per illum text. dicens quod hoc non debet fieri, nisi sit dolo proxima, vt supra & ita seruat consuetudo per quam assessoribus multum fauetur, licet de mero rigore ita debeant syndicari de negligentia, sicut, de culpa in faciendo commissa.l. mancipia.de seru.fug.& l.si quis in conscribẽdo.C.de pac.& l.iudices.de decur.cũ simi: secundum Ang.in materia syndicatus in additio quas fecit. Et tũc est necesse quod officialis fuerit requisitus, & neglexerit, secundum Arch. in cap.i.de iureiur.& vide Specu.de inquisitione.vers. sed pone iudex.& gloss.iii.quæst.vi.qui sine.& vide Ang.in l. si vacantia.in verbo. præses.
12 de bon. vacan. † & de modo probandi diligentiam, vel negligentiam, esse commissam per officialem, in capiendo, vel denuntiando malefactorem, vide Bar.in consilio quod incipit, Charissimi isti nostri
13 hucerini. † Et aliud consiliũ quod incipit, eleemosina. Et quãdo dicatur esse negligens, b vide pulchra dicta Bart.& Ang.
b in l.ii.ff.de fur. An in libello qui format de negligentia debeat esse locus & tẽpus. vide in l.libellorum.de accusa. & Bald. in l.i.C.de his qui. vt indig.& uide Bald.in tit.de accu.& in tit.de syndico. in addi. Spec.vbi de materia syndicatus pulchra dixit & vide. Angel. in authen. scenicas non solum.vbi dicit per glo.ibi positam, quod sicut iudex facit litem suam malè iudicando ita in negligendo.vbi glo. allegat concor.& facit l.missi opinatores. de exac.trib Subdens quòd si statutum dicat, uiso instrumento illud exequatur, si retardat executionem, ita facit litem suã, sicut si male iudicasset Tamen iudex qui potuit de facto supplere,& non facit, non facit litem suam, quia aliud est denegare iustitiam, & aliud non iuuare.l.iustitia. de iusti.

de iusti.& iure & §.iuris præcepta. Quod
est vernm nisi fuerit petitum argu.l. 4.§.
hoc autem iudicium de dam.infect. An-
gel. & probatur ista negligentia ipsum re
quirẽdo & ꝑtestando.tex.no.in l.placuit
de colla.fund patri.lib.xj.vide supra circa
principium.in capit. intra quantum tem
pus. ¶ Qualiter excusari posit iudex qui
omisit procedere super aliquo maleficio.
vide Barto.in quæst.tria sunt statuta. vbi
ex ista exceptione dico tale maleficium
non fuisse commissum, ideo non proces-
si.& si nondum est elapsum totum tem-
pus quo potest procedi, non dicitur fuisse
in mora commissa ad totale interesse, li-
cet ad particulare sic, vel si noticiam non
habuisset, quia fuit in occulto commis-
sum, vt habes infra in cap.pen.quod ex-
tat statutum in verbo, instãtia.& vide in
cap.officiali posito in verbo, syndicus.&
vide in cap.id quod incumbit. infra in ter
tia charta.
14 ¶ † Et an posit officialis moram purga-
re,& si fuit in modica negligentia an pos
sit imputari, officiali, cur citius non pro-
cesit, neque cum primum potuit. vide
not.per Ange.in l.si insulam. ff.de verbo
rum obligatio.& quod Bald.no.in l. quã
uis.de condict.& demonstrat. vbi dixit,
quòd officialis pro modica culpa nõ syn
15 dicatur. ¶ † Negligentia est lata culpa in
c iudice, seu dolus præsumptus. c ideo tene
tur in solidum. l.mancipia.de seruis fugi
tiuis.& quod no. in l.2 ff.quod quisque
iuri. Et idem si iudex male iudicat, quia
in solidũ tenebitur si cum dolo. ¶ Et idem
si absque sententia damnum infert.l. le-
ctos.de pericu.& commo. l. sequenti nisi
faciat ex causa.l. 2.quod met. causa.& ff.
communi diui.l. si is cum quo.& in l.fin.
§.fin.de pigno.act. ¶ Si autem credidit se
iuste facere tenetur si facit ex suo cap. l.
2.quod quisque iur & l.fin.de var. & ex-
traord.cog. Si autem ad id inducitur pro
pter diuersitatem opinionum parcitur si
bi si passus est subtilis vel punitur mitius.
instit.de obli.quę ex quasi delict.in prin
cip. quia tenebitur ad purum damnũ par
tis, non ad aliud interesse. Et idem vbi cõ
suluit cum cõsilio sapientis electi per eũ,
secus si per partes.argumen.ff.de re iudi.
si conuenerit.& ibi Bart.& Bal.in l. man
cipia.de seruis fugitiuis. vbi ista dixit.
16 ¶ † An iudex negligens facit litem suã b
b in d.l.mancipia.videtur dici quòd sic. Bar
to. dicit quod nũquam facit litem suam,
ita quod cõueniatur act.in factum ex qua
si maleficio. l. ex maleficio. §. si iudex de
actio.& obligatio.& l.fina.de varijs.& ex
traordina. cogn. Sed conuenietur condi-
ctione ex titul. vt different. iudices. Sed
Baldus ibi tenet contrarium per l. si quis
in conscribendo. C.de pact.per tex. in l.
si quando.de testib. Angel. autem susti-
net Barto.in l.quia in l.si quis in conscri
bendo.non stetit in meris finibus negli-
gentiæ, sed iudicauit contra acta, ideo fa
cit litem suam dicens quòd Barto.loqui-
tur, vbi pœna reperitur a lege imposita,
secus vbi non reperitur determinata, sed
simpliciter tunc iudex facit litem suã ne-
gligendo, secundum Bal.& sic si negligen
tia est dissoluta,& sic prope dolum, tene-
tur insolidum aut accedit tantum culpæ,
& tenetur quatenus religioni iudicantis
videbitur æquum.& subdit Angel.quod
excõmunicatus nõ seruata forma & ma-
turitate à Canone introducta in cap.sa-
cro. de senten.excommunica.non facit li
tem suam, sed tenetur ad interesse condi
ctione ex cap.j.de sentent.excom.lib. 6.
17 ¶ † Officialis tenetur ad custodiam pi-
gnorum à se captorum.l. quemadmodũ.
§.si magistratus.ad legem aquil. vbi dici-
tur quod etiam si receperit ex partium
conuentione. & reddat illum deteriora-
tum, & ritum tenetur de illo damno, si
tamen ipsa pignora sint supellectilia,& in
curia à muribus corrosa, an teneantur il-
li qui pignora cæperunt? Dic quod sic ar
gum.l.item quæritur.§.si quis.ff.loc. vb
dicitur quod rosura murium est in cul-
18 pa.per quem text. dicunt docto. † quod
sutor tenetur domino, si vestimenta quę
habet in apotheca mures corroserunt,
quia murium rosura nõ est casus fortui-
tus, quia si hoc esset, nõ imputaretẽ.l.opus.
eo.titu.& facit quod habetur in l.prima.
§. si rosæ tabulæ. de bon. posses. secun-
dum tabu. ¶ Et ad prædicta facit quod iu
dex tenetur de damno iniuria dato d. §.
si magistratus.nisi fecerit iuridice suũ offi
ciũ exequendo, pręsertim contra resisten
tẽ sibi vel iurisdõni suę per illum. §. vbi

si cœpit

si cœpit pecudes pignori, & nõ permisit eas pasci permittendo famæ necari non patiendo eis afferri cibaria, secũdum Bal. & Floria.ibi, vbi dixit, quòd si per imperitiam cępit pignora, vel illicitam capturam, quod ipse tenetur ad interesse.

¶Vbi quis ratione officij tenetur ad aliquid faciendum, si illud non faciat, pręsumitur esse in dolo.l.fideiussori. ff.manda. & l.magna.ff.de verborum signifi.& not. Barto.in l. Titium & Meuium. de administratio.tutorum.

19 ¶ † Qualiter officiales de culpa teneãtur. & Bal.in l.quæ fortuitis.C.de pig.act. dũ quæsiuit qualiter culpæ veniant in officiis, magistratibus, & assessoribus, dixit, ꝙ teneãtur de leuissima culpa ff.de ma.cõue.l.non simile.& in l.magistratum.tamẽ mitius agitur, quia syndicatores possunt ex arbitrio condemnare in quota, vel in tota: prout eis visum fuerit.instit.de obli. ex quasi malefic. in princi. Et si non sint soluendo non retrudentur in carcerem, sed tenentur solum in quantum facere possunt.ff.de iudic. l.si filius. Ideo in libello contra eos ratione culpæ leuis, vel leuissima non debet certa quantitas peti sed debet concludi ad condemnationem, quatenus bono viro æquum videbitur.ff. de var.& extraor.cogni.l.si iudex.& l.ii. cum ibi no.ff quod quisq; iur. Alij cõtra. quia magistratus tutori æquiparatur.l.

20 præfertur.ff.de ritu nupt. †& tutor non tenetur de leuissima.l.tutori.de neg.gest. l.ex facto. in quo Bal.dixit, ꝙ si officium fuit procuratum à magistratu, vel ab assessore quod tenetur de leuissima, secus si fuit rogatus, quia q̃n tenetur de leui.ar. ff.depositi.l.j.§ stipu.& si certum pet. l.si quis nec causam.& de præscript.verb.l.si grauitam.§.i.Quia rõne ꝓcurationis officij sollicitudo augeť. ide in arbitro vel arbitratore.de pac.l.si quis in conscriben do ita Bal in d.l.quæ fortuitis.vbi latè ponit de tutore, proxeneta, & procuratore, de qua culpa teneatur. & vide etiam infra in c.magistratus.¶Si impetatur in syndicatu iudex quod neglexerit examinare testes alicuius, & propterea litem suam fecisset dicatur, impetens debet probare, quod produxit personaliter testes in iudicio, & fuit iudici protestatus quod ipsos examinaret, aliter iudex non dicitur negligens.iuxta not.per Bart.in l.damni.§. Sabini de dam.infect.& habet necesse ꝓbare quod illi testes probassent intentionem suam, & quod intererat ipsos fuisse examinatos in tanta quãtitate, quod debet in libello deducere, aliàs non tenetur iudex in syndicatu.secundum Baldum in l.in pecuniariis.ff.de fer.alleg.l.qui commeatu. de re milit.

¶Et ergo addo quod debet probare quod propter illos testes non examinatos succubuit in causa illa, quia posset esse, quod deponebant pro eo, non tamen ipsum releuabat depositio eorum, nec elidebant intentionem partis aduersæ. argu. l.non hoc. vnde cogna. & capitu.in præsentia. de renun. & quod intra terminum produxerit, & parte citata ad videndum eos recipi.l si quando.de testib.aliàs iudex nõ diceretur esse negligens, quia pars non seruauit formam iuris. & dixit Bartolus

21 in l.fin.ff.de var.cogni.†quod iudex quĩ neglexit recipere testes, teneť condictione ex l.si quando.C.de testi. vbi text. & Barto.nisi iudex se posset excusare excusationibus iuridicis. & vide infra in c. si iudex non interrog. ¶An iudex qui habet æstimare, an quis fuerit mortuus ex vulnere, & an vulnera sint mortalia, vel membra sint debilitata, vel si carceratus, qui infirmatur ratione infirmitatis, quæ sit mortalis, sit liberandus à carcere, excusetur in syndicatu, si medicus ab eo adhibitus ex imperitia malè retulit, vel ex dolo, & carceratus erat leui infirmitate tentus, & aufugerit, vel medicus malè arbitratus fuerit? Dic ad hoc vt excusetur, ꝙ debet primo adhibere medicum communis ad hoc deputatum, cuius solius dicto stabitur. Si autem non est deputatus à cõmuni, debet duos adhibere, si reperiantur in ciuitate.l.comparationes. de fid instr. & de re mili.l.semel.libr.xii. Aliàs si duo non reperiantur vnus sufficit. in auth.de non alie.aut permu.§.qui autem.ita Bart. in l.i.C.de ponde.auri.libr.x. Nec sufficit adhibere vnum, nisi sit peritus. gloss in l.

22 ab hostibus.§.si vir.ff.solu.mat. †vbi paria sunt medicum non adhibere, & imperitum adhibere. Ideo dixit ibi Bald.quod factum à iudice, qui adhibuit medicũ imperitum

peritum reuocatur, quando iudicio peritorum contrarium appareat: adeo quòd sententia lata prætextu consilij talis imperiti nunquam transit in rem iudicatã, secundum Ioan. Andr. in titu. de homi. §. sed pone. ver. si vulnerauit. & Cano. in c. proposuisti. de præben. Et ideo si dicatur aliquẽ mortuum ex imperitia medici, & non ex percussione, iudex bonos & peritos medicos debet adhibere, vt ipse excusetur. Et prima dicta faciũt ꝑ ritu magnę
a3 curiæ dicẽte: † quod si aliquis allegat infirmitatem, debet habere literas duorum medicorũ qui testificantur de infirmitate, quem intellige si in illa ciuitate poterant haberi duo, aliàs sufficiat vnus, vel sufficiat ille qui esset à communi ad hoc deputatus, vt ritus intelligatur, & interpretetur secundum ius commune, quia statuta sunt interpretanda secundum ius commune, vt in l. omnes populi. de iust. & iur. & l. ij. de noxa. cum si. Et facit quod not. in constit. regni. in causa depositi. vbi glo. dixit, quod illa consti. requirens in deposito fore adhibendos tres testes, intelligitur si sint in loco in quo haberi possunt. Et dicit idem Bart. in l. semel. de re milit. lib. xij. quod non sufficit denũciatio medici, dicentis quod sit remansura cicatrix nisi præcedat iudicis diligens inquisitio, quod debet assessor scribi facere in actis, quod iudex de hoc inquisiuit, & medicus retulit. & vide de supradictis in l. si in rixa. ff. ad leg. Cornel. de sicca. circa fin. Et an excusetur si delegatus. vbi etiam de arbitro. & vide in titu. si mens. fal. mo.
a4 dixe. ¶Officiales † habentes administrationem rerum publicarum tenentur de dolo, lata, & leui culpa. l. magistratus. de administra. rerum ad ciuita. perti. & Bar. in l. ij. de nauic. vbi dicit quod si illa commiserunt minus idoneæ personæ tenentur. l. eum qui in fin. & l. argentum. ff. cõmodati. ¶Si est data potestas specialis capitaneo vlciscendi iniurias illatas iudicibus inferioribus, qui est negligens, poterit vlcisci potestas. Angel. per illum text. in auth. de defen. ciui. §. si vero. & vide tex. in eo. titu. in ver. amplius. quod potestas tenetur vlcisci si quis faciat iniuriam alteri officiali ciuitatis. & vide etiam Ange. in repe. l. si vacan. de bon. vac. libr. x. & dixit idem Ang. in auth. de defen. ciu. §. audiant. quod si officiali est data potestas audientiæ causarum, videtur sibi delegata cognitio.

a ¶*Aliàs non*] *Adde Bal. in l i §. magistratus de magi. quem ubi bonus text & not. in l. argentarius. § cum autem ff de edend.*

b ¶*Negligens.*] *Et unde dicatur uide do. Maria. Socin in consil. 21. inci prosequendo uers. viij. probatur in fin in prima parte.*

c ¶*Præsumptus*] *Adde Bald. in l si quando in prima colum. C de testi.*

d ¶*Suam.*] *Adde do. Alexan de Imol. in l argentarius § fina ff de edendo & in l si iudex. de var. cognit.*

SVMMARIVM.

1 *Contentio si sit inter duos de una possessione, ita ut deueniant ad arma iudex debet partibus mandare, vt non accedant ad possessionem. Et quid si una pars appellauerit? numero 2.*

3 *Officialis potest syndicari si non fuit diligens in exactione tributorum fiscalium.*

4 *Officialis in suo officio negligens condemnatus non põt impetrare absolutorium rescriptũ.*

5 *Officialis nolens recipere libellum querimoniarum, facit litem suam.*

6 *Officialis intra quantum tempus dicatur negligens.*

7 *Officialis perpetuus an debeat deponi propter negligentiam?*

8 *Iudex an poßit prohibere alicui ne transeat ante domum sui inimici.*

9 *Iudex non tenetur ponere aliquem ad torturã, nisi petatur.*

CAP. II.



1 IVdex vt non arguatur de negligentia in syndicatu † si est contẽtio inter duos de possessione, & est timor armorum partibus debet mãdare, vt non accedant ad possessionem: vt not. extra de proba. c. in præsentia. & quod no. Cy. in l. j. vti possi. & in l. fin. de offi. procur. Cæsa. vbi est text. Iste autem timor non habetur indistincte in qualibet persona, sed qualitas personæ est per iudicem attendenda, vt not. Cy. in l. denunciamus. de his qui ad eccle. ita Bal. in l. nullus. de sum. trinit. & dicit Bal. in d. c. in præsentia. quod qñ plures armata ma-

nu contendunt de possessione adipiscenda, culibet est prohibêdus accessus ante cognitã ratione. Si autẽ contendunt armata manu de possessiõe retinẽda, quia vterque se possidere asserit, tunc summatim cognoscitur quis possideat, & alteri inhibetur ne accedat ante cognitã quęstionẽ. pro quo vide not. per Bar. in l. ordinarij. de rei ven. Idẽ si vterque pariter probat quia vtrique mãdabitur, vt nõ accedat ad possessionẽ, & ipsa sequestrabitũ donec de proprietate probeẽ vt no. Bal. in l. j. C. vti pos. circa fi. & in l. j. de prohi. seque. pos. per Bal. Si autem vnus vult inuadere, alter vult retinere non debet hoc iudex permittere. l. illicitas. §. ne potẽtiores. de offic. pręsi. & in d. l. fi. Si autem possessio erat vacans, & vnus præuenit aliũ in possessione occupanda, ille qui pręuenit habetur loco possessoris, nec potest vim pati, nec per iudicẽ expelli, nisi cõueniatur, vel nisi in beneficijs, & præbẽdis quas iudex nõ debet pati occupari, licèt vacẽt. secundũ Bal. vbi suprà. & vide Inn. & Anto. de But. in c. licet causam. de pro-
2 ba. in fi. Si tamen † pars prohibita ab ingressu possessionis appellaret, iudex non debet admittere, quia ista prohibitio venit ex legis ꝓuisione & æquitate legis. l. æquissimum. de vsufru. Quæ prouisio & æquitas non infert iniurias vel grauamẽ l. iniuriarum. §. j. & quę ibi not. de iniur. & ibi nullum grauamen nulla appellatio l. i. in princ. & § questui. de appel. reci. Et tanquã friuola appellatio nõ iuuat appellantem. l. si qua pœna. de verb. sig. secundum Bald. in l. i. C. ex deli. defun. Et non obst. quod Innocen. dixit in c. ad hoc. de app. vbi tenet quod si quis est prohibitus ab ingressu possessionis, quod appellatur, quia loquitur quando mandatum tale fieret simpliciter non excusat. secus. l. authoritate. Et vide aliquid per Bal. in l. si clericus. de episcop. audi. quæ not. ad excusationem iudicis in syndicatu in his & similibus casibus. & vide infra in c. si sint duo qui ad inuicem habent guerram. in verb. officialis. & ĩ c. si officialis viderit aliquos. infra proxima charta. ¶ Si iudex non interrogat testem de causa scientię propter quod pars perdit causam, ipse iudex tenetur parti ad interesse propter negligentiã suam, secundum Docto. & Anto. de Butr. in c. cum causam. de testa. & de eden. l. ar. §. cum autem. Et erit tunc interesse, quia debent repeti suo sumptu, si potest in causa adpellationis, aliàs aliter tenebitur. Quod puto verum, nisi ipse testis à se ipso deponeret de cã scientiæ, & percipi posset ex sua depositione. Vel si essemus ĩ casibus in quibus testis debet deponere etiam nõ interrogatus, vt in dominio.

¶ Administrator syndicatur de negligentia, vt nota. in l. seruus. in princ. de leg. i. iuxta fi. quod not. pro assessoribus, vt nõ syndicentur de negligentia, nisi sit dissoluta, & in faciendo commissa. l. mancipia. C. de seruis fugit. & de pac. l. si quis in cõscribendo. & C. de decurio. l. iudex. cum simil. & l. si quos. do offi. pręto. ¶ Officia-
3 lis † potest syndicari si non fuit diligens & vigilans ad assistẽdum in exactione tributorũ fiscaliũ. in §. eos autem. vt iudic. sine quoquo. vbi etiã dicit ꝙ debẽt potius se exhibere deuotis prĩcipis benignè eos tractãdo paternè, & ab his nihil accipere, & indeuotos puniẽdo, nec sinere vt subditis violentia inferatur, & esse debet æquus ĩ executione iustitiæ & delicta punire, & innocentes absoluere, quĩ si contra fecerit in syndicatu tenetur. d. §. eos. quæ possent esse aliquando causæ minuendi salarium ꝑ dictas culpas, & alibi dicitur, quod officialis negligens in exigendis collectis non debet habere salarium. l. iudices. C. de anno. & tribu. li. x in auth. de mand. princ. vbi habetur de negligentia in exactione collectarum.

¶ Iudex qui negligit ferre sentẽtiã, & sic iustitiã ministrare, punitur, per tit. vt diff. iud. non tñ facit litem suam ex capite. l. si iudex. ff. de var. & extraor. cogn. quia alia pœna imponitur iudicibus negligentibꝰ. ideo non habet locum illa pęna. Si tñ fuit in dolo, & non in simplici negligentia, facit litem suã, ex illo capite tenetur, scd̃m Bal. in l. si quis in cõscribendo. C. de pac. & Ange. in l. mancipia. de seruis fugiti. & Ang. in l. i. C. quom. & quan. Et dicit Bal. in l. si quis in conscribendo. quod licet à sententia iudicis non possit appellari: tñ põt haberi recursus contra iudicem malè pronunciantem. per illum tex. iuncto. §. stari. de arbitr. q̃ not. ¶ Et qñ iudex esset negligens

negligens ab eius negligentia appellabitur.
Bald.in l.ij.vt lit.pend.vbi alleg.text.in auth.
de quæstio.in §.sed hoc.vj.col.& Gulel.in l.
nemo de iurisdictio.omn.iudic.& vide Bart.
in l.j.C.quomodo & quando iudex.vbi dixit
quòd quando iudex qui, neglexit iudicare
quod non facit litem suam, sed tenetur parti.
4 ad interesse.vbi vide per eum. Officialis † in
suo officio negligens condemnatus non po-
test impetrare absolutorium rescriptum, &
sic soluit non habet regressum contra partem
cui fauit.l.mancipia.C.de seruis fugi.quæ lex
facit quòd si princeps facit generale indultum
ciuitati, non extenditur ad iudicem ciuem il
lius ciuitatis, qui in aliquo deliquisset. ¶ Offi-
5 cialis † dicitur negligẽs si noluit recipere libel
lũ querimoniarũ, & litem suam facit vel si ac
cusationem sibi portatam ad cameram noluit
recipere, nec procedere, vel recepit & noluit
testes examinare super ea.ff.de eden.l.argẽta
rius.§.cum autem.in verbo, iudice. Vel non
fecit satisfieri parti de furto, vel damno, &
talis negligencia est lata culpa, seu dolus præ
sumptus, ideo hic tenetur insolidum.d.l. man
cipia. vbi Bald.qui etiam dicit quando iudex
male iudicauit qualiter teneatur.et vide supra
6 ¶ Officialis † intra quantum tempus dicatur
negligens. Bart.not.in l.j.C.de his qui.vt in-
dig.& ff.ad Sillan.l.in cognitione. Bal.in d.l.
mancipia.& vide Anto.de Butr.in capit.j.de
sup.negli.præla.& vide supra circa princ.in
7 cap.intra quantum tempus. ¶ Officialis † negli
gens in officio perpetuo non debet deponi,
nisi culpa inducat depositionem, vt quia in
officio deliquit.C.de suscep.& archa.l. si ali-
quid.in gl.& ff.de infami.l.4.§. miles. & talis
dicitur extinctus. C. de priuileg.l.præclara.
adeo quod ad idem officium reuerti nunquã
potest.no.in auth.de armis.in fin.col.vj. ¶ Si
officialis videns aliquos rixari, se non intro-
mittit, potest ab officio remoueri. Bald. in l.j.
C.de summ.trin.in quęst.quando inter duos
est quæstion.de possessione & timetur, vt ne
veniant ad arma, quòd debet prouidere quod
nemo ad possessionem accedat, vbi dicit not.
contra potestatem, qui vidit rixantes & non
obuiat.quod not. pro arguenda negligentia
iudicis.& facit quod not.in l.quod iussit.de re
8 iudi.vbi dicitur quòd † iudex debet prohibere
quòd quis non transeat per domum inimici
sui, ne succedant rixæ & delicta inter ipsos.
vide supra in cap.iudex vt non arguantur in
hoc verbo.& in capit.iudex qui se fingit dor-
mire.infra hoc verbo, & in hoc verbo in cap.
officialis videns rixantes in hoc verbo.

¶ An iudex propter negligẽtiam faciat litem
suam? Dic quòd sic, quatenus partem læsit.
text.est not.in tit.de pac.iur. firma. §. iudices
& de quæsto.§.super hoc non tamen dicitur
negligere si pars non petit.de eden.l.argenta-
rius.§.cum autem.& quod not.de seruis fugi.
9 l.cum seruum.† Vbi gloss. dicit quòd iudex
non tenetur aliquem ponere ad torturam, ni-
si petatur per eum, cuius interest. Bald.in d.
§.iudices.& dixit no.gl.in c.fi. de rescr. quod
in iudice nõ habet locũ pęna negligentiæ. nisi
iustitia à parte petatur.& Anto.de Butr.in c.
cum sit.de foro competen.& vide Bar.in l.fi.
ff.de varijs & extraordi.cog. ¶ An iudex ne-
gligens faciat litem suam sicut male pronun-
tians? dic quod cap. cum æterni. de iudi-
cijs.in vj.imponit pęnam irregularitatis iudi
cibus, qui contra suam conscientiam iudicant,
quòd tamen an habeat locum in negligentia,
vide ibi Can.& Io.Andr.in c.legitima.de ap
pel.in nouella. Ad propositum ergo dic quod
duæ glo.hoc tenẽt.vna in l.non id circo.de iu
dic.alia in §.hoc etiam.ij.quæstio.v.quicquid.
Bar.dicit in l.final.de var.& extraordi. cog.
& in sua disputatione iudex.qui tamen Lud.
dixit quod tripliciter facit litem suam. Primo
cum iniuste pronuntiat ex ignorantia, & tũc
tenetur inquãtum bono viro æquũ videbitur
per l.filiusfamilias.de iud. & institu. de obli-
gation.quæ ex maleficio.& l.ex maleficis.§.si
iudex. de actio. & obligatiou. quo casu con-
cluditur inquantum iudicis discretioni vide
tur ęquum debere condemnari. Secunda quã
do dolo pronuntiat, quo casu tenetur ad om
nia damna, & interesse passa per talem senten
tiam.l.fin.de pœna iudic.& tunc petitur con
demnari ad omnia, & ideo erit differẽtia quã
do ex negligẽtia, & quãdo ex dolo. Quando
ex negligẽtia actio quę datur cõtra ipsum, da
bitur cõtra hęredẽ per l.iiij.§.fi.de dãno infe.
sed quãdo dolo iudicauit actio nõ dabitur cõ
tra hęredẽ.leg.Iul.de iud.& hoc procedit iu-
re ciu. Et vide de iure cano.in c.fina.de sepul.
cum simi. Lud.in l.4. de dam.infe. in §.fi.&
vide Bar.in l.j.qũo & quãd.iud.vbi dicit, ꝙ
rõne negligẽtiæ in iudicãdo cõmisse, nõ facit
litẽ suã, sed tenetur parti ad interesse.& in d.l.
fi.de var.& extraordi.cogn.qui plus etiam di
xit, est iudici verecundia.

SVMMARIVM.

1 *Officialis propter negligentiam, vel culpam in officio commissam remotus non remittitur ad aliud officium.*

2 *Iudex facit litem suam quando ius partis perditur per negligentiam suam.*

CAP. III.

1  Officialis propter † negligentiam vel culpam in officio commissam remotus non remittitur ad aliud officiũ vel honorem l.quicunque. de diuers. offic. lib. 12. Idem si propter
a aliud vitium, vel delictum, 2 vt furtum, vel simile.l.si quos de offic. præfect. præto.vel si propter dilapidationē, propter quam remouetur etiam lite penden. c. cum oportet. de excu. tuto. fortius post sententiam.l.si aliquid.de suscepto.& archa.& de hoc 2 q.3. cap.quia ea. & de officio.delegat.capitu.venerabili. Et intellige, quod officialis remouetur propter negligentiam quando ex magna extra de statu.monach.cap.cum ad monasterium. in fin.secus si parua.arg.j. quæst.j.cap.quicquid & not.81.distinctio.capitu. dictum. nisi maius inde posset præiudicium generari.sic intellige.de cust. reo. l. carcerari. negligentia omnia lædit.& in authentic. de quæsto.ad fin. de quo habetur in l. 2. de natu.fœm.

a tatis.ꝑ d.§.sed qui pileum.quē dicit portasse.Terentiū. in signum libertatis post currū.Scipionis Affricani, scđm Quintilianum. Nam pileus est signum dignitatis quem deferebant Græcorum sacerdotes in festis pro eminētia sacerdotii.21. dist. c.clericis, secundum Lucam ibi, vbi multa dicit de infulis diuersorum officiorum & iō Doctores. Neapolitani, qui diferentes pileos, cum fassa aurea, nō fuerunt digne repræhēsi, quia pileus est signum honoris, vt supra & fassam auream merentur in capitare. vt dicit Ang. in l.i. de capi tol.vbi dicit, quod Doctores legum in capite deferunt aureas literasquæ not. ꝑ nuntiis insulatis, vt supra dictum est.

a ¶ *Pileus.*] *Et adde quod dicitur a pilis, quia pilos capitis tegebat & stringebat secundum Ioannem Andr in clemen ij de vita & honest cleric potest etiam dici a pilis quia de pillis factus erat.*

SVMMARIVM.

1 *Iudici neque denuntiatori creditur in grauibus delictis*

2 *Probatio euidens dicitur illa, que colligitur ex coniecturis.*

3 *Deprehensio in crimine probatur multis modis*

4 *Banno facto, quod deprehensus cum armis punietur iudex poterit sine sententia exequi.*

5 *Ambasiator si infirmetur in itinere debet curari expensis reipublica.*

CAP.

CAP. II.



Vdex in officio processit ad punitionem multorum pro portatione armorū, vel ambulatione nocturna, ex denunciatione syndici ciuitatis, vel nuntij habentium potestatem denuntiandi, an teneatur in syndicatu? Dic quòd regulariter eis non creditur. glo.est in l.ea quidem. C.de accusat. vbi Cyn. nisi in leuibus quæ ad eorum spectant officiū.l.fi.§.fi. ff de loc.publi. fuen. quia inuentus est aliquis de nocte sine lumine, vel cum armis, ex quo debet soluere pœnam pecuniariam, & non magnam, nam maleficia leuia dicuntur ex priuatæ causę, & ex genere pœnę, & culpabiles inuenire ad familiam spectat, ideo tunc creditur eorum delationi ex consuetudine terrarum l.ictus fustium.de infami. Nam nuntio creditur de citatione. c.quoniam

a contra a falsam.cum similib. de proba.qa ad eius spectat officium citare, & ad istorum officialium qui deputantur ad maleficia denuntianda spectat officium malefactores transmittendi inuentos sub fida custodia pręsidi, interrogare participes, & latronum receptatores, & eorum responsa sub sigillis trāsmittere.l.diuus. de custod.reor.ita Angel.in d.l. ea quidem. Tamen ista prima fuit opin.Bartol. in d.l.

1 diuus.vbi dixit, † quod non creditur in grauibus delictis iudicio coæquali, nec denuntiatori.p l.i C.de decur.secus in leuibus, vbi quando mittitur denunriator ad scrutandum per portas ludentes, portantes arma, & similia leuia, & in istis credatur tali officiali dicenti se sic inuenisse argu.l.i.§.quies.de offic.præfect.vigi.l. leuia.de accus. Secus si mittatur non ad videndum, & referēdum id, quod videtur, sed id quod reperit ex auditu, & fama aliorum, tūc ipsis non creditur ad puniē dum, sed ad inquirendum, & hoc tenēt alii in d.l.ea quidem. nisi aliter statutum prouideret. Et idem, quod Barto. tenuit. Bald.in l.neminem. C. de exhib.reis. & idem Bald. in l. magis puto.in §. tamen. de reb.cor.dixit, quod creditur huic nuntio, quando aliquid facit secundum naturam sui officij in modicis, sed in magnis & nimis præiudicialib. non creditur vni nontio.l.i.de decur. & not.in l.diuus. dicens, qđ etiā si creditur dictæ familię potestatis qui vadit rimando pro armis. Et idem vt supra tenet Ludo. in l.i. ff.de eo per quē fact.est.allegat.dicta iura.& Bar. in tracta.ad reprimendam.in verb.per nūtium. Tamen Odo.in titu.de primo & secundo decreto dixit, quod sibi non credi tur soli per l.i.de decurion lib. 12 nisi ali ter probetur, vt ibi. & vide supra in verbo, iudex.in c.iudex in criminalibus leuibus. Et per prædicta puto intelligenda fore cum grano salis, qn̄ pro ipsa ambulatione nocturna vel armorum delatione, aut alio leui delicto veniret imponenda pœna pecuniaria aut alia leuis, vt quod stet per vnā septimanam in carcere, secus si alia grauis pœna, vt qđ habeat tractus chordæ vel fustigetur, vt aliquando assolet fieri propter frequentiā armorū delationis, & forte propterea, quia quotie fierent rixæ, & homicidia, quia cum ista tortura sit maxima pœna & maior quā manus incisio, vt in authen. vt nul.iud.§.fin. & in c.tortura grauior.in verbo, tortura, non puto, quod credi debeat soli nuntio referenti illum detulisse arma, vel ambulasse de nocte per iura primo loco allegata, nisi essent plures familiares vel nuntij iurati quibus propter numerum credere tur.l.3.in versicu.numerus. ff de testibus vel nisi ipse nuntius referens illum cępisset cū armis noctis tempore, vel de die, & ipsum detulisse t captum ad curiā cū armis quo casu putarē sibi credi debere ratione rei euidentiæ, & notoriæ deprehensionis. Et quando est pœna chordæ vel fustigationis, quia ipse est officialis iuratus ad denuntiandum, vni soli creditur, ſm Bar.in verbo, p nūtium ad reprimen. qa cū eius relatione cōcurrit nunc verisimilitudo, & rei euidētia, & quasi notoriū, ꝙ arma portans deprehensus dicit inueniri in flagrāti crimine, ſm gl. Neapolitani in c.regni.vt stipendiarii vel familiares, qa illū duxit ad curiā captū noctis tpe, & cū armis, q̄ rerū euidentia est probatio optima.C.de cano.fru.vrb.Romæ.l.i. & l.4. ff.de dān.infe.& in l.si irruptione. si.reg.

a Inn.i c.ꝓposuisti.extra de ꝓba.† dicit n. euidēs probatio quæ colligitur ex coniecturis.đ vulg.& pupil.l.si plures.đ leg.i.l. licet

licet Imperator. deprehensio.n. in crimine dicitur habere probationem. C. de epis. & cleri. l. raptores. & in l. fina. C. de mod.
3 mult. in l. si fugitiuum. vbi dixit Ang. † quod deprehensio in crimine probatur multis modis, præsertim per indicia, & præsumptiones. l. non omnis. §. à Barbaris. de re milit. per quam. l. dicitur, quod ea quę nō possunt liquide probari, vt quod quis fuerit deprehēsus ad hostes accedere probatur per verisimiles coniecturas, per indicia, & per præsumptiones, vt ibi latè Ang. & quod not. in l. j. ff. de prob. & Cy. in l. j. de fica. & facit. ff. de testib. l. ob carmen. §. fin. vbi dicit Iurisconsultus, quòd veritas argumentis, & testimoniis colligitur. deprehēsio. n. in crimine inducit notorietatē ipsius criminis. glo. in c. cum non ab homine. de iudic. Licet gloss. in l. capite quinto. de adulte. dixerit, quòd facit tantum indicium, nisi sit aliqua coniectura, tñ alia glo. in c. ex literarum. de eo qui dux. in vxor. dixit, quod inducit infamiam, & quod nec plenè probat, per l. palam. §. penul. de rit. nup. & ideo. 15. q. vlti. c. fi. gl. 81. dist. c. presbyr. concordat, quod si quis deprehēdatur in actu adulterij probetur veritas, & transire possit in notorium, si fiat coram multis, secus si post deprehensionē superueniant testes soli detentioni, tunc potest transire in infamiam, si corā multis detinetur, & sic intelligatur glo. in d. c. ex literarum. & potest transire in indiciū in crimine occulto, si coram paucis detineatur. d. l. capite quinto. secundum Ant. de But. in d. cap. cum non ab homine. qui dixit in hoc attendi qualitatem assistentium, & qualitatem deprehēsionis, quod Inno. no. in c. j. de off. delega. in 6. Et licet iste officialis sit vnus, tamen ad minus faciet indicium ad torturam. l. 3. in gl. C. ad l. Iul. maie. dixit Ang. gl. & Bal. & omnes
4 in l. ictus fustiū. de infami. † quod si fiat bannum, quod deprehensus cum armis tormentetur, quod iudex poterit exequi sine sententia. & And. de Iser. in constit. regni humanitatis. Et dixit Ang. in d. l. si fugitiui. quod aliquando actualis deprehensio requiritur. l. si barsatorem. de fideiuss. & gloss. in l. palam. § qui adulterio. de ritu nup. & Cyn. in l. j. C. de acqui. pos. Et aliquando dicitur deprehensus qui per testes cōuincitur lusisse, aut arma portasse, per l. 3. de custod. reor. & glo. in l. j. C. vbi lib. sena. licet ipse firmet primam opin. Et sic illa relatio officialis iurati vna cū deprehensione, ac iudici præsentatione armorum probabit per supra dicta. Nec obstat, quod sit vnus testis, vel officialis, quia vt dictum est, cum istis verisimilibus probabit, faciunt not. per Bal. in l. qm. de infa. & l. si quis in hoc genus. de episco. & cler. quod cum confessione debent concurrere verisimilitudines, vt quis ex ea puniatur, vt habetur supra in c. quoniam sępe. in verb. confessio. & melius in c. quia cōmuniter dicitur, in verbo, tortura. vbi de istis verisimilitudinibus. Non obst. constitutio regni: citationis literæ, quæ vult, quod nuntij debent citare coram vno notario, vel duobus testibus, quia loquitur si citatio committitur extra curiam alteri nuntio, vel ignoto. secundum Andr. de Isern. in suo ordine iudiciario. in princi. ¶ Dicit constitutio, quod nuntij qui vadunt citādo extra ciuitatem, debent habere pro quolibet miliari granum vnum, si nūcius curiæ vadit per viam transuersam & magis longam, vt habeat maius salariū, nunquid possit consequi illud plus? Bart. in l. qui fiscales. de cur. pu. & no. in l. eos. de fals. & Nic. de Neap. in l. non solum. de excus. tuto. dicit, quod berruarij qui accipiunt certum quid pro quolibet miliari, si propter timorem non vadāt per viam rectā, quod non debent habere salarium pro via quam faciunt, sed pro ea quam facere debent, secundum Iac. de Are. facit C. de naui. l. fi. & si quis cau. l. ii. §. pen. Et si in vna die expediuit, quod erat expediendū in duobus, duplicatur salarium, secūdum gl. & Dy. in d. l. eos. licet sit contra. de legat. ij. l. Lucius. §. i. ideo tenebitur illud plus extortum restituere in syndicatu. & intelligo illam constitutionem, quod habebit granum vnum pro quolibet miliari, tam pro eundo, quam redeundo, quia si peteret aliud granum pro reuersione, non poterit petere, quod etiam facit contra scriptores magnæ curiæ, qui scribunt copias & processus, & faciunt virgulas largiores, & literas propensas, quod pro illo pluri teneantur ad restitutionē in syndicatu. ¶ An si potestas mittit nuntios suos ad

ad villas pro executione fienda, vel de nocte scrutando ciuitatem insultati & percussi potestas teneatur in syndicatu soluere damna illorum? vide Bar. & Doct. in l. si seruus communis. §. quod seruum. ff. de furt. vbi de ambasiatore. & Barto. in l. lega. de leg. & vide Bal. in simili. de vasallo in c. i. an aqua. vbi dixit de vasallo misso à domino. & no. in l. i. C. de leg. & not. Innoc. in c. si cuncti. de iureiur. & faciunt quæ Barto. dixit in l. i. C. de sent. quæ pro eo. in 8 col. an sit habenda ratio interesse extrinseci. & quod no. per Spec. in titu. de iudi. §. specialiter. ad fi. & no. per Doct. in l. quoniam. ad l. Iul. de vi. & vide in l. socius pro eo. ff. pro soc. & faciunt not. per Bar. in l. si cui. in verbo, tandiu. de legat. i.
5 vbi dicit † quod si ambasiator infirmaretur in itinere, debet curari expensis rei publicæ. & quod idem Bart. not. in l. ii. in princi. ad leg Rhod. de iactu.

a *¶ Capit quoniam contra*] *Et ibi uide do. Fel. ad hoc in ea colum et in cap ad petitionem. de accusa in ix colum.*

SVMMARIVM.

1 *Nuntius curiæ aliquando appellatur uiator.*
2 *Nuntio iurato deponenti de facto suo creditur regulariter & nume. 4. tamen quandoque plus creditur parti nu 5.*
3 *Officiali creditur quòd inuenerit tales ludentes uel animalia damnum facientia.*
6 *Nuntio non creditur in propria câ sine literis.*

CAP. III.



Fvit magna quæstio in syndicatu cuiusdam militis, qui impetebatur quod cõdemnauerat quẽdam nobilem ad pœnam vnciarum quinquaginta ex eo quod cum nuncius curiæ voluisset ipsum pignorare auferẽdo sibi equũ, nobilis ipse fecerat resistentiam, & equũ de manibus nũtii abstulerat, & hoc fuerat probatum tantummodo per relationem ipsius nuntii in actis redactam, & apparebat cõmissio de pignorando, & nobilis negauerat resistentiam fecisse, sicq; fuerat dubitatũ si ex sola relatione nũtii in actis redacta potuerit nobilis de resistentiã condemnari? Et quãuis vulgata fuerit, & sit quæstio si credatur nuntio re
1 ferenti, præmitto, † quod nuntius curiæ aliquãdo appellatur viator. ff. de. reb. eo. l. magis puto. §. illud. vbi est casus specialis, quod creditur soli viatori. aliquando appellãtur ministri, & debent esse legales in authent. de quæstio. §. maxime autem colla. i. qui possunt esse viles personæ, vt in l. ad commentariensem. C. de custo.
2 reo. cum simi. † & regulariter creditur nũtio iurato deponenti de facto suo circa officium sibi commissum, puta quod mandauerit parti dari sibi pignora si sit nuntius publicus, & iuratus fideliter exequẽs suum officium. gloss. in c. cum parati. de apel. in glo. argu. ꝙ simplici. & de probatio. c. quoniã contra. in glo. in verbo. citationis. Et hoc nisi pars iuret nõ fuisse sibi mandatum, quia tunc magis creditur sibi, quã nuntio, vt not. Spec. in tit. de citatione. §. sequit. ver. sed nũquid. Et Hosti. plenè in d. c. cum parati. & de ele. c. super. per Archi. Et sic quod citauerit creditur nuntio publico iurato, quod & si citauerit non creditur sibi, vt si dicat quod mãdauit citato, vt tali die compareat cum ministris, quia hæc forma est extra offi-
a ciũ [a] commissum & iuratum. per gl. in c. sicut. extra de elect. Non ergo creditur sibi quod negauerit pignus, quia hoc est delictum, quia de delicto non creditur ẽt officiali, qui habet delictum referre, nisi probetur. C. de decurio. l. i. lib. 12. vbi non creditur officiali, qui habet criminosos deferre. & hoc secundum Neapolitanum doctorem de regno qui remittit ad hoc in l. diuus. de custo. reor. & in l. ea quidẽ.
3 C. de accus. vbi Bar. dixit † quod creditur officiali quod inuenerit ludentes. vel animalia damnum dantia. & in l. ædiles. de via publica. & in l. si librarius. de reg. iur. maxime iurato. d. l. magis puto. § ne tñ. maxime in cõcernentibus eius officium, puta quod fuerat deputatus ad perquirendum ludentes, et damnum dantes. l. si quis decurio. de fals. C. ad audientiam. de præscrip. Spec. in tit. da teste. §. vij. versic. hoc autem. Qui si falsum referat, tenebit in syndicatu. Iac. But. & Bal. in l. i. C. si aduersus rem iudic. et not. in l sancimus. C. de iudi. et dicit Specu. in tit. de citatione. §. 4. versi. sed nunquid. quod officiali iurato creditur super citationibus et denũtiationibus criminum. et in titu. de noto. crimine.

crimine. §.8.vers.pen. Et etiam in minimis maleficiis, secundnm Bar. in d.l. ædiles. cui etiam creditur quando citat ad cõparendum sine literis mandati. Ang. in l. j §. si vacantia. in princ. de bo. vac. & dixit etiam Bart. ad repri. in verbo, per literas. quod ei creditur, licet literæ mandati nõ sint sigillatæ, dummodo ibi sit subscriptio notarij, dicens quòd propter literas iudicis præsumitur quod sit eius nũtius, & sibi creditur. & in c. quoniam contra. de proba. Quod est verum, si sit publicus & iuratus, secundũ Bal. in l. vt perfectius. de anna. excep. & Spe. in d. §.4. & Bar. ad repri. in verbo, per nuntinm. & l. omnes. §. sin autem. de ver. obli. Et dixit etiã Bar.
4 in l. fi. de of. præfec. vrb. † quod nuntio referenti maleficium creditur ad inquirendum. & Bar. in l. testator. de dot. prçleg. & in l. j §. ne tamen. de reb. cor. dixit, ꝙ sibi creditur etiam si citatus neget se citatũ, quod erit arbitrio iudicis, secundum Io. And. in c. cum parati. de app. & Saly. in c. tres denuntiationes. C. quom. & q̃n. licet Cy. in l. si quis decurio. dixerit magis credi nuncio: & hoc tenet Bal. i l. hac. §. illud. de secun. nup. Spec. in titu. de citatione. §.
5 sequitur. & in §. iam de citatione. † Tamẽ quandoque plus creditur parti, si nuncius sit vilis, & pars est nobilis & bonæ vitæ, secundum Hosti. in c. cum parati. & Bal. in c. quoniam contra. tenet quod sit arbitrarium, qui se male arbitraretur, põt appellari secundum Imol. in d. c. cum parati. Si tamen ex actis constet, quod citauit, magis creditur nũtio quàm parti neganti, secundum Cyn. & Baldum in l. si
6 quis decurio. de fals. † tamẽ in causa propria non creditur nuntio sine literis. glo. & Docto. in l. si vt proponis. C. quomo. & quando iud. Vel quando citat personam illustrem. l. quoties. vbi Bart. C. de dignit. lib. x. Vel quando personaliter citat. Vel q̃n vellet capere tenutam in bonis suspecti. Bar. in l. prohibitum. de iure fisci. & in l. palatinos. de colla. fun. lib. x. & Specu. in tit. de prob. in §.3. vers. quid de auditoribus. dixit, quod sibi non creditur sine cõmissione quando vellet capere bona alterius. Vel quando vellet aliquem capere sine commissione, quia requiritur mandatum iudicis. aliàs sic secundum Bald. in l. si quando. de testib. & Bart. in l. neminẽ. de exhi. re. Et q̃n nuncio esset credendum posset contrarium probari. Bal. in d. l. j. de re iud. glo & Doct. in l. ij. si ex nox. caus. & in d. c. cum parati. & in d. l. magis puto. & in d. l. ea quidem. & vide Bar. in d. l. prohibitum. De iure autem constitutionis regni nõ creditur soli nuntio, vel citatori, nisi citauerit coram vno notario, vel coram testibus, vt in cõstitutione regni citationis literæ. in tex. & glos. constitutiones edictorum, quæ constitutiones loquuntur in citatione magistri iustitiarij, vel iustitiarij qui sit etiã in terra, vbi est curia, secundum And. de Isern. ibi, qui dicit quod nuntius debet referre se citasse coram talibus, quia esset absurdum, q̃d vni seruienti, qui consueuerunt esse leues personæ in vna magna re soli credatur, tñ in causis ciuilibus creditur nuntio iurato, vt in constitutione regni. in ciuilibus secundum And. de Isern. in ordine iudiciario in titu. de citatione. in princ. vbi sic intelligit dictas constitutiones, quod q̃n quis citatur corã magistro iustitiarij, vel iustitiario, debet citari coram testibus, & si citetur per baiulum comitis, vel baronis credatur ipsi soli: ratio diuersitatis est quia iustitiarii semper cognoscũt de causis criminalibus tantum, vt in constitutionibus Federi. de officio iustitiarii, vbi cum maiori solennitate est procedendum, quia maius periculum vertitur, vt in c. vbi periculum. in princi. de elec. & de appel. l. addictos. nam iustitiarius non habet apparitores & baiulos ad hoc deputatos, qui semper in prouinciæ ciuitatibus aliis committant citationes. & ideo corã testibus mandat citari, secundum Andr. de Iser. in d. tract. & propterea in eorum citationibus dicitur in fine, die vero citationis literæ, & coram quibus, & quicquid inde feceritis nobis vestris literis rescribatis, quoniam dabimus plenam fidẽ, secundum And. de Isern. in d. constitu. edictorum, quod non debet poni quando dirigitur specialis nũtius iustitiarii iuratus. Et ex prædictis poteris colligere veritatẽ huius q̃onis. ¶ Potestas ciuitatis trãsmisit nuntium curiæ ad alterum officialem cũ literis credentiæ, causa capi faciendi bannitos, & bona ipsorum, & in dictis literis dixerit.

dixerit latori presentium nostro nuntio de nostra intentione informato date plenā fidem, qui nuntius retulit officiali ad quem missus fuerat, ꝙ reciperet quēdam diuitē hominem iurisdictiōis mittentis, & ipsum trāsmittere captū ꝑ ipsum nuntiū, qui nuntius in itinere cōposuit illum ꝓ certa quātitate, ipsumq; liberauit, mō in syndicatu impetit ptās de tali barataria cōmissa ꝑ dictū nuntium, ac ēt imperitur alter officialis, qui fuit credulus, & fidē adhibuit dictis literis credētialibus, an teneat ptās, vel is qui recipit literas credentiales, quia nuntius ille aufugit cū pecunia Bar. in l. Lucius. ff. de fideiuss. dixit ꝙ literæ cōtinentes quid certū piud cāt scribenti, nisi sint gñales, vt tali dubitis fidē plenā i h s. q̄ dixerit, quia in piudiciū scribentis n h.l pōt dari delatori, qñ literæ sunt cōmendatitię & nō obligāt mittētes. l. si qđ cum eo. de dolo. l. elegāter §. fi. nisi ex qualitate scribētis aliud appareat vt quia ille erat institor, vel factor scribētis in aliqua mercāt a, per cuius dicta, & aliorum ibi scribentium poterit cā decidi, & ꝑ ea quæ habes supra in verbo, familiaris, vbi late an, & quando potestas teneatur de facto familiarium.

a ¶[Extra officiū.] Adde do. Fel. hi. Corn in cōs. l xxix. incip. viso in litera b. in iij. parte.

De litera. O.

SVMMARIVM.

1 *Officiales qui eliguntur ad regimen ciuitatis debent habilitare in palatijs publicis.*

2 *Officiales inferiores delinquentes per quem puniri debeant.*

3 *Apparitores conueniuntur coram eo cuius sunt apparitores Et quid in apparitoribus magistrorum rationalium nu 4.*

5 *Iudex debet inducere ciues ad concordiam.*

6 *Officialis non debet admittere rescripta principis contra publicam vtilitatem vel contra ius nisi secunda iussio emanauerit.*

7 *Officiales quibus data est potestas exigendi datia & collectas possunt vendere omnia bona cessantium in solutione ipsorum.*

8 *Officialis exigens aliquid prætextu offi cij potest accusari de robaria.*

9 *Per officialem publicum alteri quæritur actio in eo quod pertinet ad eius officium.*

10 *Officialis debet abstinere ab exercendo officio prima die & ultima.*

11 *Respublica non solum per rei uendicationem, sed etiam per hypothecariam potest quæsita per officialem durante officio consequi.*

12 *Bona inuenta apud officialem præsumuntur quæsita ex bonis publicis & nu. 13.*

14 *Omnes officiales habentes merūet mixtum imperium continentur appellatione præsidis. fallit in delegato nu 15.*

16 *Iura loquentia de potestatibus terrarum an locum habeant in iustitiarijs.*

17 *Officialis communis non potest auferre lapides, vel ligna aliena nisi soluto pretio.*

18 *Officialis si pro obseruatione iustitiæ dederit damnum alicui in re sua, an teneatur ipse vel debeat de publico emendari.*

19 *Iudex debet sequi conscientiam partium.*

Officialis.

CAP. I.

1 FFICIALES qui † eliguntur ad regimen ciuitatis debent habitare in palatiis publicis, seu pretoriis l. nulli. de offi. ciui. iu. & in l. i. C. vt omnes cāæ. in authen. vt iudi. sine quoquo suffra. Et nō cum subditis cōuersari in eorum domibus, ne detur materia fraudandi iustitiam prece, odio, vel amore iudicādi. ar. l. i. de ambi. & in l. i. de offi
2 cio ciui. iudic. ¶ † Officiales inferiores qui delinquunt ꝑ quem puniantur videtur quod per suum superiorem. ꝓ quo. l. ii. de spor. & l. ii. de exac. trib. Circa, quod dic, quod si officiales delinquāt in ꝓuincia sibi decreta assistēte eo quis eis præest. tūc sunt puniendi per superiorm suum immediatum in authen. de defen. ciui. §. si vero egerint. de man. prin. §. si quis. & l. si quis aliquid. §. iudices. interdum delinquunt nō in ꝓuincia sibi decreta nec assistēte eo qui eis pest. Tunc aut q̄rimus de officiali superiorum iudicum, qui immediate post principem potestatem habent vt sunt præfecti prætoris, de quibus in l. i. de offic præfect. pretο. & tales puniendi sunt per iudices locorum, in quibus delinquunt lege quinque summatos. de decurio. vbi Lucas de Penna. & in l. ij. de
3 appa. pfect. ꝑ eundem † regulariter autē apparitores corā alio iudice cōueniri nō possunt

possit quam coram, eo cuius sunt ap p. itores.l.ii. de officio. magistra. milit. & de re milit.l. officium in fine,quod est regulare in omni ministro & officiali, vt sub eo præside cõueniat,ad cuius ꝓuidẽtiã,& iudiciũ illius officium noscit ꝑtinere.l.pen.de fabri. vbi fabricenses q̃ fabricant imperialia conueniuntur corã magistro officiorum. ad idem de pala. sacra. lar.l.viros.§.in aliis, cum concor.nec distrahantur à ministerio cuius obsequio sunt deputati.l pẽ.de silen.& l.ii.de decã. Quod est verum si talis magistratus eius cãæ habet cognitionem,quia milites,quorum ministerium pertinet ad officium magistri militum non conueniuntur sub eo pro alia cã,quam pro crimine militari.l.fi.de re milita. in princi.& de iurisdictione omnium iudic.l.magistr.& facit de foro competen.c.cum contingat.ad fin.ꝙ est verum præterquam in causis tributariis quia debent respondere sub præside in cuius prouincia bona , pro quibus tributa petuntur, sita sunt.l. fin.§.fin. de castren. & de priui.scho.l.ii.cum concor. ¶ † Quid autem in apparitoribus magi-
4 strorum rationalium an possunt declinare forum magnæ curiæ vicariæ? dic quod non quia magistri rationales non habẽt merum imperium.Et quia conuenti ĩ magna curia non excedunt prouinciam nec laborant.ideo non sunt audiendi.ff.de ad ulte.l.si maritus.§.si quis. & quia ex ipsa uocatione non distrahuntur ab obsequijs eorundem.argu.l.ne ad diuersa. de silẽ.& est tex.apertus.l.penult.vbi causę fisca.& qui.ex caus.maio.l.quid data.in fi. Lucas de Penna in rubr. de appari. præfect.vrb.& infra.in verbo,potestas. in ca. potest. an possit. Quando , potestas , vel officialis timet ne aliqua domo malum committatur , licite,& impune potest ingredi,& inquirere ne ibi fiant maleficia. l.omnis.vbi Barto.nota. de aquæ ductu. libr.x. & in l. requirendi. & in l.quicunque de seruis fugitiuis. & melius in l. requirendi.& in l.prima.de falsa.mon.¶ Nõ potest quis exercere officium , in quo semel deliquit.l.si aliquis. de suscep. & archa.ad quod l.iudices de d gn.& l.i. si qua prædi.pote.ii.q.vii.non potest. sed est gl. ibi not.,in auth.de armi.in fi.vbi de tabelione.& de censibus & censatoribus.l.i. lib.xi.& de edendo. si quis ex argentariis §.sed si oĩs.vers.quid vbi gl. ꝑ quã dicĩt quod notarius semel cõdemnatus de falso instrumento nõ põt officium notaria-
a tus exercere.[a] Si tñ notarius sit cõdemnatus de alia falsitate quã in officio, an possit exercere officium notarius. vide Bart. in l.iii.ff.ad l.iul. repet.vers.plene. & vide latius in l. Cassius.ff.de senatus. ¶ Tñ an intelligatur de delicto cõmisso extra officium,puta homicidio , vel stupro? vide Bal.in l.si quis ex argentariis.§ 1. de edẽ. vbi de notorio dãnato in delicto cõmisso extra officiũ.& in d.l.Cassius.& in c.iter pares.de l. corra.versic. dicit ꝙ intelligitur de delicto cõmisso in officio. In quo bene aduerte, quia si ex aliqua negligentia, vel imperitia cõdẽnatur , quod põt redire ad officiũ per iura supra allegata.vide in c.syndicatur etiam officialis. supra circa principiũ opinionis. ¶ Oportet magistratus mundas habere manus, fiscalia tributa diligenter inspicere,& exigere, pacẽ ciuitatibus dare,prohibere seditiones inter ciuitates & ciues in authen. de man-
5 datis principũ vbi dicit glossa, † ꝙ iudex debet reducere ciues & ciuitates ad cõcordiã & pacẽ de quo plene.ff. de vsufruct.l. æquissimũ.& supra in verbo,cõcordia. Sicut congruit bono præsidi ꝓuinciã purgare malis hominibus in terra.l.cõgruit. ita ẽt & in mari.l.i. de class. vbi Barto. quĩ dicit quod præses potest punire delinquẽtes in mari adiacenti suo territorio.& facit de pub.l.Cæsar. & q̃ not. in l.insulę.ff
6 de iudic.¶ † Officialis non debet recipere, vel admittere rescripta principis contra publicam vtilitatem vel contra ius, nisi secunda iussio emanuerit.in auth. de mã. princ.§. deinde. vbi glo. dicit quod iste text.est contra miseros prælatos quĩ nõ curãt.nisi mãdata papæ obseruare. b
b Inde dicit Andræ.ꝙ officialis & prælati videntes literas Papæ,& principi contra ius emanatas debent reiicere,& illa non admittere, nisi secundæ literę venirent. de quo in l. & si non. C.si contra ius. & in authen.vt nulli iudi.§.& hæc. & not. C.de appe.lege fi.& in c.si quando . de rescriptis.& lege.si vendicari. C.de pœ-
7 nis. ¶ † Officiales quibus data est potestas

testas exigendi datia, & collectas possūt
vēdere omnia bona cessantiū ī solutione
ipsorum in authen. de mā.prin.§.nō per
mittas.& l.i.si ob publicā pē.& l. si deser-
ta.Tamē dictā venditionē debent eorum
periculo celebrare quātum ad hoc vt de
beant idoneis emptoribus vendere qui ꝓ
futuro ipsas collectas soluere possit.ī d.§.
secundum Ang.in d.§.non permittas.ta-
mē si talis emptor erat idoneus tempore
venditionis,& postea effectus est non sol
uendo,non tenetur officialis, quia sibi im
putari non potest.l.si C.de prædi. naui.se
8 cundum Ang.in d.§.non ꝑmittas.¶†Of
ficialis aliquid exigens ꝑtextu officii po-
test accusari de robaria.Bar.in l.missi opi-
natores.de exacto. trib.libr. xi. Et debet
annotare in libro quicquid exigit, & quā
tū.l.apparitores.de exactio.tribu.vbi Bar.
qui nisi scribat quod recipit tenetur pœ-
na dupli.Bar.in l.excellentia.de ero.mili-
9 ta.annonæ.¶†Officialis id quod acquisi
uit post susceptū officium præsumatur ac
quisiuisse ex officio publico,puta thesau-
rarius.glo. in l. facultas.de iure fisc.quod
præsumatur subtraxisse.Guil.& Spec.di-
cunt contra.in auth.licentiam. de episco.
& cleric.quia cū tenetur reddere admini-
strationis suæ rationem,& redidit, cessat
ibi præsumptio, si bene reddit.& si male
tunc condemnatur hoc prætextu. non
autem est alia præsumptio contra eum,
quod subtraxerit, secundum eos. Guil.
autem loquitur in illis,qui non consueue
runt reddere administrationis rationem
cum sint perpetui administratores. & ꝙ
not.Rofr.de pecu.cleri.& Archi.in c.siue
manifest.xj.q.i.tamen Bal.dicit ꝙ glo. in
d.l.facultas est speciais in his, qui gerūt
administrationē fisci,ꝙ idē sit ī eis, quod
in prelatis.& dicit notāter ꝓ thesaurariis.
vide Andr.de Iser in cōsti. regni si quan
do.de homi.baro in fin.& vide in titu.de
feu.guar.c.i.circa fi.vide in c.ratione offi-
cii ꝓsumitur infra ꝓxima charta. ¶Si de-
putetur vnus officials super certo gene-
re causarum.s.sup er dānis datis, & habēs
iurisdictionem generalem se impediat de
damnis datis ; an teneatur in syndicatu
habenti super hoc iurisdictionem specia
lem, dic ꝙ non, quia per hoc non dero-
gatur habenti gñalē iurisdōnem. Bal.ī l.
i.de offi.præfect.vt Bal.videtur sētire con
tra. in l. repetita.de episcop.& cler. & fa-
cit text. ibi ꝑ Bar. in l.cōsulta diualia. de
test.& facit tex.in c.i.de supplēd.negl.præ
la.& l. oīa solēnia de offi. præsid. Aliquī
tenent cōtra ꝑ.l.si ita scriptū.circ.med.de
le.i.vbi id quod vni est datū alteri vr̄ adē
ptū. qui loquitur in habētibus parē iuris-
dōnē,scd̄m aliquos.Et nota.illā.l.i. ꝙ li-
cet iustitiarius scholariū ciuitatis Neapo-
lis habeat iurisdōnē in delinquētes ī Cras
sia ciuitatis Neapolis, quod etiā reges, &
capitaneus pn̄t punire fraudē cōmitten-
tes, vel vltra assisiā vendentes. Bar.de an.
dat exēplum.& in l.i.de offi. præfect. an-
no.& in l.fi.C.vbi cāæ fisca.vbi licet Co
miti detur iurisdictio specialis in colonos
imperiales,nō vr̄ adēpta pręsidi habēti iu
risdōnē generalē in eos.eo. tit. cū aliquis.
ad idem textum in capi.super hoc.de hæ
redib.ī sexto Et in clementina prima eo.
titul.& quod not.Innoc.de offi.ord. in c.
quanto.& quod Bar.dixit in l. viros.de di
uer.offi. lib.xii.vbi dixit ꝙ data iurisdōne
vni ex constitutione etiā taxatiua,nō vi-
detur derogatū habent illā iurisdictionē
ex consuetudine.ad quæ facit quod Bar.
not.in l.quod in rerum.§.si quis.de leg.i.
& in l.i.de offi.procon Et Ang.in d.l.cō-
sulta.& Ant. But.c.cæterū.de iud. ¶Licet
in contra.videatur tex. ī authē. de defen.
ciui.§.& iudicare.qui tex.loquitur quan-
do admititur ius maiori magistratui ne
subditi distrahantur de vna prouincia in
aliam. per l. quod in rerum.§. si quis.
de lega. primo & quod Barto. nota de re
milita. lege tam colla. in fin. & supra in
capitulo an si alicui iudici. ¶ Officialis
qui non habet adhuc exercitium,vel non
est in possessione officii, non potest ad-
ministrare, quia officium & admini-
stratio differunt. de auto. tuto. si pluri-
bus Baldus in l. tut. in quibus caus.in in-
teg.rest.&c. ¶Officialis qui expulsit ali-
quem de possessione si processit ordi-
ne iudiciario non tenetur, quia est exe-
cutus officium publicum, si tanquam per
sona priuata tenetur, sicut si non es-
set magistratus. Bald. in lege si quis.vbī
10 glosl.C.vnde vi.¶ † Per officialem publi-
cum alteri quæritur actio in eo quod ꝑ-
tinet ad eius officium.Salyce.& Bald. qu ī
hoc not

hoc not. in auth. libellum. C. de lit. conte. & idem in l. j. de iusti. & iur. & in auth. generaliter. de episc. & cler. Itē officialis ex sua stipulatione quærit subdito. glos. in l. eum pro quo. de in ius voc. ¶ Officialis recipiens pecunias publicas, & illas non scribens in libro introitus punitur pœna
c manus.[c] per §. coges. quem Bald. alleg. in l. data opera. C. qui accu. non pos. ¶ Officialis non tenetur venire ad banchū eadem die qua ius nō redditur. l. pridie. vbi Bal. ff. de fer. Fallit in magna curia vicariæ propter casus quotidie occurrentes in ci-
10 uitate. ¶ † Officialis prima die & vltima sui officij debet abstinere ab exercendo
d officio.[d] l. pridie. de feriis. in authen. de iudic. §. fin. Quod est verum, si successor iam venerit, secus si nō venit, quia nunquam ante eius aduentum clauditur iurisdictio prædecessoris, cum eius officium prorogetur vsque ad aduentum successoris, vt in l. meminisse. de off. procōs. & leg. Vnde licet his duobus diebus non debeat ius reddere, tamen si reddit, tenet iudiciū. glo. in c. & si Christus. de iureiurā. in 6. & facit ad prædicta. l. Plautius. de condi. & demonst. Bal. in d. l. pridie. vbi dicit, quod idem est esse extra officium, & esse in fin. officij, et vide supra circa princ. operis. ¶ An factum ab aliquo tanquam ab officiali præiudicet ei in iure proprio. tex. facit quod sic, in l. cum in eo. ff. de pac. vbi compositio facta per tutorem cum creditoribus pupilli præiudicat sibi tutori, si est actor, vt illam compositionem sequi teneatur, et sic videtur quod officium sit ei damnosum. ad quod glos. respondet in l. cum hæreditas. de admin. tuto. Et dicit Bal. quod tale præiudicium non causatur ab eius consensu, quando consentit vt officialis, non suo nomine. C. de admin. tu. l. cum quidam. sed ex dispositione legali. per l. rescriptum. in fine. de pact. Bald. in d. l. cum in eo. vide infra in verbo, officium. in l. si quis aliquid facit. Ratione officij præsumitur quis subtraxisse bona domini: eo quod apud ipsum reperitur de bonis, vt in tit. de cōten. inter domi. et vas. Nisi sibi reddiderit, vel probet mandatū, vt arg. ff. de fur. l. qui vas. §. vetare. et mādati. l. actor. §. si inter. Aut si de bonis domini alterius reperitur apud eum nō præsumitur acquisiuisse de bonis domini, nisi contrarium probetur à domino. l. si defunctus. arbi. tute. Tamen glos. in l. facultas. de iure fisci. dicit quod officialis publicus, qui habet in potestate suam publicā pecuniam, vnde prædia emit durante administratione præsumitur de pecunia publica emisse, quia respublica æquiparatē ecclesiæ. l. fi. de sacros. ecc. Quod dicit Bal. verum, nisi officialis redderit rationē de gestis, & reliqua persoluerit, quæ non præsumitur emisse de publico, secus si aliqua
11 non restituerit. † vnde non solum ꝑ rei vendicationem, sed etiam per hypotecariam respublica potest quæsita consequi. Prælatus autem raro reddit rationem, et magis præsumitur contra prælatos, quod empta quæsiuerint de bonis ecclesiæ. facit quod no. in l. 2. de contrar. iud. et Cy. in auth. qu buscunque. de sacrosan. eccles. quod est notabile, secundum Bal. in d. tit. de contentio. inter domi. et vide etiam supra in c. officialis, quod acquisiuit. et infra in c. an pecuniam, quæ reperitur. ¶ Illud quod facit officialis exercēdo partes suas dicitur iure fieri. l. 3. ff. quod met. caus. secus si faciat extra executionem suæ iurisdictionis, vt in l. nō videtur. §. qui in iussu. ff. de reg. iu. et l. proh bitū. et l. deuotū.
12 de iur. fis. Bal. in d. l. 3. ¶ † An pecunia quæ reperitur penes officialem præsumitur quæsita ex bonis publicis, an ex proprio labore ipsius officialis. Salyc. in l. principalibus ff. si cer. pet. tenet quod ex proprio labore, de quo vide Bald. in auth. licentiā. de episc. et cle. in l. principali. et glos. quæ tenet contra in l. facultas. de iur. fis. lib. x. vbi Bar. et per Doct. in c. cum ex officii. de testi. et Bal. in l. cum oportet. de bon. quæ lib. et in c. i. de cōten. inter dom. et fidelē. et And. de Iser. i tit. de feu. guar. et supra.
13 ¶ Eo ipso † quod res aliqua ciuitatis reperitur penes officialem post depositā administrationem nō præsumitur quod apud eum sit ex iusto titulo, sed ex causa furtiua. tex. in c. i. de conten. inter dom. et fidelē, secundum Lud. in l. principalibus ff. si cer. pet. Bald. ibi. ¶ Is qui existit in aliquo officio gerit vicem duorum, s. sui ipsius, et officii. l. quæsitum. ff. de in ius vo. de adop. l. si consul. et l. si plures. de pac. et in c. ad col. de app. in 6. et gl. in c. ex literis. de ꝓb

¶ Ideo.

¶Ideo si quis non possit agere sine certa solennitate si agat alieno nomine poterit agere. d.l.quæsitum. & facit l.quamuis.in princip. de acquirend. poss. Et ideo filiusfa.qui non potest esse in iudicio sine cōsensu patris poterit vt procurator alterius agere,secūdū Gul. in l.quæsitum.supra alleg.licet Specu. dubitauit.in titul.de accus. §.j.tamen pro Guliel. est casus in l. filiusfami.in quæstione quam de procur.refert.& ideo dixit Ludouic.quod quamuis quis non possit contrahere sine cō sensu alterius, poterit si est tutor,vel procurator alterius.argum.d.l.quæsitum.secundum Ludouic. per illum text. in d.l.quæsitum.

14 ¶Omnes † officiales habentes merum & mixtum imperium continentur præsidis appellatione.l.j.vbi Bald.de offic.præsidis.& dicit idem Bald.in l.ex facto.de neg.gest. quòd in officijs proceditur de similibus ad similia per illum text. vnde statutum, in vno officiali extenditur ad similes, nisi illud statutum haberet singularem rationem ad illud, per l. ius singulare.de leg.& sic statuta in capitaneo extenduntur ad potastatem. Bald.in d. l.ex facto.per appel. presidis continentur etiam habentes. cognitionem spiritualem & temporalem, & habentes ordinariam. text.

15 not.in cap.veniens.de præscrip † Non tamē venit appellatione prædicta delegatus, licet gloss.dicat contrarium in l. cognitio.de officio eius cui man.est iurisdictio & dicit Bald. in l.tutor de testa.tut.quòd nomen prætoris est generale pro quolibet officiali. Et adde præ

16 dictis, an iura † quæ loquuntur de potestatibus terrarum, locum habeant in iustitiarijs & capitaneis regni? & dic,quòd sic,quia

c verbum, potestas, significat officium.e de offic.pretor.l.j.de officio proconsu.l.proconsul. & aliquando iurisdictionem contentiosam. l.j.& ij.de offic. procon. & aliquando imperium.l.imperium.vbi gloss.de iurisd.om.iud. & l.j.ff si quis ius dicen.& aliquando sumitur pro quolibet habente potestatem statuendi.l.j.§.magistratus.quod quisque iur. & aliquando potestas sumitur pro officio l.prima C.si rector prouin. Et dixit Ioannes And.in c.j.de iure immu.in vj.quod potestas varijs & diuersis nominibus appellatur secundum consuetudines locorum.& in hoc regno appellantur iustitiarij & capitanei æquiparantur præsidibus.secundum Cyn.in l.j.qui pro sua iurisdictione.& Baldus in ti.de pace constan.in verbo, in ciuitatibus. Nam statutum loquens de potestate habet locum in capitaneo, si capitaneus habeat eandem potestatē Bartol.in l.ij.§.æquidem.ad Tertulian.& Bal. in l.liberti.C.de interdi.ma.quæ not. quia de vno, in materia syndicatus arguitur, ad alium. Nā etiam lex communis diuersis nominibus appellat officiales, & sic constitutiones regni. Et adde, quia Baldus in consil. 291.quod incipit, Statuto, seu capitul. dixit quòd statutum de vno officio non statuitur de alio,in quo reperitur idem esse statutum, nisi lex vltra procedat declarando. de damno infect.l.iiij.§.duos. ad Trebellia.l.ij. §.antep. & l.j.ff.si quis ius dicen.quia diuerso rum officiorum differens est ratio.l.i.in prin-

17 cip.de officio eius. ¶ † Officialis communis non potest auferre lapides meos, nec ligna mea pretio non soluto me inuito, licet commune egeat illis propter ædificium.l. venditor. §.si constat. ff.communia prædiorum. Licet in contrarium faciat l. final. in fin. eodem titul.secundum Guliel. & Baldum in di.§.si constat.Ideo dixit Bal.ibi quòd respublica debet vti lege priuatorum, quia debet pretium soluere illarum rerum, quas pro se vult etiam pro ædificijs, & etiam si consuetudo diceret quòd possit recipere, debet soluere pretium.Et ideo infert Bald.quod ex lapidibus priuatorum non licet aliquid reipublicæ recipere pretio non soluto per illum textum,vbi glo.dixit quod salarium eius est decima fisco, & decima parti.per l.j.C.de me.libr.xj.quæ not. contra Barones qui capiunt ligna & lapides priuatorum causa construendi castra ipsorum, quòd debent soluere dominis,&c.¶Si magistratus inter se faciant pactum non præiudicat tertio, in cuius præiudicium venit, quia primo est excutiendus ille, qui recipit periculum supra se, quam alij vt l.j.§.inter magistratus.vbi Baldus de magistr.conuen. ¶ Officialis qui fecit quicquid incumbebat sibi, non tenetur. dic. l.j.§.si magistratus.vbi Baldus no.¶Magistratus non tenetur de casu fortuito.dict.l.j. §.si magistratus, quia sufficit quo ad hoc vt non teneatur,quod suam diligentiam fecerit. ¶Ille qui tenetur ex officio aliquid facere, debet probare se diligenter fecisse.dict.§.si magistratus.vbi Bald.not. de magistrat. conueniend. ¶ Bona magistratus non obligantur tacite ex quasi delicto,seu ex negligentia. d. l. j. §.priuilegium. de magistra.conuenien. Quod est singulare, secundum Bald.ibi, tamen bona ementium iure curiæ obligantur tacite pro administratione de iure con-

ſtitu.regni in conſtitu.ſi quando.de homicid.
18 Baro.& vide in l.pro officio.debit.tute.† Si officialis pro obſeruatione iuſtitiæ & non temere dederit damnum alicui in re ſua, an teneatur ipſe, vel debeat de publico emendari? vide in verbo captura in capitul.an officialis poſsit.& in verbo, contumacia.in cap.an iudex propter contumaciam. & in verbo, maniuoltus. ¶ An officialis poſsit capi facere animal alicuius pro iuſtitia exequenda. vide in verbo, captura.in c.an officialis poſsit. ¶ Magiſtratus quilibet, tenetur inſolidum ratione doli, ſed ratione culpæ tenetur quilibet pro parte. vbi tex. not. in l. an magiſtratus.de magiſtratib.conueniend.nam doloſi non habent beneficium diuiſionis.ſecundum Dyn. & Baldum. ¶ Poteſtas nũ debet aliũ pro alio grauare, nec citantem, aut vnum punire debet pro, vno delinquente, alias damnum reſtituant, & in exilium mittantur ipſe & conſiliarij, qui in ſcriptis conſenſerint. dict. §.quoniam.& ideo non poſſent concedi repreſaliæ pro delicto vniuſcuiuſque ciuis, niſi ciuitas iuſtitiam facere denegaret. per illum textum, ſecundum Angelum dicentem, quòd ſi in villa datur damnum aliquod, quod villa non tenetur emendare, quod eſt verum quãdo ſciretur dans damnum & eſſet ſoluendo, alias quando ignoraretur, vel ſciretur & non eſſet ſoluendo, & villa potuit prohibere, & non fecit, tunc villa tenetur ſecundum Ange.de quo vide in l.ne quid.de in cen.rui.nau.& vbi Bar.& in c.ſciãt.de elec.in vj.& in conſtitu.regni, ſi damna clandeſtina. vbi latius ſupra. ¶ Officiales qui vadũt ad terras, vbi ſunt diuiſiones in populo qui non poſſunt ſalua conſcientia pertranſire, ſed oportet eos ſequi partialitates, incidunt in pœnam.c. cum æterni.de re iudica.in vj.ſecundum Bal. in l. j.de pœna iudic.verſicu.dixit.per dic.ca. Quod cui latior datur habens debet magis prę oculis habere æquitatẽ.in auth.iuſiurand. ꝙ prꝗſtatur.& l.ꝙ ſi Epheſi.de eo ꝙ certo lo. Qui autẽ facit ſecundum conſci ẽtiam, licet faciat contra iuſtitiam ſcriptam non incidit in pœnam illius cap.Et dixit Bald.quod iudex poteſt ſequi ſuam conſcientiam quæ nemini
19 nocet.l.bonorum.qui admi. ¶ Item iudex† debet ſequi conſcientiam partium, vt in l.j.de ſecundis tabul.in dicta.l. j verſicul. dixit de
20 triplici conſcientia. † Et adde quia Bartol. ſingulariter dixit.in l.j.de var.& extraordin. cognitio.quòd ſi officialis fuerit electus in ciuitate, & antequam vadat, mutat ſtatum, vel ibi ſinſurgit tyrannus, vel ſecta, ita quòd exercitium iuſtitiæ non remanet liberum poteſtati, quod debet habere ſalarium, quia videtur ſtare per ciuitatem, quia iuſte facit qui non vult accedere ſub tyranno.argum. l. Fulcinius.§.quid ſit lat.quibus ex cauſis in poſ.eatur.quia verecundum eſt ad locum accedere in quo quis non poſſet iuſtitiam libere exercere.l.filius. de inſtitu. & l. conſtitutiones.eodem titu.& eadem ratione ſi in ciuitate durante officio inſurgit ſecta, vel tyrannus ex quo rector non poteſt remanere ſine verecundia, quod poteſt reuerti, & debet habere totum ſalarium.Et hoc an poſsit remanere ſine verecundia, vel non debet intelligi ſecũdum mores ciuitatis.l.item apud.§. conuitiũ. de iniur.nam timendum eſt id ꝙ reputatꝰ verecũdũ apud graues homines.arg.l.Quintus. ff.mandati.Bar.ibi licet latius.

a ¶ *Exercere.*] *Limitæ tamen niſi cauſa cognita ſit ſibi reſeruatum per iudicem ius ipſum quod poteſt ſecundum Balduu in l.depoſitam.C.de bonorum poſſeſsio. & in l.iubemus. §.ſane. C.de ſacroſa.eccleſ.& tenet Bar.in l.ſi quis in princip.§ fina. de legat.ij & in l.ex militari.C.de teſtamen.milit. & dom.Alexand. de Imol.in l.ſi quis.§.cogentem.de eden.& in l.ii.ad leg.Iuliam repetundarum. & adde dominum Felin.in cap.fraternitatis.de hære. in prin.in i.col.& Bart.in conſi.incipien.Punctus opinionis talis eſt, quod qrit an notarius*

b ¶ *Obſeruare.*] *An & quando vero, præceptis Papæ obediendum, vel ex cauſa tartandum & ſuperſedendum. vide tu Felinum in capitu ſi quando.per totum.de reſcript.*

c ¶ *Manus.*] *Adde idem tenentem dominum Bartholo.Socin.in conſ.213.incipien:In præſenti.uerſic.quinto & vltimo.in ii.parte.*

d ¶ *Officio.*] *Vide q; ad hoc dixi ĩ præcedẽti ver.*

e ¶ *Officium.*] *Et adde quod verbum poteſtas in genere fœminino ſignificat dignitatem & potentiam. ita Felyn. in c.ſignificauerunt.in i. col.verſic not.ex iſto tex.de iud.*

f ¶ *Denegaret.*] *An & quando & in quibus repreſaliæ concedi poſsint, & qui requirant ad eas cõcedendas & an ſi iniuſte cõcedantur, impetrans teneatur vide i no.& plene do.Bar.Soci, in conſil.231.incip.cum in præſenti.ver.circa ſeptimam.& vltimam q cũ verſ. ſeq. vſque ad fin.& do.Petr.Phil.Corn.in conſ.62.inci. Clariſsima per totum.in iii.par.& ĩ cõſ.160. incipien.Circa.per totum.in ii.parte.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex pot concedere familiã alicui ne offendatur à suo inimico, sumptibus tñ petêtis.*
2 *Caueri debet quando timetur offensa de persona ad personam.*
3 *Officialis non potest se intromittere de officio uel iurisdictione alterius.*
4 *Prorogatio non habet locum vbi est certus iudex deputatus.*
5 *Officialis uel potestas intelligitur habere tacitum mandatum ad expendendum ea quæ in utilitatem reipublicæ uersantur.*

CAP. II.



SI sunt duo qui ad inuicem habent guertam officialis ne arguatur de negligentia & scandala essent in ciuitate, debet prouidere, quod non committant scandalũ. idem dicitur, quando potest prohibere quòd vnus nõ transeat per plateas, & domum alterius. Bar. in l. quod iussit. de re iudic. per gloss. ibi, & faciunt not. in l. j. in fi. de off. præfe. vr. Propterea dicitur, ꝙ is qui habet scholarem suspectum de vxore, potest à iudice impetrare, ꝙ prohibeat, vt nõ transeat per domũ eius. facit quod habetur in authen. si quis ei. C. de adulte. quia ordinare debet iudex ne maleficia committantur. C. de sum. tri. l. ij. & ne veniatur ad rixas & arma. l. æquissimum. de vsufruc. & etiam quandoque prohibere potest alicui partium ne ad possessionem accedat, vt no. docto. & Ang. in l. i. vti pos. & Bal. in l. no. docto. & Ang. in l. i. vti pos. & Bal. in l. ordinarij. de rei vendic. & alii in l. cuncti. de interdi. & Bal. in l. nullus. de sum. trin. Inn. in c. in præsentia. de prob. & in l. i. de sequestr. pos. & supra circa princ. Pòt iudex etiam partes rixantes ad concordiam reducere prius puniẽdo eas si deliquerũt, vt dicit Bal. in l. transigere. C. de transac. & idẽ Bald. C. de li. causa. l. cũ affirmes. & adde Bar. in l. sanctum. de rer. diuis. dicentem † quod iudex potest concedere fami-
1
a liam ᵃ alicui, ne offendatur à suo inimico sumptibus tamen petentis familiam, tñ an iste timens offendi possit à iudice petere vt caueri faciat de non offendendo? in quo Bar. in l. capitaliũ. §. cum. de pœn. dixit ꝙ sic, si causa timoris offensionis patеat: dicẽs propterea, quod si percussi aliquem. & timeo ab illo offendi, quod possum ptere, vt mihi cauear, nisi mea culpa offendi timeam. & hoc vbi verti pt periculum personæ, secus in periculo rerum, quia mea culpa præcedente non possum petere mihi caueri, ne mihi des damnum in rebus meis. l. qui bona. §. si quis. de dã. infect. de quo etiam vide Bart. in d. l. sed si susceperit. §. fi. de iudi. & Ang. in d. §. si qs ita. & Spec. in tit. de pigno. §. sequitur. versicu. quod si timeo. & glo. & Cy. in l. præsenti. §. fin. de his qui ad ecclesi. confug. & per Cy. in l. si seruus. C. de noxali. & Bal. in l. si de possessione. C. de transactio. & docto. in l. quod iussit. de re iudica. Quæ not. quia in istis consistit diligentia, vel negligentia iudicis, quia solent partes dicere, quod si iudex prouidebat, scandalum non succedebat, ideo iudex sit sollicitus ne vindictæ inter partes succedant.

2 † Et adde, quia quando timetur offensa de persona ad personam debet caueri. l. denuntiamus. de his qui ad eccle. confug. & Bartol. in l. damni. §. cęterum. de dam. infect. & in dict. l. quod iussit. & Specula. in titu. de pigno. § seq. versicu. sed timeo. quem Barto. ibi refert. & vide Bartol. in l. si quis caut. & in l. j. §. quæ hoñ. ff. quaer. & in l. litibus. de agric. & censit. & in l. illicitas. §. ne potentiores ff. de off. præsi. Tamen Angel. in dict. §. cęterum. dixit ꝙ si quis timet offendi præter suam culpã, quia inimicitia est orta præter suam culpam, est sibi cauendum, cum maius sit periculum personę, quàm rerum. l. in seruorum. de pœnis. Tamen iudex debet statuere tempus, ne ille in perpetuum inueniat se ligatum, & quando inimicitia esset orta suo facto non debet caueri. gloss. in l. præsenti. de his qui ad ecclesi. confugiunt. de cautione vxori præstanda. & in cap. i. vt lit. non contesta. & in capitu. literis. de restitu. spoliato. aliàs quãdo ipse causam inimicitiarum dedit, non est sibi cauendum, quia in legem commisit. l. auxilium. §. in delictis. de minor. aliàs petet cautionem de non offendẽdo, secũdum Bart. in d. § cęterum. & in d. §. si quis iusta. & idem dixit in l. i. C. in quib. caus. colon. cen. lib. 11. & in d. §. ne potentiores. quod similiter Ang. dixit esse verũ quãdo inimicitia prouenit sine facto pe-

2 rannorũ.¶ † In pœnis fiscalibus habentibus originẽ à maleficio iudex habet potestatẽ mirabilẽ, quia põt cã cognita legem transgredi,& commutare pœnas, & etiã potest priuatam pœnam commutare in fiscalem ut pœnam dupli.& ictus fustium ex arbitrio l. hodie. de pœn. & C. de in fa.l. spadonẽ. & sic valet factũ iudicis ex causa legem transgredientis, quod debet facere cũ cã ratione alicuius qualitatis,uel personæ dignæ miseratione secũdum glo. in § pœna. & in l. si seuerior. & Bald. ibi

a ¶ *Discedere] Sed quid si non reperiatur à iure imposita quam imponet, vide Fel.in c.qualiter & quando in i col.uer iiij de accus.& t sic etiam ubi pœna non cadit in delinquentem, iudex arbitrio suo tunc imponet ut per eum in capit.postulasti de iudæis in uer.vo.i.*

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia an excuset à delicto prohibito iure naturali vel gẽtium. Et quid in alijs prohibitis de iure positiuo nu.2.*
3 *Probatio verisimilis an sufficiat in causa ignorantiæ.*
4 *Delictum casu commissum, an & quando non puniatur & nu 5.*
6 *Lata culpa & ignorãtia nõ equiparãtur,quando per statutum imponitur pœna capitalis.*
7 *Iudex potest interpretari pœnam mortis in statuto impositam.*
8 *Punitus semel an possit iterum puniri in pœnis priuatiuis,vel afflictiuis.*
9 *Pœna debet minorari à iudice propter inopiam probationis, vel quando quis condemnatur ex presumptionibus & indicijs.*
10 *Libellis conclusio non requiritur in criminalibus.*
11 *Iudex potest liges transgredi ratione casuum emergentium.*
12 *Iudex an procedat de similibus ad similia in pœnis imponendis.*
13 *Consuetus calumniari duplici pœna tenetur.*
14 *Delicta parua reiterata aggrauãt. & num 15*

CAP. VIII.



Via multa possunt occurrere pericula iudicibus in impositionibus,& ideo in impositione pœnarum corporaliũ volo te facere aduertẽtem,quia liqñ & sæpe delinquẽtes se excusãdo dicũt se deliquisse ignoranter,& nõ dolo,an sit condẽnãdis & videtur ꝙ nõ, qa sciẽtia non ignorantia punitur.ff. de ifamibus.l. genero. quia ignorans non delinquit.ff. de act.& ob.l.ex maleficio.& i l.fi. de dec. ab or.fa.ad Silla.l.si quis in graui.§. si qs. de iur.om. iudic.l. si quis id quod. Quæ ignorantia regulariter ꝑsumitur.ff. de ꝓbat.l.quoties.§.qui dolo. Econtra tñ punitur delictũ etiã ignorãter cõmissum. de iniur.l.eum qui.§.si iudex.de publ. iud.l. fi.§ licet ad leg.Aquil.l. scientiã.§.pen.de sic.l.diuus.C.vnde vi.l.cum quærebatur.
1 ¶ † Pro solutione dici, potest,quod ignorantia non excusat à delicto iure naturali vel gẽtium prohibito.ij.q.4. notãdũ. Nec ẽt cõsuetudo oĩum hominũ excusat.22.q. vij.in c.flagilitia.idẽ in alijs obseruationibus iuris canonici, vel ciuilis, quia non datur venia his, qui edicti securitatem se ignorare prætendunt . lege. diuus ff.de fals. in prin quia non licet ignorare iura.l.2.§.j.de iur.& fact. ignorãtia in his

his contênendis dolus videtur adesse tan quam in delictis.ff.vi bon.rap.l.ait.§.fin. quia omne malum praue psumitur actũ. c.j. de præsumpt. ꝙ sic loquuntur iura ꝑ secunda parte allegata. ff.de iniur. l. illud relatum.in quo vide Dy. in reg. in obscu-
2 ris.in vj. ¶†In aliis autem quæ sunt de iure positiuo constitutionum,vel decreto superiorum ante publicationẽ iustæ causæ ignorantia excusat. ff.de pœn. l.respiciendũ.§.pen.extra de tẽp.ordi.c.ij.in fin. nisi sit crassa & supina.c.ii.de consti. in vi. & hoc in ciuili in quo ista ignorantia iuramento probatur.34.q.ii. c.in lectum.& extra de sent.excõ. c.significasti. & quod
3 not.ff.de adim.leg.l.si cui.§ i.†& alibi dicitur, quòd ignorantiæ verisimilis probatio sufficit,vt no.ii.q.i.c.si qui.quia in his dolus regulariter non præsumitur, & hic est qui dicitur dolus præsumptus.ff.man. l.dolus.de doli excep.l.i.in fi. & vbi deest bona fides præsumitur adesse dolus.extra de pactis.c.bona.& ex ista pręsumptione fiet condemnatio,vt ibi not. ¶Vbi autem quis commisit delictum non ex animo, sed culpa,aut negligẽtia,non videtur puniendus,quia res ipsa dolo caret ff.de sic. l.in lege.& de iure ciuili,qui deliquit sine dolo mitius punitur.d.l.in lege. ad idem de incen.rui.nauf.l.quidã.de pœ.l.absentem.l.ii.in fi.de termi.amot. de admi. rer. ad ciui.pertin.l.Imperator.§.rescriptum. de pœn. l.respiciendum.§.pen. Et distinguitur an dabat operam rei licitæ,an non & nil de contingentibus omisit.vt no.ex tra de iniu.c.si.ad l.Aquil. l.qui occidit.§.
4 pen.de homici.c.significasti. ¶† Quando aũt casu factum,nõ punitur.de pœn.l.respiciendum.§.delinquunt. licet obstet.ff. ad leg.Aquil.l.scientiam.§.pen sed ibi tenetur quantum ad illam actionem, non quantum ad pęnam.& ita dicebat Tancr. Ange autem in l.i.ff.de pigno.dixit,quod qui allegauit errasse ratione temeritatis, vel erroris,si faciat illicitum iure naturali,non excusatur propter temeritatẽ,maliciam,rusticitatem, sexum, aut ætatem. l.ii.de in ius voc.quia ergo furari,occidere,vim inferre,sunt prohibita ex iure naturæ non excusatur quis allegando se in iure errasse, sed bene excusatur propter causam iustam.l.apud Labeonẽ. §.si quis virginis.ff.de iniu.& l.si ignorans.ff.loca. c.si iudex laicus.de sent.excom.in vj. ¶Si vero quis faciat illicitum solũ de iure cõi,aut etiam est certum, ꝙ errauit in iure, tunc excusatur propter ignorantiam iuris à pœna,quæ imponitur ꝑꝑ dolum, ꝗa licet ignorãtia iuris sit lata culpa, ista lata culpa nõ ęqparat̃ dolo.ex quo dolus sigillatim reqrit.d §.doli. & in l.leg.Cor. supra alleg. & est glo.in l.si quis in tantũ. in viii. q.primæ partis. Aut ergo certum est,quod nõ errauit. & fuit in dolo, & tenetur.aut dubitatur, & præsumitur esse in dolo,nisi ipse probet cõtrarium, quod errauit. arg.l.j ff.& C.de fica. & probatur iste error per iuramentum purgationis.l. Marcellus.ff.rer.amor. l.præsenti. de his qui ad eccle.confug. Vel ex aliis verisimilibus coniecturis:exemplum.rem propriã recipere de manu alterius non est iure naturę prohibitũ,sed ciuili.l.si quis in tãtam. C.vnde vi. Vnde si statutum puniret capientem rem dolosè, & aliquis reciperet rem propriam, excusaretur à pœna statuti requirentis dolũ,si iuraret ꝙ credebat sibi licere,quia interrogauit aduocatum,qui dixit sibi hoc licere,& excusabit̃ propter authoritatẽ aduocati ignorãtis.l. j.per no.per Inn.in c.ne innitaris. de con stitu.licet possit impingi, quod non consuluerit peritissimum, quod non includit dolum, sed temeritatem, & vbi lex non requirit dolum an excusaretur ratione temeritatis,vel ex iusta causa. Ang.in d.l. j.C.de pla.dixit,quod aut pœna q̃ infert̃ ꝑ maleficio est capitalis. & excusatur ꝑꝑ temeritatẽ,quia lata culpa in capitalibus non æquiparatur dolo.d.l.leg.Corn.imò plus dicit Bar. ꝙ pęna vltimi supplicij nõ est possibile quod inferatur pro lata culpa,tñ Angel. dicit se tenuisse contrarium semper.ff.l.i.de priua.carce.& per l.fin.ad l.Iul.de vi.& ff.de custo.reor.l.milit.& ff. de pœn.l.si quid aliud. §. qui abortionis. & per l.excipiuntur. ff.ad Silla. vbi pœna vltimi supplicij imponitur pro lata culpa. Tñ iudicio meo ista iura Ang.loquuntur in casibus specialibus, & vbi lex hoc expresse statuit. ¶Si vero pœna quæ imponitur pro maleficio non est capitalis, dixit Bart. quod vbi lex, vel statutũ loquit̃ per verba sui natura dolum importantia,

vt in

vt in falſo, vel in furto, quod nō committitur ſine dolo, tunc lata culpa non æquiparatur dolo, ſed excuſatur quis propter temeritatem, ſicut ſi in iure expresſè eſſet facta mentio doli. propterea Ang. dicit quod ſis cautus in allegando temeritatē, & in probando eam per coniecturas, & ꝑ tuum iuramentum, vt ſupra, & tunc licet excuſeris à pœna temeritatis non excuſaberis à culpa, propter quā incurris crimē ſtellionatus, & erit pœna arbitraria conſiderata pœna facti, & condicione perſonarum ff. de pœ. l. hodie. & l. ii. de crimine ſtellionatu. ¶ Aut quis non fuiſſet temerarius, ſed erraſſet iuſta ratione ductus, hoc caſu iuſta ratio excludit culpam, & ideo nullo modo deberet puniri per d. l. i. C. de plag. vbi iuſta cauſa excuſat à pęna. & de interrog. act. l. de ætate. in §. ex cauſa. & §. qui iuſto. in verbo, ſcriptura ductus. & tenet gl. in d. l. ſi quis in tantam. vbi de eo qui credidit dicto ſerui vel filii. Et vbi lex non faceret mentionem doli punitur ſimpliciter factum, quod poteſt committi cum dolo & ſine dolo, & pęna nō erit capitalis. in quo dixit Bar. quod aut punit actum prout infertur in perſonam. exemplum ſi quis turbauerit aliquem in poſſeſſione, vel ſi quis percuſſerit, tunc requiritē dolus cum iniuria non infertur abſq; eo, & ideo à pęna ſtatuti excuſabitur, tunc motus ex iuſta ratione, ſecus ſi punit actū in rem, & etiam lata culpa dolo comparatur, & ſic nō excuſabitur temerarins, ſed bene excuſabitur iuſta ratione motus, & ita tenet Bar. in l. pe. §. non erit. ff. ſi quis teſta. pro quo videtur tex. in d. l. ſi quis in tantam. vbi dicitur, quod minor, mulier, & ruſticus non excluduntur à pęna illius legis, quia illa non exigit dolum, & punitur ibi violentia, prout infertur in rem,
5 ſecundum Ang. Et aduerte, quia † homicidium non dolo commiſſum non puni-
a tur [a] lege Corn. quia animus & propoſitū diſtinguunt maleficium. l. i. de ſicca. & qa vltra propoſitum deliquit, ideo tunc an puniat. vide Bar. in l. eum. ff. de iniur. & in l. diuus. de ſicca. & plus dixit Ang. in d. l. j. de ſicca. quod ſi duo colluctant ad brachia, & vnus habet gladium accinctū vel falcem, & cum eo colluctans manum ſuā percuſsit ad illum gladium vel falcem, & moriatur quod punitur tenens gladium accinctum, vel falcem. allegauit extra de homi. c. continebatur. vbi ſubdit, quod ſi proſtratus ad terrā habebat gladium accinctum, in quem proſternens incidit, & percuſſus moritur, quòd non tenetur proſtratus de occiſo, quia ſine ſua culpa. per text. in c. lator. de homi. ita Angel. in d. l. j. vbi gloſſ. quod alleganti ſe non feciſſe maleficium dolo, incumbit onus probandi per præſumptiones, vt ſuprà hoc ideo quia præſumptio erat contra eum, quia facit actum illicitum de ſui natura, aliàs allegati dolo incumbit onus probandi. d. l. quoties. §. qui dolo. de proba. ibi autem ſufficiūt pręſumptiones, vt in gl. Et ideo vbi non eſt dolus, licet quis nō puniatur vt homicida, tamen punitur de culpa arbitrio iudicātis: nam quia caſu fortuito eſt commiſſum homicidium, & fortuita ſunt extra omnem culpam, & non punibilia. l. quæ fortuitis. de pig. act. & ff. loca. l. ſi merces. §. vis maior. quia vbi præceſsit aliqua culpa. l. colluctatio non eſt merè & abſolutè caſus fortuitus. d. l. i. de ſicca. vbi Angel. & idem Ang. in l. is qui. de ſicca. ſequēdo Bar. dixit, quod in homicidio requiritē dolus, tñ dixit rationem Bar. non fore veram, quia ſępe ſine dolo imponitur pęna capitalis. l. i de priua. car. & l. ſi. ad l. Iul. de vi. nam etiam ex dolo præſumpto quis decapitatur. ad ſilla. l. excipiuntur. & con cor. l. ſi quis. C. de ſicca. vbi dicitur, quod à pęna homicidii quis non excuſatur iuuentute, ſed innocentia. & vbi per ſtatu-
6 tum imponitur pęna capitalis, † tunc lata culpa & ignorantia non æquiparantur, ideo tunc aliter punitur. l. plagii. de plag. ſecundum Ang. in l. pe. C. de ſicca. in qō. eius qui percuſsit prægnantem quæ fecit abortiuum. quæ not. quia tibi ſeruient. & vide infra in c. tu qui vadis in birraria.

¶ Vbi plures pęnæ criminales pro delicto alternatiue imponuntur eſt electio & ar-
b bitrium iudicis, non rei. [b] l. i. §. expilatores. de expila quia tunc iudex poſſet dare electionem reo quando eſſet condemnatus pluribus pęnis corporalibus, qua pęna velit puniri. tex. no. cum gloſſ. in l. aut damnum. in prin. ff. de pœ. Et dicit Bal. in l. quicunque. de ſer. fugiti. quod ſi is qui debet ſoluere pęnam ex delicto eſt ſoluēdo:

do, & vult potius fustigari, quam soluere iudex non debet ipsum audire, sed debet cogi soluere, & bona sua vendere ff. de polli. l. de pollicitationibus. & idē Bal. dicit in l. ordo. de exe. rei iudic. vbi subdit Bal. quod si delinquens non potest soluere pœnam, & aduersarius dicat quod non vult aliter vindictam, nisi quod detineatur, donec soluat quod debet, aut fides haberi de debito vsque ad pinguiorem fortunam, aut quod fustigetur, quia non est detinendus in carcere postquam de debito constat. l. diuus. §. fina. de iure patro.

¶ Si autem volens potius detineri, quā fustibus cædi, audiatur. arg. l. i. de cessio. bo. Bal. in l. quicunq; & an in electione istius pœnæ sit electio iudicis. vide Bal. in l. fina. de in ius voc. vbi glo. & Guli. & vide. cap. licet dicatur supra in hoc verbo.

7 ¶ † Iudex potest interpretari pœnā mortis in statuto impositam, quia si dicat statutum quod occidens occidatur nam si culpa non dolo te percussi, & moriaris, non debeo puniri, quia illa est interpretatio iuris naturalis, quod non puniatur ad mortem qui noluit delinquere, quia dolus & nō dolus æque puniri non debet. l. i. §. si claua. de sic. & arg. l. intelligitur. eo. titu. quia non sunt similia occidere & nō ex proposito occidere, quia vbi loquimur de pœna corporali subintelligitur dolus. l. in actionibus. de in litem iurand. quia statuta non sunt intelligenda iudaice. de damno infect. l. damni. §. si is. in gl. Bal. in l. quicunque. de ser. fugiti. & vide infra. in c. tu qui vadis in tirraria vbi late. ¶ Si de vno delicto puniunt diuersi iudices. & ille qui est primus in puniendo non potest sufficienter punire, debet suppleri per superiorem. l. 2. C. de spor. & quod no. de iudi. c. at si clerici. quia supplenda est pęna, quæ non fuit sufficienter imposita, sed Bal. in l. & si seuerior. de infa. dixit ꝙ ex quo ista pœna fuit terminus pœnæ. qđ non pōt vlterius puniri, licet Bar. in l. senatus de accus. hoc teneat. & Iac. de But. consuluit cōtra Barto. & dixit Bal. in d. l. 2. quod si quis deliquit coram iudice qui non potest cognoscere, nisi vsque ad 50. solidos, qđ potest vltra multari, si quis deliquit coram ipso. & facit l. certa ratione. C. quando prouo. per quæ iura dixit qđ si aliqui habeāt bassam iurisdi. in loco, & quidā cōmisit delictū enorme, quod vsq; ad iurisdi. bassam iustitiam pertineat ad ipsos residuum vero iustitiæ pertinebit ad superiorem, qui poterit vltra punire, secundum Cyn. & Bal. in d. l. 2. & facit ꝙ

8 no. in l. nullum. C. de testib. ¶ † Et ad hoc an in pœnis priuatiuis, vel afflictiuis semel punitus possit iterum puniri [c] vide

c distinctionem Bal. in l. 2. C. vt intra certū tempus. quæ faciunt pro constitu. regni, quod baiuli non possunt multare. nisi ad vnū augustale, quod si quis commisit graue delictum coram baiulo, quod residuū pęnæ prosequi poterit magna, curia, vel iustitiarius aut capitaneus ciuitatis, vel superior baiuli, puta baro. ¶ † Pęna minorari

9 debet à iudice propter inopiam probationis, vel vbi quis condemnatur ex præsumptionibus & indiciis. Bal. in l. fi. C. de proba. dicens quod propter defectum ꝓbationum non potest quis condemnari criminaliter, quia non sunt probationes sufficientes & non potest poni ad torturam ex aliqua causa, vel quia tortus fuit & non confessus quod debet fieri condēnatio in ciuili, subdens quod quando pęnæ habent certos fines nūquam possunt ex qualitate probationum aggrauari, vel exaggerari generaliter. in princip. de decurio. & vide eundem in l. si fugitiui. de ser. fugiti. & in l. presbyteri. de episcop. & cleri. vbi dicit, quòd quando iudicatur ex præsumptionibus mitigatur pęna, quia si testis deposuit in causa, & iudex suspicatur de eius falsitate, & non plene liquet, debet sententia temperari. per l. nullus de testi. vbi Bal. quæ no. pro compositionib. fiendis, quia si delictum constat per vnū testem, vel per indicia, & pręsumptiones tantum, nec sit torturæ locus, minus cō ponet quam si constaret legitime. & vide infra vbi de tortura. vide supra in capitu. qpinque sunt.

¶ In pęnis iudex posset egredi naturam libelli recte concepti, & aliam imponere pęnā. l quod ergo. §. pęna grauior. in tex. & in gloss. quod habet locum si procedat per inquisitionem, vel accusationem, secundū Spec. in tit. de aboli. §. i. ver. sed cū supra & sic potest iudex suo motu ꝓcedere in criminalibus vltra & contra naturā libelli.

10 libelli.l.& si seuerior.de infamia.quia †in criminali non requiritur conclusio libelli.c.licet.de symo.& quia partis conclusio in criminali non potest auferre potestatẽ iudicis,secundum Bartol. quia talis potestas est iuris publici.l.ius publicum.de pactis.& quia pęna iudicis subrogatur loco pœnæ petitæ in libello, & hoc propter ar
11 bitrium. l.hodie. de pœn. † quia ratione casuum emergẽtium iudex potest legem transgredi, vbi versatur suum arbitrium, & licet iurauerit seruare leges nõ erit infamis,nec periurus, secundum Inno.quia iuris authoritate vtitur arbitrio sibi cõcesso cap cognoscentes de consti. Et licet esse periurus & infamis valet quod agit donec priuetur, secundum Innocentium de accusa. cap.qualiter. Bald. in d.§. pęna grauior. ¶ In pęnis statutorum iudex potest statutum transgredi causa subsistente, secundum Bartolum in dicto §. ideo, secundum Bald. quia minister iuris causa subsistente ex causa potest à mandato recedere sicut minister priuati.arg.l.si hominem.ff.mand. Tamen alii contra, quia statutum debet seruari tenaciter.l.prospexerit.ff.qui & à qui.tamen sententia valebit,sed iudex tenebitur, quia statutũ excessit,quia lex hodie non habet locum in statutis.Bald.in d.§ pęna.qui etiam dicit in alia lectura in illo §.quod in nouis litibus non habet locum regula. l.hodie. de pęnis,quia propter statutum in speciali videtur derogatum illi generalitati.l.hodie.de pęn.ar.l.sanctio legum.C.eo. vide in verbo,iudex.in c.licitum est iudici.vbi late de hoc.¶ Iudex pro pecuniaria pęna? quæ parti debetur potest causa subsistente transgredi ad pœnam corporalem ex officio, quando non esset soluendo. l.sed si vnius.§.si autem.de iniur. & l.fi. de sepulchro viola.Et pronunciabit condemnando in pœnam pecuniariam, quam si non soluerit intra x.dies iubeo fustigari. argu.l.agraria. de termino amo. secundũ Gulielm.& sic excedit libellum partis in defectum solutionis.Arch.d.18.dist.cap. propter. Bald.in d.§.pœna Et hoc quod qui non potest soluere pęnam,debet luere in corpore.l.fi.de in ius voc. est verum ratione maleficii vel doli, non in simplici debito, quod non descendit ex maleficio.l.nemo carcerem.de anno.& tri.Ideo Bal.in d.l.fi.dixit, quod inuito offenso iudex non posset loco pœnæ pecuniariæ, castigare in corpus.arg.illius.l.fi.quia talis castigatio succedit loco pęnæ pecuniariæ. & ab ea liberat.de iniur. l.sed si vnius.§. sed si ante.adeo ꝙ si lucrabitur,non tenetur:plus etiam dixit, ꝙ ista corporalis nõ irrogatur loco pecuniariæ, nisi facta excussione bonorum.l.iud.§.tutores.de suspe.tut.& l.fi.de cessio.bonorum. & vide in cap.vbi plures pœnæ. & in c.licet dicatur.¶ An si statutum ciuitatis dicat,quod homicida puniatur in centum, & si non soluat intra diem,decapitetur,habeat locum vbi est culpa,& non dolus? dic quod non, sed damnari debet ad soluendum. & hoc iudex exprimere debet in sententia, quia semper causa condemnationis est quærenda.de re milit. l. qui cum vno. §.athletæ. ¶ Et vbi statutum punit homicidam ad mortem, & non facit mentionẽ doli, tunc iudex debet sententiam temperare.per § pœna grauior.& l.qui ædes. ff.de incen.rui. Bald. in l. data opera. C. qui accus. & vide eundem in l.quid ergo. §.cum autem.de infam. vbi dixit quod si statutum punit facientem aliquid non facta mẽtione doli,an illa pæna debeat imponi etiam pro culpa,& etiam dicit,quod distinguitur ex genere pęnæ,quæ non cõsueuit imponi,nisi ratione doli, vbi requiritur dolus. Si verò ratione culpæ, vt pecuniaria pœna non requiratur dolus, sed requiritur culpa dolo ꝓxima, id est lata. nam leuis non punitur iudicio criminali, vt not.Cyn. in l. si quis non dicam rapere.Bal.in d.§.cum autem.qui etiam dixit in l.i.de lega.& l.edita.in secunda charta. & vide Lud.in l actionibus. de in lit.iur. vbi an in statutis lata culpa æquiparetur dolo. & vide in c. quia multa possunt incurrere pericula.suprà proximè.

12 ¶ † An iudex in pœnis imponendis procedat de similibus ad similia. gloss. in l.si quis id quod.de iurisdict. omnium iudic. quod sic. & quod not. in l.si quis seruo. de furt.Quod est verum,quia tunc procedit de simili9 ad similia qñ casus ad quẽ proceditur,est omissus,si autem est in lege expressus stat verbis. l. prospexit. qui & à qb.de exerci.l.i.§.is qui nauẽ.& de in ius

ius voc.l.quamuis.Bal.in d.l.si quis id.Et dixit idem Bal.in c.i.§.porro.quæ fuit prima causa.quod in pœnalibus proceditur de similibus ad similia,& maiora:quia attenditur ratio legis potius,quàm grammatica verborum.Et dixit Bar. quod hoc est verum, vbi in statuto inest ratio naturalis,vel ciuilis.& de ver.obli.§.Cato.& in l.j.vti possi.per ipsum.& l.i.de interdic.vbi gl.& est tex.in d.§.porro. & in d.l.si quis seruo.quod non habet locum quando pęnæ imponnntur habito respectu ad priuilegium alicuius personæ, quia tunc non fit extensio de similibus personis ad similia,& de casibus.glo.singn.instit.de act.§.item mixta.Bal.in d.§.porro.¶ Iudex potest criminosum propter consuetudinem delinquendi capitaliter punire. vbi aliàs non posset, & non tenebitur in syndica. tex.no.in l.omnes.C.de dilatio.lib.xi.vbi
13 text. † quod consuetus calumniari dupli pœna tenetur,& crimen capitale efficitur capitale.vbi de hoc not.Bar.& idem Bald. i l.Gallus.§.i.de lib.& posth.& facit l.iii. de episc.audi.Et dixit singulariter Bal.in
14 l.apud antiquos.C.de fur.quod † quis ꝑ furto plurium rerum vilium, etiam pęna furti punitur.argu.d.l.iii.ideo si princeps mandat liberari de carceribus criminosos propter aliquam letitiam, non habet locũ in incarcerato reiterante delictum, propter quod aliàs fuit incarceratus,& liberatus.arg.d.l.iii.& facit.quod Bar.no.in l.licitatio §.quod illicite.de publica.& in l.si
15 diuturno. de pęnis. † quod delicta momentanea reiterata aggrauant.facit text. in cap.nullus. & in c.frequenter. 3.q.5. & alias dicitur quod delictum alibi commis-
d sum aggrauat pęnam delicti [d] l.si cui. §. satis.de accu.per Dy.& Bal.& Sal. in l.seruos.al l.Iul de vi.Io.And.in addi.Specu. in tit.de fur.in rubric.etiam si illa delicta essent alibi punita, quia perseuerauit in delinquendo.arg.d.l.seruos. & facit l. capitalium.in §.solent. C.de pœn. & habẽt in c.semel malus.& Bar.in authẽ. qui semel.C.quomo.& quan.iud.

a ¶ *Non punitur.] Adde do. Marianum Socin. in cons.16.incip.circa prædicta.in prima par. ubi nonnulla non ad materiam ubi etiam per eum quid de homicidio commisso per proycientem palum uel saxum in ludo uel intentatione ad protectionem pali uel saxi in loco consueto facta: an teneatur aliqua pœna.*

b ¶ *Non rei.] Et an & quando sit in electione iudicis uel rei.uide tu not.Fel. in c.inter cæteras.in ij.col uers.x.modis. de rescrip.*

c ¶ *Puniri.] Vide tu Fel in c.de causis. circa fi. iiij.col.de off.delega. remissiue.*

d ¶ *Delicti.] Adde Tancredum de Corneto in sua compendiosa in prima rubri.q.4.& Albe. in 3.par.statutorum.q.39.& Nellum in tract. bannitorum.in 6 q.ij.parti .& limita ut per do.Aret. in c.sicut.de test.propter glos.ibi in uerbo adulterio.in fin. quæ probat, nisi de illis fuisset punitus tamen Bald.contrarium sentit in auth.qui semel in pen.col. C.quõ & qñ.*

SVMMARIVM.

1 *Animus non requiratur in pœnis statutorom, uel factum & nume.2*

3 *Lex præsumit quòd quando quis insultum facit in aliquem cum armis quòd faciat animo occidendi.*

4 *Occidens aliquem manu uacua cum dolo tantum tenetur quantũ si occideret gladio.*

CAP. IX.



TV qui vadis in birraria & cõtinuo per officia: & non habes,nisi constitutiones regni, & recollectas: volo q; scias vnum per quod poteris in syndicatu euadere. dicit cõstitutio regni terminum vitæ hominum,in titu.de homici q; si quis homines insultauerit,& occiderit, quod capite puniatur. vbi And. de Isern.extendit illam constitutionem etiam ad eum, qui hominem veneno occidit, strangulauit, vel aliter interemit. Modo quidam homicidium commisit non ex proposito, vel ex animo,sed negligẽtia,casu,vel culpa,an puniatur pęna illius constitutionis? videtur quod non, quia res quæ dolo caret,non videtur punienda. ff.de sicca. l.in
1 lege. ¶ † Aliqui dixerunt quod in pęnis statutorum non requiritur animus, sed factum.per id quod not.Barto.in l.i.§.diuus.& in l.fi.de sicc. qui non bene intelligunt Bart.& credunt quod pro homicidio non dolo commisso imponatur pęna mortis,tamẽ idem Bar. in l.i.§.i.ff.si quis testam.tenet quod pęna corporalis statutaria requirat dolũ,licet statutum de dolo non faciat mentionem,& non sufficiat culpa

culpa lata,& sic quando per statutum imponitur pœna mortis pro homicidio requiritur dolus & propositum, sicut quando per ius cōmune.l. in lege de sicca.nec sufficit lata culpa vt ibi,& hoc tenet Bald.in l.data opera. C. de accusa.qui dixit esse temperandam pęnam per l.quid ergo.§. pœna grauior. de infami.
2 & l.qui heredes.de incend.rui.† Et ideo dicit Paul. de Castr. in consil. cxcj.quod Bartol. debet intelligi in d.§.diuus.& in d.l.fin dum dicit quod in pœnis statutarijs non inspicie-
a tur animus,sed factum a .s.quantum ad hoc, vt solus animus puniat sine facto.per l.is qui. eod. titu. non autem vult dicere, quod non inspiciatur animus, quo ad hoc, vt factum sine animo, & dolo puniatur pœna mortis, & ideo requiritur dolus vel propositum.& idē Bal.in l.ij.de noxa.dicit, quod tūc statutum intelligitur de homicidio ex proposito, & non de culpabili.& idem tenent Sal. & Ant.de But.in c.ij.de const.in vj.dixit etiā quod tūc requirit dolum per l.in lege cor. ff. de sicca.& idem Bald. in l.quicunque.de ser. fugit. & Cardi. in cap. lator. de homicid.& ideo Paul.de Castr.in l.j.de legat.post Bald. dixit quòd si statutum dicat, quod occidens occidatur,non occidetur nisi deliquerit dolo & ex proposito, sed mitius punitur arbitrio iudicis.& idem tenet Angel.in consil.285.incipiente,viso themate vbi.dixit,ꝙ lata culpa in pœnis capitalibus ponendis non æquiparatur dolo.& idem Ang.in consi. suo 27.dixit quod si probetur contra aliquem quòd in rixa pinxit aliquem, qui tenebat gladium in manu, & se percussit & mortuus est,quia ille actus rixa exorta non est ordinatus ad homicidium.argumen.l.j.§.si claua.de sicca. & l.j.eo.tit.& l.si non conuicij.& l qua actione & l.proinde.& l.si ex plagis.in fi.ad leg.aquil. quia ille actus infert culpam & non dolum, ideo arbitrio iudicis punietur,secundum Angel.ibi.& idem tenet Bald. in l.pignus.C.de pigno.act.dicens quòd si statutum puniat delictum,& de dolo non faciat mentionē,quod nec nos facere debemus.vt in l.prospexit.qui & à quibus.nisi per statutum attrox pœna imponeretur.quo casu saltem lata culpa requiritur.& facit l.j.§.in factum.de infa.& vide Bartol.in l.j.C.de strato.libr. xij. & adde quia dominus Card. in d.cap.lator, dixit de quodam qui in naui casualiter percussit socium cum ligno,in quo erat ferrum operādo in naui mortuus extitit.quòd fuit absolutus,quia non fuit in dolo,& stabat dictum statutū per no.ī d.l.ij.& in c.in nostra.de iniur. & dam.dato.per not.in l.respiciēdum.§.delinquunt.de pœn.& vide Bald.in l.ij.de noxa. Tamen vbi esset in culpa non excusaretur à culpa, ex qua puniretur criminaliter.l. ij. §. hęc actio.vi bo.rap.per no.per Barto. in l.ij. de adulte.& in l.si mulier.§.j.ff.rerum amo. ¶ Et pro culpa tali mitius puniretur quā statutum dicit d.lege in l.ad idem de incen. rui. l.quidam.& l.ij.de termino amo.de administrat.rerum.l.Imperator.§.rescrisperunt.Tamen potest distingui dabat operam rei licitæ, vel non,& nihil omisit de cōtingentibus. per not.extra de iureiurand.cap.fin.ad legē aqui. l.qui occidit.§.penultim.de homic. cap. final. & quando constat casu factum non punitur. dict.§.delinquunt.tamen tenebitur quo ad actio.leg.aquil.eo.tit.l.scientiam.§.fin.nō quo ad pœnam ¶ Et aduerte,quia constitutio illa dicit, si quis aliquem insultauerit & occiderit &c.quæ videtur requirere dolum quo ad
3 illam pœnam.†quia lex præsumit quod insultans in aliquē cum armis,quod faciat animo occidendi.per dict.l.j §.diuus de sicca.& l.is qui cum telo.eo.titul.secundum Bar.in consilio,Vanutius Petr.& Bald.consuluit quod in casu huius statuti mandans homicidium non punitur pœna statuti,quia est homicida secūdum quid, & non simpliciter,quod in consilio clx.incipien.casus talis est.¶ Et limitabitur dictum statutum nisi sit prouocatus, quia mitigabitur pœna statuti.l.lege iul.§.final.ad legem iul.repe.¶ Et quando percussisset quis cum pede mulierē prægnantē,quæ facit abortiuum,an puniatur pęna talis statuti?vide Angel.in l.pen.C.de sicca.qui distinguit,sciebat, vel non, & latius Ludouic.in l.j.§.occisorū. ff.ad sillan.Et quando deliberasset bastonizare tantū,& esset mors secuta.vide latius Pau. in consil.cxc.vbi latius & in sequēti consilio. Et accidit quod quidam tempore guerræ volebat experi bombardas,& vna præparata fuit fracta,occidit quendam,qui accesserat ad videndum,consului quod non tenebatur pęna mortis, quia dabat operam rei licitæ.Tamen fuit alius casus quòd quidam tempore carnisprivij parata spingarda cum bombice, & imposito igne fecit miram contra quendam à lōge stantem causa ludi, & percussit illum cum bombice,quę exiuit vt ignis à spingarda,&dedit illi in ore & illico mortuus est,dixit quod debebat puniri pro culpa criminaliter,& non ad pœnam mortis,quia non dabat operam rei licitæ & ex genere instrumenti, scilicet bom

bicis apparebat ꝙ iocose, & nō aio occidendi hoc fecerat, licet aliq dubitassent ꝑ iura aſi dicta, & Bal. dicentē in c. j. §. iniuria. de pace iurament. firman.
4 † quòd ſi occidens aliquem manu vacua, quod tenetur ſicut cum gladio, dummodo quod dolus inſit. per l. qua actione. §. primo ad legem aquiliam, & Bal. in l. ſi negotium. C. qui accuſa. tamen hic non fuit dolus ſed lata culpa, quia debuit ſcire quod ille ictus ſpingardæ nocere poterat. Et vide omnino ſupra in capitul. quia multa poſſunt.

a ¶ *Factum.*] *Adde dom. Franciſ. Are in l. clam. § qui ad nundinas. de acquiren. poſſe. & quod ibi dixi in apoſtil.*

b ¶ *Pœna talis ſtatuti.*] *Quomodo vero & qualiter teneatur qui dedit cauſam abortioni, vide plene & not. per dom. Felyn. in capitul. ſicut ex tua per totum. de homicid. vbi etiam not. quid de fœmina impedente contentionem vt complaceret ſubſtituto marito ſi deceſſerit ſine filijs vel propter paupertatem concipere nolente vbi etiam quod de muliere prægnante quam medici dicunt non poſſe mortem euadere, niſi exiſtens in utero occidatur.*

c *Ad mortem.*] *Et an & quando, vide tu Fely. in capitul. inquiſitionis. vlt. col. verſi. ult. tangit de accuſ.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſſit pœnam capitalem imponere ſtatuto diſponente quod pœnæ ſint in arbitrio iudicis & numer. 2. & 3. Et an poſſit appellari ſi excedat modum nu. 4. & 9.*

5 *Iudex imponens grauiorem pœnam, quam debeat, punitur & num. 7.*

6 *Pœna furcarum eſt vile ſupplicium.*

8 *Pœna perſonalis aliquando mutatur in pecuniariam propter dignitatem perſonæ.*

CAP. X.

1 N ſi ſtatutum † relinquit pœnas arbitrio iudicis, poſſit pœnam capitalē imponere. gl. alleg. quod ſic in §. ſumma. inſtit. de iniu. & videtur ſimilis in l. penultim. C. ſi aduerſus liber. quam impugnat Anto. de Butr. in cap. de cauſis. de offic. delegat. quòd dictum ſtatutum intelligatur de pœna quæ imponeretur pro ſimili delicto, cuius pœna eſt arbitraria per gloſſ. ſingularem, ſecundum eum in cap. inquiſitionis. §. fin. de accuſa. Tamen Ludo. in rubri. de arbi. dixit quod intelligitur de illa pœna, quæ eſt conſueta pro ſimili delicto imponi, ſecundum gloſ. not. in l. quid ergo. §. pœna. de infam. & in l. & ſi ſeuerior. eodem titu. Et inde Bal. dixit in l. quicunque. de ſeruis fugitiuis. vbi ſtatutum dicit, quod ſi ſit pœna pecuniaria, vel arbitraria quod iudex debet imponere pœnam pecuniariam. & idem dicit in l. conuenticulam. de epiſcopis & clericis. Et idem ſi ſtatutum imponit pœnam maiorem, vel maximam iudicis arbitrio, intelligitur de maxima pecuniaria, & non capitali. Bald. in l. ij. de probat. & ſic intelligitur de ſimili. & vide Bald. in titul. de pace tenend. vbi dicitur quòd, ſi ſtatutum facit pœnas arbitrarias, quod poteſt per iudicem imponi pœna publicationis bonorum, & in ære, & in perſona. in authentic. de armis in princip. argumen. dict. §. in ſumma. & in l. in ſeruorum. de pęn. Bald. in dicto. §. ſumma. ſecundum illam gloſſ. & alij docto. vbi dicunt, quod ſi pro iniuria agatur criminaliter eſt arbitrio iudicis, quam pęnam velit imponere. & Bal. in dicto §. pęna grauior. ſequitur etiam illam gloſ. dicens quòd propter arbitrium indefinitum iudex, poteſt imponere pęnam mortis, quod adeo reſidet in pectore, & arbitrio iudicis, quod poterit pro iniuria capitalem & ſtatutum, imponere. Et vide aliam gloſſ. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de public. Et licet alias dicatur, quod iudex officio non poteſt cedere relegationem. l. j. §. expilatores. de effra. Tamen vera eſt illa gloſ. attenta qualitate facti, & perſonarum, ſecundum doctor. in dicto. §. final. Et illam gloſſ. etiam ſequitur Bald. in l. j. de his qui. latro quod licet habens arbitrium poſſit procedere in pęnis vſque ad ſupplicium, intelligitur ſi hoc deſiderat magnitudo pœnę, vel delicti. l. final. de iniur. & vide Bald. in cap. primo. §. iniur. de pace iur. fir. 2
† quod pro iniuria, quæ cadit in atrocitate facti, vt ſi quis dat alapam poteſtati propter ſingularem iniuriam poterit, capitaliter puniri a per dictam gloſſ. in §. in ſumma dicens quod pœnæ arbitrariæ extenduntur vſque ad mortem b incluſiue propter exceſſus facinorum. b
per dictam gloſſ. ¶ † Et adde quod Ioan. de Imol. in dict. l. ij. ff. de public. iudic. dixit quòd ſi ſtatutum dicat, pęna ſit in arbitrio iudicis vſque ad mortem quod poteſt mortem imponere per l. ſaccularij. de extradiordi. crim. Sed vbi dicit, quod pęna ſit arbitrio iudicis ſimpliciter, videtur, quod debeat arbitrari tanquam vir bonus. argumet. l. vir bonus. ff. iudic. ſolui. & not. Bartol. in l. ſi qua pęna. de verbo.

verbo.significa dicens,quòd secundum facti qualitatem aliter & aliter debet arbitrari.argu.c.sicut dignum. de homi. & si iudex euertat arbitrium mortẽ imponẽdo,vbi qualitas delicti non requirit.poterit appellari,vel peti ꝙ reducatur ad boni viri arbitrium argu.glo.c.super his.de accusa.& per no. per glo.& Bar.in d. l.si qua pœna supra allegata.¶ Et aduerte qđ dicta glo.in §.fi.ſm aliquos locũ hẽt, vbi ex officio proceditur contra aliquos extraordinarie, licet videatur contrarium notari.in l.i.C.de effra. Quę no.pro constitutione & capitulis regni, q̃ dant arbitriũ officialib.cõponendi & puniendi, vt si natura delicti, vel eius magnitudo desiderat,posit imponere pœnã capitalẽ. Quibus adde quod aliqui dixerunt,quod per arbitrium datum potestati non potest irrogari pœna mortis, vel mutilationis per l.i.§.fina.de effra. & per l.i.§. fin. de furi.balne.& per l.3.de crimin. stellio. Nisi consuetudine, vel alia lege in simili delicto talis pœna imponeretur, vel in similibus pęnis arbitrariis,quia tunc posset imponi per l. saccularii.§. sunt quædam. de variis & extraordina. crimi. & dict.§. pœna grauior. Cessante ergo consuetudine, vel lege debet iudex vti suo arbitrio nõ tamẽ esse debet nimis gratiosus, nec vltra modum seuerus.secundum Ioannẽ Andræã in d.c.i de re iudica. in 6.vt Bal. infert. C. de ser.fugit.l.quicunque.per l. respiciendum. §. plane.de pœnis. Et debet iudex considerare qualitatem delicti, & modũ,& an delictũ in loco frequentetur, qa pp frequentiã iudex põt augere pœnã.d.l.sacculari.& dicit Bal.in d.§.pœna.quod iudex potest pœnã grauare in ꝑsona vnius,vt multis sit exemplum.l.aut facta.§.fina.de pœna. Nam vilis persona, tunc etiam posit fustigari. argument. l. 2. §.si vero.ff.de termi.amo.& de pęnis l. inseruorum. & ideo dictus §. in summa. debet intelligi secũdum prædicta ex qualitatibus.delicti magnitudine & si delictũ hoc requirat,& quãdo consueuerat mors imponi,& nõ aliter. ¶ Et adde Baldum in consilio quod incipit, scire oportet quis sit titulus criminis, dixi illam gloss.procedere inter pęnas in iure expressas, vt quando sumus in materia, in qua posset pęna personalis & pecuniaria poni,quia inter istas pœnas est iudicis arbitrio quã velit eligere, secundum glossam in l. aut damnum.de pęnis.Bald.in l.quicunque. de seruis fugitiuis. Secus dicit vbi arbitrium datur iudici aggrauandi pęnas.iuxta nota.in l.hodie.de pœnis.quia per hoc non videtur ei datũ arbitrium, vt posit pœnam capitalẽ imponere nec potest vigore talis arbitrii transire de vna specie ad alia speciem,vt de non capitali ad capitalem.l.i.§.expilatores.de effra.& facit

4 pœna grauior. † qui si excederet modũ in arbitrando posset appellari,vt no.in l. fina.de rebus creditis. Vel si de facto resistit.per no.in l.addictos de appellationibus & l.nõ tantum.plus etiam dixit Bal. in d.consilio,qđ d.glo.in §.in summa.hẽt locũ in delictis consummatis, secus in attentatis,& non cousummatis, quia tunc nõ includitur mors, qui intellectus sunt singulares. Et ideo grauiter errauerunt aliqui dicentes, quod pro graui iniuria verbali posset pœna extendi, & vsque ad mortem arbitrari.licet pro vno verbo iniurioso porlato contra vnum virum insignem sit pœna iniuriæ aggrauanda, vt si vocaret quidã miles proditor, quã iniuriam milites æquiparant morti. ¶ Iudex taquam minister reipublicę ex causa criminali potest alterare pęnas argumen.in ratione sui.ff.mãdati.l.si hominem. & ff. de manumis. l. si quis dicat. & quod not. in l.trãsigere.& Bal. in l. & si seuerior. de infamibus. quia cum hoc facit ex potestate à lege tradita videtur factum à lege: Baldus ibi.¶ Boni iudicis, seu assessoris est non vti gratificatione in pœnis, absoluere, vel cõdemnare. Tamen recta via est cõdemnare,& vti seueritate, & non pietate in enormibus.ff.de re iudicata.l diuus.in verbo, sentire.Baldus in l.ea quæ. C. de condictione indebiti.& si gratia, vel dissimulatione non punit, ipse debet puniri.Bartolus in l.prima de deserto. lib.12. & in l.fina.de priuileg. eodem libr. Quia supra dictum est quòd iudex debet imponere pęnas solitas, nec debet imponere

5 noua genera pœnarũ. † Vnde iudex q̃ imposuit aliã pęnã,& grauiorem quam de-

beret,punitur.l.iubemus.C.ad legem Iu
liam repetundarum. & l.prorumpere. ff.
eodem propterea debet pœnam cuique
condignam imponere. Quia ſi eſt nobilis
non debet ſuſpēdi,ſed decapitari pro cri-
mine, ſi plebeius debet furcas ſuſpendi,
Bart.in l.deſertorem.§.locū.ff.de re mili.
vbi dicit quòd hoc ſeruatur in Italia,non
in Francia, vbi iſta ſuſpenſio non eſt ita
ignominioſa. inde dixit Lucas de Penna
in l.i.de deſerto.lib.12. quòd de capitatio
eſt prorogatiua nobilitatis,pręſertim illo
rum qui dicunt nobilitatem ex militia
vendicari,& propter turpitudinem mili-
tem ad furcas non poſſe condēnari de in
iur.per dictum §.locum. nec etiā de con-
ſuetudine, niſi propter latrocinium per
quod omni priuilegio eximitur. l. vete-
rani de coar.eodem ti.ſequent. & l.i.eodē
6 titu.C.quādo lice.vnicuique.†quia pęna
furcarum eſt vile ſupplicium. ſecundum
Valerian.in libr.de militar.diſciplina,qa
maledictus à Deo eſt, qui pēdet in ligno.
Deuterono.22.c.in fi.& vide de pęna no
bilium & ignobilium, & priuatorum. 24.
quæſtione prima qui contra.& quod not.
7 de pęnis capitu. fin. † Quod no. quia iu-
dex teneretur ī ſyndicatu ſi aliter faceret,
quia iudex qui imponere poteſt pęnam
mortis pro delicto, & imponit in conſue
tam,tenetur l.aut. damnum, in princ.ff.
de pęnis.& aliquid per Baldum. in l. non
dubium.de legi. ideo ſuſpendi feci quen-
dam armigerum ex nobili progenie qui
furto ſubtraxerat crucem argenteam, &
Calices ſacre eccleſiæ, qui non erat di-
gnus pęna nobilium iuſtitiarii non enim
ignoſcendum eſt militi, cui obuiare opor
tet,vt latroni,dicit glo.in conſtitu. regni
proſequentes in titu. de teſtibus.& pro-
bationibus contra comites.per text.in d.
l.i.& 2.C.quādo liceat vnicuique ſine iu
dice.in qua conſtitu.eſt glo.in quibus caſi
bus milites & in dignitate poſiti torquen
tur. ¶ Licet dicatur quòd iudex ex cauſa
poteſt augere, & minuere pęnas.vt ſupra
viſum eſt,debet hoc cum cauſa facere, qa
ſi ſine cauſa faciat debet puniri. Ludoui-
cus Roma.in ſuis ſingularibus nume. 78.
allegauit Hoſti. in ſumma in titu. de of-
ficio delegati.c.de cauſis relatū per Ioan.
Andræam in nouell.quòd iudex incurrit
infamiam. per textum in l. ſeruos. ad le-
gem Iuliam de vi public. & punietur ea-
dem pęna iudex.per textum ſingularem
in l.3.in fine. C.ne lice. ſanct.baptiſ.¶ Pę
8 na † aliquando alteratur de perſonali in
pecuniariam propter dignitatem perſo-
næ.l.quicunque.& l.fi.de decurio.libr. x.
Et aliquando augetur. Bart.late in l.qui-
dam.ff.de pęnis. Et aliquando pp anti-
quitatem temporis delicti pęna aggraua-
tur aut minuitur. ſecundum dominum
Bartolū in l.ſi diuturno.ff.de pęnis.com-
muniter alleg.cap.fi.de conſuetudi. Et ali
quando propter paupertatē minoratur.
de officio pręſidis.l.illicitas.§.fina.& Bar.
in l.i.in fi.ff.ſi quis ius dicen.Spec. in tit.
de ſent.§.i.in ver.eſt autē. vbi dixit ꝙ de
bet in actis ſcribis facere moderata con-
demnatione propter paupertatem. ¶ Ex
quo dicto inoleuit practica ꝙ officiales
qń componunt ſuper multis ſcribi faciūt
compoſuit cum curia pro tota quantitate
moderata pp paupertatē. Et hoc ne qń
ponunt rōnem de prouentib.ipſi tenean
tur,ſicut etiā pōt pp paupertatē remitte
re collectas & tribu.Bart.in l.omnes. C.
de anno.& trib.lib.x ¶ Sed an ꝓpter ami
citiam quam iudex habet cum pater poſ-
ſit pęnam minuere, vel remittere? vide
glo.in c.ſicut.de pęnis.Innoc. in cap.i.de
conſtit.& de accuſa.c. qualiter & qń.ca-
no.in c.niſi extra.de offi.dele.& vide in c.
9 iuxta prędicta quæro.¶ Si pęna † imponi-
tur iudicis arbitrio,ſi male arbitratur pōt
peti reductio ad boni viri arbitrium.c.ſu-
per his.de accuſatio vbi glo.& talis dēt ſo
litā pęnā imponere. ff. de effra.l.i. C. de
inoffic.teſta. ſi qń tex.ſingular. in l.i. de
furi.balne. Et vbi pęna timetur. Inn.in c.
de cauſis.de offi.delega.vbi etiā dixit,qđ
vbi ſunt plures pęnæ poteſt eligere mitio
rem.& faciunt no.l.3. & in l. quicunque.
C.de ſeruis fugitiuis.& Bartolus in l.i.de
officio iudicis.vbi dixit cuius ſit electio ī
pluralitate pęnarū, q etiā dixit in l.ſi pro
ponas. ff.de tigno iniūcto, an vnius ele-
ctione tollatur.& Bart.in l.hoc accuſato-
res.ff.de accuſat.dixit quādo pęna non ca
dit in delinquētē,an iudex ex officio poſ
ſit illā alterare, & quādo pęna eſt iudicis
arbitrio,

arbitrio,quam debeat potius imponere corporalem , vel pecuniariam ? vide glos.in l.seruus.in fin.ad leg.Iul.de vi. Cyn. in l.nemo. de sum.trinit. j.q.iij.saluato.v.q.vlt.Præsbyteri.de tra.sla.præla.c.fi.gl. in ca.cum quidam. de iureiur.Et quando pœna in delictis relinquitur arbitrio iudicis intelligitur semper de consueta apponi verisimiliter pro illo delicto vt not.Bar.in l.pen.§.ad crimen.de public. iudic.& Bald.in l.& si seuerior.de infami.& dixit Bald.in l.quicunque.supra allegat.quod in pœnis debet iudex ad mitiorem inclinare,nó tamen debet esse nimis gratiosus.& dixit Bal. in l.iij.C.de infam.quòd in pœnis iudex debet sequi cousuetudiuem præscriptam.¶ Officialis remittens pœnam ordinariam à lege, vel à statuto taxatam tenetur in syndicatu. Secus in multa vel in pœna arbitraria.l.illicitas.§.fin.de offic.præsi.& l.si qua.de verb.sig. & in l.fina.ne san.bapti.& vide Bald.in l.si aduersus delictum.& in l.ij.de vsur.rei iudic. & in l.præses.C.de transact. & quæ habentur in l.quid ergo.§.pœna grauior.& in l.& si seuerior.de infami.Nisi hoc faciat ratione inopiæ.de offic.præsid.l.illicitas.§.final.& supra est dictum.vel nisi is qui dicitur incidisse in pœnam contumaciæ se posset aliqua ex causa etiam minus legitima excusare. glo. singula. in l.j.circa fin. ff. si quis ius dicent.& in l.ex consensu.§.fina.de appella.& facit l.plagij.ad leg.Iul.de plag.vbi iusta causa excusat à dolo & est gloss.in l.j.ad fin.ad leg.Iulium. de ambitu.vbi non tantum iusta,sed etiam iniusta excusat à culpa.& Ioan.Andre.in titu. de arbitr.in addi.dixit iustam causam in succumbente excusare à pœna, & dixit etiam Baldus in l.generaliter.de Episcop.& cleri.quod iusta causa habet quendam excusare à pœna legali.& gloss.in l.si cum militaribus.C.de in integrum restitut.vbi quod non excusat à pęna conuentionali.& institut.de pœna teme.liti.in princip.& Bartol.in l.ex diuerso.§.j.de rei vend.& in l.Iulianus verum debitorem. de condictio.indebi.Hodie autem vix pęnæ legales sunt in vsu.¶ Licet iudex ad pœnam corporalem procedere non posset ad tumultum populi, etiam si aliter sedari non posset. C.de pœn.l.decurionum. & l.si priuatus.ff. qui & à qui. Tamen ad tumultum populi potest sententiæ condemnatoriæ executionem accelerare etiam dilatione pendente si aliter sedari non potest.l.qui cædem in fin. ff.de sicca.& l.si filio exhæredato.de iniusto testam. & l.constitutioni de appella.

a ¶ *Puniri.*] *Adde Felinum in c.ex literis. circa finem. xij col de constitu.*

b ¶ *Ad mortem.*] *Et an & quando, vide tu Fel. in capit inquisitionis, vlti col. versicu. vltimo tangit de accusa.*

SVMMARIVM.

1 *Potestas tenetur de delictis suorum officialium & de is quos secum ducit etiam si non sint de officio numer 2. Et an teneatur de eo cuius officio non fungitur? nu. 3.*

4 *Potestates terrarum non tenentur obedire prioribus uolentibus eum impedire vel cogere ad aliquid.*

Potestas.

CAP. I.

1 POTESTAS † tenetur de delictis suorum officialium qui fecerunt aliquem barathariam.l.j. C. de execut.vel exact.libr.xij.quia tenetur vinculo iuramenti malos compescere Iac.de Bel. in authentic. iusiurand. quod pręsta. colla. ij.qui etiam , potest remouere suos officiales.in authentic.de iudic.§ primo & etiam malos assessores in dicta. authentic. iusiurandum.in princip.n.on tamen remouebit denfensorem ciuitatis in authentic.de defen.ciui.§.interim. Tamen an possit punire æqualem sibi in iurisdictione.text. videtur quod sic.in l.j. C.ne lic.poten.sed Bartol.in l. si quis violauerit.ff.de rer.diuisio.vbi de hoc dixit , quod ibi erat æqualis in dignitate. sed non in administratione. tamen vbi quilibet habet ius insolidum,vt in l.j.de offic.consul. potest punire.ff. ad Municipal. l. quid ergo. nam præses punit collegam. ff. de pœn. l. si quis fortis.vbi Bartol.§.si quos.& l.j.vt litis. Tamen Guile.in d.l.si quis tenet contra,quia par in parem non habet imperium. ff. de arbit.l.nam magistratus.ad Trebel.l.ille à quo. in §.tempestiuum.Collega enim suum collegam nequit compellere.ff. de administra. tut.l. iij. nisi volentem de iurisdictio. omn. iudic.l.est receptum.& quæ not.in l. ex asse. ff.ad Trebellia.& in authentic.de appellatio. §.illo.vbi non obstat , quòd præses punit æqualem sibi , quia punit æqualem , non in administratione. in authentic.vt iudic.sin. quoquo.suffrag.§.quod autem.sic & Archiepiscopus dum est in diœcesi Episcopi. extra de priuileg. in capitul. ex ore. & capitul. volentes. & quod in eis not. Innocen & in capitul.cum contingat. de foro competenti.

Quis autē sit par? vide in d.l. nā magistratus. & in authent. de appellatio. §. illo.
3 ¶† Potestas tenetur de his, quos secundū duxit etiam si non sint de officio. l. obseruare in princip. vbi tex. & in authent. de iudic. §. ne autem collatio. 6. Secus in officialibus, qui nō habent iurisdictionem in iudicando. l. i. §. familiæ. de publican. Tenebitur etiam non solum pro vxore, quā secū duxit, vt dicit tex. cum glo. in d. l. obseruare. sed etiam si duxerit matrem, quę ꝑmitteret victoriam causę, vel remissionem, & veniam delictorum pro pecunia, vel pro serico, aut lino sibi donato, quia tenebitur potestas. arg. d. l. vt multi fecerunt. licet mater non videatur esse in familia. filij. ff. de adoptio. l. qui in adoptio. versi. ita. ¶ Et ideo si princeps concesserit potestati vt familiam suam ad se venire faciat in officio nō alios potest adducere suam vxorem, liberos, & seruuos emptos & non ascriptos. l. quicunque de re milit. & non aliàs personas sibi necessarias. l. i. de tract. tanquam tale rescriptū sit stricti iuris. c. edoceri de rescript. sicut iudicis ꝓhibitio. ff. de pigno. l. in quorum finibus. secundum aliquos. ¶ Tamen contrarium est verius, quia priuilegium concessum
2 alicui extenditur ad suam familiam. 2 ff. de vsu & habit. & l. 2. §. i. & l. sanctus. & seq. §. ad Municipal. l. assumptio. & l. vxori quis. §. i. & de vsu & habitatio. l. si habitatio. §. fin. de verborum obligatio. l. si stipulatus fuero. de verbo. obligatio. l. pronuntiatio §. i. de legat. 2. peto. in n. quod no. Innoc. extra de arbitr. cap. cum olim. etiam amicus large continetur appellatione familię. l. latius. §. amicos. de verb. significat. in verbo, familiaritatis. & etiam affines. ff. qui per tut. l. 2. in prin. & quæ habentur per Archid. in c. licet. in verbo, familiarium, de priuile. in 6. vbi ponit de multiplici, familia perpetua, mercennaria, & non mercennaria, an gaudeant priuilegio domini, quòd admittantur ad diuina tēpore interdicti. & quod habetur in l. pe. C. qui accu. s. non pos. quæ no. quia
3 aliàs fuit de facto. ¶† Tamen an potestas teneatur de delicto familiaris, cuius officio non fungitur? vide de publica. & l. j. §. vnde quæritur. per Barto. non tamen tenetur de facto sui berruarii extra officiū delinquētis. l. fi. §. hæc actio. ff. nau. caup. stab. ¶ An si potestas fuerit in officio electus pro vno semestri & fuerit impeditus in primo mēse, restituatur sibi alius mensis in fine tēporis? posuit Bar. in l. & ideo. de verb. oblig. vbi per alios. & Bal. in l. liberti libertæq; de ope. lib. dixit, quòd si cessauit per paucos dies admittetur. vbi etiam dixit, quod si potestas non seruiat in officio, quia stetit per communitatem, quo habebit salarium & interesse, & idē Bar. in l. si mihi vsusfructus. de vsufruct. leg. in addit. Spec. in tit. de loc. in versi. & scias. per Spec. & Bal. in additio. versi. qui locauit. Et dixit propterea Bald. in l. si pecuniam. ff. de condictio. ob caus. quòd si prohibetur à communitate intrare officium potest petere intrare & in l. i. §. diuus. de var. & extra. cog. Quod limitatē nisi sua culpa interesse prohibeatur, vt q̄a habebat aliquam inhabilitatem, quā non manifestauit ante suā electionē, quia punitur, secundum Bal. in l. Cassius. de sena. allegauit l. qui cum maior. de re mili. Qui non poterat tunc creare vicarium loco sui, quia sibi ista causa non subest. per no. per Barto. in l. obseruare. de offic. consul. vbi dixit, q̄ ex causa parue infirmitatis posset postquam officium est ingressus, & hic qui non seruit toto tempore an debeat habere immunitatem? vide Bar. in l. sed & milites. §. quandoque. de excusatione turorū.
4 ¶† Potestas terrarum non tenetur obedire prioribus volentibus eum impedire vel cogere ad aliquid, secundū Barto. in l. si tutor. de autho. tut. vbi dicitur, quòd tunc potestas poterit dicere: non potestis me nunc cogere, vel hoc examinare, sed reseruare cognitio in syndicatu, nisi euidentissime malefaceret, quia tunc cogit potest. in authen. vt differen. iudi. in prin. ¶ Quod intellige sane si illud tale esset contra iustitiam, secus si esset iuridicum, quia est positus vt faciat iustitiā, ad quam debet compelli. in authentic. vt differē. iudic. vt in hoc. vt iudic. sin. quoq. suffrag. quod est magni effectus, quia si iuste eum compellant, & facere noluerit, priuabit officio vel salario in syndicatu, tanquā iustitiā facere denegās: vt aliàs diximus. ¶ Ptās iurās seruare statuta, nō tenebitur seruare statuta illicita. c. i. vbi gl. & Doctor

& Doct.de iureiu.Bal. in vi. in l. si qs sub
cōditione.in fi. de cōditio.,inst.& in l.i.de
verb.obl.vide in verbo,iuramētū officia-
lis.¶ An si duo sint electi potestates vnus
ꝑ prio semestri,alter ꝑ scđo, & vnus nō
veniat, an stati habeat locū secūdus? vide
Bar.in l. cū sub hac.de cōd.& demō.& in
l.quamdiu.de acquirend.hæredit.

6 *¶Familiam.] Et an & quando uide Felin in c.nullus.in i.col in ver gnāliter quando de foro compet.& in c quam sit circa fi.de Iudæis.*

SVMMARIVM.

1 *Potestas an possit punire alium officialem assessorem non ad hoc expectato superiore, vel syndicatoribus? & nu 2.& 4.*

3 *Iudex potest remouere sine processu nuntium curiæ qui deliquit coram eo*

5 *Potestas proficens extra ciuitatem eundo per comitatum non debet grauare homines comitatus.*

6 *Rector an teneatur conducere & reducere officiales suis sumptibus & nu 7.*

8 *Potestas tenetur suis iudicibus infirmis emere medicinas sed quas.*

CAP. II.

1 POtestas † an possit punire aliū
officialem assessorem & non sit
expectandum, vt puniatur à su
periore, vel à syndicatoribus.
Dyn.in l.si quis forte.§. si quos de pœnis
dixit ibi casum, quòd iustitiarius possit
punire assessorem suum. Tamen contra
eum videtur tex.in l.2. de officio præfec.
orien.dicens, quod iudices pedaneos cor
ruptos bene posset punire,per tex. in l. si
quis aliquid.§.iudices.eodem titulo. Ta-
mē aliquid dicun per tex.d.l.3. quod præ
fectus prætorio potest insufficientes iu-
dices,vel propter aduersam corporis va-
letudinem,negligentiam , vel furtum de-
ponere,vel principi referre, & alios surro
gare,tamen loquitur ille tex. in præfecto,
qui habet supremam potestatem per l.i.
de offic.præfect. præto.Bar.vero in d.§.si
quis.dicit glos.est in l. senatus.ff. de offic.
præfect.præto.quæ dicit, quod si officia-
lis committat delictum,quod præses non
possit cognoscere, quare ipse Bartol.dicit
quod si officialis deliquit in officio, re-
ctor potest eum punire. per dictum.§. si
quos.& per tex.in l.2.C. de sportu.& ar-
gum.de.mand.princ.§. festinabis.& in au
2 then.de quæsto. in §. maxime. † Si vero
delinquit extra officium in alium, tunc
non potest ipse de hoc cognoscere. d.l.2.
quia esset suspectus iudex.si tamen. crimē
esset notorium, ita quod rector non ha-
beret, nisi punire per dictam lege si quis
§. si quos. quæ non loquitur .nisi de
puniendo non de procedendo, ad quod
facit quod not. in Spec. in tit.de compe-
ten.iudic.adiect.§. sequitur. versic. item
not.Bar.Tu dic id quod Barto. dixit, ꝙ
si delinquat in officio potest ipse punire
habet locum quando ipsemet potestas cū
elegerit,vel creauerit in assessorem,vt pos
set eum ab officio remouere d.§. si quos.
& d.l 3.Secus si fuerit creatus,a principe,
vel,ab alio superiore, & tunc non possit
eum punire,vt d.l.2. de offic.præfect.au-
gusta.quia par in parem non habet impe
rium.l.nam magistratus.de arbitr. & leg.
præcipimus.§.i. de appellatio. Et facit in
argumen.quod dicitur in l.3 quod quis-
que iuris.de assessore assumpto a potesta-
te,si male iudicauit quod ipse potestas,te
neatur secus si fuerit creatus à superiore
3 vt ibi notatur,¶ † Et aduerte quia dicitur
in dict.l.2.C. de portulis, quia iudex po-
test remouere nuntium curiæ qui deliqt
coram eo sine processu.secūdum Bald.ibi,
quia proceditur leuato velo.arctū.l. nul-
lus.de testi.& ff.de infa.l. ictus. & idē in l.
ne diu.de pœ. quem tex. dixit ibi Ange.
singu. ꝙ apparitor delinquens in officio
damnatur lite non contesta.etiam absens
quod videtur habere locum quando ra-
tione delicti in officio cōmissi a remoue
2 rētur tales nuntii.Tñ si essent creati a su
periore & extra officiū alibi delinquent,
non possunt per potestatem puniri,& re-
moueri,per prædicta iura Bald autem in
l.iudicium soluitur. de iud.dicit per illum
tex.quod potestas qui deputauit assesso-
rem potest illum remouere. dicens, idem
in Episcopo,qui remouet vicarium, quod
est verum,secūdum Bald. nisi isti inferio-
res habeant iurisdictionem à superiore,
vt no.Arch.11.q.i.c.de persona.vnde po
testas non potest prohibere Camberlin-
go,ne cognoscat inter su os subditos, nec
Episcopus suo archidiachono ne sua iu-
risdictione vtatur.argu. de re iudic.l.sæ-

pe licet sint minores iudices.l.i. de offic. præf.vrb.secundum Baldus ibi vide supra in verbo, esculenta in capitulo an officia lis possit exculenta.& in c. officiales inferiores qui delinquunt.in verbo,officialis, & in verbo,assessor. in c.an iudex delinquens in officio.& in superbo, notorium. in c.i.vbi de his latæ¶ Potestas debet tractare officiales, & maxime iudices bene non,sicut barruarios in potu,cibo,& honore,& in aliis commoditatibus ipsorum l.medicos.in prin de ope. liber quia non salarium dat.de suo. nec est eius officialis sed est officialis domini,& cõmunis, sicut in vicario Episcopi extra de of. vica.c.ii. libr.vi.ideo non dabit panẽ & caseum ad cõmẽdendum vel porros, sed de optimo.
4 infra.c.fi.¶ † Potestates possunt omnes alios officiales curiæ carcere & punire, ne opprimant subiectos iniuriis, & etiã eos punire si à læsione nolint desistere.in authẽt.de mandat.pric.§.deinde.¶ Et ptãs possunt malos expellere de ciuitatibus in d.§.deinde.vide in cap. iudex potest ali-
5 cui in versi.iudex.¶† Potestas proficiscẽs extra ciuitatem discurrendo ꝑ cõmitatũ non põt grauare comitatenses, angariis vel perangariis mandando, vt cum bestiis portent eis victualia, vel xenia in authentic.vt iudic.fin.quoq.suffra.§.non permittas.vbi Ang.hoc dicit,quod stipẽdiarii discurrentes tẽpore necessitatis non debẽt viuere gratis.sed de eorũ stipendiis.Ang.
6 ibi.¶† An rector teneatur conducere,b &
b reducere officiales suo sumptu? Dic quod sic.per not. in l.i.§.& sententiæ.ff. de var. & extraordin.cognit. & quod nota. in l. vnic.de suffrag.per Odo.ff.locat.l si duo. §.item cum quidam.& l. sed & addes.§. fin.& ita Bar.cõsuluit.& hoc tenet in l.super creandis.de iure fisc.l.i. & per tex. & ꝑ l.domini prædiorũ. de omn.agr.deser. lib.xi.& ff loc.l.exceptio.& tenet Bal. in l.i.de nego.gest.& facit l. quoniam.C. de testi. & vide Bar. in cõsilio, quod incipit, rector quod si officialis nolit redire ad locum unde est conductus, quod debet sibi dare tantum quãtum fuisset imposuerus in reconductione, quia rector tenetur ad factũ,quod cum non potest præstari eius loco tenetur ad interesse.l. si quis ab alio. de re iudic. & in l.i.de act.empt. Et ideo

qui conduxit commissarium ad syndicandum,vel executorem con sibi,vel magnæ curiæ pro certo salario die qualibet tenetur etiã pro diebus reuersionis per dicta iura.Et etiam tenetur soluere vecturas ꝑ libris iuditis maleficiorum secundum Bar.in l.i.de iure fisc. Si tamen moriatur & faciat ipsum sepelire non aget ad funeralia.secundum Cyn.in l. qui mortis.C.
6 de negot.gest ¶† Et in dubio præsumitur officialis potestatis cõductus eius sumptibus in eundo, stando, & redeundo.d.l.domini.& Barto. in l. Gallus §.i. de libe. & posthu. Et dixit Barto. in d.l.super.quod habebit ab eo sumptus pro medicis medicinis.& Bald.in l. quod in vxorem.de nego.gest.Ioan.And.in c.fi.de consue.in vi. ¶ Potestas debet tractare officiales, & maxime iudices non sicut berruarius in cibo,& potu,& honore,& in aliis comoditatibus ipsorum.arg.l. medicos. in prin. de oper.lib.& quod no.Bal. in l.volũtate.C. de fideicom.vbi dicit de expensis rusticorum.& idem Bal.in l.2.C. quod cum eo vbi dicit de arbitrio quod versatur in alimentis.& idem Bal.in l. nec filium.de libe.causa.vbi dixit de alimentis, quæ sunt danda secundum decentiam eius cui debentur.& Ang.in l.Nesennius.§.i.sol.ma. quia non dat de suo, sed ad expensas communis.ar.extra de offic. vica.capitulo.ii.vnde non dabit ad comedendam panem,caseũ, & cepas, vt quidam potestas faciebat, quia ista cibaria, & alia grossiora non conueniunt iudicibus, quia dixit Dyn. in.l. ius alimentorum. vbi pupil. quod in alimentis versatur arbitrium boni viri ideo sunt danda competenter, vbi idem dicit Baldus per tex.in l.cum vnius §.finali.ff.de alimentis legat. & vide Bal. in lege quod in vxorum.C. de nego. gestis. dicentem secundum Cynnus. ibi quod potestas tenetur suis iudicibus infirmis emere etiam medicinas modicas tamen, & parum sumptuosas. & facit lege sicut impendia. cum glos.ff. de vsufruct. vbi expensæ medicinarum modicæ veniunt in expensis alimentorum. & idem Bald. in l. si cum dotem.§.si autem.ff. solut. matri. & quod nota in l. ab hostibus.§. si vir.eod.titu. Licet Bartolus aliter videtur dicere in l. legatis de ali

leg.

leg. Et dicit Raph. in d. l. quod in vxorem. quòd quando isti officiales præstant officium non gratuitum non grauantur potestates eos alere & dare medicins. argu. eorum quæ dicit Bar. in l. si non sortem. §. libertus, de cōdictio. inde. Tamen intellige prædicta quando potestas promisit assessoribus, & officialibus salaria, & alimenta quod debet dare medicinas, vt supra multa de potestate. & vide in verbo, officialis. supra.

a Cōmisi.] *Adde eundem supra in ver. carcer & carcerari. & quod ibi dixi in apostil.*

b Conducere.] *Adde do Alex de mol. in consi ccv. ij. parte. vbi not. an officiali itineranti debeantur e pensæ.*

SVMMARIVM.

1 *Præsumitur contra officialem qui procedit ad. aliquid agendum sine iussu principis*

2 *Extorsio semper præsumitur in officiali.*

3 *An & quando præsumatur pro iudice.*

4 *Emētes officia præsumūtur omnia male agere.*

Præsumptio officialis. CAP. I.

1 PRæsumitur contra † officialem qui ad aliquid agendū procedit, sine iussione principis. l. facultas de iure fisci. etiam præsumitur contra proceres, & iudices excendentes. l. si cui de defen. ciui. Sicut etiam prçsumitur custodes carcerū faciliter corrumpti. l. iudices. de episco. audien. Sicut etiam prçsumitur executores iudiciorum pertinaces fore auaros, & proteruos. l. omnes. §. qui præterea de episco. & cler. Sicut etiam publicani præsumunrur inhiare ad illicitas extorsiones. l. quanto. de publi. ¶ Nam officiales præsumuntur plura mala scire & cōmittere quā alii. in authen. vt iud. sine quoquo suffra. §. illud quoque. Nam etiā iudicantes præsumuntur potius deferre potentibus quā iustitiā imponentibns ministrare. in authē. vt omnes obe. iudi. pro
2 uin. § neq; lateat vos. ¶ † Itē in officiali semper præsumitur extorsio. l. i. C. de salga. hosui nō præbem. lib. 12. ¶ Item in officii recipiente mutuum præsumitur baratraria. no. Bar. in l. quisquis. C. si cer. peta. ¶ Item officii ratione præsumitur aliquē subtraxisset bona quæ repariuntur apud eū. Bal. in l. cum oportet. de bo. quæ lib. ꝑ glo. in l. facultas. de iur. fis. lib. x. ¶ Officiali nō præsumitur acquisiuisse bona: q̄ habet ex officio, ꝗ administrauit. l. spadonē. §. si nō extitit. de excu. tut. ſm Nico. de neap. ibi, tñ Barto. tenet contrariū in l. facultas. de iure fis. post gl. ibi. Cōtra quem tenet Bal. in l. quisquis. si cer. peta, quem vide in authen. l. centiā. de episco. & cler. & in c. i. de contē. inter dñm & fidelē. & ī l. fi. de bo. q̄ lib. vbi dixit qđ præsumitur subtrasse de bonis dñi ex qualitate personarū, tñ pro veritate vide Andr. de Iser. in ti. de feudo guar. vbi late per ipsum. & ibi, an in officiali præsumatur dolus, vel metus qñ contrahit cum aliqud magno viro. vide in verbo, officialis in tribus capitulis. ¶ Officialis nihil præsumit omittere. Bald. in l. 2. C. qui accu ¶ Non præsumitur stare per officialem, nisi sibi fiat ꝓtestatio. l. i. C. de susce. & archa. lib. x. & l. placuit. de colla. fun. patr. lib. x. Bart. in l.
3 dāni. § Sabini. de dam. infec. & vide in verbo, instātia, & in verbo, negligētia. ¶ † An & quando & qūo præsumatur pro iudice. vide infra in verbo iudex in sex capitulis. ¶ Præsumitur pro iudice. l. 2. de offi. ciui. iudi. sicut præsumitur pro arbitrio. casus singularis secundum Iaco. Butr. in c.
4 nisi de pręben. ¶ † Item præsumitur pro decreto iudici. l. item. §. 2. ff. quod cuiusque vniuer. ¶ Item prçsumitur pro tabellione. l. sciendum de verbo. obliga. ¶ Item pro testes instrumenti. de verb. obliga. §. scriptum. & est gl. in l. empt. de test. ſcđm Bal. Iudex non prçsumitur iniuriose agere. vide in ver. captura in cap. pe. quo im
5 petitur officialis vbi de iuiuria iudicis. ¶ † Ementes officia præsumuntur omnia mala agere. vide supra in prin. tractatus. in cap. & primo videndum est de quibus syndicantur, & in remissionibus ibi positis. ¶ Non præsumitur pro iudice qui solitur ex excedere in iudicādo. vide in verbo, iudex. i c. pro iudice prçsumitur. ¶ In iudice semper præsumitur minimum culpæ propter authoritatem iurisdictionis ibidem in c. iniudice semper. ¶ Officialis & iudex semper præsumuntur omnia bene agere. vide supra in titu. de offic. syndicatorum. in c. fina.

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *Præmium promissum capienti bannitum non debetur illi qui bannitum cœpit ratione sui officij, & nume.4. Et quid si socius reuelet socium, debeat habere præmium promissum reuelanti. nume.2.*

3 *Officialis an possit assignare præmium capiēti bannitum de bursa fiscali.*

Præmium.

CAP. I.

1 AN † si est factum bannum, quòd quicūque cęperit malefactorem, habeat tale pręmium, & aliquis officialis dictum delinquentem manifestauit, vel ceperit, & petat hoc præmium, an debeatur sibi? dic ꝙ non, scđm Bal. in l iii.§. vtrum. ff.ad silla. Nisi bannum expresse loqueretur de officiali, secundum eundem Bald. in l.iii.C.de oper. liber. & dicit Bald. in d.§.vtrum.quod si vilia cepit malefactorem ex necessitate sibi à statuto imposita, quòd nō meretur præmium tale, sicut nec familia potestatis. Tamen dicit Bal. quod hoc præmium quod datur huic reuelanti non dabitur nisi probet.in authē. sed nouo iure. C.de pœna iudi. & hoc etiam sequitur Ang. in l.si prius.de no.oper. quia non sufficit aliquis agere pro præmio, nisi illud probet. l.j.cum glo.ff si qua.pau. fe.dic. in verbo, & vtrum sit.& idem Bal.in d.§.vtrum. allegat Bar.ibi, quòd si quis capiat talē malefactorem ignorans eum esse malefactorem, quod non habebit tale præmium, quia non fecit spontè & voluntariè, sed ignoranter.& facit quod Bal.etiam no.in l.si quis hærede.de institu.& substi. & ad prædicta vide Bal.& Guil.in l.ea.ff.de iu-
2 stit.& iur. ¶†Tamen in casu talis banni si vnus socius reuelauit socium non habebit præmium banni, si vnus socius reuelauit socium, non habebit præmium banni, secundum Bar. quem ibi sequitur Bal. in in l. si quis in graui.§.si ex stipulatione.ff. ad sillan.per l.iij. & l.idem.ff.de condi. ob turp.cau.quia istud præmium non intelligitur esse promissum participi criminis, secundum Bar. ¶Et qn̄ statutum dat præmium accusatoribus, an debeatur denuntiatoribus positis iudice ad iudicandum ludentes,& arma portantes & referendū. Guil.de Suza. in quæstionibus statutorū determinauit quod sic.argu.l.eum qui.§. non tamen.& l.j.§.intercidit.ad Turpi.& facit quod Spec.dixit in tit. de inquisitio. §.nunc tractemus qualiter. versi.ex quo. cū seq.& facit.C.de accu.l.si quis. & vide Sal.in l.ea quidem.C.de accu. & Ange.in l.diuus.de custo.reo.& Bal.in l.j.de oper. lib.Spec.in tit.de denun.§.j.& infra.
3 ¶†An officialis possit assignare præmiū capienti bannitum, vel aliquid faciēti de bursa fiscali, vel de prouētibus curię. Bal. in l.j.de iusti.& iur.quod sic, si facit cū authoritate superioris.l.cum Nauarcorum. C.de naui. quæ loquitur in expensa necessaria. tamen regulariter non potest. l. prohibere.§.planè.quod vi aut clam. & l. ambitiosa.de decre.ab ordi.per Barto.qui dixit idem in l.j. C.de præbend. salario. lib.xij. Tamen vnicuique licet bannitum capere.l.fin.de mathe. Et quod expendit respublica ei tenetur resarcire. l mulier. de capti.secundum Guliel.& Bal.in d.l.j. & in l.proclama.C.commi.epistolas. per Bal.vbi tenet idem.& idem Bar.in l.lege. ff.ad silla.dixit quod primo hoc salarium erit soluendum de bonis delinquētis, qui si non sint, debet solui de bonis offensi, aliàs de bonis fisci, secundum Ang. in l.si
4 quis libellū.de iniur. & vide supra. ¶†Si debetur præmium capienti bannitum nō debebitur, si capiat eum ratione eius officij, vt no.in l.iii.§ si tibi.ff.de cōdi.ob tur. cau.vbi Bar. Nec etiam si capiat ignoranter, secundum Bal.ibi, quod præmium ēt debebitur, si is qui capiat bannitum aliàs erat inhabilis, quando erat vtilitas publica, vt caperetur, vt ibi Bart. posuit de denuntiante, vel capiente socium criminis, quod non habebit præmium, nisi expresse sit dictum in banno, quod non teneatur etiam si sit socius, vt ibi. Et volo ꝙ cogites in vno dubio, si fiat bannum ꝙ manifestans homicidam habeat mille,& homicida se ipsum manifestat, si debebit habere præmium? vide aliquid in tit. de his qui se deferunt. ¶Si quis surripiat librum alicui qui poterat esse vtilis publicæ vtilitati, merebitur inde præmium & non pœnam, per l.ij.§. postea. de origi.iur. & tale præmium debebitur de propriis bonis

nis ciuitatis. C. de statuis & imaginib. l. ii. vbi tex. no. quòd virtutum præmia & honores debentur magistratibus. per quem tex. aliàs dixi, quòd officialis gessit bene, & laudabiliter in officio, debet dari à principe in honorem eius aliquod vexillum, vel arma, aut insignia honoris, & in arduis erigitur sibi statua, vt aliàs legimus fecisse Romanos. & ita obseruatur in Italia, & non memini legisse tex. qui melius faciat ad hoc propositũ. vbi Bart. aliquid dixit de arenga facienda in eius laudem, & honorem in fine officiii.

SVMMARIVM.

1 *Iudex si præcipiat extraordinariè præceptum tenet, quando proceditur extra ordinem in delicto.*

Præceptum.

CAP. I.

1 VBI † proceditur extra ordinem in delictis, si iudex faciat præceptum extraordinariè, tale præceptum tenet. glo. & Bal. in. ictus fu fustium. de infam. quod habet locum vbi agitur de leui pœna imponenda. l. leuia. ff. de accu. per Dyn. & vbi reus fuit deprehẽsus, quia potest fustigari per solam interlocutoriam, vel sine, vel in delictis notoriis, vbi non desideratur ordo iudiciorum, propter quod iudex ratione notorietatis delicti potest legem transgredi in modo procedendi, ideo dixit Bald. in d. l. ictus. quod si famulus reperiat aliquẽ cũ armis, & faciat hoc ponere in actis, iudex per illam relationem in actis positam potest facere præceptum, quod soluat pœnam massario cõmunis. arg. glo. in l. ictus. & idẽ si reus sit extra ordinem cõfessus. tamen vbi iudex procedit in aliis casibus extra ordinem dicitur de facto procedere. C. quando ciui. actio. in rubr. & facit de furtis. l. interdum. §. qui furem. Et licet sit omissus ordo, vel forma procedẽdi quod interdum fieri potest in maleficiis ex causa, vt in d. glos. secundum Bal. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Contemnens præceptum imperiale, qua pœna puniatur.*

2 *Præcepta iudicialia requirunt causæ cognitionem præcedentẽ, secus in extraiudicialibus.*

3 *Præceptum iudicis factum cum causæ cognitione habet uim sententiæ. & nume. 5.*

4 *Præceptum si sit iniquum, debet iniquum declarari.*

5 *Solutum uigore præcepti iudicis, licèt inordinatè facti non repetitur, si uerum erat debitum.*

7 *Prælatus potest mandare sine causæ cognitione in his, quæ ad sui officium pertinent.*

8 *Iudiciale præceptum iudicis est interlocutoria.*

9 *Quando periculum est in mora iudice: sæpe incipiunt à præcepto.*

10 *Præceptum quod in se remedia iuris non includit dicitur nudum.*

11 *Præcepta quæ recipiuntur post litem contestatam sunt diffinitiua. & ex eis oritur actio in factum.*

12 *Præceptum & diffinitiua interdum ponuntur pro eodem.*

13 *Præcepta quõ debeant iustificari. & nu. 14.*

CAP. II.



QVia sępe contingit q̃ officiales in syndicatu impetuntur de pœnis & multis exactis ratione spreti mãdati, vel contempti bãni: ideo de eorũ effectu validitatis & inualiditatis est videndum. ¶ Et primo de mandato principis, in quo dico, q̃ aut certa pęna est imposita in tali præcepto principis, & illa erit sequenda, aut non est certa pœna imposita, vt quia dicitur in mãdato, sub ira & indignatione, & pro quãto gratiam regiam charam habent, debebit imponi secundum facti arduitatem, & conditionem personarum extra ordinẽ, & ex principis arbitrio, vel iudicis, de quo est ampla glo. in prin. consti. regni. & Bar. in consti. ad repri. in fi. & aliquid per ipsum in l. is cui bonis. de ver. obli. & valde est notanda illa glos. quæ limitat. l. omne delictum. §. contumacia. & l. iii. §. in bello. de re milit. videtur speciale in milite, cuius delictum coercetur aliter, quã communis disciplina deposcit. ideo summè obediendum est mandatis regum, quia occasione quæsita grauius animaduertere solent in subditos diuites non habentes causam, quàm alicuius mandati spreti ẽt minimi. & ponit And. de Iser. in ti. quę fuit

fuit prima causa benefi. amittendi pœna
ſpreti mandati regis. & habetur in ſacra
ſcriptura quando Deus præcepit Adæ ne
comederet de ligno vitæ, ex cuius mini-
mi mandati tranſgreſsione fuit maxima
pœna punitus. ¶ Nam etiam iure codicis
pœna contemptus imperialis mandati eſt
vltimi ſupplicij, cõfiſcationis bonorũ, & di
gnitatis priuatione.l.j.in fi.C.de off pręf.
Aphricæ.& c.ij.de maior.& obedi.Et ali-
quando eſt pęna ſacrilegii. in authen. vt
digni.ordo ſerue.l.i.Aliquando etiam pę
na contemptus mandati eſt carceratio.ff.
de iniur.l.iniuriarum.§.ſi quis.Et aliquã-
do alia pęua.ff.da iuriſdic.omnium iudic.
l.ſi quis id quod. Et aliquando ſecundum
exigentiam negotiorum, quia magnus iu
dex in magnis cauſis, & in magnis mul
tis poteſt inobedientes mulctare, & pu-
nire, & paruus in paruis.l.i.ff. ſi quis ius
dicen. non obtempe. vbi quilibet magi-
ſtratus poteſt pœnali iudicio ſuam iuriſ
dictionem defendere, & ff. de iudic. l.ad
peremptorium.de offic.præfect.vrb.l.i.§.
ſed cum patronus. Quæ remedia ad iu-
riſdictionem ſuam defendendã ſunt mul-
ta, quia etiam poteſt perſonamcapere. l.
ſacrilegii.in fi.ff.ad legem Iul.repetun. &
in l.i.de ſacri.C.qũo & quando iud. l.con
ſentaneum.& l.plerique.de in ius vocan.
ſecundum Bar.in d.l.i. ſecundum ius ſuę
poteſtatis & ex virtute ſui officii.C.de ca
lum.l.i.& l.nullum.de teſti.Sic ergo pote
rit imponere multam contradicentibus
ſuo officio in aliquo ſpeciali delicto ſper-
nendo eius mandatum iudicum.vt quod
veniat ſub tanra pœna. C. commin. vel
epiſtol.l.interlocuti. & l. programma ne
eius præceptum eludatur. ff. de iudic. l. ſi
pręτor. ff. ne quid in loco publico.l.fina.
2 †Tamen eſt aduertẽdum ad præcepta iu-
dicialia, vel extraiudicialia, quia præcepta
iudicialia requirunt cauſæ cognitionem
præcedentem, ſecus in extraiudiciali, qđ
non requirit cauſam. Innocẽ.in c.cum ad
aures.de tempo.ordin. & not. in l.cre.§.
iuſſus.ff.de appell. & in l.non videtur do
3 lo.ff.de reg.iur.¶†Nam præceptum iudi-
cis factum cum cauſæ cognitione habet
vim ſententiæ.Inno.in c.i. & in c.in lite-
ris.de reſti.in integr.& de tempo.ordi.ad
aures. ¶Sicut eſt pręceptum factum de
ſoluendo ſecundum formam. l.ſi debito-
ri.ff.de iudi.de quo per Bal.in l.non fate-
tur.de confeſ.& Bart.in l.error. de iur.&
facti.& Bart.in l.ſi §.neceſsitate. de bon.
quæ lib. Quod ſi fiat ex abrupto non ha-
bet vim ſententiæ, nec citationis.de foro
compet dilectus.& in c veſtra. de cohabi.
cler.Et requiritur quod fiant pręcepta cũ
cauſa.C.de fideicom.l.quoties. Io.Andr.
in tit.de ſenten.§.ii.verſic.eſt quoque.&
verſic.hoc autem. ¶Tamen iſta pręcepta
facta ſine ordine iudiciali, ſed impetu, ꝙ
ſoluat vel non ſoluat ex abrupto non te-
netur.ff de l.commiſ.l.fin. & vide in l.fin.
§.fina.ff.quod met.cau. quod poterit re-
uocare ſine cauſæ cognitione, ex quo no-
torium eſt, quod tenet, ſecundum Innoc.
in c.querelam.de reſti.in integ. & facit.ff.
de mino.l.minor. Bal.in l.ſi aliquam, de
4 ſerui.& aqua.¶†Nam quãdo præceptum
eſt iniquum, debet iniquum declarari, &
poteſt reformari.not.de appella. vt debi-
tus.in fin. & vide text. in l.generaliter.§.
ſin autem.C.de iureiurando. ¶Nam tale
præceptum quando emanat ſine cauſæ co
gnitione, & ſine cauſæ inſertione dicitur
ſtrangulatum.l.i.C de prædi.curi. libr.x.
Cyn.& Bald.in d.l.quoties.& in l.filiusfa
milias. §.diui. de legat.primo. & l. pater
5 filium.§.Iulius.de legat. iii ¶†Nam iudi
cis præceptum dicitur comminatio, &
tunc habet vim diffinitiuæ, vel interlocu
toriæ, quando fit à iudice cauſa cognita
a de eo, quod ſpectat ad eius officiũ a aliàs
ſi fiat de eo, quod ad eius non ſpectat offi
cium, non habet vim ſententiæ. l.i.C.cõ-
mi.vel epiſto. Vel ſi fiat legis authoritate
valebit.vt ibi in glo.in verbo, exoluiſſe. dũ
allegat.l.tutor. vel ſi fiat ad malitiam ſu-
perandam, vt in l.peremptorium.ff. de iu
dic.Non autem quando fit ad grauandã
partem per terrores comminationum,
quod non permittitur, ſecundum Ange.
in d.l.i. ¶Nam iudex non debet commi-
nari in caſu debiti non ſoluti, quia tunc di
citur comminatum, non iudicatum, ſecũ-
dum Ang.in l.ii.C.commi.epiſto.vbi di-
xit ꝙ verba imperantia indiſcretè & ex
abrupto prolata à iudice etiam ſcripta in
actis non neceſsitant. Hoc verum quãdo
ſine cauſæ cognitione iubet aliquid, puta
partem introduci in poſſeſ. rerũ aduerſa-

rii, quia talis iussus nihil operabitur, neq; vim rei iudicatę obtinebit, secundum Gul. in l.v.& vi.eodem.titu. quia quando sine causa emanat vim sententiæ non habet.vbi Bal. dixit not. quod si præses, vel alius officialis nō potest facere proclama, vel præceptum cum pęna capitali, puta manos uel pedis, vel perpetui carceris, nisi faciat cum deliberatione procerum ciuitatis, quia tunc valet. secundum Bald. ibi late per l.i.§.magistratum.ff.quod cuiusque vniuer. nom.vbi idem tenet Ang.

6 ¶ † Solutum tñ vigore præcepti iudicis inordinate facti non reperitur si verū erat debitū l.fi.§.fi.ff. ꝙ me.cau.& c.fi.eo. ti.ꝑ Inn.& idē Ang.in l. fi.C. comminat. vel epi.& in l.quoties.C.de fideic.Nec haberet locū dispositio.l. quod metus causa. quasi fuerit compulsus soluere. secundū Ange.in dicta.l.fi.C. commi. epistol.Vbi dixit not.quod interlocutoria vel præceptum iudicis pro facto manifesto puta cōtra procuratorem, vel aduocatum improbe aduocantē, cui iudex interdixit de facto aduocationem, vel procurationē valet & tenet.& debet seruari toto tempore officii pręcipiētis, vel interloquentis.l.moris.& l.fi.ff.de pœnis, secundum Ange.ibi.

¶ Et ideo, quia talia præcepta facta à iudice sine ordine iudiciario vel impetu non valent potest inde illa reuocare sine causæ cognitione & partis citatione, secundum Inno.in cap. querelam. de elect. & facit de euict.l.si minor.& de bon. autho. ind.l.3.§.penultim.& in dicta.l.i fina. ꝙ met.causa.& l.fi.de l.commisso. & Bald. in cap.bonus.de postula.præla. quia sunt nulla dicta.l.filius.§. diui.de lega.i.l.fi.de fideicommis.l. quoties.vbi Cyn. & dixit Bal.in l.ait ptor.§. permittere. de mino. quod præceptum vt teneat debet esse rationabile quando emanat per modum iurisdictionis voluntarię, & quando pertinet solum ad authoritatem præcipientis, alias secus, si sine causa emanet, secūdum Dy.in dict.§.diui.& facit quod not.Inn. in cap.i.de iudi.in vi. quod not.in l.creditor.§.iussus.de appel. & quæ not.Iaco. de Are.in l.i.§.item. quod fal.tut. secundum Bal.in d.§ permittere. Adeo quod si sit inhonestum non valet, nec tenere secundum Baldus in l. Celsus.de arbi. per l. si cum dies §. compromissum. eod.tit. argum.l. non videtur.§. qui iussus. de regulis, iuris.vbi dicitur, quod qui iurat, ītelligitur iustis licitis & honestis iurare, vel si sit factum ex abrupto.& sine causæ cognitione,& non sit appellatum, non transit in rem iudicatam. Inno. in cap. cum uenissent. de in integr. restit. & in cap.cū in tua.qui ma.accusat. poss. & quod Bar. not.in l.de pupillo.§.meminisse.de noui. ope. Quod est verum in mandatis, quæ sunt iurisdictionis contentiosæ, secundū Ioan.Andr.in dict.c.cum venissent.secus in aliis, secundum Inno.in capitu.ad au-

7 res.de tempo.ordi.vbi dixit, † quod prælatus potest mandare etiam sine causę cognitione in his, quæ ad suum officium pertinent si tamen fiant cum causæ cognitione, & si sit iniquum, facit appellationē iustam, secundum Innocen.in capi.cum cessante de appellatio & in c. cū ad aures. de tempo.ordi. alias si non appellatur,& sit iustum transit ī rem iudicatam, secundum Inno. in c.inter cætera. de præbē.nisi fieret sine causæ cognitione l. fina. de offic.procu. Cæsa. & Inno. in dict.c.cum venissent.quod si fiat sine causa erit nullum, secūdum Dy.in alleg.§.diui. licet Inno. dixerit in c.ii. de resti. in integ. quod valeat si ad eius spectat officium, secus si non pertineat ad eius officium, vt quod quis vadat ad sanctum Iacobum, secūdū Inn.in c.ii. de iud.in vj.Et dictum Dyn. ītelligitur quando pręceptum esset contra ius commune, vt de non alienādo bona sua, quia sine causa non valet.per nota.in c.Raynaldus.de testa. Si aūt sit secūdum ius commune, puta de comparendo, aut de non nouando lit. pendente, tunc sine causæ expressione valet, quia arbitrium datum iudici facit pro eo in arbitrariis ꝑsumi vt not.Inno.de eo qui furtum ordi. suscepit.capitu. innotuit. & extra de accus.capit.ad petitionem. vbi dixit, quod dilatio iudicis arbitraria semper præsumitur moderata, pro quo vide eūdem in c. ad aures.de tempo. ordi. Item quia natura causæ iustificat ipsum præceptum.l. si vero.§.si pro rei qualitate.ff. qui satisdar. & ita debet intelligi Innoc. secundū Baldus in repeti. l. ii. ff. de iureiurand. in vii.charta dixit idem Baldus in lege.i. §.visus.

§.viſus.ff.de ꝓcura.qđ ꝑceptũ iudicis ſine
b cã factũ iuri non derogat, nec valet b ar-
gumẽ.d.§.diui.Dyn.in l.quoties. de fidei
comiſ. dicens quod cauſa debet exprimi
in citatorio,ſecundum Inn.in c.ii.de iudi.
in vi.& in c. præterea. de dilatio. & vide
eundem Bald.in l.quod ait lex.ff.de po-
ſtu.nam præceptum iudicis ſemper debet
iuſtificari per cauſam per no.in l.de pupi.
§.meminiſſe.de noui oper.& de pac.l. iu-
riſgen.§. ſi paciſcar. Adeo quod ſi fiat ſi-
ne cauſę cognitione.licet ab eo non appel
letur,non tranſit in rem iudicatam,ſecun
dum Inn.in c. cũ veniſſent. de in integrũ
reſti.hoc ideo,quia non eſt à præcepto in
cipiẽdum.l.i.§.fi.ff. quod met.cauſa. quia
præceptum iudiciale requirit cauſæ co-
gnitionem & probationem, ſecus in ex-
traiudicaili.c.ad aures.de tẽp.ordi.& in c.
cui.de in integrum reſtitu.& ibi glo.& fa
8 cit.l.cer.§.iuſſus.ff.de appella.† quia iudi-
cis præceptum iudiciale eſt interlocuto-
c ria c in §. ſi quis.auth. de hæredi.& fal.&
facit.bal.in l.athletas.§.qui iuſſu.ff.de in-
fami.& dixit not.Bal.in l.i §.fi.ff ſi q̃s ius
dicẽ. quod iudices poſſunt facere præce-
pta pœnalia & applicanda fiſco, & habẽt
vim diffinitiuæ ſi fiant cauſa cognita,alias
non per l.proclama.& l.iudices.C.cõmi.
vel epiſtol. quæ præcepta iudicum ad cau
ſam facientia ſunt interlocutoriæ per gl.
in d.§.iuſſus. & facit.in auth. de liti.§.ad
excludendas.& l.qualẽ.§ fi.ff. de arbit. &
in l.cum clericis. de epiſ.& cler.& l.cũ ex
ſtipulatione.C. de ſentẽ.quæ ſi fiant ſine
cauſæ cognitione habentur pro nuda cita
tione, ſecundum Inno.in c.tua.de coha.
cleri.ſecundum Bal.in l. ius alimẽtorum.
vbi pupil.edu.debet. & dixit not.Bald.in
l. ſed & ſi quis.ff. quemadmo.teſta.ape-
9 ri.† quod quando periculum eſt in mora
iudices frequenter à præcepto incipiunt,
& poſtea illud iuſtificant per examinatio
nem cauſæ. per nota. in d.§. meminiſſe.
idem tenet Ioan.Andræ in addit. Specu.
in tit.de ſent.in §.iuxta quod vbi pericu-
lum eſt in mora ne partes veniant ad ar-
ma, ꝙ iudex poteſt facere præceptũ ſine
alia cauſæ cognitione,licet poſtea ceſſan-
te periculo debeat reuocari, & dixit ſin-
gulariter Dyn.in d.§. diui. quem ibi Bal.
referт,& ſequitur, ꝙ ſi iudex facit aliquẽ
citari corã ſe,& ſibi mandat,ꝙ iuret obe-
dire ſuis præceptis, quod ſi iſte non obtẽ-
perat,non eſt contumax, quia eſt nudum
ſine cauſa.arg.de lega.iij.l. pater.§. iuſſu.
& l.Lucius. & per Dyn. in d.l.3.vbi pu-
pil.& C.de fideicom.l. poſt mortem. per
Cyn.& vide Inno.in d.c.ad aures.de tẽp.
ordin.& facit glo.in l.nõ videtur.§.qui iuſ
ſu.de re iudi. ſecundum Bal.in d.§. diui.
10 qui etiam dixit, † ꝙ præceptum dicitur
nudum,quod in ſe iuris remedia non in-
cludit.in l. quoties de fideicom.dicens, ꝙ
paria ſunt eſſe nudum, & redire ad nudũ
ex poſt facto.qui ſubdit,quod præceptum
de non alienando factum minori donec
eſt in minori ætate eſt veſtitum per l.ii.
ff.pro empt.idem ſi fiat eccleſiæ, per tex.
in auth.de alie. & emphy.§. ſanctiſsimas.
dicens quod cauſa legitima erit ſi perſo-
na ſit alias alienari prohibita.& dicitur ẽt
ſubeſſe cauſa ſi ſit perſona cuius fauore
fiat prohibitio,aliàs dicitur nudum, & ſi-
ne cauſa.l.peto.§. fratre.de leg.ii. dicens,
quod ſufficiet tacita cauſa ex coniectura
ad validum pręceptum,ſicut expreſſa, vbi
dixit,quod etiam dicitur nudum, quan-
do eſt contra legem arg.de leg.i.l.ſi quis.
§.fi.nec præter legem.per d.§.diui.& l.cer
donẽ. de oper. li.quia requiritur ꝙ præ-
ceptum ſit lege validum, & nõ ſit contra
11 ius. † Præcepta autem quæ recipiuntur
poſt litẽ cõteſt. ſunt diffinitiua,& oritẽ ex
eis actio in factũ, & debẽt ꝓferri in ſcri-
ptis ſicut ſnĩa. & põt appellari viua voce.
de appel.l.creditor.§.iuſſus. ſcđm gl. in l.
nõ ſolũ.§. neceſsitate. de bonis q̃ libe. Et
qñ ſunt interlocutoria, põt tũc iudex in-
terloqui de plano.l. ſi debitori. de iur. &
ſine vlla interlocutoria poſſet iudex con-
fitentem cogere ad ſoluendum. Bal. in d.
§.neceſſitate,vbi dixit quòd ſi qua excep
tio competeret, dictum pręceptum nun-
12 quã tranſit in rem iudicatã,† tamen præ
ceptum & diffinitiua interdũ ponuntur
pro eodem.l. ſi pecuniã.C.de re iudi.vbi
Bald. quòd interdũ ponitur pro interlo-
cutoria vt cauſam decidẽs d.§.neceſsita-
te.Et propterea bal.in rubr.C.cõmi. vel
epi.dixit,quod ſi ſtatutũ,ꝙ iudex viſo in-
ſtrumento debeat facere præceptum iu-
ſtificatum

stificatum creditori, ne de palatio exeat, quin soluat,& si debitor esset absens, iudex sibi fecerit tale præceptum, quod veniat ad palatium, inde nõ discessurus, quí soluat nisi ostẽdat suas defensiones, quòd valebit hoc præceptum,& cum sit iustificatũ resoluitur in citationẽ eo comparente, alias firmũ remanebit, ita quod poterit capi sine alia citatione. Tamen vbi iudicis præceptum contineret imposibile non teneret. ff. qui satis. l. si decesserit. vbi Bal. dixit, quod non tenet præceptum cuius executio est imposibilis, quia imposibile nõ est imponendum alicui. l. 3. §. videamus. de neg. gest. & C. de leg. l. ab administratione. & l. Titius. de administr. tuto. in fi & l. in summa. in fi. de re iudic. & l. pen. quæ sen sine appel. & Bar. in l. quæsitum. ff. de re iudi. dixit, quod præceptum continens difficile, excusat ipso iure, vt ibi latius per doct. Et ideo ad tollendum omne grauamen quod posset pars prætendere propter huiusmodi præcepta iudicialia, q̃ incipiunt à pcepto antelitem cõtestatã,& causa non cognita, debent iustificari præcepta per clausulam, si senserit se grauatũ compareat recepturus iustitiæ cõplemẽtũ, secundũ Bald. in l. iurisgẽ. §. si pacisçar. ff. de pac. vbi Bar. in l. de pupillo §. meminisse. de noui. ope. Quod quidem mandatum iustificatũ si sit inualidum resoluitur ĩ cõminationẽ. Si vero sit validũ eo cõparente resoluitur in citationẽ secũdum Inno. in c. tua. de cohabi. cleric. secũdum. Bar. in d. §. meminisse. & Inno. in c. ex parte. de verbo. signi. Si vero non cõpareat tunc mandatum stat firmum, & nihil potest iudici imputari, quia mandatũ fuit iustificatum. l. ea quidem C. si manci. ita fuerit. alie. secundum Bal. in rubric. commi. epistol. de quo per eum in l. actione. & per Ioan. Andr. in addit. Specu. ĩ ti. de iurisdict. om. iudi. Et ideo si quid soluitur per tale mandatum, repetitur, secundũ Inn. ĩ d. c. cũ venissent. Et vide gl. ĩ d. §. meminisse. & in l. i. de execu. rei iudica. p
14 Iacob. But. † Et si nõ apponitur illa clausula tale mãdatum non tenet per no. ĩ d. c. tua. supra alleg. & in l. i. C. cõmi. epis. & ĩ d. c. cũ venissent. p Inn. Tamen dixit Bar. in l. i. C. de relat. quod si iudex faciat mãdatum, quod non valeat & pars taceat, & non proclamat, mandatur executioni, consulens, q̃ statim fiat proclamatio & contradictio. & in actis scribatur. l. fi. C. quod cum eo. Inno in c. cum cãm. testi. & facit l. i. C. de posthu. Licet Bal. in addit. Specu. in titu. de citatione dixerit, & mandatum iustificatum, quod factum necessario grauat puta tradas possessionem, non valet, etiam si dicatur, si senseris te grauatum. Et dixit Bald. in l. ad peremptorium. ff. de iudi. q̃ licet præceptum iudicis posit iustificari per clausulam istam, si senseris te grauatum, &c. est verum, nisi citatio sit nulla ipso iure, q̃a tunc nõ põt iustificari. argu. l. quædam mulier. famiter cisc. & de testa. tut. l. iure nostro. & talis præcepti iustificatio parte cõparente habet vim simplicis citationes per glo. sing. in c. ex parte de verb. signi. & Inno. in c. fi. de cohab. cler. secundum Bal. in l. i. §. p̃tor. ff. de iure delib. & vide Bald. in l. scire oportet. de excusatio. tuto. & Barto. in l. i. C. de exec. rei iudi. vbi Ang. in l. nõnunquam. ff de iudi. per Ang. & quod habetur in c. ex parte. de verb. signi. Quod est verum in his quę non cõcernunt ordinẽ iudiciariũ,& vbi de plano proceditur, & non in figura iudicii, vt not. in d. §. meminisse. d Secus in præceptis diffinitiuis & decisiuis,& in decretus litigiosis. l. hoc autẽ. quib. ex caus. in pos. eat. in quib. requiritur ordo iuris. l. meminerint. si per vim, vel alio modo,& sic intelligit cle. appellãti. Et sic in præcepto per quod quis ad iudicium prouocatur dicta clausula operat, nõ in mãdato decisiuo vbi non tenetur scd'm Bal. in quodã suo repertorio. Et iõ mandatũ iudicis, quod quis exeat de possessione, nisi senserit se grauatum, dicitur conditionale,& reo cõparente & dicente se grauatũ resoluitur in citationem simplicem. secunnum Bal. in l. nec actio. de transaction. C. & dixit no. Bald. in l. nec quicquàm. §. vbi decretũ. de offic. procõsulis. quod tale mandatũ cum clausula iustificata non operatur, vbi contra absentem esset interpositum secundum decretum,& ei intimatum cum ista clausula, tunc demum operatur, vbi nõ debet p̃cedere citatio, sed potest incipi à pręcepto quod est solum in certis casibus; vt in no ui. ope. nuntia. q̃ põt fieri per priuatũ, & per

per iudicem non pręcedente citatione. tñ iudex iustificat, & non priuatus. d. §. meminisse. & etiam quia ista clausula habet conditionem, quia si non sentit se grauatum, quia decretum est nullum, nõ tenet comparere, ad quod facit quod dixit Innoc. in c. tua nos. supra alleg. in vers. item monitio iudicis, qua monet reum, vt satisfaciat, non habetur pro citatione, quia monitioni non tenetur parere, si iuris habet excusationem. d. c. tua. & dixit singu. Bal. exclamando Cyn. & Iac. de Are. in l. si in aliquam. alleg. l. nec quicquam. §. vbi decretum. in fi. quòd si aliquis ad iudicem vadat & conqueratur de aliquo à quo debet aliquid recipere, si iudex dicat, faciam tibi literam, per quam præcipiam tibi solui, quod hoc fieri non potist, & quidam dicunt, quod cõparente absente, ista clausula facit transfundi præceptum in citationem, facit quod no. in l. ea quidem. C. si manc. ita fuerit alie. quod uon est verũ, quia si est iustum præceptum, debet confirmari. si tamen est iniustum illa clausula non transfundit præceptum in citationẽ, nisi existente conclusione. s. quod grauet, quia index non intendit indebitè grauare partes, quando ponit istam clausulam. argum. l. si quis locuplex. in fi. de manu test. secundum Bal. in d. §. vbi decretum. Et ex prædictis poteris colligere, an pœna seu mulcta sit commissa, vel non, quia si præceptum est factum incognitionaliter, & ex abrupto, aut contra iura, nunquã trãsit in rem iudicatam, & non committetur pœna seu mulcta, tamẽ quamnis ista pręcepta cum hac clausula non debeant fieri, nisi in causis extraordinariis, & non in ordinariis, hodie indistinctè fiunt in omnibus causis etiam ordinariiis, vt pars timore pęnæ præcepti pareat mandato, vel compareat. Tamen an istæ pœnæ præcepti spreti sint exigibiles ex eodem processu, vel requiratur noua citatio? vide Bart. in l. i. in fi. ff. si quis ius dic. vbi tenet quod non requiritur nouus processus, quando inobedientia vel contumacia essent commissa coram ipso iudice, secus si corã alio, quia requiritur nouus processus. vide Io. And. in tit. de iureiuran. §. i. versi. ad hoc. Andr. de Isern. in tit. quo tempore miles. vbi quando reperit præceptum spretum penes acta, quod potest executio ipsius fieri. & ideo quando examinauit tale pręceptum pœnale, ad hoc vt non sit opus nouo processu, pars compareat & accuset contumaciam rei, & deinde iudex pronũtiet super illa pœna, seu multa condẽnando ipsum ad pœnam dicti mãdati spreti. de quo per eundem Bartol. in l. iii. §. si ad eum. de re milit. & dixit not. Bar. in d. l. i. in fi. ꝙ hanc pœnam, siue mulctam iudex poterit augere, & aliquando minuere ꝑꝑ paupertatem. per l. illicitas. §. fin. de offic. præsid. & idem tenet Spec. in tit. de sent. in §. i. in vers. est & quarta species. Et an istæ pœnæ seu mulctæ imponantur per omnes magistratus, & posit appellari ab impositione ipsarum, vt nõ fiat executio, & an transeant ad hęredes? vide not. Bar. in l. si qua pœna. de verb. sign. vbi late, & Bart. in d. l. si quis ius dicen. vbi etiam de lega. & arbit.

a ¶Officium.] *Adde quòd tunc omnino parendum est, si sit factum sine ordine & causæ cognitione. ita* Innocent. *in c. ad aures. de tempo. ord. paulo post med.* Bal. *in marga. uer. sententia. sexta colum.*

b ¶Nec ualet.] *Adde Pau. de Cast in cons. 39. aliàs 43. incipi. Visis actis & actitatis. & in consi. v. incip. in causa quæ uertitur.*

c ¶Interlocutoria] *An in præceptum sit interlocutoria uel diffinitiua uide Fel. in rub. de re iud. in col. ij in uers. ad istud de præcepto.*

d ¶§. Meminisse.] *Vbi plene uide do. Alex. de* Imol. *&* Anto. Aret *instit de act. §. curare & Paul de* Cast. *in consil. v. incipien. causa quæ uertitur.*

e ¶Ad hæredes.] *Sed quid si statutum disponat quòd potestas habeat x. pro executione quæ fit contra condemnatum: an debeat habere x. de executione quæ fit contra hæredem condemnati ex quo licet sit hæres tamen non est condemnatus. uide per do. Bartho. Socin. in consil. 293. incip Quibus. uers. ex quibus ibi confirmatur ista opinio cum uers. seq. in ij parte.*

SVMMARIVM.

1 *Potestas non potest statuere circa statuta ciuitatis quam regit sine consensu consilij ciuitatis uel defensoris.*

2 *Debitor qui confessus est in iudicio potest capi & incarcerari intra tempus quatuor mensium, nisi caueat, uel bonis cedat.*

CAP.

CAP. III.


Estat vidære de pręceptis,
ſeu bãnis, quæ extraiudicialiter
fiunt, non contra certam perſo
nam ſed generaliter cũ pęnis ex
authoritate, imperio, vel officio præcipientis
eius mera voluntate, propter ſeruandum vi
gorem publicæ diſciplinæ. & dico quod iſta
præcepta ſeu banna non requirunt partis præ
ſentiam, vel citationẽ, ſed ſufficit cõminatio,
vel proclamatio, aut programmata publice
propoſita, vt ne maleficia committantur, &
vt delinquentium refrenetur audacia, vel
quod nemo de nocte ambulet, vel arma de-
ferat, &c. valent & fieri poſſunt ſine partis
alicuius citatione, tamen cauſam requirunt
ſaltem intrinſecam, alias ſi qua fiant nuda
voluntate præcipientis nulla ſubſiſtente cau-
ſa non valent puta ne pars loquatur, ne
exeat palatium, ne manum moueat ſub pœ-
na centum. ſecundum Gulielmum de Suza.
in titul. comminat. epiſto. & l. j. & l. interlocu-
tio. quem refert Ioannes Andræas in ad-
ditio Speculator in titul. de iuriſdictione om
nium iudicum in fin. per multa iura & con-
cordant ibi alleg. quæ requirunt cauſam. &
in titul. de contumacia. §. nunc dicamus. ver
ſicu. ſed pone. & per notata in l. j. ff. ſi quis ius
dicen. Quo caſu quando fiunt ſiue cauſa non
cõmittitur pœna ſecundum Ioannem An-
dre. ibi. poteſt enim iudex cum cauſa talia præ
cepta facere, vt ſi mandat, quòd tales de ci-
uitate, vel domibus proprijs non exeant. l. fi.
de interd. & relegat. vt quia ſunt rixoſi. l.
fina. de offic. procur. Cæſar vel quia infecti,
vel leproſi ſunt, quibus prohibetur hominum
conuerſatio, & poſſunt repelli ab hominum
commercio. per not. per Guli. in l. nullus. C.
de ſum. trin. & fid. catholic. vbi etiam Bald.
vel ſi mandat, quod nemo ludat ad azar-
dum, qui eſt prohibitus. authen. alearum vſus
nam in prohibitis à iure fieri iudices licite cõ-
minantur. ff. de offic. præfect. vrb. l. j. §. cum
patronus. de offic. præfect vigil. l. nam & ſa-
lutis. §. j. & in l. illicitas de offic. præſid. capitu.
cum ſimil. & in auth. de hære. & fal. §. ſi quis
vero in l. meminerint. C. vnde vi. vbi dicitur
quòd id quod imperatur neceſſe eſt fieri, &
ideo magiſtratus poſſunt facere prohibitio-
nes pœnales tempore ſui officij duraturas in
cõcernentibus exigentiam factorum, vel pro
1 hibitionem, criminum. † Si tamen vellent
ſtatuere, circa ſtatutum ciuitatum, quas
regunt, requiritur conſenſus conſilij ciuita-
tis, vel defenſoris, aut ſyndicatorum. per ple-
ne not. per Bart. in l. j. ff. quod quiſque. iur. &
in l. ij. de decre. ab ordi. faciend. & in l. omnes
populi. de iuſtit. & iur. & tetigit Bald. in l.
v. C. commi. vel epiſtol. vbi dixit, quod
magiſtratus non poſſunt. in banno, vel præ-
cepto imponere pœnam corporalem, niſi in
conſilio procerum ciuitatis. Tamen hodie
iſtá ceſſant in regno, quia omnes magiſtra-
tus, capitanei, & iuſtitiarii habent me-
rum & mixtum imperium, plenum, & ple-
niſsimum. & ideo pœnas imponũt pro eo-
rum arbitrio, vbi a iure non ſtatuitur, dum-
modo, quòd non excedant metam iuris, &
arbitrio abutantur, vt alias plene diximus,
dum tractauimus de arbitrio poteſtatibus da
to, quæ omnia nota pro bannis officialium. Et
adde not. quia Luca. de Penn. in l. penultim.
in § ſuper his. C. de erog. milit. anno. dubita-
uit ſi iudex poteſt mandare alicui vt non de-
ſcedat à curia donec ſoluat. & poſt multa con
cludit, quod ſic, dicens, quod videtur deten-
tus. argu. l. qui ordinariam. ff. de offic. recto.
prouinc. & de arbitr. l. quid tamen. §. ſolutio-
ni. & l. in hoc iudicio. §. ſi conueniat. & de pre
cario. l. cum precario. & l. qui neque. de ver-
bor. ſignificat. & l. ſecuuda. de lib. ho. exhib.
dicens etiam quod hoc poſſunt minores. ma
giſtratus. argument. de iuriſdictio. omn. iud.
l. magiſtratibus. de offic. eius. l. final. §. primo
tamen iſta iura nihil faciunt ad hoc propoſi-
tum, quia l. qui ordinariam. nihil de hoc di-
cit. & d. §. ſolutioni, non facit nec alia iura prę
dicta. tamen iudicio meo melius facit l. ſi
debitori. ff. de iudic. vbi per illum text. in
2 verbo, caueat dicit Bar. & Bal. Ange. † quod
debitor in iudicio confeſſus poteſt capi & in-
carcerari intra tempus quatuor menſium,
niſi caueat, vel bonis cedat. l. prima de ceſ
ſio. bon. Tamen dicta deciſio eſt intelligenda
quando iudex cum cauſa cognita hoc face-
ret, vt quia de debito conſtabat, vel erat
obligatus in inſtrumento, vt ſupra latiſsime
diximus. Et ſubdit ibi not Luc. de Penn.
quod aliquando iudex mandat, vt quid fiat,
vel ſoluatur antequam extinguatur vna can-
dela, de quo in capit. in vteri. de el ctione.
Tamen iſto modo procedere eſt tyrãnice age
re, quia debet dari dilatio competens per d.
l. ſi debitori. cum ibi not. Quibus adde, an ſi
iudex mandat hoc modo, cum præſentia ta-
lis ſit nobis neceſſaria mandes vt compareat
coram nobis, tale mandatum teneat, & com-

mittatur pœna. & videtur, quod non cum mandatum sit sine causa per iura supra allegat. & v.q.ij.c.j. & vltim. vbi videtur decidi, & quia in his quæ iudices agunt, est causa inserenda. ff. de appell. l. sciendum. & c. veniens. & proposuit. de fil. presbyter. cum ibi not. videtur tenere And. de Isern. in titu. de milit. vasal. in princip. qui videtur tenere contra. in ti. de exor. & præpara. iudiciorum. Luc. de Pen. hoc tenet in l. ante omnia. de constit. videlicet, quod non valeat, nisi forte ratione consuetudinis, vel quando arduum subest. argument. d. l. ante omnia. quia sine magna captione à nostris negotijs aduocamur. ff. quemadmo. testa. aperiantur. l. si quis ex signatoribus. Tamen ista locum non habent in mandato principis, in quo non requiritur causa quia in his quæ ipse agit, non requiritur causa. l. j. de metro. beri. & j. quæst. vij. c. exigunt. & c. damnatum. & l. j. de const. princip. Quæ videntur habere locum in causis criminum, non tamen quando princeps iudicialiter vellet procedere, quia tunc causa requirit vt venire posit instructus. argument. l. final. de legib. & l. edita. de edendo. & l. final. si per vim vel alio modo. Ideo inoleuit practica, quod fiat præceptum, quod ueniat informaturus curiam, & aliquando fit mandatum, quod veniat auditurus & facturus, quicquid per curiam rationabiliter iniungetur, quæ videntur causæ.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio si sit inter duos de aliqua re & quilibet probet de dominio illius rei simul per testes æquales, quid tunc facere debeat iudex? & nume. 2.*

3 *Coiectura verisimiles, & indicia & præsumptiones naturales faciunt probationem quando liquido res probari non potest.*

Probatio.

CAP. I.



QVIA dicitur, quòd iudex in perplexis debet abstinere à iudicando, vt habetur infra in verbo, sententia. ¶ † quæ
1 ro si sit quæstiò inter duos de aliqua re, & quilibet probat de dominio illius rei, simul per testes æquales, quid
a faciet iudex? vt in syndicatu non teneatur? Dic quod iudex debet attendere testium dignitatē, verisimilitudines, & alia quę dicūtur. ff. de testi. l. ob carmē. §. fi. extra eodē c. præterea in fi. & in c. innostra. Et si hoc non apparet. aliqui dixerunt, quod iudex abstinebit à pronuntiando. argumen. gloss. cum ibi not. in l. j. C. vti possidetis. quia non potest hic pronuntiare de re de qua non cognouit. argum. ff. de iudic. l. de qua re. quia videtur impossibile duos effectos dominos insolidum. ff. quæ sentent. sin. appella. l. pen. & fi. Alij, quòd ista sunt duo indicia, & probationes in vno non sunt contrariæ. Alij quod non sunt eędem, nec vnius iudicij, nec vnius hominis. Alij
2 †quod fiet, sicut quando producuntur duo testamenta eodem die facta, & in vno continetur Titium, in alio Sempronium institutum, secundum glo. in l. final. de edi. diui. & Azo. in d. titul. videtur declarare, quod neutri dabitur hæreditas. Roffre. autem in libellis in titul. de secund. tab. dixit, quòd diuidetur, & concordabûtur, secus si actor probaret per duos testes in rei vendicatione se dominum, & reus se dominum per totidem, quia absoluetur reus, quia quando iura sunt obscura, pro reo pronuntiabitur. institut. de interdict. §. commoda & per not. in c. ex literis. & in c. in præsentia. de probat. secundum Andræ. de Isern. in titul. de prohi. feud. alie. per Federi. in cap. si inter duos. vbi latius per ipsum. Ex quibus in fero ad quæstionem quotidianam à nemine hucusque tractam Vendicatur equus à quodam detentore per quendam qui se equi dominum asserit. & ex aduerso alter se opponit, & dicit equum esse suum, & non illi, sed sibi restituendum. vterque probat per testes de dominio, & possessione equi, & quisque eorum probat, quod equus natus est ex quadam equa, quam habebant in domo, prout pluries in facto accidit, quæ est sufficiens dominij probatio in talibus. C. de rei vendic. l. partium. ff. de acquir. rer. dom. l. item quæ ex animalibus. & ff. de rei vendic. l. si frumentum. §. si equam. Quid ergo faciet iudex, non potest in hoc casu dici, quòd stante paritate probationum, quòd reus absoluatur, quia hic ambo isti competitores ad eum sunt actores. erit ergo per subtilitatem iudicis inuestiganda veritas. l. ij. & ibi gloss. & Bartol. de edendo. gloss. in authentic. de tabellion. in princip. & in capitul. cum Ioannes. de fide instrumentorum. & in l. testium. de testibus. ¶ Et certe iudex faciet ad se venire equum quem per aliquod spatium faciet ieiunare, & deinde equum mittet, ad illā partē ciuitatis, in qua dicitur, fuisse equum, enutritum, & faciet equum in, suam libertatem, ponere per viam, quam itur ad, domum vnius ex dominis, & si intrauit domum

mum illius erit præsumptio, quòd ille equus sit illius cuius domum intrauit. argument.l.iii. in §. quidam autem rectius putant. in versi.secundum consuetudinē redeunt.vbi Iurisconsultus arguit à consuetudine, & naturali instinctu animalium, & bene facit textus. in l.naturalem. §.ceruos. in versicul. in his enim animalibus quæ ex consuetudine abire & redire solent in versiculo, donec reuertendi animum habuerint.& institutade rerum diuisione.§. pauonum. per quæ iura videntur probari dominum & possessio animalium, ac etiam veritas inquiri,& inuestigari poterit ex signis, & merco animalis. argumento.l. secunda.ff. de seruis fugitiuis. in fine in verbo, & notatur argumento, quod dicitur, quod animal ex mero cognoscitur. & facit lege stigmata. de fabricensibus.ac etiam ex similitudine matris, vt si dicatur animal natum ex tali equa, & haberet signa in pedibus sicut mater, vel esset illius pilli. quia sæpe solet filius similis esse parentibus.ff.de ædilitio edicto lege quod si no lit.in §.qui mancipia. ¶ Alia etiam coniectura admittitur, quia iudex faciet venire equā cuius filius dicitur esse equus pro quo litigatur, & faciet quod sibi obuiet, & si equa cum viderit equum inhiat, vel equus, dicunt rustici experti ī naturis animalium, quod signum est euidēs quod ipsa mater est, & ille equus filius eius est in his enim casibus ad iudicium expertorum recurritur, iuxta not. in l.i. ff.de ventr.insp.c. nam naturali creditur de natura.ff.de solu.l.si pactūm.in authē. de nō alie.§ quod autem.Nam in anima libus Iurisconsultus eorum naturā,& feritatem, aut māsuetudinem attendit, vt in l.i.& per tot.ff. si qua.pau. fec. dic. Ista.n.
3 † quæ liquido probari nō possunt, probātur per verisimiles coniecturas, per indicia,& per præsumptiones naturales. arg. ff.de re militar.l.non omnis.§.à Barbaris. & quod glo.no. in l.i.ff. de proba. de sec. tab.l.qui ex liberis.in prin.& Cy. in l.i.de sic.ratio enim naturalis hæc est, quæ in his attenditur.arg.l. nec adiecit cum glo. ff.de verborum signific. vbi dixit glos. ꝙ ex imaginatione matris tempore cōceptionis filius, qui tunc concipitur similatu adultero, quod etiam extenditur ad adulterum, qui cognoscendo.cogitat, ne vir fœminæ cognitæ veniat. nā propter hoc filius qui gignitur similabitur viro, etiam,per gloss.cum ibi no.in l. non sunt liberi.ff.de statu.homi.vbi gloss.quod per aliquam imaginationem aliquando filius nascitur monstruosus.Istæ etiam sunt cō iecturæ naturæ,quę sunt etiam coniecturæ legales,quæ dicuntur euidentissimæ.l. si tutor.de pericul.tutor.l. licet Imperator.de leg.i.Hoc enim casu rustici, & pastores equorum,ac etiam publici, & massarii armentorum erunt interrogandi,ꝗ deponant,quod ista prædicta sunt de natura equorum,& equarum, credetur eis de hoc, sicut messorici circa messem.ff. si mes fals.mo dixe.l.i.& 50.distinct.cap.vt constitueretur.C.de iudic.l. certi iuris. & in proœ.ff.§.i. late Spec.in ti. de proba.§. videndum. versic. hoc quoque notandū. & facit,quod habetur in c.afferte. de præ sumpt.Et de perplexitate probationum, vide in verbo, sententia & in verbo, instātia.vbi quando propter perplexitates probationum non potuit causam expedire intra tempus instantia statutariæ.

a ¶ *udex*] *vide tu Feli ī c. ex literis ī i col in vers in tex. ibi, quod si amborum de probatio.*

SVMMARIVM.

1 *Probationes debent esse euidentes in syndicatu & nu. 3. & 6*
2 *Iude si commiserit barattariam mediante quodam tertio, nūquid ille tertius poterit testificari contra ipsum iudicem in syndicatu.*
4 *Dilatio iuramenti in defectum semiplenæ probationis nō habet locū in causa syndicasus.*
5 *Interesse qualiter probetur contra iudicem.*
7 *Fuga officialis an ꝓbet plene uel semiplene.*
8 *Conuinci quis dici quinque speciebus probationum.*

CAP. II.

1 Contra offiiales. † In syndicatu requiruntur probationes euidentes, secundū Bald. in repe.§. proficisci.q.x. ī fi. quia ꝓ eis præsumitur. vnde non habebit locū dilatio iuramenti in defectum plenæ probationis.l. prima vbi de ratio.vbi Angelus & facit

l.i.vbi decuria. pro quo vide no.in l i bo. næfidei. C.de iniur.p Bal.& Salic.& Bar. & Ludo.in l.admonẽdi.ff eo.Tamen data ipsius officialis cõpulsione, vel violẽtia ali qua probata posset probari quãtitas, rerũ quas officialis per concussionem recepe-rit per iuramentum passi concussioné. p not.in l.si quando.C.vnde vi.& in c. fin. extra quod met. cau. per Innocen.Et si quis dicat dedisse officiali aliquid, an ste-tur dicto suo cum iuramento.gloss. in au then.vt iud.sine quoquo suffra.§.oportet tenuit quod sic. quæ glo.videtur intelli-gi debere quando aufugerit à syndicatu. quia si non aufugeret, deberet probare p testes, secundum. Ange. ibi & quando fu-geret, ideo statur eius iuramento, quia fu ga facere eum suspectum.per not.in l.ad-monendi. quo casu propter fugam pote-rit torqueri.secundum Ang.in d.authen.
2 per not.in l.admonendi.¶ † Si tamen iu-dex commiserit baratariã mediante quo dam tertio, ille tertius poterit testificari in syndicatu contra ipsum iudicem, per tex.in c.i.de testib lib.vi. quando ciuiliter ageretur propter pecuniam datam dicta occasione, non quando criminaliter, quia cũ sit particeps criminis non admittitur in testẽ, vt ibi not.Io.mo.Et quando dica tur agi criminaliter, vel ciuiliter ĩ hoc ca su? vide tex.in c.per tuas.& in c.fin de sy-mo.Attamẽ quãdo iudex ĩ syndicatu.im-peritur, ꝙ fecerit iniustitiã, vel damnũ de derit, debet tunc probari iniustitia mani-festa, euidens & non occulta, nec præsum pta.tex.secundũ Iaco.de Bel.in authen.vt iudi. sine quoquo suffra.§.si quis autẽ.in verbo, iustitiã.& in verbo, dãnis.vbi dicit euidentibus & manifestis.& in ver oppo. vbi, dicit, si iniustitiam, dãnũ, vel calũniã manifestum, vel euidentem subditi.& eo.
3 ti.§.illud.† Et ideo dixit Bald.in d.§.pro-ficisci.q.x.in fi.ꝙ probationes in syndica-tu.debent esse contra officialem multum euidentes, quia pro eis multum præsumi tur.C.de offi.ciui.iudi.l.si quis.Et ideo ẽt
4 dixit Ang.in l.fi C.vbi de ratio. † ꝙ in cã syndicatus non habet locum delatio iura menti in defectum semiplene probatio-nis licet gl.in authen.vt iudi sine quoquo suffr.in §.necessitatis.dixerit, quod suffi ciat iuramentum, quam intellige in casu

5 fugæ.vt supra.† Et qualiter probetur in-teresse cõtra iudicẽ Inno. tetigit in d.c.fi. quod met.cã. quẽ Bal. sequit in l. si filius ff.de iudic.& notat. in l.in actionibus. de in litem iuran, & an per dilationem iura-menti, vide supra, & regulariter in probã do interesse requiruntur duo testes.l.i.C. de sen.quæ pro eo.& dixit Bal. in l.si tra-ditio.C.de actio.empt. quod iudex æsti-mat interesse non solum ex probationi-bus, sed etiam ex coniecturis, ex quibus probatur interesse. vbi dixit Bar.quod li-cet interesse non probetur clare, iudex suo arbitrio arbitrabitur in arbitrariis, & in actionibus bonæfidei, quia in aliis actio
a nibus interesse est cõcludenter probãdũ.a l. fina. de præto. stipulatio. Et adde præ-dicto. Bal.in authen. sed nouo iure. C.de pœna. in vbi dixit quod ad hoc vt punia tur iudex, debet is qui dixit se dedisse hoc probare alias punitur, vt ibi in tex. Et ad de prædictis, quia in regno emanauit capi tulum quod incipit.Itẽ ĩ omni casu, quo cauetur, quod si non approbatur contra officialem quod aliquid reciperit, debet sed purgare per iuramentum tam is, quã ille per cuius manus dicitur receptum. quod iuramentum si facere recusauerit, stabitur iuramento partis, quæ dicitur de disse, quod capitulum fuit factũ propter dictam glo.quæ volebat stari iuramento partis.& concor.in authen.vt liti. iurent. §.si quis ex litigantibus.& etiam concor. capitulum regni. Item quod iustitiarii in omni casu.& d authen.nouo iure.& aliud capitulum regni, quod incipit, Item quod occasionem. & aliud capitulum regni, ꝙ incipit, remedia studio. & capitulum se-quens quod incipit.Item quod officiales inuentus. vbi dicitur quod contra officia lem probatur p testes singulares, si sint multi, q dicant quod recipiebat. Extat ẽt c.regni vulgaris famæ proloquium, vbi distinguit qualitas officialis eiusque fam a ac etiam fama, conditio eius qui dicitur dedisse officiali, indicia, quę essent contra officialem, qui dicitur accepisse. tamen di ctum capitulum vulgaris famæ prælo-quium fuit ad beneplacitũ editum, quod beneplacitum fuit, & est morte conden-tis finitum, vt late scribit Bar.in l.cente-simis.ff.de verbo.obliga.alle.capitu. si gra tiosus.

tiosus. de rescrip.& Bal.in l.j.de post.& in l.
post dotem.so.ma.& licet morte in finitum il
lud bene placitum,tamen in regno fuit obser
uatum dictum.cap.quia habet magnam ratio-
nem, & est quasi iuri communi conforme
& est incorporatum in libro capitulorum,&
est in viridi obseruantia, & in vsu, & com-
muniter pro lege obseruatur,& facit, quia li-
cet lex sit correcta, vel abrogata, remanet
saltem eius ratio per l.eos. C.de appella.per
quam dixit Dyn.quod licet non posit allega
ri lex correcta non corrigitur illius ratio alle
b gari[b], quia lege correcta non corrigitur ra-
tio.Bald. in l.cum multis. C.de dona.& sic
allegabitur pro ratione, non pro authorita-
te.& vide supra circa princip.operis.in capit.
qualiter autem probabitur iustitiam denega-
tam.& supra in capit. qualiter fiet probatio
cõtra officialem.& supra in verbo,correctio.
cap.j.& vide de hoc satis ad saturitatem infra
in cap.tui semel interrogatus.in verbo,testis.
6 ¶†In causa syndicatus.debent esse probatio-
nes euidentes, adeo quòd licet alias, testes
ignoti admittantur cum tortura, non tamen
in causa syndicatus. Angel. in l. prima C.vbi
de ratio.agi opor.& vide supra circa princip.
operis in cap.qualiter autem probatur iusti-
tiam denegatam. Si quid fuit, probatum in
primo iudicio contra partem, poterit proba-
ri in illo iudicio contra iudicem,quando eius
culpa sunt impeditæ probationes, & sic vbi
propter culpam iudicis aliquid accidit,est re-
gressus contra ipsum. Bald.in dicto.§.cum au
tem.vbi dicit Barto.quod quando facta pro-
batione index male tulit sententiam, quod
tenetur actione in factum, secundum gloss.
ibi secus si partem volentem probare non ad
misit ad probandum, quia tenetur condictio
ne ex l.si quando. C.de testi.de quo per Bald.
in l.mancipia.de ser.fugiti.qui dicit quod facit
litem suam.& dixit Bald.in l.Aemi ius.de mi
nor.quòd iudex in syndicatu potest,ex nouis
probationibus suam cām defendere, & vide
in verbo, syndicatus.in capitul.iudex in syn-
7 dicatu.¶†An fuga contra officialem probet
plene vel semiplene? Vide in verbo, fuga su-
pra.¶ Iudex qui in syndicatu impetitur de
commissis debet conuinci legitimis & disertis
simis probationibus.v.quæstione.vj.Epipha-
num.in fin.extra de iudic.cap.at si clerici.secū
dum Lucam de penna in l.iudices.de dignita.
qui etiam dixit in l.si ille.C. de decur.lib.x.
quòd is, dicitur manifeste conuictus,contra
quem clare,& manifeste constat per innocen
tes & legitime examinatos.ij.quæstione,j.pri
mares duos,aut tres.lxviij.dist.in.capitul.quo
niam.inde dicitur quis conuinci veris docu-
mentis & testibus.xxiiij.quæstione.iiij. capi.
fortis in fin.aut legitimis probationibus.in au
thentic.vt liberi.de cætero.§.habeat. versicu.
sed si quid in rationabili probatione.lxxix. di
stin.cap.si quis.ad finem & manifestarum re-
8 rum probatione.l.j.versicul.decurio.† quini-
mo dicitur quis conuinci ex quinque specie-
bus probationum, scilicet testibus, propria
confessione,instrumentis,rei euidentia,& vio
lentia præsumptione, vt no.extra de restitu.
spolia.c.cum ad sedem.§.nos igitur.& ij. quæ
stione vij.plerique.& questio.j.c.j.de dolo &
contuma.c.fi.ff.de test.& l.iij.§.lege Iulia Vn
de captus in flagranti crimine ex eo solo dici-
tur esse conuictus.l.j.§.j.de rapt.virgi. In re-
gno Siciliæ prouisum est per c.regis Caroli,
quod incipit.Item quod in omni casu.

a *¶ Ad probandum.] Adde Fely in c sacro.ad fi. de sent ent excommu.*

b *¶ Allegari.] Adde Francis. Are.in l ij in iiij. colum statim post medium de vulg. & pupil. & Fely in c tua nos.de iureiu.*

SVMMARIVM.

1 *probatio contra officialem qui aufugit à syndicatu qualiter fiat de commissis vel extortis per ipsum.*

2 *eximēs aliquē de carcere tenetur creditoribus, ēt si carceratus fuerit reductus ad carceres.*

Probatio in syndicatu.

CAP. I.

1 QValiter † fiat probatio, contra
officialem, qui aufugit à syn-
dicatu de commissis, vel extor
tis per ipsum? glo.in titul.vt iu-
dic. sine quoquo suffrag. dixit
quod per testes, vel iuramentum, quæ est in
versicul.furatus ostenditur.vbi gl. dixit quod
secundum Alber.sufficit iuramentum agen-
tis, per text.in §.super hoc.de colla. vbi dixit
Angel.quòd quando fugeret, quod requiri-
tur probari per testes, secus quando fugisset,
quia fuga facit eum suspectum,per l in bonæ
fidei.de iureiurand.& de hoc videtur text.in
l.consiliarios.C.de asses.vbi Bart. dixit quod
fuga facit fidem contra officialem, cui aliquid
imponitur, si aufugeret,tamen Iacob.de Bel.
in d.§.hoc dicit, quod fuga non facit eum ma
nifestum de omni crimine, quod sibi im-
pingitur, sed est necessària probatio,vt ibi in

 versi.

vers.sinautē. nec sufficiat solum iuramētum agentis prout dixit Ang nisi eo casu quo permanet in fuga. §. super hoc text. apertus quod contra fugientē a syndicatu fit probatio per iuramētum damnum passi. & pro hoc facit, quia fuga nō est plena probatio, sed præsumptio, scd'm gl. in l. bonefidei. l. admonendi propter quā delictum consumat fugiendo l. 3. §. transfugas. de sicca. & l. desertorē. & l. nō ois. §. a barbaris. de re mili. scd'm Cy. i l. i. de rap. virg. in additio. Bald. autem in dicta l. in bonæfidei. dixit qđ officialis qui debet stare in syndicatu vel in militie, fuga facit plenam probationem per l. desertorem. Et quia illa fuga continet delictum vel puni
a tur vt delictum plene probat.[a] Ange. autem in d. §. necessitatem. sequendo dicta docto. in l. admonendi. dixit, quòd sola fuga sufficit, qñ fuga punitur, vt delictum. l. i. de ser. fugi. & etiam in criminalibus in quibus sufficit sola suspitio, sufficit fuga. l. in pauperibus. de suspec. tut. vbi autē requiritur vera probatio, requiritur fuga cum effractione carcerum. l. placuit. de custo. reo. secus vbi non est fractura, quia sola fuga non sufficit. dicta. l. diuus. secundū Ange. in dicto §. necessitatem. Tamen aduerte, quia tex. in dicto §. super hoc non loquitur de pęna delicti, vt fuga sufficiat contra officialem ad punitionem eius, sed ad emendam damnorum, quòd sufficiat iuramentum damnū passi, prout aliàs in l. si quando. C. vnde vi. Ludo. autem in dicta l. admonendi. dixit quod vnus casus est, quod fuga plene probat contra officialem in d. l. consiliarios. C. de asses. dicens quod si fugiat ante finitam administrationē. quod tenetur crimine læsę maiestatis. casus singu. in authen. de administra. §. si vero fugiet intra tempus syndicatus, si inuitus erit reductus ad locum syndicatus: fuga contra eum probat legitime. dicto §. necessitatem. Si vero non est reductus ad locum, tunc fuga cum iuramento probat plene, per text. in authen. de colla. §. super quibusdam. & §. si vero contigerit. vbi contra officialem fugientem probatur per vnum testem. & facit l. 3. de exa. tribu. libro x. qui est casus mirabilis secundum Salice. in l. admonendi.
2 † quod eximens aliquem de carcere tenetur creditoribus, etiā si carceratus est reductus ad carceres, ideo tene menti, qa semper male stabit officialis. & vide l. i. C. vt oēs causæ, vbi dicitur, quòd officialis fugiens a syndicatu stabit ibi per sex mēses. & ex vinculis causam dicet, & hoc ēt tenet Lucas de Penna. in l. si coloni. de agri. & censi. lib. xi. Vnum non est omittēdum, quod si successori in officio videret officialem depositum recedere, vel sciuerit, & non prouidit eum tenere in syndicatu, ꝙ ipse de proprio tenetur pro eo ēt simili pœna punitur, quia ipse veniebat puniendus. C. vt omnes causæ tam ciuiles quam criminales. l. i. §. similique. & vide supra in verbo, fuga officialis .vi e late infra proxi c. contra officialem.

a *Probat.] Vide Felin in c. nullus. de præsumpt. & Spe de prob. §. si ver ultimo no.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis an & quando finito officio possit incontinenti recedere & dimittere procuratorem in syndicatu? & nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7.*

Procurator.
CAP. I.

1 
Fficialis † finito officio an possit recedere incōtinēti, & dimittere procuratorē in syndicatu? quædam glo. allegatur quod officialis ꝓcuratorem constituit in syndicatu. in l. bonæfidei. C. de iureiurā. quæ gl. hoc nō dicit expresse, sed dicit fuga rei, qui debuit finito officio respondere per se, vel per procuratorem vt officium quod gessit, probet contra ipsum per tex. in auth. de col. §. super hoc. & si quis autem. pro qua gl. videtur tex. in l. i. C. vt omnes causæ tam ciui. quam cri. in ver. quod intra. l. dies. in fin. ibi vero dato procuratore instructo, in quo Azo in summa dicit, qđ in causa ciuili officialis constituit procuratorem post dies. l. etiā si causa non fuerit fini. Bar. in l. i. §. qui si intra. vr̄ tenere in contrariū & in auth. vt iud. sine quoq. suffra. in §. necessitatē. Tamen gl. in auth. de administratore. ibi vero destinatur, arguit pro & contra Iaco. de Bel. ibi dicit qđ aliqui tenēt, qđ tex. in d. §. super hoc. corrigat alia iura dicētia, ꝙ nullo mō possit ante recedere, etiam si est euocatus ad aliquam

aliquam administrationem principis iussione, tamen ipse dicit quod tex. i §. si quis autem loquitur quando ex iussione principis idest in tempore l. dierum recedit, & dereliquit prouinciam & vadit ad aliā administrationem pro republica, vel ī cā ciuili, quod procuratorem constituat. nō tamen in criminali. per d. §. quod si intra. Et hoc tenet etiam quidam doct. antiquus. in d. §. super hoc quod potest constituere procuratorē, quādo ipse uocatur ad aliud officium, & recedere, & non alias
2 Ang. autem in d. § super hoc. dicit. † ꝙ si officialis, vel assessor finito officio fuit destinatus ad aliam prouinciam, quod possit constituere procuratorem, & recedere ante. l. diuus, per illum text. expressum, alias punitur, & sic uidetur quod in causa ciuili protest constituere procuratorem, nō tñ recedere ante dies l. à ciuitate, ꝙ sē
3 tit Barto. vt supra † Quomodo enim recedere potest si sit inquisitio generalis de criminibus, vel specialis & ante datas querelas omnes contrà eum, qui a dari possent petitiones criminales. & accusationes, de delictis grauissimis, ideo videtur non posse recedere ante dies l. licet possit in ciuilibus per procuratorem respondere vel in casu qñ uocatur ad aliam administrationem ex iussione principis, & ita uidetur distinguere text. in d. § ꝙ si intra. & in causa criminali criminaliter mota possit. ubi textus
4 expressus, † quod in causa furti criminaliter mota contra officialem procurator nō interueniat nisi fuerit persona illustris. p l. fi. de iniur. Tamen dubium est quando esset criminalis causa, & uocaretur ad aliā administrationem à principe, si potest cō stituere procuratorem? in quo tex. in d. §. si quis autē videtur dicere quod in causa restitutionis damnorū Episcopus agnoscat, tñ si nō intelligeretur in causa criminali nullum esset priuilegiū euocati à principe, quod posset cōstituere procuratorē, quia hoc sibi permittitur à iure quia in hoc debet aduerti, quod omnia iura inclinatur quod in criminali non admittatur
2 procurator Et ª in regno est cōstitutio regni statuimus. de officio magistri iustitiarii in ver. his autē. vbi iudex qui fuit inculpatus in magna curia de iustitia denegata vel retardata, debet finito offio se p sonaliter, & non per procuratorē præsentate, rediturus rationem de omnibus, & si cōuictus fuerit de hoc substineat pœnam per iurii, quæ constitutio. videtur. loqui in causa criminali. Et alia constitutio regni quæ incipit, volumus, nihil in hoc derogat iuri cōmuni. nec ē̄t capitulū regni. Item statuimus. in rubric. pro quanto tēpore. quod capitulum sequitur in criminali, & corporali pœna, aliud etiam capitulū regni, quod incipit. veterum iuriū. vult quod non possit intra tempus syndicandi recedere modo aliquo, nisi ex iusta causa, & cū dispensatione reges, vel eius vicarii, de certa scientia facta, vt ibi latius dicitur, tamen illud capitulū loquitru de iustitiariis, & dicunt doct. regni in capitulo regni quia nulla iuris sanctio, quod cōstitutio quæ loquitur de iustitiario non habet locum in capitaneo. arg. l. cum ꝑtor. ff. de iudi. & quia si voluisset de capitaneo dixisset. per l. i. C. de cadu. tol. & ita dicūt pluries fuisse iudicatum in consilio regis. propter quod redditur dubium, si illud capitulum veterum iurium habet locum in aliis officialibus, & credo quod sic, per no. per l'al. in l. ex facto. de nego. gest. qui dicit quod statuta loquētia de capitaneo habent locum in potestate de quo vide supra in c. omnes officiales. in verbo, officialis. Tamen in regno vide pluries obser
5 uatū, † ꝙ officialis in ciuili constituit procuratorem tamen, quando esset causa criminalis non grauissima, lite contestata posset constituere procuratorem ad media volentibus syndicatoribus. per no. in l. accusatorem. § ad crimē. de pub. iudi. & in similibus, & ita practicatur, tamen nō potest recedere ante dies. l. procurarore dimisso, sed debet stare in ciuitate, & pōt respōdere per procuratorē ipso stante in ciuitate, & post dies. l cedere procuratore constituto in ciuilibus. per dict. iura non tamē in criminalibus, vt supra. Et īquātum in supradictis iuribus dicitur, quod officialis, qui vadit ad aliam administrationem potest cōstituere procuratorem:
3 † illud limito non habere locum quando talem administrationē procurasset causa subterfugiendi syndicatum, & data opera vel dolosè tale officium obtinuisset, vel

ad eius postualtionem hoc actum, est quia nec priuilegio tali, nec aliqua immunitate gaudebit, nec procuratorem constituet, quia nunc non dicitur causa reipublice abesse, nec reuocatus à principe recedere, per l.i l.is qui reipub. & l.qui data.ff. quib. ex cau. ma. de quo Bal.in l.quæ fortuitis.C. de pig.act. dixit quod ille q̃ ꝓcurauit officiũ magis obligat rõne culpę quã ille q̃ nõ procurauit. Nec etiã puto habere locũ in eo qui obtinuit tale officiũ per ambitionẽ, vel data pecunia quia ꝓ hoc debet puniri & non habere priuilegiũ ꝑ l.i. ad leg. iul. rep. & melior text.in l.i.C. ut omnes causæ, in ver. nonnulla virtute,quod pro quacunque alia administratione obtenta non poterit ĩtra illud tẽpus recedere nec aliquo alio colore quæsito, vt ibi in text. Et per ea tertio limita non habere locum quod tale officium ad quod diceretur euocatus obtinuisset causa commercii,vel propriæ vtilitatis,quia illud conduxisset pro certa mercede, & sui lucri causa. per text. not. in l.milites cõmeatu.ff. qui ex caus.& d.l. reip.per quę iura dicunt doct.regni,quod illi,qui emunt baiulationes exartatus nõ lũ habent priuilegium in iudiciis, in qbus limitationibus rogo vt bene cogitetis, si ꝓcedunt. Tñ de iure Codici. ẽt si est vocatus ad aliã administrationẽ nõ põt discedere ante dies.l.ẽt euocatione pricipis. tex.mirabilis in d.§.nec vllã q̃ tex.vr̃ corrigi ꝑ dict.§. sup hoc. qđ si est euocatus ad aliã administrationẽ à suo superiore quòd recedere possit vt supra est dictũ q̃ sunt noua. Et adeo. q̃a licentiæ ĩpetratæ ĩiuste ꝑ ptãtem ĩ fine officii sui non valẽt, nec excusãt à dolo,& a pęna.ꝑ gl. ĩ l.meminerint.vnde vi. q̃ dixit quòd officiales in fine sui officii condescendunt,vt faueãt eis.Et adde. Lucã de pęna in l. ordinariorum.C.de cohar. lib.xii q̃ dixit. † ꝙ is q̃
7 vocatur ad ponendum computum rationis de officio gesto non possit procuratorem constituere arg.l. creditor.ff. de pig. act.& sol.mat.l.si filio.qb⁹ cauet quod debet cauere quòd nullã fraudem commisit &c.de procu.c.q̃rela,in gl.magna. de iud. & c.pastoralis. quod hoc non potest expediri ꝑ alium q̃ ꝑ principalẽ.l. de bon.proscri. Tñ in regno admittitur iuxta ritum curiæ cum idonea cau.& fideiussoribus de soluendo toto eo ĩ quo ꝑ computum rationis debitor apparebit quod satis habet æquitatis,& de ementibus officia satis dictũ est sup ĩ prĩ. li.ĩ c.& prĩo uidẽdũ est.

a ¶Procurator.] *Vide ad hoc omnino do Alex. de Im. in l pen § od crimẽ de pub iu & Ro. in decis.195.& do Alex de Im in cõs 116. ĳ parte & latissime do Fel c meminimus ĩ 3. col ãtc me.ver no ibi excusaret.cũ seq de accu.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna & emolumenta castridati in dotem sunt mariti solu matr.nisi sint bona stabilia cohærentia territorio.*

2 *Statutum si disponat quod commoda condemnationũ sint iudicum pro certa parte cuius erunt quando iudex à quo comdemnauit,& iudex ad quem similiter.*

3 *Bona dicuntur fructus iurisdictionis quos lucrantur bonæfidei possessores & emptores gabellarum.*

4 *Fructus præbendarum pertinent pro rata temporis ad hæredem canonici mortui.*

5 *Prouentuum appellatione quid veniat.*

Prouentus.

CAP I.


Rinceps cõcessit Titio officium capitaneæ ciuitatis Neap cum mero, & mixto imperio pro vno anno, cũ omnibus gagiis,pœnis, pœnarũq; cõpẽdiis,bãnis,& cum actis pẽdentibus, & ꝓueniẽtibus ex eodẽ officio pro uenturis pro illo anno,vt in literis capitaneorum cõtineri solet. Accidit qđ cõmissa fuerãt delicta,& spreta mãdata,& bãna ac cõtumaciæ tp̃e antecessoris istius Titii, & tp̃e officii,Titii,factæ cõdẽnationes, & pęnę delictorũ, & bãnorum ꝑ cõtumaciã exactæ ꝑ ipsum Titium. Et comparet antecessor istius Titii,& petita Titio,qui nũc stat ad syndicandum istas pœnas & condemnationes exactas. & prouentus ipsarum,dicens,ad se spectare ꝙ contumaciæ & delicta cõmissa fuerunt tp̃e sui officii. Ex aduerso Titius dicit, quod ipse nullũ ius habet pro eo, quod fuit negligẽs ĩ exigẽdo,& ꝓcedẽdo. & isti fruct⁹ iurisdõnis nõ fuerũt recollecti, & ꝑcepti ꝑ eũ,& ipse Titius habuit officium cũ actis pẽdẽtibus.

ergo

ergo spectant ad ipsum tanquam pedentia. Modo quæritur quid iuris. Et reperio ꝙ Cyn. post Pe. in l. fi. de iur. omn. iud. posuit hanc quæstio. & arguit. ꝙ ista pœna sit primi argumenti. l. is qui puteum. § si postea. ff. quod vi aut clam. vbi si res, in qua quis dedit mihi damnum, desinat esse mea, quod emolumentũ illius dãni erit meum, & hoc dixit tenere Petrũ, qđ primus dēt habere emolumenta pęnarũ, licet ipse non mulcet delinquentē. arg. l. definita fructuaria de vsufruct. Licet in contra. faciat. l. fi. ff de iur. fisci. dicens quod pro hac prima parte facit de iniuriis. l. cõstitutionibus. per quã dicit, quod si fiat iniuria seruo meo, quem alienaui, ꝙ mihi remanet illa action. & sic quia fuit iniuria facta reipublicę, licet alienauerit seruum alteri, remanet prima actio iniuriarum. argum. l. quicunque. de actio. & obliga. Nõ obstat quod in popularibus actionibus quis non est actor ante lit. contest. de verbo. signi. l. si qua pęna, quia hic successit in ius fisci, & ita dixit ibi Cyn. & Bart. in l. fi. ff. soluto matri. posuit quæ-
1 stionem. † de marito cui datũ est castrũ in dotem, & dixit quod omnes pœnæ, & emolumenta solut. matrimo. sunt viri, nisi sint bona stabilia cohęrentia territorio, quæ fuit quæstio Dyn. & idem ibi tenet Bal. & Ang. & Bal. in l. fi. C. de fru. & liti. expen. dixit, quod si princeps concessit mihi commoda iurisdictionis pro se mestri, & malefactor delinquit in fine meæ iurisdictionis, & ea finita est condemnatus per principem, quòd cum ista pœna sit fructus iurisdictionis nondum reconditus i hoc horreo per me, quod ad principem pertinebit, per l. diffinita. de vsufruct. ff. Et quia in pęnis ante sententiam ius non habemus. de verbo. sign. l. aliud. §. inter & l. si qua pęna. & pęnæ non sunt in lucro iudicibus, nisi per sentētiã, auth. bona damnatorum. C. de bonis damna. Alii dicunt quod si erat processum vsque ad sententiam exclusiue, debet haberi ꝓ condemnato argu. l. si ideo. de euiction. Et idē si condemnationes essent distributæ inter me, & successorem meum, quia commoda condemnationis pertinent ad illum, qui condemnat argum. l. 2. §. i. de mino. Tamen idem Bal. in l. fi. ff. de iuris. omn. iudi. secutus est supradictam opinionem Cyn. dicentis, ꝙ si vnus emit à principe fructus iurisdictionis vnius mensis, & vnus alius sequētis mēsis, & in vltima die primi mensis est commissum maleficium, propter quos is facit punitionē, illa pęna erit primi, scđm Cy. quia est ei ius quæsitum, per l. quicunque. de actio. & oblig. de qua idem Bal. allegando. l. is qui in puteum. § si postea. quòd vi aut clam. dixit: propterea per illa iura, quòd sindicus antiquus in cuius officio fuit maleficium commissum, debet denuntiare maleficium, & non nouus argu. l. prouidendũ. C. de decurio. & idem videtur Bal. tenere per dictam authoritatem Cyn. in l. diuortio. ff. solu. matr. quod pertineant ad emptorem illius anni quo fuit maleficium commissum. Et idem Bal. in l. si vir in fundo. eod. tit. solut. matrim. dicit quod cum banna & pęnę iurisdictionis fuit commoditates iurisdictionis: quæ quotidie nascuntur: iudicentur a pari cum fructibus, & ideo istæ pęnę pertinent ad maritum: si illas exegit ante matrimoniũ solutum. Bald. in d. l. fin. de iurisd. omn. iudi. dixit
2 † quod si statutum dicat quod commoda condemnationum sint iudicum pro certa parte: iudex à quo condemnauit; & ēt iudex ad quem condemnauit, quod tunc erit lucrum iudicis à quo, licet executio fiat per iudicem ad quē. arg. l. cum filius. de verb. oblig. In sportulis aũt dic, vt in auth. de iudi. §. neautē labor. & vide Bal. ad materiam in l. fin. de fru. & lit. expen.
3 † Quod banna dicuntur fructus iurisdictionis quos lucrantur bonæ fidei possessores, & emptores gabellarum. argu. l. creditor. & in l. si quis sine de euic. & idem Bald. in l fi ff. solu. matri. argu. l. vsufruct. §. i. de vsufr. vbi dixit Bart. ꝙ non possũt esse in fructu: quia non renascuntur, nisi idem genere. Tamen Bal. ibi dixit ꝙ bannum confiscationis bonorum, quod territorio cohæret, & sequitur territorium & applicatur illi, cuius est territorium: & nõ emptoris fructuũ. Secus in banno quãtitatis pęnæ: qđ est cõmodum iurisdõnis, & oĩa cõmoda nomĩne fructuũ cõtinentur. l. loci corpus. § i. si ser. ven. quod applicatur ei, qui pro tempore fuerit secundũ Bal. & Ang. ĩ d. l. fi. & vide And. de Isernia quæ

nia quæ sint regalia. in prin. et adde prædictis Bald. in l. j ff. de origi. iur. & in l. sed & milites. §. ignominia. de excu. tut. dicẽtem, quòd si vnus potestas habeat arbitriũ super maleficijs suo tempore perpetratis. & tempore vnius officialis quis est percussus, & tempore istius habentis arbitrium est mortuus, quod super hoc maleficio non habebit arbitrium tanquàm nõ commisso tempore officij sui, & dixit Nicol. de Neap. in l. iurisperitos. §. cum oriũdus. de excusa. tuto. alleg. Dy. in l. si vrbana. §. fi. de verb. sig. quod si est factum statutum, quòd potestas nõ possit cognoscere: nisi de maleficijs cõmissis suo tempore, & aliquis fuit vlneratus tẽpore præcedentis officialis, & mortuus tempore suo, ꝙ ipse potest cognoscere ratione dubij, & idem tenet Ange. in l. qui scitum. ff. de cõfessis. Et ad prædicta facit gl. quæ est in l. j. C. de anno. ciui. secundum Bar.
4 qui dicit. † quod fructus præbendarum pertinent pro rata partis ad hæredem Canonici mortui, & facit de æqua. dotium. §. consequens. quod sequitur Bald. in l.
a diuortio. a suprà allegata. & per Cyn. in auth. licẽtiam. de Episco. & cleri. & Cano. in c. statutum. §. assessorem. de rescrip. in vj. & in c. pen. de pecul. cler. Et id quod dicitur in hærede emphyteutæ, & feudatarij in l. j. de fruc. & lit. expen. & in l. defuncta. per gl. & Ange. de vsufru. ff. ꝑ quæ iura poss. t non improbabiliter dici: quod si secũdus officialis reperit accusationem vel denuntionẽ in actis & remoto primo prosecutus est causam, & pronuntiauit in causa, & condemnauit delatum ad mulctam, vel pœnam, quod debeat pœna vel mulcta diuidi cum primo, propter labores huiusmodi secundi, qui habuit officiũ à principe cum actis pendentibus. Tamẽ ĩ regno obseruatur quod primus officialis non potest petere prouentum delicti cõmissi suo tempore: nisi ipse condemnauerit delinquẽtẽ, q appellauerit, & interim fuerit amotus, ꝙ si sententia confirmetur ꝙ pœna erit ipsius condẽnatus. vel si composuerit, & dederit terminum ad soluendum, & interim fuit remotus, quia erit componẽtis, & nõ successoris, vel si essẽt capta pignora per iura supra alleg. circa princip. quia in cõmissionibus dicitur cum actis pendentibus, &c. ¶ Pone ꝙ Baro vel princeps concessit officiali officium cum aliquo pacto omnium obuentionũ. Et quidã de illa iurisditione offendit principẽ, propter quod debet perdere bona. an iste officialis habebit quartã partem de illis obuẽtionibus? & Bal. ĩ c. j. de cap. qui curiã vendi. dixit quod nõ, quia alicui confertur ob vindictã, vel iniuriã proprię personę alteri nõ cõfertur. l. ij. §. emãcipatus. de col. bono. Pœnę autẽ quæ descenderẽt ex delictis inter alios cõmissis venirẽt communicandæ pro illa rata. arg. d. l. creditor. & per no. per Cyn. in d. l. fin. de iurisd. om. iud. Et nõ obstat cõtrarium de obuẽtione in concessione appositũ, quod tãquàm generale debet intelligi ciuiliter ꝑut ratio dictat, & nõ abusiuè. ff. de ser. l. si cui. & de pign l. obligatione generali. secundum Bald in d. c. j Tamen hoc fuit consiliũ Oldra. & idem Bal. alle. Oldra. in l. diuortio. § quod ĩ commo. ff. solu. matr. qui dixit, quod in hoc casu qñ fructus iurisditionis per principem locãtur, nõ uidetur esse cõcessium huic officiali conductori quod præstatur principi in suo iucundo aduẽtu, quia illa pręstatio concernit personam concedentis, & non patrimonium eius. arg. d l. diuortio. §. quicquid. licèt Bal. dicat esse arg. d. §. qđ in anno. Ideo capitanei & iustitiarii habentes cõmoda, & prouentus suæ iurisdictionis, non habebunt commoda prouentuum, & pœnarum delinquentium in ꝑsonam principis, vel proditionem cõtra principem facientium, per prædicta, & ꝑ not. per And. de Iser. in cõstitu. si quãdo. de fisco succe. for. & ĩ c. si quis hominem. §. si violator. de pace tenen. Nec etiam pœnas spretæ defensæ, quæ non potest imponi, nisi sub nomine principis. vt in constitutio. defensas. de defen. nisi in literis officiorum dicatur pęnas defensarũ spretarum, &c. arg. dictorum iurium. Et cũ officialibus concedi solent prouentus
5 officiorum. † quid tunc veniat appellatione prouentuum. vide Ang. & Inno in c. pastoralis. de dona. vbi dicitur, ꝙ verbũ prouentus est ita generalissimum, ꝙ cõprehendit omnes redditus vndecunque. & vide in c. generali. de elec. in vi. Et de verbo, emolumentum, vide in c. statutũ.

de elec.in clem.& in l.possessione. C.vnde vi.& l.cum fundus.si cer.pet.vbi Bald.remittit in l.i.§.quamuis.si cui plusquam ꝑ leg.Fal. Qui prouentus tantum æstimãtur, quantum valent deductis oneribus, secundum Bald.in l.quidam.de condit.& demonstra. & quod notatur ad l.falci.in l.quoties. & vide Andreæ.de Isern.in titu. quis dux.in §.is qui. & in §.cęteri. & in titu.de pace tenend.in vers.probare possit. vbi latè per Andrę.

a ¶*In l.diuortio.*] *Et ibidem uide do.Alex.de Imol.in ij.col.in fi.cum concor.ibi per eum si gnatis.et Firmianum in tract.de episcopo.iiij. lib & Can in c.præsenti de off ordin in xi. & glo.in uers quod gestum in fi in l.de anno. & tribu.libr.xi & per Barto.*

SVMMARIVM.

1 *Principium officij quomodo intelligatur in statuto.*

Principium officij.

CAP. I.



I potestas ex forma statuti tenetur in principio sui

1 officij † inquirere contra malefactores, quando dicatur principium? Bart. in l. ii.ff.de fur.dixit,quod habebit terminum vnius mensis, cũ eius officium duret per menses. Ange.ibi tenet contrarium, quia non inquirendo deprehenditur negligentia,ex qua punitur.vt in tit.vt differ.iud. vnde dixit semper in initio fecisse dicitur si fecit quã primum potuit, & non alias. per tex not.in l.diuortio. ff. de neg.gest. i verbo,è vestigio. & vide Bar.in l.i.§.i.ff. si quis ius dic. Quid enim sit maleficium erat occultum,vel magna varietas erat in ciuitate, quis illud maleficium commiserit,quia non debuit præcipitare ad inquirendum.l.diuus.de custo.reo. dixit idem Ange.in l.inficiendo.§.infans.eo.tit. ꝙ si de maleficio non põt rector cognoscere post tres menses, & facta fuit confœderatio iam sunt sex menses, propter cuius timorem non potuit procedi, ꝙ ex quo quotidie subest iste timor subuersionis, ꝙ poterit procedi non habito respectu ad initium ligæ contractæ,per illum text.& vide Bar.in l.iiii.de tempo.appell. & Bal. in rubr. de rer.diuisio.

SVMMARIVM.

1 *Potestas qui condemnat ad destructionem bonorum potest diuidere rem communem quã condemnatus habet cum aliquo.*

2 *Mulier habens tacitum uel expressum uigorem instrumenti præfertur fisco & nu.3.*

4 *Ius offerendi non habet locum contra mulierem repetentem dotem, eo quòd maritus uergat ad inopiam.*

Publicatio bonorum.

CAP. I.



Væro de vna vtili quæstio. & quotidiana, maritus cõmisit delictum,propter qđ bona sua publicãtur, iudex vult bona stabilia confiscare, vel illa deuastare.comparet vxor cum instrumento dotali, & defendit ista bona tãquam sibi obligata.iudex dicit, assigno tibi mobilia quæ sufficiunt tibi, vel alia bona stabilia, vel volo deuastare hæc bona,& sufficiat tibi solum,quod remanet, & valet tãtum quantũ dos, an iudex sit audiendus? videtur quod sic. per not.per

1 Bar.in l.cum alicui.ff.de neg.gest.† quod potestas qui condemnat ad destructionẽ bonorum potest diuidere rem communẽ quam habet condemnatus cum aliquo,& illam detrahere,per l.Sabinus. communi diuid.vbi Angel.tenet idem.& facit,quia solutione eius quod debetur,omnis tollitur obligatio.instit.de obliga.in prin.& quia secundus creditor offerens primo satisfactionem,auditur.l.Paulus.qui pot.in pig. Item quia videtur esse locus discussioni aliorum bonorũ debitoris fisco possidentis.C.de pig.act.hoc si debitor.ff.de euic.l.mancipium. & per no.per Bart.in l.si.si cer.per.& in l.decem.de verb.oblig. & in l.nobis.de iure fisci. Et facit,quia facta generali confiscatione bonorum mariti fiscus debet soluere dotẽ vxori,& non maritus.ff.de fideiussor.l.inter eos.§.bonis.C.ad l.Iuli.de vi.l.si tutoris. ff. solut. matrimo.l.marito. De bonis mariti etiam pro parte confiscatis tenetur fiscus pro illa parte ad dotem reddendam.& l.in lege res.§.res.de iure fisci.& sic videtur, ꝙ vxor capiat dotes de manu curiæ.& dixit Ange.in l.Sabinus. In contrarium facit,

2 quia mulier † habẽs tacitũ, vel expressum vigorem

a vigorem instrumenti fisco præfertur.[a] vt
no.in l.j.de priuil.dotis.& in l.j.de priui.
& in l.assiduis.C.qui potio.cũ simil.pro-
pterea creditor prefertur pœnis fiscali-
bus.l.i.C.præferri.pœni.cre.fisca. libr.x.
& in l.aufertur.§.quod à præside.de iure
fisci.& in l.post contractum.ff.de dona.p
Bar.nam creditor habens bona hypothe
cata potest eligere.l.quãdiu.de distra.pig.
& ff.eod.tit.l.creditoris & gl. ĩ l.moschis.
de iure fisci. ff.si tres magna,vel parua.vt
ibi,& in l.si quis post hac.C.de bonis dã-
nato.quia vxor debet præferri,vt sibi do
tes conseruentur.ff.solut.matri.l. i. extrà
de dona. inter virum ca. nuper. & l.ii.ne
3 vxor pro mari. † Ideo si fiscus inquietat
vxorem pro delicto mariti, vim sibi in-
fert.l.i.ad leg.Iuliam.de vi public.& pro-
batur in dict. l. creditoris . & quia causa
dotis præfertur obligationi pro delicto.
& de bonis damn. l.quinq; legibus.extra
de pigno.C.ex literis. de dona.inter virũ.
l.res.& ff.eod.l.sed si interim dotis fauo
re delicti.l.i.in fi.&cõsti.regni pena care-
re volentes,& de hoc fuit magna questio
cõtra officialem,qui omnino bona vole-
bat, & ita ego determinaui pro vxore cũ
mihi causa foret cõmissa per regẽ. Tamẽ
volo quod cogites in vno si ipsa vxor pos
set dicere bona mariti sunt mihi obliga-
ta,volo illa tenere loco pignoris, vel pro
alimentis.in quo vide Bar.in l.si cõstan-
te.ff.solu.matri.vbi tenet quod sic.& no.
in l. vbi adhuc . C. de iure dot. vsque ad
quantitatem dotium, & non vltra.vt ibi.
b Et adde quia Bart.in d. l. si constante.[b]
ff. solu. matri.in ver. ex his ergo respon-
4 detur.dixit † quòd ius offerendi non hẽt
locum contra mulierem repetentem do-
tem propter vergentiam viri ad inopiã,
& idem tenet Bald.in l. adhuc.per l.cum
tibi.C.q pot.vbi idem tenet Salice. Licet
Bal. in d. l. si constante.dixerit qđ sicut
maritus potest offerre , ita etiã creditor,
& vide Bal.in auth. quod locum, in v.q.
Et idem in creditore mariti ex delicto , q
nõ habet ius offerendi vxori,ex quo non
habet bona obligata. ff. de pact.l.rescri-
ptum.& l.i.C.de pe.fis. & C.de sol.l.obli
gatione. Quo casu esset in electione vxo
ris quando bona plus valerent supplere
preciũ,vel dotẽ recipere, & dimittere res.

ff.quæ in frau.cre l.in fraudem.Quæ non
videantur tibi extranea à materia syndi-
catus, quia semper vxores contra curiam
quæ vadit pro bonis mariti , comparent
contra officiales cum instrumentis dota-
libus,vt bona euadant à confiscatione,&
oportet officialem se tẽperare,vt in syn-
dicatu non teneatur. vide in c. an iudex
propter contumatiam alicuius. in versic.
contumatia.

a ¶[Præfertur] vide Paul. de Ca in consi. 392.
b ¶[In d.l si constante.] Et ibi vide Alexan de
Imol in 17 col ver item inquãtum Bar cũ cõ
cordantijs ibi per eum signatis & ibi Ioã de
Por.in iij col.

Delitera R

SVMMARIVM.

1 *Iudici excedẽti modum in exercitio sui offi-*
cij an licitum sit resistere. Et quid in prin-
cipe? nu 3 & 5.
2 *Iudici in dubio obediendum est.*
4 *Malefactor defendes se cõtra familiã potesta-*
tis potest ab illa impunè occidi.
6 *Index potest resistere literis principis continẽ-*
tibus iniustitiam.
7 *Officiales debent resistere potestati iniquè*
facienti.
8 *Resistere licet propria autoritate facientibus*
exactionem vltrà modum.

Resistentia.

CAP. I.



1 AN † si iudex , vel eius nun-
tius in exercitio officii ex
cedat modũ in exequendo,
debeat expectari syndica-
tus, vel possit sibi resisti?
2 Dic quod potest sibi resisti [a] etiã ab ami-
cis & vicinis.l. prohibitum , de iur.fisc.&
in l.contra. C. de exe.lib 12. & hoc cum
est certum ipsum iniquè agere,& manife
2 stè contra l. † quia in dubio est obediẽdũ
iudici.secundum Dyn.in regula,quod qs
lib.vi.Et dixit Bart.in d.l.prohibitum.&
in l.deuotũ.de meta. quod officialis exe-
quenti iniustè potest per quẽlibet cuius
interest resisti.& idem Cyn.in l.i.C.vn-
de vi.& Gulielm. de iust.& iur.l. vt vim.
vbi Bart. aliter dixit. & vide gl.in l.quẽ
admodũ.§.magistratus. ad l. Aq.& Lud.
in l.i.ff.de regu.iur.q dicit, qđ si officialis
faciat

faciat de facto extra officinm, potest sibi resisti impune, & idē si sit executio inrre tractabilis. per l. i. §. fin. ne quis eum. qui. Et idem si exequatur appellatione pendente, secundum Inno. in c. si qñ. de of. de leg. Et quod quo ad resistendũ cõuocare põt amicos coniunctos q ēt possunt sine vocatione venire. p no. per Bar. in l. si q̃s in seruitute. in si ff. de furt. & quod nota. in l. 3. § cum igit. de vi. & vi ar. Et est de consuetudine vt talis cui infertur violentia, clamēt, succurrite, succurrite. l. ait prętor. §. si quis aduentum. vi bon. rapto. & d. l. vt vim. & vide Bal. in l. aditos. de epis. aud. & in l. aditos. de appellat. dicentem, quod † si officialis appellatione pendente mittat cõdemnatum ad furcas, quod consanguinei possunt resistere iudici, quia per appellationē eius iurisd. est suspensa. vbi etiam dixit, quod Cardinales qui obuiāt iustitiæ habent ex pęminentia, quod aufe runt condemnatum, imo ēt alii officiales possunt & debent resistere potestati in iuste exequenti. l. i. C. de decur. Quin imò etiam assessor debet resistere officiali contra ius facienti, & regni nuntiare, quod si non faceret, punitur eadem pœna, qua ipse faciens, vt in c. regni. Item caueāt & ēt alii officiales debent resistere iudici male agenti. l. omnes. & l. iudices. de decurio, C. & Cy. & Bar. & in l. Iul. §. i. ad leg. Iul. repet. & no. in auth. iusiiurandũ. in gl. annonis. Et est capitulum reginæ Ioannæ primæ. quod incipit. Item p̃dicti iustitiarii. quod assessores debent resistere officiali, pessimæ se habenti, & scribere regi.
3 & habes in verbo, assessor. supra. † Et de hoc an liceat resistere iudici, vel principi iniquæ agenti vide Andr. de Iser. in cõst. vt participatio. & in consti. pria de homi. vbi ponit de rege, qui persequitur aliquē ut ipsum occidat, qđ põt sibi resisti, si faciat ex speciali, odio, secus si vellet occidere proditorem, vt fecit Rex Mãfredus. Et adde Bart. in d. l. i. vnde vi. qui dixit post Cyn. & gl. quod põt resisti iudici, tunc demum cum facit vltra suũ officium, & non rectè, alias si non facit rite, vt in figura iudicii, & non de facto. Tamen quo ad eum cui iudex facit iniuriam, si est periculum allatura potest resistere. ar. l. si quis prouocatus. de app. & idem Bar. & Cy. in l. ab executione. C. quor. app. non recip. quod executori qui iudicis authoritate exequitur non potest resisti, nisi talis iniuria de facto reparari non posset. Aut fine authoritate iudicia quia potest sibi resisti, alias non, si potest ciuili modo sine armis reparari. Et adde vii. q. i. c. frequenter, quod iudici põt resisti, si procedat circa sibi nõ cõmissa, & facit de iniuriis. l. nec magistratibus. Item si procedat circa sibi comissa, & est appellatum, quia post appellationem iurisdictio sua est suspensa. c. bonę. & c. de lita. de appellationib. Quod est verum, si illæ cõtra quem procedit, possideret rē, vel ius, super uno vult exequi, aliter secus, sed si non est appellatũ nõ, debet uiolenter resistere, sed appellare C. si quando. de offic. deleg. Sed tertius potest violenter resistere, quia non est cum eo litigatum, nec posset sibi aliquid imputari. C. super eo. de re iudica. quia cuilibet licet defendere suam possessionem etiam vi. c. si vero. de senten. excom. & pro sui & patriæ defensione licent oĩa, sc̃dm Inn. in c. venerabili. de sen. & dixit Bal. in l. vim. de iusti. & iur alleg. Inn. in d. c. si qñ quod si marescalchus curiæ vult aliquem capere in domo propria contra formam. l. plerique. de in ius vocand quod licite potest resisti, & manu militari. & idem in d. l. ab executione. pro quo facit l. contra. de ex. cu. & exactio. lib. 12. & dixit Inn. in d. c. si quãdo quod si delegatus procedat in sibi non commissis, quod tenetur vnde vi, & potest sibi resisti, tñ in sibi cõmissis nõ debet resisti, sed debet appellari. vbi etiam dixit, quod si iudex perperã, & iuris ordine non seruato mandat, aliquem capi, qui se defendit, & euadit manus curiæ, quod iste non dicitur resistere, sed defendere se. l. i. §. si ideo. ne vis fiat ei & l. i. §. Offidius. ne quis eum. Tamē quilibet, qui potest capi, non potest se defendere. l. si seruus. de his qui ad eccle. per Bartolus qui dicit, quod si istæ occidatur dum se defendit, licite occidetur. Tamē ista exceptio, quod potuit impune offendi ad processum opposita impedit lit. cont. d. l. seruus. & dixit Bald. in d. l. vt vim. quod licet se defendere à iudice, qui facit vt priuatus etiã manu armata, & etiam si in figura officii causæ cognitione inferat gra-

uamen

vamen reale vel personale, potest resisti,
si non potest reparari postea. Et adde q̃a
Ioan.Andr.& Hosti.in c. significauit. de
pœnit.& remis.dixit. q̄d etiā contra prin
cipem pōt quis suā defendere libertatem.
quos Bal.refert in c.i.§. i. de pac. iur. fir.
Et vide Bal.in l.hostes.ff. de c.dicentem,
quod si subditi committant in obedien-
tiam contra officialem, qui eos male tra-
ctat,quod non dicuntur rebelles princi-
4 pis. † Et adde prædictis. quod si malefa-
ctor dum caperetur vult resistere si fami
lia volens capere vtitur iure suo, potest
b occidi. b d.l. si seruus.& l. itaq; & tenet.
Andr.de Isern.in consti.terminum vitæ.
de homic. Si autem vtitur iure publico,
non videtur hoc licere.l.fina.de male. ita
Bald.in l.sed & si autem. ad leg. Aquil.&
dixit Bar.in l.fi.§.diuus.de publ.& in l. si
quis magistratui.§.si mādato.ad Silla.q̄d
si ex forma statuti rustici tenentur cape
re malefactorem, & aliquis volens cape-
re bannitū.qui se defendit,& in ipsa con-
certatione eū occidat, quod ad pœnā non
tenetur.& vide Barto.in l.sed si eximen-
di.ne quis eum. vbi dixit quod si quis li-
berat eū qui ducebatur litigatus p̄ fami
liam,qui capi nō poterat, quod non tene
tur.per l.i. de his qui latro. & per text.in
auth.vt omn.obe.iud.prouin. & idē Bal.
in d.l.Offidius.Ang. tñ dicit q̄d vbi cita
tio:vel captura prima facie erat valida,q̄
tenetur ad pœnam fisci,secus si erat nulla:
quia tenetur eximens.per d.l. prohibitū.
Quod est verum in ordinario secus in de
legato, quia non punitur eximens eum q̃
ab eo vocatur. & in c. si q̄n de of. deleg.
per Inno.quia aliter loquitur in c.i.eo.ti.
& facit tex.in l.2.C.de sportu. vbi dicit,
q̄ delegatus habet iurisdictionem cōtra
turbātes suam iurisdōnem. Et vbi allega
retur ignorantia rescripti debuit se infor
mare.c.ad aures.de temp.ordi.& l.qui cū
alio.de reg.iur.vñ si citatio erat nulla ope
exceptionis tenetur vt tanquā iudicis iu
risdictionem impediens.l. si quis ex alie-
na de iudi. secus vbi citatio erat notorie
nulla.per l.prohibitum.pro quib.facit,q̄d
no Dyn.in c.q̄d quis. de re iudi.& in l.iu
dices.C.de appel.& in l.oēs.C.de decur.
lib.x.& quod no.Bar. in l.ius eius C. de
probatio.vbi dicit,q̄d detentus iniuste au

5 fugiendo non tenetur. † Vnde q̄n iudex
officium iuste exercet non potest sibi re-
sisti.l. milites agrū.§. irruens. de re milit.
nā semper præsumitur, q̄d vigore officij
faciat.l.prætor.§. si publicanus. vi bon.
rapt.si facit quæ sine iurisdictione exerce
ri non possunt.arg.l.pro hærede.ff. de ac
qui.hære.& vide glo. in l. oēs.de accu. &
Paul.in consi.192.Adde, quod si familia
potestatis potest capere reū fugientē, vel
resistentē sine vulnere & cōmode,& siue
offensa,non dēt ipsum offendere,& si of-
fendat,tenetur,secus vbi cōmode & sine
offensa capere non poterat, quia non te-
net.l.queādmodū. §. magistratus.ad leg.
Aquil.& l.cōtinet.ff.q̄ me.cau.& d.l. ser
uus.de his q̃ ad eccle. cōf.vbi hoc tenent
Doct.& tenet Sal.in l.fi.C.de exhi. re.vbi
dixit:quod priuatus cui iudex dedit licē-
tiā capiendi malefactorē: pōt illū resisten
tē vulnerare.& plus ibi dicit si in fuga mo
riatur,nō tenet.& idē tenet Sali.in l.i.C.
de his q̃ latro. Licet Florian.in l. itaque.
ad leg. Aquil.dicat,q̄ familia tenetur si oc
cidat illū.per tex.in l.fi.C.de male. Quod
intellige:vt supra est dictū.q̄n aliter capi
non poterat. & vide pulchre Ang.in l.itē
apud Labeonē.§.adiicitur. de iniur.& in
l.non solū.§.si quis. eo.ti.vbi de milite q̃
percussit cum baculo inobedientē si ex-
cusetur.Et scias circa predicta,quod Luc.
de Penn.in d.l.prohibitū intulit ad quæ-
stionē talem.Quidam regnicola fuit ca-
ptus in bello prædonū & inuasorū regni:
qui cum aliter à carcere in quo detineba
tur euadere nō posset:occidit & vulnera
uit custodes:& euasit,an tenet de occiso?
& dixit:q̄d cū est notū detentum contra
iustitiā detineri, quod licet sibi occidere
detentores,quia si non potest aliter eua-
dere. dēt qualitercunq; potest euadere.
arg.l.nihil interest.ff. de captiui.& no.in-
sti.iusgētium: & arg.no.in l.succurritur.
qui ex caus.ma. q̃a capite punitur captus
iniuste si nō fregit carceres cum potest.
l.non oēs.§.qui captus.& q̃a licet cuique
redimere sanguinem suum qualiter pōt.
l.i.ff.de bon eor. & 23.q.3.fortitudo. &
hoc scd̄m Cano.Licet iuristæ dicant con
trariū.vt no. Dyn. in regula culpa caret.
& in regul. nō est sine culpa qui dicit hoc
verū esse etiā in capto a malis iudicibus.
& in

& in condẽnato contra iustitiã: quia licet tunc resistere cõdẽnanti; vt non ducatur ad mortẽ. qa tale iudiciũ est simile violẽtiæ latronũ, & sicut licet resistere latronibus: licet resistere malis principibus. ẽm
6 do. Luc. ibi ꝙ est singulare. ¶† Et adde: ꝙ iudex potest resistere literis principis continentibus in iustitiã. l. rescriptis. de præci. Imp. offe. & in auth. vt deter sit numer. cleric. in princ. Et si iudici præsentetur rescriptũ contra ius debet supersedere: & principi rescribere. vt not. in l. si qñ de rescin. & in l. si vendicari: de pœ. & de resistentia. & vide iu c. facientibus execu
7 tionem. ¶† Officialis ptãtis debet resistere sibi iniuste facienti. l. oẽs. de decur. li. x. vbi glo. dixit ꝙ tenet: si cogat iudicem mala proferre sñiam Et subditi debẽt resistere plato male agenti. & l. i. vt omn. caus. tã ciuil. & de ap. l. quoniã. & in auth. quo opor. §. fi. & in l. i. §. pe. de excu. mu. & l. deuotũ. de meta. & l. prohibitum. de iur. fisci. vide latius in ca. potestas seu alius of
8 ficialis. ¶† Facientibus exactionem vltra modũ põt licite resisti authoritate ꝓpria. l. contra. de execu. & exact. lib. 12. vbi dicit Bart. contra baiulos deputatos ad pignorandũ, ꝙ si accipiãt pignora vltra modum debitũ licite dẽt eis resisti: & debent puniri. & vide in l. defensionis facultas. de iur. fisci. & gl. in l. omnes. de decur. vbi dicit, qđ officiales debent resistere iudici, & subditi prælato male agenti. l. additos. C. de app. & l. i. vt omn. cau. tã ciui. & vide supra in c. i. ¶ Magistratus potest resistere cõtra inobedientem & resistentem, & si in ipsa resistentia sibi damnũ dederit, vt obediat, non tenetur. ff. ad legem Aquil. l. quemadmodũ. in d. §. magistratus. & vide quod no. in l. vt vim. de iustit. & iur. & in l. non videtur. §. qui iussu. de reg. iur. & de pig. actio. Et ideo dixit per illũ text. quod si magistratus cœpit aliquem, & ille se vulnerauit, & laqueo se suspendit, quod non tenetur magistratus ꝑ illum text. valde not. in § magistratus. & vide supra. in verbo. carcer.

a ¶ *Resisti.*] *Circa materiam huius ver. vide ꝑ eũdem in ver app in i col. & in ver. accessor. & in ver. consilium & quod ibi dixit in dict. ver appellatio in apostillis.*

b ¶ *Occidi.*] *Vide eundẽ supra ĩ ver familiaris.*

SVMMARIVM.

1 *Vicini an possint percutere impune volentem expellere aliquem de possessione sua.*
2 *Qui & quando possint ex ciuitate eyci.*
3 *Resistentia q̃ fit officialibus dẽt fieri modeste.*
4 *Resistere dicitur qui pertinaciter instit.*

CAP. II.



Xcedunt plerique executores, qui missi ad exequendũ exequuntur in locis: & in casibus: & in bonis à lege prohibitis exequi, contra quos lex prouidet, qđ liceat domino rei sibi resistere. l. deuotum. C. de meta. libr. 12. ꝑ quem text. dixit ibi Luc. de Penna. qđ licet populo resistere cũ alicui ex eis irrogatur iniuria. Et põt expelli q̃ accesserit cã hospitandi in predio alterius per quemlibet. q̃ tex. hoc ꝓbat ibi in verbo, q̃ primus venerit, ꝑ quem etiã dixi Bar.
1 †quod si quis velit me expellere de possessione mea, qđ amici & vicini mei possunt illũ impune percutere ne me expellat, etiã si per magistrũ fuerit missus talis executor, qa populus & quilibet de populo poterit illi resistere impune illũ arcendo ab illa nequitia quã cõmitti. & facit xi.
2 q. i. c. si quis Episcopus. † Sicut etiã populus põt insurgere contra vsurariũ manifestũ, & illũ ab vrbe depellere. vt no. ꝑ glo. & Archi. in c. i. de vsu. in 6. Sic etiã licet ab vrbe depellere sacrilegũ. 2. Mocach. 4. c. in fi. Sic etiã licet in populo expellere idolatriã. Leui. xx. c. etiam hæreticus ad rumorem pupilli expellitur de ciuitate. l. 2. in fin. de sum. tri. & in §. si quis aũt. sic in mathematicis. C. de epi. audi. l. mathematicos & seditiosos. xi. q. 3. c. si quis episcopus. Etiã expelluntur alii de quibus in titu. de eccle. tit. §. si qs in domo. in fi. § i. Et expellet ꝑ iudicẽ cui hoc fuit denuntiatũ. in auth. vt in priua. domi. in fi. vel dominũ domus, vbi leno moratur, & suũs propositũ agit. in authenti. leno. §. si qui autẽ. Etiam leno expellit de ciuitate. ĩ authẽ. de leno. §. sed ẽt ipsos. vbi dicit Guil. & Bal. qđ infecti & leprosi ne alios inficiãt, sunt de ciuitatib. expellẽdi. & sic ẽt vt supra dictũ est hoc locum habet si mittatur per officialem: quia cum officialis fa

cit a

cit à iure prohibita, vim inferre videtur. l. plerique. de in ius voc. aliàs nullum eſſet hoc priuilegium, vt not. in l. i. C. quando liceat ſine iudi. & facit in auth. vt liti. iurent. §. ex hoc quoq; & in ti. vt nemini. liceat ſine iud. authē. ſigna. impo. l. i. & de ope. pu. l. nemo. ff. de vſu & habita. l. ſi habitatio. §. pen. extra de exceſs. præla. c. cū ad quorundam. Nam executores contra leges, & præcepta legalia ſuum exercentes officium excedunt, & puniuntur. l. cōtra. C. de exact. & execu. lib. xii. Et prouinciales poſſunt ipſis modum excedentibus reſiſtere, vt ibi. & poſſunt impunè repelli. in auth. vt liti. iur. §. hoc quoque, & manu reſiſti contra eos. de iur. fiſ. l. prohibitum impunè. de decu. l. omnes. Quinimo poſſunt prouinciales ipſos non ſuſcipere in auth. vt nul. iud. §. ad maiorem. Et licet dicatur quod officiali apte gerenti officiū non ſit reſiſtendum, ſed obediendum. de reg. iur. l. non poteſt videri dolo. & no. de iuſti & iur. l. iii. & ſi grauaret, eſſet potius appellandum. l. ab executore. C. quo app. & de cenſi. l. qui ſe grauatos. Quod eſt verum, niſi excedat officium ſuum, vt quia habet certum officium, & intromittit ſe de alio ad ſe non pertinente, & tunc reſiſtitur. d. l. contra. & de meta. l. deuotū. qa tunc eſt priuata perſona. l. fi. de iur. omn. iudi. l. iii. de off. pręſi. & vbi non procedit ad factum non reſiſtitur ſibi, quia reſiſtētia in facto conſiſtit. l. ii. de deſerto. Vel poteſt reſiſti non obtemperando. ff. de feriis. l. i. Et vbi eſt certum quod non excedit officium, nec in officio non debet reſiſti, imo debet pareri, aliàs punitur. d. l. nō poteſt. & de re iudic. l. contumacia. §. fin. & vbi eſt dubiū, ſi eſt officialis in magna poteſtate conſtitutus, debet ſibi pareri, et non reſiſti in dubio, & non parens punitꝰ. ff. de iudic. l. ſi quis ex aliena. et in l. i. ff. ſi quis ius dicē. quia præſumitur pro talib. quod non excedant. l. i. de off. præfec. præſi. et de officio ciui. iudi. l. i. et ſi ſit in vili offi. nō pſumitꝰ ꝑ eo. & ſibi pōt reſiſti, niſi mandatum oſtendat. d. l. prohibitum. et l. defenſionis. ī fi. et in auth. vt liceat matri et auiæ. §. is quoque. et l. nulli. C. quorum
3 appel. † Et iſta reſiſtentia debet fieri lègitime non in effrenate. vt xvj. q. i. ad hæc. & quandoque manu. d. l. prohibitum. & ideo ſententia nulla non erat executioni mandanda, & exequenti non parendum. imo reſiſti poteſt officiali volēti bona capere ſine ſententia Imperatoris. d. l. prohibitū. de offi. dele. ex literis. ī gl. pe. & dicitur ꝓprie q̄s facto reſiſtere. l. ſi deſertores de deſerto. vbi dicitur, quod deſertores fugientes capiēdi, & corrigēdi ſunt. & l. j. eo. ti. q ſi capientib. reſiſtunt, vel oppugnent, puniuntur. & facit l. 2. verſi. ſi autem. de his q latro occulta. & de his q ad eccl. confu. l. ſi ſeruus. Punitꝰ aūt q̄ ſuo duci reſiſtendo manus intulerit. de milit. l.
4 milites. §. irreuerentes. † Et q̄ pertinaciter inſiſtit, dicitꝰ reſiſtere. de ſuſpec. tu. l. 3. §. tutores obiiciendo manus. d. §. irruentes. & d. l. 2. § j. de his qui latro. Et qn̄que reſiſtitur verbo, vt cū aſſeſſor reſiſtit pſidi. de decur. l. oēs. Sic ēt officiali ptātis excedenti modū in pignorādo, vel collectas exigendo reſiſtitur. Bar. in l. exactores. de exa. tri. Quinto ēt ſubditi reſiſtere & rebellare ſe poſſunt officiali eos male tractāti, & nō dicunꝰ hoſtes principis, ſed officialis. vt no. in l. hoſtes. de capti. & in ti q ſint rebelles qa officiali iniuriā faciēti reſiſtitꝰ. Iac But. in l. vt vim. de iuſt. & iure. Cyn. in l. i. vnde vi gl. in l. nō videtꝰ. de regu. iur. & in c. ex literis. de offic. deleg. & And. de Iſe. in cōſti. regni vt participatio. Etiā officialis pōt reſiſtere iudici male agēti. no. C. de decur. l. oēs. & l. iudices. Cy. & Bal. in l. lege Iul. § i. ad leg. Iul. reper. & gl. in auth. iusiur. in verb annonis. Sic etiā priuatus reſiſtit aliqn̄ officiali ꝑ gl. in d. l. cōtra. & gl. ī c. ex literis. de offi. deleg. Fit ēt reſiſtētia officiali ꝑ retentionē rei. ff. de vſu. l. nō ſolū. ff. loc. l. itē q̄ritur. §. exercitu. verſic. de reſiſtentia Fit etiam reſiſtentia excuſatori ianua domus claudatur, vt in ipſam intrare nequeat. l. cum fundus. in princi. ff. de vi & vi armata.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponēs quod offendens poteſtatem debeat capite puniri, non extenditur ad filios & nepotes.*
2 *Officialis prohibitum refirmaai in vno officio, non poterit refirmari in alio.*
3 *Refirmatus in officio an debeat bis ſyndicari.*

Refirmatio.

Refirmatus.

CAP. I.



I statutū prohibet potestatem in officio refirmari nō porrigit ad filios eius vel nepotes. nisi statutū faciat de eis specialem mentionē vltra procedendo. Bald. in l i. C. si rector prouinc. vbi dixit quod si ptās est prohibitus in officio refirmari quod hæc prohibitio nō trahit ad sibi assistentes assessores
1 milites & domicellos, qui ēt dixit † qd̄ si offendens potestatē debet capite puniri, quod nō extenditur ad filios & nepotes, nec ad collaterales nisi expresse dicatur.
2 ¶ † Si officialis prohibeē in officio refirmari nō pōt ibi ad aliud officium reforma-
a ri a Bal. in l. i. de le. per no. in l. i. de priui. schola. lib. xii. Quo casu nō poterit continuari in eodē officio cū successore per l. nemo. de asse. & l. honores. §. fina. de mu. & ho. & l. honoribus. de va. mu. Tñ officialis unius prætoris finito officio poterit se refirmare cū successore. Bar. in l. 4. C. de prin. agē. in rebus. libr. 12. Idē si potestas
b suus sit mortuus Bal. in l. diem. b functo. de offic. asses. & Bal. in l. i. C. si rector. puī. vbi dixit si potestas prohibetur refirmari, nō prohibentur eius officiales, nec etiā assessor. l. licet. vbi gl. C. de assesso. Tamen vbi vellet refirmari nō poterit, nisi prius de eodē officio syndicetur. Bar. in l. nemi nem. de suscep. & archa. lib. xi. nec aliud officiū eligi in eadē ciuitate. secundū Bar. in l. rescripto. § i. de mune. & hono. & in l j. C. vt oēs causæ. Ideo oportet refirma
c ri, quia officialis nō pōt continuare c in eodē officio cū successore. l. nemo. & l. honores. §. i. ff. de mune. & hon. & l. hominibus. de vaca. mune. Quia statim cū venit successor in prouincia deficit iurisdictio alterius. Bar. in l. i. de offic. præfect. au gu. & diximus de plenæ in principio operis & ista refirmatio debet fieri nemine discrepante. in authenti. de defen. ciui. §. si vero. nisi subesset vtilitas publica. Abb. in c. cōstitutus. de appel. vbi etiā per Mo-
3 der. ¶ † An refirmatus in officio debeat bis syndicari, & sint duo officia? dic quod sic, secus sit sit vnū prorogatū, quia vnicū est tēpus totius rationis reddēdæ. ar. ad Tertul. iō. & nō dr̄ prorogatū, nisi sit eiusdē formæ & naturæ c. is qui. de pben. in vj. scd̄m Bal. in §. proficisci. & vide Bar. in l.
d 4. dies. d de dam. infec. & quod no. in l. me mini. de aduo. diuer. iudic. Tñ capitulū regni vult quod pro singulis annis stet. xl. diebus in syndicatu, vt habes supra circa princi. in c. & mō videndū. ¶ An si officialis est in officio refirmatus singatur esse vnū officium? Bal. in l. quoc dr̄. in §. miles. de testa. milit. dicit quod sic. Quod non dicit verum in distincte, vt not. in c. is qui. de præbend. in vi. per gl. & Archidia. & Ang. in l. si qui. de bono. posses. argu glo. ibi. & vide in verbo, salarium. & in verbo, officium. in x. vbi duo officia.

a ¶ Refirmari.] *Dic tamen quod non seruatur in vsu. prout quotidie in multis & diuersis officijs uidetur.*

b ¶ In l. diem.] *Et ibi idem dicentem vide Paw. de Ca. & adde quod tunc talis officialis agere potest contra hæredes defuncti ad interesse si pro minori salario se condixit, vt ibi per Bal. & Ian de Car.*

c ¶ Continuare] *Limita ut per Lud. Pon. in fi. in ue officialis. uer. no. quod continuatio.*

d ¶. § dies. & ibi ad hoc vide omnino. do Alex. de . mo.

SVMMARIVM.

1 *Statuto disponente quod potestas non possit cognoscere de maleficijs non suo tempore commissis, non poterit cognoscere de commissis in tempore prorogato.*

2 *Officialis si durante officio fuit cessatus ab officio & postea reasumptus succurrit, intelligitur reasumptus succurrit intelligitur reassumptus cum eisdem pactis.*

Refirmatus.

CAP. I.



Ex cōcessit alicui officiū capitanei in una ciuitate per sex menses, cui concessit illas quatuor literas arbitrarias concessit sibi arbitrū ciuitatis, an si deinde refirmat sipliciter in eodē officio p alio semestre, an videat refirmatus cū illis arbitrariis literis, vel cū arbitrio? Bar. in l. meminisse. ff. de offic. pro cōs. retulit ibi Cy. tenere quod nō, quia illud officium, & arbitrium expirauit. licet dicat quod in contrarium facit. l. sed

l. sed si manente. de preca. & l. si donationem. §. si. de dona. inter virum. & sic nihil firmare videtur. Sed idem Barto. in l. i. §. dies cautionis. in princip. de dam. infec. distinxit quod aut secunda electio fuit facta intra tempus primi officii, & durete arbitrium aut eo finito, & videtur nouum officium, dicens aduertendū ad verba, quia si dicatur, eligimus eum pro futuris sex mensibus, sic nouum officium, secus si dicat, progamus alios sex mēses. allegauit gloss. in simili. in l. si vnus. §. pactus de pact. & facit dicta l. sed si manente. Et adde quod Bar. in l. quod dicitur. §. miles. de testamen. milit. dixit ꝙ si officialis refirmatur in officio, fingitur esse vnum officium dicens hoc non esse verū indistincte, per no. per gloss. ordina. in c. is qui. de præben. in vi. & quod ibi not. Archidia. & Ang. in l. si quis. de bo. pos. argu. gloss. ibi dixit idem Bal. in §. proficisci. q. xix. quod officium prorogatum. vel refirmatū est vnicum tempus totius rationis reddendæ. argu. l. ideo. ad tertul. dicens ꝙ non videtur prorogatum nisi sit eiusdem formæ & naturæ per gl. d. c. is qui Tamen Ange in d. l. dies. sequitur, simpliciter Bal. per l. sed si manente. de precario. Sed Bal. in l. si à te. C. de pac. inter empt. & vendit. videtur sequi Bar. in d. l. dies præter quā in vno, quia dixit quod sit prorogatio intra terminum fiat. cum noua qualitate & forma diuersis à primo officio, & tunc dicitur diuersum officium vt per gl. in d. c. is qui. dicens, quod vbi fuit facta sīpliciter censetur idem officium in fauoribus, & quantum ad odia censebitur diuersum & nouum officium per l. cum quidā.
1 de libe: & posthu. vbi subdit quod † si statuto cauetur quod potestas non possit cognoscere de maleficiis non suo tempore commissis non poterit cognoscere in tempore progato de commissis primo tempore ante prorogationē liberationis. Qui etiam dixit l. perendæ. C. de temp. in integ. resti. quod si est præfixa metu iudici nō expedienti causam intra certum tempus ex facto potestatis, potest illud tēpus prorogari, ita quod non incidat in pœnā & Ludo. in l. dies. sequitur Bar. in d. l. si à te. per l. per retentionem. C. de vsur. & de Arbi. l. Labeo. §. fina. & C. loca. l. si cū Hermes. Licet Bal. dixerit contrarium in l. si cōstante C. de dona. ante nupt. vbi dixit, quod si pro aliis sex mēsibus prorogatis assumitur noua lege, vel nouo pacto, dicitur nouum officium per Docto. c. is qui In dubio intelligitur eadem lege, vel pactis progari. argu. dict. l. cōstāte. & ff. de pact. l. cū inter. §. inter. patrē dicēs ꝙ si durāte tēpe fuit cassatus ab officio, & postea fuit reassumptus in officio, intelligit reasumptus cū eiusdē pactis. l. pē. §. vxor. ff. solu. matri. q hoc bene pbat. Et dixit Bal. in l. Titius. §. si ita. de excusationi tutorum. esse vnum officium, si prorogatur cum eiusdem capitulis, alias secus. tñ si in priuilegio capitaneatus dicatur pro sex mensibus, & deinde inantea vsque ad nostrum bene placitum, tunc dicitur perpetuus per l. iurisperitos. de excusation. tutorū. & l. sufficiet. de cōdictio. indeb. Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. de noui. ope. Cyn. in l. quisquis. C. si cert. peta. Et ideo tunc si fieret prorogatio officii tacite, quia princeps permitteret eum exercere officium post sex menses de alio non prouidendo siue expresse concedendo officium pro aliis sex mensibus, puto quod videtur cum illomet arbitrio prorogare, quia a principio videtur prorogatū ratione beneplaciti per iura prædictarū vt Bar. dixit vis est in verbis. & uide Bar. in l. item quæritur. §. qui implet. ff. loca. vbi aliquid. de illa materia. & supra ī verbo, fideiussor. c. an si officialis fuit electus vbi de refirmatio, & eius fideiussor. ¶ Nullus debet in officio refirmari antequam primus rationem reddiderit. vide in verbo, syndicatur. in c. syndicatur etiam officialis si aliquo tempore fuit in isto officio An remotus ab officio possit ex causa ibi refirmari. vide in d. c. syndicatur.

SVMMARIVM.

1 *Officialis simpliciter remotus an præsumatur remotus ob dolum vel culpam.*

Remotus ab officio.

CAP. I.


AN officialis remotus ab officio dicatur amplius officialis, ideo ꝙ statutū de officiali verificetur in eo? vide supra in ti. de officio syndicato-

syndicatorum in c. fina. circa principium capituli. ¶ An remotus ab officio ratione delicti possit ad illud officium aspirare? vide supra circa principium operis. in c. syndicatur etiam officialis si aliquo tpe fuit in isto officio latus. ¶ An remotus pp inhabilitatem personæ, vel propter vitiũ aspiret ad dictum officium, vide ibidẽ latius. & in verbo, delinquens in officio.

¶ Officiales inferiores remouentur leuato velo, vide in verbo, appellatio. in c. an à sententia ita contra officiales. in verbo, potestas. infra vbi, an potestas possit remouere officiales inferiores. ¶ Remouetur officialis propter negligentiam, propter securitatem propter delictum, & ꝑpter enormia. vide in verbo, negligentia. in c. an officialis negligens. & in c. seq.

2 ¶ †An officialis simpliciter remotus videatur ob dolum, vel ob culpam remotus: si nihil in sententia dicatur? vide Bar. in l. nec enim. de suspec. tut ff. vbi dixit §. prætor. quod prohibitus gerere dicitur remotus. vbi etiam an causa remotionis ab officio sit ciuilis vel criminalis, adeo quod in libello debeant obseruari solennia. l. libellorum. & in l. i. eo. tit. de suspe. tut. ¶ Remotus ab officio propter delictũ nunquam redibit ad illud. vide in verbo, delinquens in officio. & in iuribus ibi allegatis ¶ An officialis præsumatur remotus culpa assessoris? vide in verbo, assessor. c. an si præses est remotus. ¶ An statutum de offendente officialem habeat locum in eo, qui offendit de proximo remotum ab officio. Alb. de Rosa. in tracta. statu. dixit quod sic. per l. ordo. de publi. iudi. & melius facit l. fi. de decu. vbi remotus à dignitate habet reliquias proximè

a dignitatis.[a] & l. pen. C de quæstio. facit l. frustra. de senten. passi. licet sit dubium, quia qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundum tempus, & actum verbi. in l. in delictis. §. si detracta. de noxa. & l. habebit. de instit. cum simi. & sic non habebit locum in remoto, de quo lex non est locuta. l. si vero. §. de viro. sol. ma. & l. cui. §. affi. de postu. non oportet dicta iura cauillare, quia ibi lex expresse hoc statuit de remoto. & facit de hoc tex. in c. i. de vasa. quia cõtra cõstit. Lothar. vbi vasallus liberatus à vasallagio non tenẽ defendere dominum. & hoc tenet Lud. per ista iura. Sed ego distinguerẽ, aut offendat cõtẽplatione gestorũ in officio, aut non. vide de hoc supra ĩ ver. offensa officialis. & ĩ ver. durante officio. in c. statutum puniens.

a ¶ *Dignitatis.*] *Adde eundem supra in uers. & non licet. & quod ibi dixi in apostil.*

SVMMARVM.

1 *Iudex laicus molestans clericum est excommunicatus.*

2 *Verecundia illata delinquenti, est pœna.*

Remissio.

CAP. I.



OFficialis remittens aliquem ad proprium iudicem cum ignominia, vel cũ aliqua re, vel cathena in collo, vel clericũ cũ mitra, quem punire nõ poterat, dr̃ cõmittere vim publicã. tex. vbi Bar. in l. lege Iul. de vi pub. licet Bal. dixerit in auth. si vero. C. de bo. aut. iud. po. ꝙ põt ipsum mittere ligatũ, dũ tenet remittẽs malefactorẽ remittere associatũ, & periculo sui officii, alias si neglexerit ipse & sui officiales tenenẽ pœna triũ librarũ auri. in auth. vt nul. iud. §. si quis vero. Et vide in auth de man. prin. circa fin. ꝙ remittens debet ipsum remittere ẽt cõfessum, & cõuictũ, vt not. in l ii. C. vbi de cri. agi opor. & in auth. ibi posita. quæ nota. quia quidam regens qui remisit clericum cum cathena in collo ad episcopum fuit priuatus officio. & adde Andr. in d. l. Iul. idẽ esse si remittat clericum cũ aliquo vituperio, puta cũ tubis sonãtibus, quod dicit vidisse in Perusio. Et dicit Ang. in tit. de defen. ci. ad fi. ꝙ officialis põt mittere malefactorẽ ad proprium iudicẽ cum cathena ligatũ, quę no. quia faciunt ad limi. eorum, quę dicit Bar. in d. l. in lege. vt Bar. loquatur qñ faceret ꝑ ignominia remissi non pro custodia. Et adde quia Domi. de sancto Gemin. in c. si iudex laicus. de sen. excom. in vi. dixit, quod si iudex laicus clericum remittat ad Episcopum ignominiose cũ aliqua verecũdia, qđ punitur, qa inferens aliquam verecundiã magnã pœnã dicitur inferre. de pœn. dist. i. c. quem

1 pęniter, vers. debet enim. & †iudex laicus faciendo molestiam clerico est excommunicatus. c. nuper. de sententia excommu. in vj.

in 6.& 18 q.4.si quis suadēte.ergo potest
2 puniri.dominicus ibi. † Et adde quia inferre alicui verecondias pro delicto est pęna.tex.in c.cum dilecti.de accusa.pudor in leuibus delictis habetur pro pęna. glo.2 quæst.8 quisquisquis. Et aliàs magna pena est hominū priuari commercio.gl.in c.ex eodem de sententia excommu.in vj.ver.dignoscit.& vide in c.apparitor.q cipit clericū supra i verb.clericus.

Redditio rationum officialiū.

CAP. I.



SI aliquis officialis destinat ad aliquā necessitatem tributo cum vel functionē ꝓ curandā in aliqua prouincia, debet intra annū cōponere, & ordinare rationes officii sui, & eis collectis redire ad iudicem, qui misit eum offendēs qđ exegit,& quod residuū est, & quis est debitor eorū residuorū, & cuius culpa, & ex qua causa tale residuū in ipsa prouincia est debitum. Si autē anno elapso reperiatur prædator in ipsa ꝓuincia insidias morari, & tunc exutus punieur in x.lib.auri.& elapso anno per pręsidē illis prouinciæ mitti debet admittentem ligatus vinculis ferreis per officiales alterius prouinciæ.ne se poterit excusare quod finito anno alterius officii sibi commissi occasione moreē ibi, q omnis est sibi sublata occasio, quia possit in eaē ꝓuincia exactionē cōtinuare,tex. est q oia sic dicit i l. fine. C.deexac.lib.12.tribut.

SVMMARVM.

1 *Officialis finito officio tenetur stare ad syndicandum & reddere rationem officij.*

2 *Iuramēto e pēdētis stat i valde minuse xpēsis*

CAP. II.

1 

OFficialis † finito officio suo tenetur stare ad syndicandū reddere rationem officii,et reliqua restituere, ac cōputum ponere.l.ordinariorum.de choarta.& tenetur propterea librorum aut volume rationū assignare, dict.l.ordinariorū. Et libri rationū aliquorū appellatione continentur.ff.de manumissis testamento.l.si ita fuerit.§.penul. in reliquis.& de tute. & ratio.l.prima §. officium. de condi. & demon. l.si cui. & l.cū seruus.ibi legem dos offerre primū & deinde computandos &c. corpora itaque rationum etiā si quis ex officio res, aut pecunias detinet restituere de singulis & instruere debet.ff. de fideicommiss. liber.l. si pute.in fi. Quod etiam rationes ipsæ sunt in membranis scribendæ.ff. de eden.l argentarius §. edi. Quinetiā docere debet oīa fideliter se gessisse, & quod nihil subtraxit ex his, quæ administrauit neque aliud quamuis veritatem in rationibus scripsit.ff.de conditi. & demonstrationib.l q sub cōditione. & l.cum seruus. & de lib.legat.l. creditor. post princip. Debetque officialis qui ponit fisco rationem de officio gesto per eum cauere ꝙ iura fisci sea negligentia de perire non fecerit secūdo Bar.de Capua quia ad hoc inducit. ff.solut mat.l. si filio.§.maritum. de pig. act.l.creditor. imo de his cauere deberet prius quā officii administrationem accipiat Et adde quia Bart. in l. comperimus C.de naui.dixit quod modus rationum conficiendarum ab officialibus qui multa recipiunt & multa transmittūt ad alios est quod debent scribere a quo recipiunt nominatim,& ex qua causa:l.apparitores de exa.tri.& cui dederunt nominatim.l. meminē.de exa. & arc. & debent ponere
a etiam diem a receptionis.l.cōperimus. de naui.lib.x. quia si illa singulariter scripserunt nō reddita ratione, quia nō vr posse comprehendi si aliqua machinatio facta
4 est,vt dicit textin d.l.neminem. † Quod est verum,nisi in expensis salde minutis de quibus statur iuramento expendentis l.scimus.§.in cōputatione de iure deliberādi,& de donationibus.l.si qs ꝓ redemptione ita Bart. in d.l.cōperimus. Et ideo administratores qui nō reddiderunt domino plene rationes,& non perfecti omnia q ex publico acceperunt in libro scripserunt, appellantur prædones, & condemnantur in quadruplum,secundū tex. in l.excellenta.de ero.mili.anno.lib. 12.licet aliquibus libris dicatur in duplum.& & in l.Paupo.§. ex facto. de acquir. poss. & facit quod habetur in l.iul.§. proinde. ff.ad macedon. & in l.iii.§. suffi. de contrario iudi.tute.c. quod teddens rationes videtur habere animnm fraudandi, quando tempore rationum reddēdarum aliquid

aliquid celat. vnde gerens animo fraudandi non obligat dominum, nisi factus locupletior vt not. Bartol. in l. si pupil. §. sed & si quis. de neg. gest. Debent etiam isti libri continere introitum & exitum. l. actuarij. de ero. milit. anno. & d. l. excellentia. Et quamuis depositis in introitu stetur contra se. de admini. tut. l. Lucius. §. tutor. & de deposi. l. publia. in fin. tamen de expensis in exitu positis non statur pro se, sed illa debet probari. de condi. & demonstr. l. qui sub condi. & hoc in ratione scripta non potest esse aliqua ratio non scripta. l. libertatis. in princ. de sta. liber. Tamen an stetur libris istorũ administratorũ, quãdo reperitur aliqua partita nõ vera, sed falsa. ita ꝙ in totum præsumatur contra libros. cogita nunc.

a ¶ *Etiam diem.*] *Adde do. Alex. de Imol. in cõsil. clxxx. ij. parte.*

SVMMARIVM.

1 *Baro an teneatur de robaria facta in suo territorio et an & quando dominus vel ciuitas teneatur emendare danna facta in suo territorio. & numer 2. 3, 4. & 5.*

6 *Confessio in qua est præsumptio fraudis vel simulationis non operatur effectum.*

7 *Confessio vnius non nocet tertio.*

Robaria.

CAP. I.

1 AN † baro vel officialis teneatur de robaria facta in sua iurisdictione, vel in suo territorio, non reperio iure cautum quòd officialis teneatur, nisi fuerit conscius & prohibere valens. argum. infra dicendorum, nisi etiam ipse iudex fuerit dominus territorij, vt dicit Barto. in l. j. de incen. rui. nau. per tex. & glo. ibi, vbi dixit, quòd tenetur in simplum si fuerit sciens, non si ignorans. Hoc ideo quia tenetur ad custodiam sui territorij, Licet glo. in authen. vt nulli iudi. §. quoniam. & Iaco. de Bel. ibi teneat contrarium, ꝙ dominns territorij nõ teneatur, & non bene dixit Bart. in d. l. j. idem iuris esse in domino vnius predij, si est sciens & valens prohibere. per l. j. in fin. si fami. fur. feci. dicatur. & quia etiam dominus loci particularis tenetur custodire locum. l. j. §. j. de fal. mod. & de his qui deie. l. j. §. domini. Nisi esset homo ita modicæ potentiæ, ꝙ hoc prohibere non poterat, quia non tenebitur, dicens, quòd id quod dicitur de domino vniuersali alicuius castri, esset idem de vniuersitate, quòd ipsa teneatur in simplum, si fuerit sciens & prohibere valens. Licet glo. in d. §. quoniam. videatur dicere contrarium. Licet alias sola scientia nõ faciat quem teneri de maleficio. l. scientiæ. de pact. & l. j. ff. si fami. furt. feci. dica. Et intelligitur vniuersitas scire quando est factum maleficium, ita palam, quòd maior pars vniuersitatis sciuerit. argu. l. quod maior. ff. de administ. secundum Bart.

2 † Tenetur etiam dominus emendare omnia damna passo in suo territorio, quando ipse

a exigeret passagium[a] à trãseuntibus per suum territorium. secundum Odofr. in cap. j. quæ sunt regalia. alleg. Archi. 44. q. ij. si quis romipetas. quem sequitur Bald. in c. j. qui feu. dar. pos. & in c. de pace iuram. firman. §. conuenticulas. in authen. habita. C. ne filius pro pat. etiam si fuerit ignorans. Et in regno est constitutio si damna clandestina, quòd vniuersitas tenetur de robaria facta in suo territorio, non autem furto facto per speciales personas, vt in cap. reg. Caroli II. quod incipit, si dicto. & de hoc vide Andr. de Isern. in constitu. regni super incisionibus. Et licet dicatur quòd dominus tenetur de dano illato in suo territorio. Non habet locum quando

3 trasiens errauit † viam & iuit extra stratam. & ibi fuit disiobatus, quia non tenentur custodes deputati per dominum ad custodiam viarum, secundum Bart. in l. pen. §. in summa. de his qui deie. Et adde quia fuit disputatum, si ex forma statuti ciuitas tenetur ad emendam passo, vt est in regno in constit. reg. si dãna clandestina, an tunc excusetur vniuersitas si fuit damnum illatum ab inimico suo de nocte? in quo Ludou. Roma. in consil. 17. dixit quod excusabitur, quia alias non constet de malefactore, in specie tamen probabitur si constet quod damnum passus inimicum capitalem habebat in ciuitate, quia præsum quod ille inimicus dederit damnum. arg. l. j. §. cum alijs. de quęstio. & Spe. in titul. de præsump. §. j. in 4. colum. & idem Bart. in fin. de quæstio. Quod etiam probari poterit ex confessione illius inimici etiam parte absente quę in criminibus facit iudicium ad torturam. l. capite quinto. de adult. & de ædil. edict. l. quæro. §. fi. Et etiam ex fama, quæ verisimilitudines faciunt aliqualem probationem. per not. in l. 3. §. eiusdem. de testi. & extra c. veniens. ad Silleian. l. excipiuntur. de excus. tutor. l. tertia. §. ætas, cum simi. Quę probationes probant, licet sint diuersi generis in casu difficilis probationis. l. si cũ exceptione. §. in hac. quod met. cau. & facit c. cum causam. de proba. & c. pœna de test. licet sit dubium, an alias coniungantur,

tur, vt in d.§.ętat.& in l. admonendi. excu-
4 sabitur † etiam ciuitas, quia de nocte factum propter quod homines in dolo, nec culpa fuerunt, quia licuit ignorare.arg.d. §. in hac. & l.j.§.occisorum.ad leg.Aquil.vbi Bartol.hoc videtur tenere de seruo, qui domino non auxiliatus est occiso de nocte. & ad Silla.l.si quis in graui.§.subuenitur.& arg.l.si ideo. de his qui. vt indi. vbi Bal.hoc decidit, quòd licet custos teneatur de danno in iure custodito. l.si mercedem.ff.de loca.& l.iij.§. effracturæ. de officio. præfect. vrb. & quod not. Angel. in l.final.de custod.reo.attamen non tenetur, quando dolo seu negligentia non accidit.ff.loca. l. si quis domū.in l. Imperator.& facit ff.
5 nau.cau.l.item ait §.sed si gratis.ff.† vbi non tenetur de damno, qui ignorauit & prouidere non potuit.& per l.fin.de decre. ab ordin. & gloss.in l. ne quid.de incen. rui.vbi possessor non tenetur de damno dato in suo fundo, si ignorat,& etiam vbi nō potuit resisti damnū dantibus.de prædi.mino.l.obes.vbi gl.secūdū Lud. Quibus adde quod si occisus in ciuitate in qua est præsens eius inimicus capitalis pręsumitur ab illo occisus.per no.per Specu. in d.titu.de præsum.in §.j.secundum doct.in l.j.§.conditio.ad Sille.vbi etiam Lud. Et vide Pau.de Cast.in consi.364.vbi dixit, quòd in causa huius statuti, si quis est damnum passus sui culpa, ꝙ recuperabit à ciuitate, q a ipsa succedit loco dantis damnū, quia cum sit in dolo non excluditur quis propter suam culpam.ad leg. Aquil.l.item si obstetrix. §.fin.vbi tenuit quòd hoc statutum non seruabitur cum foré si, quod non videtur verū quod pro nūc omitto.vbi etiam consuluit ꝙ si damnū passus in hospitio istud recupauit ab hospite, ꝙ hospes nō recuperabit à ciuitate.arg.iudicis qui recuperauit à parte.per no.in l.mancipia.de seruis fugiti. Et in regno inoleuit pessima practica quando isti casus succedunt vniuersitas reperit vnum pauperem, & facit illum confiteri, ꝙ ipse fecit illud homicidium,& sibi dant pecuniam, & ille deinde aufugit, & dicunt repertum esse malefactorem, qui hoc confessus est, tamen ista practica impugnatur, quia Iac. But.consuluit Parmæ, quod si in hoc casu is qui dicitur damnum dedisse miserunt epistolam potestati, ꝙ ipse dedit hoc dānū, ꝙ talis epistola in pręiudiciū dānū passi nō tenetur, quia ista confessio non potest nocere damnū passo, sed confitenti.ff.de interrog.act.l.de ętate.in j.responso.de proba.l.executio.& in authen.de iureiur.à mo.pręsti.& quia fuit cōfessio facta absente damnū passo, & sibi non debet nocere.l.certū.§.si quis confesi.l.fi.de interrog. act. Et confitenti tanquam inimico damnum passi non creditur.ff.de q l.j.& §.q. de alimen.leg.l.3.qui concludit quòd tali epistolæ non creditur si per partem fuerit contra dictum, quia postea non poterit in sui fauore, vti, quia visus fuit impugnare eam.per not.in l.post legatum.de his quib.vt indig.& vbi nō fuerit contradictum, sed acceptate probat.per not.in l.si filius.ad Mace.quod est per tacitur nitatem.& in cle.j.de procur.& faciunt not. per Bar.in l.Titius.de const.pecu. Quæ sunt vera, nisi ex indicijs appareret veram esse talem confessionem, per ea quæ supra diximus. Et etiam cum illa fuga non concurreret talis verisimilitudo, nisi ꝙ ex hac causa fugerit quia corruptus, vt confiteatur & fugiat. per not.in l.in lege Cornel. ad Sillan. & per Bartol.& §.dicenda quia istis confessionibus iudex non debet statim credere, nisi verificentur.ff.de quæstio.l.j.vbi singula.text.in §. fin. Et faciunt not.per Bart.in l.Deo nobis.de
6 Episcop.& cleri.vbi dixit,† quando in confessione inest præsumptio fraudis, vel simulationis non operatur effectum. vbi dixit idem Barto.& idem Bald.in l.ij. C.sed quando licet ab emp.disc.Facit quia dicenti se commisisse barattariam cum aliquo sibi non creditur contra illū.auth.sed nouo iure.C.de pœna.iud.& Bar.ad Sill.l.j.§.illud & de fur.si is q §.si tu.
7 per Bart.† Et generaliter vnius confessio nō
b nocet tertio. b ad Sillan.l.Seia.§.mancipia.& Bartol.in l.si perlusorio.de appel. dixit quòd confessio principalis, non nocet tertio venienti ad causam. Confessio enim extraiudicialis debet habere verisimilitudines, vt in l.capite quinto.de adul.vbi cum confessione fuit visio, & deprehensio in loco. Bald.in l. bonæfidei. & in l. admonendi. de iureiur. & sic est per prædicta euacuata supra practica quam sæpe vidi fieri in hoc regno.

a ¶ *Passagium.*] *adde l.in c.postulasti. in iij. col.vers ex istis circa prin.versi de foro compete & quod ibi dixi in apostill.*

b ¶ *Tertio.*] *Quo casu autem non præiudicet tertio.uide Fel.in c i.ij col in uer quinto limita. circa medium.uersic. de fide instrumen.*

Represaliæ.

CAP. I.

QVIDAM dominus ciuitatis fecit iniustitiam, mercatori sibi, contra iustitiam certam pecunię quantitatem occasione

occasione, cuiusdam accusationis, de qua non constitit, auferendo. & sic contra l.i. & 3. ad leg. Iul. repetnd. & in authen. de iudi. §.i. & l.2. in fin. de condi. ob turp. cau. & c.i. de re iudi. in 6. Modo hic mercator in alia prouincia, vel in propria vult sibi ius dicere contra istum dominum, vel suos subditos pro dicta iniustitia, an possit? dic quod non, quoniam licet ad hoc iste mercator esse potens, non liceret sibi authoritate propria ius dicere l nullus. C. de Iudæ. l. extat. quod metus cau. & l.i. ne quis in sua causa. & l. de priua. carcer. sed debet recurrere ad superiorem dicti domini arg. l.i. & 2. vbi sena. vel clarissi. & in auth. vt diffe. iudi. circa mediũ & propter hanc iniustitiã non debẽt conueniri subditi eius in auth. vt nõ fiãt pig. col. 6. & in l.i. C. vt nullus ex vica. & in auth. habita. & in c.i. de iniur. & damno dato. Quod est verũ si ad superiorem recursus haberi põt contra dictum dominũ, q iniustitiam illi fecit, & vbi non potest haberi copia, potest sibi ius dicere. l. si alius. §. bellissime. vbi Bart. ff. quod vi aut clam & in d. l. nullus. cum gl. & quod no. Innoc. & in cap. olim. lo. j. de resti. spol. Et Inno. & Cano. in c. postulasti. ponunt si pro delicto commisso per non subditum cõtra dominũ, vel eius subditos si potest ipse dominus restringere bona delinquẽtis, quæ sunt in suo territorio. & ad supra dicta vide Bar. in l. hostes. de captiuis. & in l. j. in 2. col. de ser. & aqua. & in l. si quis ad se fundum. ad leg. Iul. de vi. Et potuit impetrare represalias contra subditos dicti domini. ꝑ id quod habetur in auth. si vero dominus. de hęredi. C. & per not. in d. l. ꝓ hærede. & si quod de acquir. hered. & Bar. in tract. rępresa. & in simil. & vide Ange. in consi. suo 120. ¶ An & quando repræsaliæ possint concedi officiali qui in terra in qua fuit officialis extitit iniuste cõdẽnatus in syndicatu. vide supra in ti. de off. syndicat. ĩ c. qdã de regno Sicilię.

De litera S.

SVMMARIVM.

1 *Officialis vnus si sit positus loco duorum cum salario consueto habebit vtrunque salariũ.*

2 *Doctor dans vocẽ in vtroque iure an debeat habere duplicatum salarium?*

3 *Tabellio pro prima scriptura debet habere vnum salarium & aliud pro exemplari.*

Salarium.

CAP. I.



AN si capitaneus creatur in ciuitate ad certũ annum salarium sibi deputatum, deinde percipit, vel habuit aliqua emolumenta, puta pro examinatione testium, pro pedatico, ꝓ tricesimis pro luminariis & candelis, pro sigillo, an ista emolumenta sint sua, vel domini qui creauit ipsum officialem? Dic quod primo standum erit cõuentioni factę inter ipsos. ff. de var. & extraor. cogni. l.i. §. si cui appareat. nam domini, vel ciuitates aliquando creant officiales ad gagia solita, & cũ promissionibus limitatis. aliquãdo quod habeant prouentus & emolumenta officii, aliter conueniunt. & propterea aliquando ponunt ærarios in exigendis prouentibus, & mulctis, & aliis q̃ ex iurisdictione proueniunt, & vbi pactũ non apparet, stabimus consuetudini. arg. l. licet. C. loca. vt ibi Bald. in l. fundus. de euic. & idem Bal. no. in l. binos. C. de aduoca. quæ consuetudo est, quòd ista extraordinaria præter multas, & pœnas, & tricesimas sint officialium, quia ipsa habent ex operibus & labore personę vltra regimẽ officii & sic seruabitur consuetudo. Et vbi diceretur in electione ipsius quod ordinatur officialis cũ gagiis solitis & consuetis, tunc si salaria consueta essent difformia, quia hactenus cõsueuit esse ccntũ florenorũ, & postea ducẽtorum, intelligetur salarium longo tempore consuetũ, non illud quod est duobus annis, vel tribus pręstitũ, quia cum de consuetudine facimus mentionẽ intelligitur de lõga consuetudine. extra de elect. c. Cumana. Tamen melius dicemus, ꝙ inspiciantur proximi præcedentes anni, & ad illos sit relatio. l. Mella. §.i. de alimẽ. lega. ẽm
1 Bal. in d. l. binos. vbi dixit † quod si loco duorum est positus vnus officialis cũ salario consueto vel simplr ꝙ habebit vtrũque salariũ, qa gerit officiũ cui salariũ est annexum. in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. illud. lo primo. nã q̇ gerit duplã curam dẽt habere duplicatũ salariũ, scd'm

glo.in d.§.illud.& in d.l.binos. tenet hoc etiam Ioan.Andr.in c.cum olim.de re iudi.in nouella.

2 † Sicut Docto.qui dat vocem in vtroque iure qui habet duplicatum salarium.secundum Bald.in l.si quis ad scribatum.C.de appel.& in prooemio.C.Et vide Ang.in d.tit.vt iudi.sine quoquo suffr.& in authen.vt deter.si numerus.cle.& aliquid per Bar.in l.si conuenerit.in §.i.de pigno.actio. vbi quando vna prouincia adijcitur vni regno,& qñ officialis eligitur per ciuitatem, vel dominũ ciuitatis ad officium cum gagijs solitis & consuetis,si deinde pro seruitiis ciuitatis mittatur ad Regem extra prouinciam, an debeat habere aliud salarium pro illo accessu? fuit de facto in Apulia,quia illud salarium repetebatur ad officiali in syndicatu, & syndicatores ꝓnunciassent cõtra officialem,quòd tenebatur ad restitutionem illius salarii. Ego cum causa fuisset introducta per supplicationem consului contrariũ,quòd debebatur sibi aliud salarium,quia gesserat vltra administrationem officii aliud officium,scilicet legationem pro ciuitate nõ coherentem officio suo per iura supra alleg. Non obst.tex.in auth.vt nul.iud.in §.nullus.colla.ix.& in auth.scriptum exemplar. in l.2.c. fina.& in titu.de manda.princip.§.illud & in §.non permitas.& de iudic.§.ne autem. in quibus dicitur, quod salariatus à publico nihil debet recipere, & cum vadit,per ꝓuinciam sibi decretã,& etiam extra ꝓuinciam debet suis sumptibus militare & nõ alienis, quia illa iura non attingunt casũ nostrum qui est quando proficiscitur extra propriam prouinciam non pro exercitio suę administrationis & officij, sed ꝓ alijs negotiis ciuitatis, extraneis ab officio,vel tanquam ambasiator,quo casu videtur licere sibi recipere expensas vel salaria,quia non fuit salariatns pro hac causa.& facit qđ no.extra de vit. & honest. cleric.c.cum ab omni specie mali. & in c. nonnulli.de rescrip. Et cum sibi aliud officium scilicet legationis ad priucipem iniungatur, debet & aliud salarium habere per iura primo loco alleg. Non ob. quod dixit Spec.late in tit. de salario.§.i. quia loquitur de iure cano. & in ordinario habente beneficia qui cum vadit per prouinciam sibi decretam, nihil debet habere, vt ibi. secus in officiali,qui mittit ad principẽ ex causis extraneis extra officiũ suũ, quia ꝓ illo accessu habebit aliud salariũ. per no.in authen.vt iud.sin.quoq. suffra.§.illud & quod no.ff.de condi & demonstra.l.qui duobus. vbi Bal.& idem in d.l.si quis ad scribatũ.de appe.& in l.2.com mu.de leg.& Ioan.Andr. in c.cum olim. de re iudic. Nam geminato labore salarium crescit.d.§.illud.& d.l.qui duobus. & facit text.in l.fin. C.de princip. agent. in reb.

3 † vbi tabellio pro prima scriptura debet habere vnum salarium, & aliud pro exemplari. ita etiam consuluit Lud. in cõs.25. Quare Episcopus legatus vtrũque percipit, vt Episcopus& vt legatus. c.officii.de testamen.& c.requisisti.d.cap. Raynaldus.versi. de perceptione duarũ quartarũ.Lap. latius iu allegatione.89. ꝓ multa iura.& facit tex.in authentic.vt determinatus sit nume.cle.per quem dixit Ange.ibi,quod si duo officia vniantur, & vni tribuantur,debebitur sibi salariũ duplicatum

a [a] vtriusque officii.vbi etiam allegat Guliel. de Cuneo in l. item si fundus.ff.de vsufru.& ibi Cyn.in additio. & & idem Ang.in d.§.illud. in titu.vt iudi. sin.quoq. suffrag. dixit, quod si vni duo officia conferuntur,vel vniuntur,quòd ille habebit duplicata salaria.licet text. in d.§.non permitas.faciat in contrariũ.vbi dixit Ang.quod milites qui proficiscuntur de vna prouincia in aliam de mandato principis,debent esse contenti de eorum salario, & de illo sibi facere expensas,nisi plus ea occasione expẽdat, ꝙ intelligitur, nisi vadat ad aliam prouinciã sibi nõ cõmissam,& extra officium suum, non pro negotiis officii sui,sed extraneis per iura supra alleg. & vide in c. iudices & milites quibus.

a ¶ *Duplicatum.*] *Adde Paul. de Castr. in l. sic eadem.de assessori.Bal in simili in c.i. vlt.col. de feu guar.*

SVMMARIVM.

1 *Forensis delinquens in ciuitate potest puniri ibi authoritate publicarum legum, & secundũ formam statutorum.*

2 *Delinquens potest puniri pro delicto alibi commisso, et i loco originis, et in loco domicilij*

Potestas.

3 *Potestas qui habuit dispensationem à superiore quòd non teneatur tenere assessorem, an possit petere salarium pro Doctore.*
4 *Potestas an teneatur soluere capisoldum de suo salario.*
5 *Salarium debetur potestati quousque venerit successor.*

CAP. II.



Facta est electio potestatis, cui est prouisum salariũ à ciuitate de camera ista pro ventus ciuitatis. modo accidit, quod Rex commisit potestati, quod caperet nonnullos exteros, qui commiserant delicta in territorio dictæ ciuitatis, qui moram trahebãt extra districtũ & iurisdiictonem illius ciuitatis in loco originis, vel domicilii eorum, qui accessit ad illos cœpit, & duxit ad illam ciuitatem, in qua delinquerat, & in qna erat officialis, & ipsos cõposuit in centum vnciis, quas suis commodis applicauit, modo in syndicatu ciuitas petit istas centum vncias à potestate vigore conuentionis habitæ cum eodem, qđ prouentus essent ciuitatis. quæritur modo quid iuris? Et primo videtur, quòd iste prouentus applicetur vniuersitati et primo: quia licet isti exteri, alias nõ sint de iurisdictione ipsius potestatis, & in nõ subditos non possit dici ius. l. fi. de iurisdictione omnium iudicum. Tamen ratione delicti sunt effecti de iurisdictione iudicis, in qua deliquerunt. l. i. & 2. C. vbi de cri. agri. oport. & in auth. quia in prouincia. eod. titu. & in l. 4. C. vbi decuriali, vel
2 cohartali. vbi dicitur, quod forensis † delinquens in ciuitate potest puniri ibi authoritate publicarum legum, & secundũ formam statutornm. & late in l. cunctos populos. C. de sum. trinit. & fid. cathol. & in l. si cui. §. fin. de accusationibus. Pro quo etiam facit, quia isti delinquentes erant remittendi ad locum delicti commissi illo iudice postulante. in authen. vt nulli. iudi. §. si quis vero comprehensorũ & in auth. si vero criminis. de adulteriis. & per Barto. in l. fina. §. fina. ff. de publ. iudic. & in d. l. si cui. §. fin. & Barto. in d. l. i. C. vbi de crimin. agi oport. dixit quod secundum opinionem aliquorum debet cognosci per vnũ iudicẽ. & deinde fieri remissio ad locũ delicti commissi ad puniendum, & sic iste iudex erat ordinarius illius ratione dicti criminis in sua iurisdictione cõmissi, secundum legem illius loci debet puniri. l. i. vbi senat. & licet fugerint, erant ad illum locum remittendi ꝑ d. l. iura. l. i. C. vbi cã status. & i l. i. & 2. C. vbi de curia. vel cohar. & nũc est ibi remis-
2 sus. ¶ † In contrariũ facit, quia quis potest puniri pro delicto alibi cõmisso in lo-
a co originis, & in loco domicilii, [a] d. l. i. vbi de crimine. in §. i. & in l. re legatorum. §. sed eos. de interdict. & rele. & late ꝑ Bar. & Bal. in d. l. cunctos populos. ergo cum ipsi delinquentes erant in loco originis iudex originis erat eorum ordinarius, si ergo iudex originis erat eorum ordinarius, si Rex commisit causam potestati, in cuius territorio delinquerat, erit iste iudex delegatur in hac causa, quia si ordinario committatur per principalem aliqua causa aliquid addendo, vel dimittendo de sua iurisdictione, aut illã alterando erit delegatus in illa causa, & non ordinarius, primo per no. in l. ius ciuile. ff. de iustitia & iure. Iaco. Butrig. in l. i. C. ne lice. poten. & Ange. in l. & quia. de iurisdictione omn. iudic. Bal. in additio. Spec. in tit. de delega. in fi. & Guliel. in l. diem functo. de off. asses. & cano. in c. licet. de offic. ordin. & in c. placet. & per not. in l. sæpe. de offi. pręsi. cum l. sequen. & de offi. eius cui mandat. est iurisdict. l. si prætor. in quibus dicitur, quod si causa committatur ordinario. videtur eius iurisdictio excitata [b] per pincipem, nisi in rescripto dicatur authoritate nostra procedas, quia ordinarius tunc efficitur delegatus. cap. cũ aliquibus. de rescrip. in 6. quia videtur addere iurisdictioni suæ, & quod Rex addiderit iurisdictioni ordinarii patet, quia scripserit, quod caperet illos delinquentes in sua iurisdictione & existentes in aliena iurisdictione, & in qua nullam habebat potestatem, nec iurisdictionem illos capiendi. & sic videtur de legasse eum per iura prædicta, & ideo iste prouentus non spectabit ad ciuitatem, sed ad ipsum potestatem, quia vt delegatus processit & condemnauit, vel composuit, nam quã uis illos simpliciter condemnauerit, vel composuerit, non dicendo, vt ordinarius,

dinarius, vel vt delegatus non exprimendo, ex quo capite iurisdictionis hoc fecerit, quod videtur processisse ex ea qualitate iurisdictionis, ex qua resultat validitas pcessus, scdm Ant. de Butr. in c. cum ex officio. de offic. ordina. argument. C. de testament. milit. l. iii. vbi Bald. & videtur text. de præbend. cap. nisi essent. & quod in simili dicitur in Specu. in titul. de arbit. §. sequitur. versicu. sed pone. sicut quotidie fit, vbi de eo qui est arbiter & arbitrator. & quod no. in l. si dominum. ff de furtis. & in l. nō codicillum. C. de codicillis. & in l. si seruus. §. fin. de legatis primo. nā hic resultat validitas processus ex qualitate iurisdictionis delegati, quia sine dicta commissione non potuisset extra propriā iurisdictionem illos capere, & si cœpisset, captura fuisset iniusta, & fuissent relaxandi pristinæ libertati, & non puniendi per ea quæ late scripsi in capitul. si iudex processit ad capturam. in verbo, captura. Et sic quæstio remanet dubia, Tamen primam partem puto veriorē, quia ratione delicti sunt effecti de sua iurisdi-

3 ctione per iura primo loco allegata ¶ † An potestas qui habuit dispensationem à superiore, quod non teneatur retinere assessorem Doctorem, possit petere salarium pro Doctore Bar. & Bal. in l. administrante. C. de excusa. tuto. dixerunt, quod sic. & idem ibi tenet Ange. tñ nisi esset authoritas tātorum Doctorum, ego vellem tenere contrariū, sed nō audeo, & hoc est notū, quia sæpe regens magnā curiā vicariæ impetrat à rege dispensationē, quod non teneatur tenere totam familia in illo officio deputatā, quod Aerarius debebit soluere pro rata familia, quam tenetur retinere, de quo dubito, nisi expresse hoc dicatur in priuilegio & cogitandum

4 esset. ¶ † An potestas teneatur soluere capisoldum, vel decimam de suo salario, sicut cæteri habentes salarium à publico? Dic⁹q; non, quia vr̄ actum integrum præstetur salarium. arg. l. venditor hominis. de act. empt. & tenet Bart. in l. pe. §. fi. de dot. prælega. & facit l. 3. §. idem. de edil. edict. Vel vēditor debet prædicare si res vendita habeat seruitutem, alias tenetur, nec debet sub verboiū inuolucro decipi. de euict. l. qui libertas. §. per Maxime vbi potestas ex verbis conductionis potuerit hoc percipere, vel fuerit certificatus. arg. l. i §. licet de act. emp. Non obst. si dicatur quod electio potestatis intelligitur fieri, secundū consuetudinem, vel statutum ciuitatis. l. sup creādis. de iur. fis. lib. x. & de ædil. edict. l. quod si nolit. §. qui assiduę. & si prius. §. recte de aq. plu. arcen. Quia hoc intelligitur de generali consuetudine ciuitatis & de consuetudine nota. & hæc consuetudo non est vbiq; & cum ista consuetudo non sic vbiq; non præsumitur, qđ potestas sciuerit ar. no. per Bar. in l. cūctos populos. & qđ no. glo. in l. fi. C. sine cēsu. & per hęc ita cōsuluit Pau. i cōs. 315.

5 ¶ † Salariū debetur potestati quousq; venerit successor. de of. proconsul. meminisse. ff. loc. l. itē quæritur. §. qui impleto. ff. sol. mat. l. pe. & l. vxor. C. loc. tñ postquā sciuerit successorē aduenisse, officiū expirauerit, & stipēdia sibi nō debētur, tāquā non administrāti. no. l. i. § quāuis. de var. cogn. de assef. l. diem functo. l. i. de re mil. lib. 12. Bald. ita in cōs. vii. ¶ An si potestas sit remotus ab officio ante finē temporis debeatur integrum salarium officialibus suis? vide Bar. in l. 2. de offic. assef. & verbo, remotus.

a ¶ [*Domicilij.*] *Et an & quādo vbi delinquere incœpit & vbi delictum cōsumauit vide Fel. in c. i de præsumpt. in iii. col in ver. no. iiij*

b ¶ [*Excitata.*] *Vide tu. Feli in l. licet circa prin. de offi ordi.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis impeditus in casu fortuito veniēs post tēpus statutū debet hīc totū salarium.*

2 *Officiali priuato officio sua culpa debet salarium. p tempore præterito & nō p futuro.*

3 *Officiali infirmo debetur salarium pro tempore infirmitatis.*

4 *Quando vnum officium vnitur alteri, vel confunditur cum altero tunc illud quod extinguitur, non debet inspici.*

CAP. III.



Ex concessit alicui officium capitanei, vel iustitiarii cum annua prouisione vnc. centum soluendarum ex prouentibus dicti officii, ad hoc quod debeat tenere familiam deputatam, magistros acto-

actorũ, & alios seruientes solitos & cõsuetos, hoc officiũ administrauit & tenuit familiam necessariam, successit guerra ĩ ꝓuincia, qa inimicus Regis inuasit prouinciã, vel ipse Rex alios inuasit, ꝓpter qđ nõ fuerunt facti prouẽtus, quia iustitia nõ fuit ministrata, an Rex teneat̃ đ ꝓprio soluere illã annuã prouisionẽ? videt̃ qđ non. ar. l. si debitor. §. verisimile. ff. de contrahen. empt. vbi si quis vẽdidit decem pondos olei eius, quod natum erit in eius fundo, & non fuerunt collecta, nisi quinque, quòd non tenetur, nisi ad quinque, collecta. & Barto. post Dyn. in l. inter stipulantẽ. §. nam & si quis. ff. de verb. obli. distinxit an fructus sint promissi per relatiuum quis vel qui, & tunc promissio est condicionalis. & ipsis non natis debẽtur, secus si nõ condicionaliter qa tũc debentur fructus sequentis anni allegat. l. firmo. ff. quando dies leg. ce. & Dy l. si qs argentum. in fin. C. de dona. & qđ habet̃ in l. legatum. de vino. tri. Et inferri potest ad casum nostrum qđ debebitur sibi officium pro sequenti anno, vel quòd princeps sibi teneatur soluere prouisionem đ proprio, quando illa guerra surrexit facto suo. per text. no. in l. nec emptio. ff. de contrahen. empt. in ver. sed si egerit. vbi quãdo venduntur. fructus futuri, & per venditorẽ factũ est, quod minus nascatur, qđ ipse tenetur, & vbi ipse sciebat fructus nõ nascituros per. l. si sterilis. de actio. empti. nisi vt allia, vel cæpe vendant̃. d. l. si emptione. & ideo tenebitur princeps ad interesse, nisi salarium constituisset in prouentibus, vt allia vel vt cæpe, per d. l. si in emptione. §. ij. de hæredi. ven. l. nam hic. & l. seq. secundum glo. ibi. Et ad prædicta vide not. in l. quidam. de legat. i. & Bart. in l. cotem ferro. §. qui maximos. de publi. & vide not. in l. ex conducto. §. vis maior. & in l. si vno. in §. cum quidã. ff. loco. per quę iura cum casus contigerit poteris decidere

2 re causam. ¶ † Officialis impeditus casu fortuito veniens post tempus statutum debet habere totum salarium. Bald. in l. item illa. de constitu. pecu & quod not. Bart. in l. ab hostibus. § sed quod simpliciter. quib. ex cau. ma. ¶ Si tamen non voluerit quod exerceat officium nunc, sed alio tempore debet habere totum salarium. Bart. in l. si mihi. de vsufru. lega. & Bald in addi. Specul. de loca. in ver. qui locat. & ibi Specu. in ver. & scias. cum seq.

a ¶ † Officiali potestatis priuato ab officio sui culpa debetur salarium pro tempore præterito, non tamen pro futuro. Et tenetur nunc potestati suo ad interesse pro tempore futuro. Bar. in l. Meuia. de annu. lega. & in l. quid autem. de excusa. tuto. Nico. de Neap. in l. ex his. eo. tit. Barto. &

a alij in l. diem [a] functo. de offic. assess. Sed si prætor eius remotus sit tenetur suis officialibus ad totum salarium secundum Pau. in l. diem functo. Si tamen sit condemnatus in syndicatu non debet perdere salarium Bald. in l. j. in fin. C. de suf-

3 fragijs. † Si tñ fuerit infirmus, sibi debetur salarium pro tempore infirmitatis. per gloss. & Florianum in l. arboribus. § de illo. de vsufru. nisi sua culpa venerit infirmitas secundum Florian. ibi. Quod ego intelligo si in ciuitate permanserit: secus si iuerit ad patriam pro se curando, quia videtur officium derelinquere. Bart. in l. i. in princip. de his qui. vt indig. vbi dixit, quod si officialis relinquat officium non lucratur fructus officii: ideo consulo, vt dimittat substitutum, vel locumtenentẽ: aut quod recedat cum licentia superioris: qa si sit impeditus infirmus, aut legitime occupatus potest administrare per substitutum. Angel. in authenti. vt cle. apud proprios episcopos. colla. vi. Et si cum licentia recesserit pro aliquibus diebus ex iusta causa habebit salariũ illius temporis ex quo cum licentia fuit absens. gloss. singula. in l. desertorem. §. si ad diem de re militari: secundum Bal. in l. si ea conditione. de conditionibus insertis. C. & vide in verbo, salarium. ¶ Officialis ad duo officia electus cum salario consueto debet

b habere duo salaria [b] sicut qui gerit duo officia. Bal. in l. binos. C. de aduoca. diuer. in authentica: vt iudic. sine quoquo suffragio. §. illud. vbi Angelus & alii. in l. si eadem. de assesso. Baldus in capi. primo in fine de feu. guar. Et ideo debet tenere familiam pro vtroque officio. Angelus in dicto. §. illud. & in authenti. vt determi. sit nume. cleri. Et plus dixit Angelus in dicto § illud. qđ debebat stare ad duos syndicatus vbi etiam posuit quãdo gerit duo

duo officia vnita, & Baldus in l. qui duobus. de conditio & demonstra. vbi etiam Moder. & Bartol. in dicta l. binos, dixit quod duo electi ad duo officia vnita habent salarium vnius quilibet pro rata. Et quando duo officia vniuntur debetur duplex salarium, secundum Ang. in d. tit. vt iud. sine quo. suffra. & quando de vno officio vel vna prouincia fiunt duæ. vide in l. ea dē. ff. de officio assesso, & econtra aliquando fit vnio quod de duabus prouinciis fit vna, quæritur alteri priuilegium consequitur illius. extra de sta. mo. ca. recolentes de priui. capitu. pastoralis. per Inn. & Bar. in l. i. §. si cohæredes. ad legem Falci. & in l. i. de metro. libro. xii. extra de exces. prælat. capi. sicut vnire. de stat. mona. capitu. ne in agro. §. in hoc. & Andræ. de Isernia. in titu. de capitu. Corra. in penul. colum. vbi de vnione ecclesiarum. & Bar. not. in l. si quando. C. de appellatio. vbi dixit quod quando vnum officium vnitur alteri, vel confunditur cum altero, tunc illud quod extinguitur non debet inspici per tex. in dicto §. illud. in titu. vt iudi. sine quoquo suf. qui alleg. dicta l. i. de me-
4 tropoli. Ber. & c. i. ne sede vacā. † Vbi plus dixit quod si vnus Rex habet regnum, et vnū comitatum, quod si iudicat ut comes quod appellatur ad superiorem comitatus, non inspecta dignitate regia. & idē Barto. in l. i. §. fina. & de appel. & quod voluit idem Bar. in l. si cōuenerit. § si nuda. ff. de pig. act. vbi ponit de prouincia. quæ additur regno vel castrum, aut villa, si debeat regi, vt regnum cui additur, quod dicit decidi in c. i. extra ne sede vacan.

a ¶ *In l. diem] Et ibi vide do. Alexan. de Imo. & adde Flo in l. arboribus. § de illo ff de usu fruc & quod per eundem infra i ver si officialis*
b ¶ *Salaria.] adde quæ di. supra in versi salarium in fi.*

SVMMARIVM.

1 *Syndicatores an & a quo debeat habere salarium & nu 3.*
2 *Sindicatores habent merum & mixtū īperium*
4 *Iudex si visis allegationibus vtriusque partis dubitat super quæstione & committat causam consulendum sapienti, cuius expensis fieri debeat & nu 5.*

CAP. IIII.

1 N syndicatores † debeant habere salarium, & à quo, & quādo ipsi syndicatores volūt habere consilium cū aliquo doctore de sententiis proferendis, debeant solui facere salariū à potestate, & ab his qui syndicantur? dic quod si successor in officio syndicat eos non potest petere salarium, quia ipse debet habere suos assessores, & habet salariū à publico, & syndicatus suo incumbit officio, vt in l. j. C. vt omnes causæ. & cum sit ordinarius non debet habere salarium à partibus. in authen. vt nulli in §. nulli. de man. princi. §. oportet. & in §. illud. quia debet facere suo sumptu, quia est officialis ad hoc arg. l. i. C. de mono. & de iudi. §. ne autem. vbi autem nō syndicaret successor in officio, & idem si syndicatores ex piuilegio, vel statuto essent deputati à ciuitate, quo casu sunt ad instar ordinarij. d. l. j. vt omnes causæ. & in authen. vt iu. sine quoquo suf. §. necessitatem. & di-
2 cit. Bal. i § profioisci. quæstio. j. quod † Syndicatores habent merum & mixtum imperium per dicta iura, & tanquam ordinariis à ciuitate deputatis ciuitas ipsa debebit sibi salarium soluere, vel alias habebit à publico, & nō ab officialibus syndicandis, & ciuitatis ipsa soluet salarium syndicatoribus arg. l. annonas de anno. & trib. vbi dicit do. Lucas de Penna, quod si Rex mittat capitaneum ad aliquam terram debet sibi dare salariū ex camera sua nō autem potest ad hoc cogere subditos ciuitatis, quia ideo habet redditus regni vt iustitiā suis stipendiis faciat ministrari. in authen. vt iudi. sine quoquo suffra. §. cogitatio. & de iudi. §. ne aūt. & l. ii. §. hoc aūt.
3 de offic. præfect. Afri. vbi dicitur † quod officialis non debet à subditis, sed a principe habere salarium. vt in authenti. vt iud. sine quoquo suffra. §. itaque. & facit quod nota. in capitulo. ststuimus. §. insuper. in verbo, moderatas de rescript. in sexto vbi dicit not. Ioan. Andr. quod si ordinarius aliquem delegat ad vniuersitatem causarum, debet sibi de omnibus prouidere, vt nihil ab aliquo recipiat, & sic ipsis syndicatoribus debet solui salariū à publico, vel ab ipsa vniuersitate, q̄ habere priuilegi

priuilegia syndicãdi officiales suos & syndicatores eligendi ad quod facit extra de centu.capitu.cum Apostolus secundum Ludouicum, ibi & ita seruari vidi de consuetudine,quia vniuersitates ipse soluunt syndicatoribus salaria,si habent gabellas, vel alia iura in communi, vel solent imponere collectas. Nam cum ipsa vniuersitas syndicat officiales suos per lectos ab ea,& ipsi volunt habere consilium,& iudicare ipsa ciuitas debet soluere salariũ. per notata per Bartolũ in l.si postulauerit.ff.de adulteriis,vbi dicit,quod pars petens consilium sapientis debet suis expẽsis habere consilium,quia ipsa est quę cõsilium petit, & quæ sola præbet causam
4 huic commissioni, vbi Barto. dixit, † qđ si iudex visis allegationib.vtriusque partis sup quæstione dubitat, tunc quęstionem committit consulendam sapienti debet fieri expensi omnibus, quoniam vtraque pars præbet causam committi.Et idẽ in similibus actibus quæ fiunt in iudicio per no.in l.4.§.i.fini.regum.vbi mensuratori debet solui de communi. secundum Bar.& idem Bar.in lege generaliter.§.de his.de reb.cre. & idem quod Bart. tenet Spec.in ti.de asses.§.salariũ.versi.si.& Io. And.de rege qui consil.vbi dicit arguendum quod vtraque pars soluet.arg. l.i.§. pen.ne quid in loco pub.&.C. de iur. calum.l. 2. & in re.iud. quod omnes & qđ soluere debet petens consiliũ. facit. ff.qui ex cau.in pos.l. prætor.§.defendi. vbi de hoc.& de eden.l.prætor. ait in fi. & C.fi. reg.l.si quis.& de rescrip.c.statutũ.§.pen. Tamen vbi per statuta terrarũ,vel priuilegia ciuitatem ipsi syndicatores eliguntur per ciuitates tunc debet soluere ciuitas ipsa,et si officialis daret allegationes suas per iura in prima parte allegata,quia ipsa ciuitas dedit causam habendi consiliũ, eo quo ipsa eligit syndicare, & iustitiã facere, & vbi ipsi officiales peterẽt mitti ad consilium cõtribuãt in expensis. vt dicit Bar.& supra dicti doct. Quod dictũ Bart. intelligitur quando partes peterent consiliũ,quia si assessor dubitare:& consilium peteret,non debet solui à partibus, quia debet esse peritus.vt dicit Bal.& alii in l. 2. ff. quod quisque iuris. & ita consului pluries quando syndicatores, qui vt plurimũ sunt idiotę petierunt velle habere consiliũ proferendis sententiis, quod officiales nõ teneãtur ad expensas consilii, sed soluere debeat ciuitas.vt supra.Et hodie est facta noua pragmatica, qđ vniuersitas soluat, In multis partibus sunt de hoc statuta,quod soluat ptãs salariũ syndicatorum.vt est Florentiæ, & in ducali dominio Mediolani adest decretũ quod syndicatores, qui dicuntur ex priuilegio vicarii generalis, nihil pro syndicantibus ad officialibus syndicandis recipere possunt,qa sunt à principe salariati, & alias fuit dubitatum si officialis exigit pecuniam à partibus causa mittendi ad consilium,qa carebat assessore, ex quo in eius officio non erat ordinatus, & impetebatur in syndicatu de hoc, & dicebatur qđ habebat gaia, & prouisionẽ à ciuitate, & suis expensis debebat habere consiliũ, & Per prędicta determinaui quod in causis ciuilibus tenebãtur partes soluere p cõsilio habendo,secus in criminalibus, quãdo prouentus erant officialis,quia ipse petebat, & dabat causam habendi consiliũ, & vbi prouentus essent ciuitatis, & non sui deberent de prouentibus haberi, & soli consultoribus, quia ideo mittitur ad consilium,vt possit fieri prouentus.Et ad de qa Luc.de Pen.in l.in sacris. de prox. sacro.l.i.in hoc de consilio habendo ar-
5 guit, † quod ille solus, qui petit haberi
a consilium soluat [a] per l.i.de spe. & l. fi.de ero.mili.anno.& per l. fi.de sta. & imagi. licet pro vtraque parte seruatur consiliũ. per not.per gloss.in c.pręsenti.de rescrip. & finaliter computabuntur cum reliquis expensis.arg.d.l.4. fini.reg. tamen argu. est in contrarium, quòd vtraque contribuat.per l. ptor.in fi. de eden. & de ædil. ædic.l.debet.ver.cæterum. Tamen Spec. in d.tit.de asses.§.salariũ, dicit ꝙ si petitid ꝙ est vtriq; ꝓfuturũ, & de vtraq; soluat.arg.l.penu.§.expẽsis. de reb.cre.& 4. q.3.Itẽ in criminalib.venturis.Licet hodie p statutũ dicat esse expeditũ qđ si ab vno petatur quod vtraque cõtribuat.vbi hoc tenet Archidia.Tamẽ Ludo.dixit qđ ca.statutũ loquitur in assessore,qui ab initio causæ assumitur, tunc quia cõmune negotiũ geritur est cõmuniter soluẽdus a secus in consilioi urisperiti, quod ab vna

parte

parte petitur incidenter, quia tunc habet locum quod supra dicitur. Tamen in casu nostro tenet primã partem, quòd soluatur à syndicatoribus, qñ non petitur speciale consilium sapientis ab vna partium. & vide ibi Archid. qñ vna pars est pauper & non potest soluere, & ẽt quãdo consultor est pauper quid fiendum.

a ¶ *Soluat.] Adde quod regulariter qui aliquid fieri petit soluere debet in dubio uero cuius expensis aliquid fiat iudex arbitrari debet. ita Fel. in c. i. in me. iiij. de libe. oblatio.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis si consueuit habere centum pro uno officio: & deinde duo assumantur ad illud officium, an diuidi debeat inter eos illud salarium.*

CAP. V.

1 N si officialis † consueuit habere centũ pro vno officio, & deinde duo assumãtur illud officium, an diuidatur inter eos illud salariũ. Bar. in l. binos. C. de aduoc. diuer. iud. ꝙ sic, dicens, ex quo salarium erat vnicũ, quod intelligitur secundus cum consueto salario assumptus. C. loca. l. licet. & sic adiectione personarũ illud salarium intelligitur diuisum. de condi. & demonstra. l. cui fundus. in fi. sic ergo sibi facient partes per concursum. argu. c. maioribus. de præben. vbi de duobus ad vnam præbendam assumptis. vbi Bal. subdit ꝙ si dominus deputauit vnum vicarium duobus castris, & postea deputauit ibi duos cum salario consueto, quod non habebit quilibet dictum salarium integrum, sed diuiditur æqualiter, non quo ad quantitatem sed quo ad proportionem, vnde quãtum ad solidum & libram primo conferebant in illo salario; ita tunc quisq; contribuet suo vicario. arg. glo. in l. sancimus. de aduoc. diuer. iud. & per Inn. in c. grauem. de sent. excõm. Et vbi salarium consueuerat primo esse cẽtum florenorũ, & postea ducentorum, & literæ fiant cum salario cõsueto inspicietur salarium longo tempore consuetum non illud quod est duobus vel tribus annis præstitum, quia cum de consuetudine facimus mentionem intelligitur de longa consuetudine. extra de elect. c. Cumana. Et quod sint inspiciendi proximi præcedentes anni, & ad illos fit relatio. arg. l. Mella. §. i. de alim. & ciba. lega. Tamen si loco duorum est positus vnus officialis cum salario consueto simpliciter habebit vtrunque salarium, quia gerit vtrunque officium, cui salarium est annexum. in auth. vt iud. sine quo. suffra. §. illud. & quod Inn. in c. j. ne sed. vac. sed Bal. in l. binos. Et idem dixit Bald. in proœmio. C. quod qui gerit duplicem curã debet habere duplicatũ salariũ, q̃ gl. i d. §. illud. lo primo. idem dixit Ioan. And. in c. cum olim. de re iud. & Inno. vbi de Canonico qui gerit duo officia, quod potest habere duas canonicas distributiones idẽ in doctore vtriusque iuris qui dat vocem in vtroque, secundum Bal. in l. si ad scribatum. C. de appel. Et idem in l. si cõsul. de adopt. Et idem Ang. in d. auth. vt iudi. sine quoq. suffra. & in authen. vt deter. sit nu. cle. & Bal. in l. si plures. §. filio. de vul. & pup. & Bal. in l. quibus diebus. de condi. & demonstra. vbi dicit de doctore qui legit duos lib. & de eo qui gerit duo officia, quod habeat salarium duplex, & aliquid probatur in l. si conuenerit. de pign. acti. Quæ not. quia quotidie in literis & priuilegiis officialium regni huius ponitur clausula ista, cum gagiis solitis & consuetis. ¶ Iudices & milites qui proficiscuntur de vna prouincia in aliam de mandato principis, vel eorum superioris debent eorum salario expensas facere, non autẽ gubernari gratis à prouincialibus, aliàs puniuntur. in d. §. non permittas. vbi dicit Angel. ꝙ potestas missus ad ciuitatem causa sedandi tumultum, quod salarium quod habet in ciuitate sibi sufficiat ad expẽsas, ꝙ dicit verũ, si extra ciuitatẽ existens nõ expẽdit plus q̃ in ciuitate expenderet. ꝑ d. §. vbi Ang. ꝓpea infert ꝙ familiares missi ad aliquem locum longinquũ non possunt ratione talis itineris nouum petere salarium, nisi in dicto itinere plus expendat, q̃ cum moraretur in ciuitate, vel in domo, quod no. ꝓ iustitiariis regni & iudicibus magnæ curiæ, cum vadunt ꝑ prouincias inquirendo, vel examinando pro curia, vt habeant aliud salariũ, & vide latius de hoc infra ꝓxime. in c. an si capitaneus creatur in ciuitate. vers. aliter.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Officialis si decedat in officio nondum finito nunquid hæres debeat habere salarium totius temporis. Et quare magis debet habere salarium totius temporis quando moritur, quàm quòd infirmatur & recedit.nu.2.*

3 *Potestas ciuitatis si priuetur officio sine causa, debet habere totum salarium, & quid si sua culpa.nu.8 & 15.*

4 *Famulus stipendiarius an debeat habere salariũ pro tẽpore quo captus fuit ab hostibus.*

5 *Potestas qui mortuus est post suam electionem antequàm inciperet officium, an debeat habere salarium.*

6 *Status tyrannicus dicitur esse in ciuitate quando subditi non possunt uoce libera defendere bonum publicum ciuitatis.*

7 *Successor in officio quando dicatur aduenisse.*

9 *Potestas si non teneat familiam necessariam defalcatur sibi salarium.*

10 *Aduocatus dimittens causam indiscussam in tempore periculoso & substantiali non habebit salarium & acceptum restituet. & quid in alijs officijs.nu.11.*

12 *Tutor remotus propter suspitionem uel delictum non consequitur præmium.*

13 *Famulus qui ante tempus abijt insalutato domino an debeat habere salarium. Et an possit spoliari.nu.14.*

14 *Assessores tempore syndicatus possunt sibi constitui facere salarium ex officio syndicatorum.*

CAP. VI.



1 SI officialis † decedat in officio nondum finito, hęres eius debet habere salariũ totius temporis. l. si quis. de proxim.sacro. & l. post duos.de aduo.diuer.iudi. & de primi.l.ii. & l.iii.de agen.in reb.& l.diem functo.de asses. Et in assessore decedente.Sed Bar.in l.fi.de dome.lib.xii vbi tex.no.ꝙ si domesticus principis protector ante finitum officium decedit, debet habere hęres eius etiam salarium illius anni, & anni sequẽtis, qui est tex. singularis, secundum Bar. & vide tex.in d.l.iii.de agen. in reb. quia ibi dicitur, quod hæres eius ex testamento, vel ab intestato debet habere totum salarium. Tamen in locum mortui debet subrogare alios. Si autem esset infirmus, & recederet de loco per multos menses, an habebit salarium pro illis mensibus? dicerem quod si recessit cum licentia superioris, quod sic, per not.per Bal.in authen habita.C.ne fil.pro pat. secus si sine
2 licentia. vt ibi. † Et quare magis debet habere salarium totius temporis quãdo moritur quàm quãdo infirmatur, & recedit: quia quando moritur in officio non stat per ipsum, secus quãdo recedit infirmus. Tamen dicerem quod si infirmatur in officio, & stat in ciuitate, quod habebit sala-
a rium.ᵃ per l.cum hæres. §. cum Stichus. de statulibe.& ibi seruire videntur, quos curamus ægros:& per glo.in l. arboribus. § de illo.ff.de vsufru.& in l.j.§.fi. de var. & extraord.cog.vbi sunt glos.amplæ. Et ideo consulo, ꝙ quando assessor in officio infirmatur, & velit recedere ad domum propriam causa se curandi ꝙ cum licẽtia recedat: quia habebit salarium eo redeũte, & conualescente. per glo.in l.iii.§.si ad diem.de re mili.ad quæ bene faciunt no. per Bal. in l.ii.C.loca & quæ not.gloss. & Bar.in l.si vno.§.item cum quidam.ff.loca.& Bal.in l.eam.in vers. sed pone famulus.ff.loca. Et dixit Bal in l.pecuniam.C.
3 de condi.ob caus.ꝙ † si potestas ciuitatis vel doctor sine causa priuatur officio, qđ debet habere totum salarium. Et ad prædicta vide latissime Bar.in l.i. ff.de var.& extraor.cog.vbi satis se inuoluit.& etiam latè in d.§.item cum quidam.& Ludo.in l.i.de vsufr.leg.dixit, quod officiali infirmo debetur salarium, quia seruire videtẽ ex quo per eum non stat.per d.§.Stichus & per glo.d.§.de illo.Tamen Barto.tenet contra.in d.l.i.& in d.§.item cum quidã. quæ dicitur esse cõis opi. Et de hoc an officialis qui in officio infirmatur debeat habere salarium totius temporis? vide Bal. in l.quod in vxorem.C.de neg.gest.& in
4 l.si ea.de cond.inser.vbi † dixit de famulo infirmato, & de stipẽdiario, qui pro tempore quo fuit captus ab hostibus ꝙ non debet habere salarium,& ad materiam dixit Bal.in l.liberti. C.de ope.lib. ꝙ famulus potestatis infirmus non debet habere salarium pro tempore infirmitatis, vbi alleg. Bal.in l.in opere.ff.de vsufr.leg. quia locatio requirit implemẽtum vtriusque partis,

partis ,& licet dicatur quòd famulus infirmus
debeat habeat habere salarium , intelligitur
post quam fuerit sanus debeat pro illo salario
seruire,secundum Bal.in d.l.fi.de condi.inser.
¶Si tamen in ciuitate in qua est officialis sala-
riatus,vel assessor superuenerit pestis,& opor
teret recedere pro timore pestis,an debeatur
salarium ipsi officiali text.in l.si ea conditio-
ne.C.de condit.insertis.facit quòd sic,vbi di-
cit Bald.quòd si nouerca, cui est relictum si
moram traxerit cum priuignis, quòd si mo-
rari esset sibi periculosum , quod potest rece-
dere, & debet habere relictum.per l.si disce-
ptetur.ff.vbi pub.edu.debet.& pro hoc faciút
no.per Bar.in l.j.§.sed iux.hæc quero. in vj.
col.C.de var.& extraordi.co.vbi dixit quòd
si in ciuitate surrexit nouitas, vel tyrannus
propter quod potestas non potest exercere
suum officium,debet habere salarium , vt ibi
latius per ipsum,licet in contra.faciant nota.in
l.habitatores.ff.loca.& quæ idem Barto. dixit
in l.generaliter.de acquir.pos.vbi dixit,quod
mortalitas est diuina hostilitas, tamen non
est sine dubio.& vide supra in c.an officialis
qui debet venire.in verbo, impedimentum.
5 & vide etiam infra.¶†An potestas vel capita
neus, qui mortuus est post suam electionem
& antequam incipiat officium debeat habere
salarium?vide late Bart.in l.j. de var. & ex-
traord.cognit.Et ibi à quo tempore electiouis
vel que ad ingressum officij.idem Bartol.in l.
diem functo.de offic.asses.Bald.autem in tit.
quis dicitur dux.in principio.tenet quod nihil
debet habere, quia commoda officij haben-
tur ratione administrationis.l.j.de pœn.libr.
xij.& vide quæ Bar.no.in l.absenti.ff.de don.
& Pau.de eleaza.in cap.potuit.in prin c. extra
de loc.& vide supra circa prin.& Bartol.in l.si
vno.§. item cum quidam. ff. loc. & vide
infra in ca .si officialis decedat in officio non-
dum finito.& in capit. an officialis qui debet
venire.in verbo.impedimentum.¶An pote-
stas qui fuit electus ad officium,& antequam
vadat ciuitas mutat statutum , & ibi insurgit
tyrannus,vel aliqua secta propter quod exer
citium iustitię non remanet liberum potesta-
ti,vel non potest cum suo honore dictum offi
cium exercere,nec potest remanere,nisi cum
sua verecundia,an debeat habere salarium in
tegrum.Bar.in d.l.j.de vari.& extraordi. co-
gn.in vij.co.dixit quòd sic,quia videtur stare
per ipsam ciuitatem,vel casum fortuitum in
ipsa ciuitate contingentem.nam iste timet qui
non vult accedere sub tyranno ff.qui.ex cau.
inpos.ea.l.Fulcinius.§.quid.sit lalitare & secú-
dum mores ciuitatum turpe,& verecundum
est quem esse in loco officialem , in quo non
potest iustitiam libere exercere, & videtur
non posse accedere , cum honeste non possit.
l.filius.de condit.insti.& l.conditiones.co.tit.
¶Dices idem si durante officio insurgit tyrá
nus de ciuitate,vel aliquid ibi fiat quo pote-
stas non potest remanere sine verecundia,
quia potest reuerti & debet habere salarium
totum , de ista verecundia debet ęstimari se-
cundum mores ciuitatum.l.item apud.§.con
uitium.de iniur.secundum Bartol.ibi & pro
hac decisione Barto.facit tex.in l. si ea. C.de
condi.inser.vbi per illum text.dixit Bal.quod
si nouercæ relinquantur centú si moram tra-
xerit in obsequijs priuigni,quòd si ipsa non
potest morari cum illo propter periculum.&
inhonestatem,& si morari esset sibi periculo-
sum,quòd potest discedere,& debebit habere
illa centum per l.si disceptetur.ff.vbi pu.ędu.
debet.Et dixit etiam Bal.in l.decernimus. C.
6 de episcop.& cleric.† quod in ciuitate dicitur
imminere statu tyrannicus, quando subditi
nó possunt voce libera defender bonum pu-
blicú ciuitatis.Et facit quod habetur late per
per Barto.in l.si vno.§. item cum quidam.ff.
locati.Nam per ciuitatem videtur stare & nó
per potestatem , secundum Bartol.in d.l.j.&
& in d.§.item cum quidam. ¶ Officialis qui
remanet in officio propter defectum successo
ris expectans eius aduentum debet habere sa-
larium.pro illo tempore.tex.in auth.de admi-
nist.§.illud Bal. in d. l. meminisse. secundum
7 Guliel.& dicit,† quòd non dicitur successor
aduenisse,nisi applicauerit & iuramentum fe
cerit.l.j.de offic.præsi.& adde no. in l.hac.C.
de dona.Licet in contrarium facit quod no.in
l.pridie.in gl.ff.de ferijs.Bal.in l.cum qui §.iu
dicare.de iurisd.om.iudi.vbi de aduétu succes
soris,& de intellectu l.meminisse. supra alle-
gat.¶Potestates,vel rectores prouinciæ qui
capiunt malefactores non possunt propterea
aliquod salarium recipere,vel habere. in auth.
de colla.§ iubemus.Etiam si consuetudo esset
in contrarium vt ibi.per quem text. dicitur
quod si statutum dicat,quod quicunque cœ-
perit aliquem ex rebellibus communis Peru-
sij habeat centum,quod illa centum non habe
bit familia potestatis,qui rebellé cœpisset,secú
dum Angel.per illum text. quia officialis ca-
piens malefactorem non debet habere præ-
mium,quia officialis tenetur ex debito sui offi
cij ad hoc ideo præmium non concęditur,
nisi

nisi sponte recipienti & non illi, qui tenetur ex debito sui officii. Tamen si aliquē sumptum fecisset miles potestatis ꝑ ipso malefactore capiendo recuperabit à communi per l. mulier in opus salarium. ff. de cap. secundum. Ange. in d. §. iubemus. Et idem si officialis occidisset talem rebellē se defenedndo, quia non deberet habere præmium, ita Barto. in l. macula. de delato. lib. x. dicens quod præmiabitur ille q̧ se sponte offert ad aliquid, quod est causa prẹmii, secus si fortuna coactus, vel casu faciat hoc l. si quis. §. vtrū. ff. ad Silla.
8 & l. 3. de condi. & demon. ¶† Si officialis propter sua demerita syndicatur ante finitum officium, & propter sua demerita ab officio priuetur, vel remouetur posśit petere salariū illius temporis quo seruiuit? Dyn. in l. nemo. de annu. lega. quod non. vbi plene. & Barto. plene in l. Gaio. de alim. & cib. leg. vbi de officiali, & scriptoribus, vel familiaribus, qui ex aliqua causa recedunt, si possunt petere salariū totius temporis. Et causas propter quas officialis potest ab officio remoueri vide in l. si quos. C. de off. præfec. præto. & vide Barto. in l. iudicis. de anno. & trib. lib. x. vbi dicit, quod iudicibus negligentibus seu delinquentibus totum salarium aufertur. Tamen si est condemnatus in syndicatu, an reddat totum salarium? vide supra in c. potestas condemnatus. in verbo, condemnatus in syndicatu. ¶ Si duo officiales eligātur ad perficiendum vnum officium, & vnus eorū decedat, vel officium nō impleat, salarium decedentis, vel non implentis accrescit superstiti, qui solus impleuit. Bart. per illum tex. in l. i. C. de leg. lib. x. & Ang. in l. i. C. de pericul. suc. & in l. i. C. de mu. & in quo loco. & facit l. binos. de aduo. diue. iudi. quod officialis subrogatus loco plurium habebit tantum quātū omnes illi haberent. & vide. supra
9 Si potestas† non tenet familiā necessariā defalcatur sibi salarium. vide in verb. familiaris. in ca. si potestas quod no. quia istud est principale de quo fit inquisitio in syndicatu contra officialem. ¶ Officialis qui culpa ciuium non gessit officium debet habere salarium Bald. in c. i. si de feud. contro. fue. per no. in c. aduersus. de immu. eccle. ¶ Si tamen venerit officialis post terminum, an habeat salarium? vide Barto. in l. ideo. de verborum obligationibus. & Baldus in l. liberti. de operis liberto. & qualiter soluantur salaria officialum. vide Bart. in l. i. de mu. & in quo loco. & facit l. i. de anno. & tribu. & vide supra.
¶ An officialis qui à ciuitate sibi decreta se absentauit ante finitū officium ꝑdat totum salariū? decisio huius quęstionis pōt sumi ex plene no. per Bal. in l. edem. C. locati. vbi dixit de doctore, & de medico & stipendiario, & fabro conductis, ꝙ si isti sunt conducti ad tale quid, in quo vnus casus pōt valere quātum mille, vt in medico conducto ad practicā, & in doctore cōducto ad lecturā & honorē publicum, & in stipendiario contracto ꝑp casus futuros, quibus recedentibus nihil debetur. quia nihil videt̄ impletum cum aliquid est implendum, & ꝑ eum stat. argu. l. 2. de
10 manu test. l. si ita fuerit. † idem dicens in aduocato dimittēte causā indiscusam in tempore periculoso, & substantiali, quia nihil habebit, & habitum reddet. l. i. §. diuus. de var. & extraor. cogni. vbi etiā Bar. hoc late examinat. Secus in aliis opificibus in quibus cadit proportio seruitii & operis, vel diuisio partium operis, quia cadit rata temporis. scd̄m Bal. ibi, quia dicit idē in fabro, qui prom sit facere domū certę formę, quod si recedit ante domum completam, q̧ nihil habebit in quo tamē aliter dicendum videtur, quod si quidem iste officialis intra et ante finitum officiū et tempore officii recedit, quia sui culpa et negligentia est ab officio ipso remotus, vel ꝑpterea se absētauit, & tunc si illa negligentia, vel culpa respicit totum officiū toto salario priuatur, secus si partem officii, ut infra in fin. vbi sunt remisśiones. Vbi autem ipse officialis recesśit ab ipso officio ex aliquo impedimento iusto sibi succedente, vel propter infirmitatem suam, vel suorum, et tunc si cum licentia recesśit, debet habere salarium temporis quo in officio seruiuit etiam durante absentia. gl. est in l. 3. §. si ad diem. de remi li. & tex. in l. hac lege. de proxi. sacro. scri. & not. Bal. & Moder. in l. si ea conditione. de condi. instit. Et etiam debetur sibi salarium temporis residui, si reuertatur.

Et vide Barto.in l.j.de vari. & extraord.
cogni.vbi quando ſtetit.per culpam offi-
cialis,quominus exerceat totum officiũ,
an debeat habere totum ſalarium. & vi-
b de pro perfectione Bar. in l.diē b functo.
ff.de off.aſſeſſ. vbi dixit quod remoto ab
officio ſui culpa debetur ſalariũ præteriti
temporis, qui idem tenet in l. Mæuia.ff.
de annu.lega.& vide text.in l.fi.ff.de ex-
12 cuſatio.tuto. † Vbi tutor remotus pro-
pter ſuſpitionem,vel delictum, non con-
ſequitur præmium.& tex.in l.iudices.C.
de anno.& tribu.lib. x. in quibus caſibus
eſt ipeciale & dixit Bald.in l. Neſennius.
de excuſatio.tuto.quod remotus ab offi-
cio propter culpam non debet habere ſa-
larium per d.l.Męuia.& dixit idem Bal.
in l.mancipia. de ſer.fugiti. quod remo-
tus ab officio propter ſuſpitionem nõ de
bet habere ſalarium. Si autem receſsit ſi
ne licentia, & hoſpite inſalutato, an de-
beat habere ſalarium pro tempore quo
ſeruiuerat?vide Bal.in l.2.C.loca. vbi di-
13 xit.†de famulo qui promiſit ſeruire vno
anno expenſis domini,& receſsit inſaluta
to hoſpite, quòd ſi promiſsio eſt indiui-
dua,& pro forma facta nihil poteſt pete-
re,vt in doctore, qui promiſit lecturam
totius libri.ſi forma deficit culpa docto-
ris nihil recipit, aliàs proportionaliter re
cipit ſalarium eatenus, quatenus recipit
vtilitatem,niſi ſit in dolo, quia nihil ha
bebit.argumen.l.j.§.ſi cum.de colla.bon.
& vide eudem Bal. in l.j.C.de ſuffrag.&
Bald.in l.& ſi partem.de lega.i.vbi de aſ-
ſeſſnre recedente in medio temporis. &
vide late Baldum in cap.primo quis dica
tur dux,vbi examinat materiam.l. diem
functo.de off.aſſeſſo.de poteſtate mortuo
in officio ſi debetur hæredibus ſalarium,
& in dict.l.diem functo.per omnes.& per
Baldum,& Ludouicum,& vide aliquid p
14 Barto.in l.penul.ff.ſoluto.matrimo.† vbi
de famulo ante tempus recedente ſi po-
teſt ſpoliari?Bal.in auth. habita.ne filius
pro patre. Et vide etiam in prædictis ca
pitulis: ex quibus poteris habere deci
ſionem cum caſus occurrit. & vide infra
dict.cap.officialis deputati.& in c.an of-
ficialis qui debet venire certa die. ſupra
in verbo, impedimentum.& vide in ver-
bo, licentia.vbi de officiali qui habuit li-
centiam pro aliquo tempore, ſi debet ha
bere ſalarium illius temporis.& vide ſu-
pra proximo c. an ſi officialis decedat. &
vide ſupra in verbo,negligentia.in c. iu-
dicibus negligentibus.& in c.officiales de
putati in quibus habetur,ſi perdant ſala-
ria propter receſſum cum licentia,vel ſi-
15 ne,vel propter negligentiam.¶† Remo-
tus ab officio propter culpam non debet
habere ſalarium.Bald.in l.Neſennius.in
verſ remouendus.ff.de excuſatio.tuto.&
l.Mæuia.de annu. leg. ſecnndum Iacobũ
de Aret.Et adde quod nota. in l. manci-
pia.de ſeruis fugit.vbi Baldus dicit,quod
poteſtas remotus propter ſuſpitionẽ nõ
debet habere ſalarium. vide in verbo.re
motus.¶Officialis qui non reperitut de
ſcriptus in original regiſtro, quo regiſtrã
tur omnia nomina officialium,non debet
habere ſalarium,ne gaudeat priuilegio.l.
penul.de proxi.ſacro.vbi dicit Bar.quod
ad probandum quem eſſe officialem com
munis debet videri matricula commu-
nis in qua regiſtrata ſunt nomina officia
lium.& not. illum textum quod ille, qui
non eſt ſcriptus in matricula regiſtrata
in memorialibus principis non debet ha
16 bere ſalarium.¶†Aſſeſſores tempore ſyn
dicatus poſſunt ſibi conſtitui facere ſala-
rium ex officio ſyndicatorum, ſi eis non
eſt conſtitutum ſalarium, vt notatur in
l.j.§.comites. ff.de varijs & extraor. co-
gni.vbi Barto.& habent alias actiones. l.
i. C.de ſuffra. Et etiam officialis qui de-
dit petitiones contra rectorem in ſyndi-
catu, & propterea non vult ſtare cum eo
debet habere expenſas ab ipſo. alleg.glo.
in l.fi.de ordi cogni.& in c.ex parte. de
accuſ. ¶Officialis conductus ſimpliciter
non facta mētione ſalarij intelligitur cõ
ductus cũ conſueto ſalario. ſcd̃m Bar.C.
loc.l.excepto.& facit l.prius.§.placuit. de
aqua plu.arcen.& Ioannes And. in c.fin.
de conſue.Barto.in l Gallus.§.fi de lib.&
poſthu.& Bald in l.binos. de adu. diuer.
iud. ¶Si nuntius curiæ cuſtodiret aliquẽ
debet ſolui ſalarium ipſi nuncio cuſtodiẽ
ti,nõ ptãti.tex.cum gl.in l.fi.de ero.mili.
17 anno. ¶† Si collateralis conductus inue
nitur imperitus poteſt reprobari, & non
debet habere ſalarium niſi pro rata tem-
poris quo ſeruiuit.ſm Bal.in l.ſed repro
bari

bari.de excusa tu.& vide no.ſm eum.in l.2.C.de profeſſ. & medi. per Andræam de Barulo. ¶ An ſi vnus habeat duo officia debeat hr̃e duplex ſalariũ. vide Bald. in l.ſi conſul.de odopt.& vide in verb.of ficiũ. in c. q̇s nõ põt. vide Lapũ alleg.83. ¶ An cõdẽnatus in ſyndicatu perdat ſalariũ? vide in verb. cõdẽnatus in ſyndicatu.

a ¶ *Salarium.*] *Adde quod per eundem ſupra in ver.* Rex *conceſſit.et* ꝙ *ibi dixit in apoſtil.*

b ¶ *L diem.*] *Et ibi vide* Pau. *de Caſt. & do. Alex.de Imo.q̃d debeat habere ſalarium pro tẽpore preterito.ſed tenetur tunc poteſtati ſuo ad intereſſe pro tempore futuro, ſecus vero ſi ſit remotus poteſtas, quia tunc tenetur eius officialibus ad totũ ſalariũ, vt ibi per præfa.* Doct.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas an poßit dare ſecuritatẽ malefactori, & eam ipſi ſeruare.& nume.2.& 3.*

Saluus conductus. CAP. I.

1 AN poteſtas † poſſit dare ſecuritatẽ malefactori, & teneatur eam obſeruare vel ipſum punire, & ſibi fidem non obſeruare? Dic quod poteſt in cauſis ciuilibus tempore paruo. ſed 30.dierum, & cũ ęquali cauſæ cognitione.in auth.de mand.princ. §.ſed neq. & eſt ſeruanda, nec eſt contra .ff.ne quid in loco pub.l.2.§.merito. & §. ſi quid. & de cõfir.vtil.in c.dilecta.vbi in cauſa ciuili non datur fiducia.quia eſt verum cum alterius iniuria,& quando ſine cauſæ cognitione exceditur in tempore 30. dierũ cum delinquentibus & debentibus tributa ſoluere non dẽt dari,vt ibi in tex. ſecũdum Ang.vbi videtur etiã tex.quod iſta ſecuritas operatur,ꝙ poteſt venire & remeare,& debet ſaluus reponi in terminis in quib⁹ erat ante datam ſecuritatem facit.ff.de ſepulch.viola.l.verum.Et de hoc an ſit danda ſecuritas malefactori. vide ibi Ange.late.& Iaco.de Bel. in d. §. ſed
2 neque. a vbi diſtinctio longa per Bart. in l.is qui reus.de public.iudic.vbi aliter diſtinxit.& vide Cyn. in l.præſenti. C. de
2 his qui ad eccleſi.|confug.qui tenet, † q̃d poteſtas poteſt punire delinquentẽ nõ obſtante ſecuritate tali. per l.i. de dolo. Licet alii cõtra, quia debet ſibi ſeruari ſecuritas.per l.is qui reus de quo vide Bald. in d.l.i. de dolo. & Ang. & Iaco.de Bel. in dict §.ſed neque. Et adde quia Cyn. in d.l.præſenti.dixit, quod ptãs qui dedit ſecurũ conductũ homicidę, & deinde fecit eum decapitari,quod bene facit.per glo.in authen.de mandat.prin.§. homicidas. ¶ Tamen alii tenent contrarium. ſm Raph.qui ibi refert diſputationẽ Oldra.ſcd̃m Alb.ibi,& vide Ang. in ſua diſputatione,q̃ incipit, Bononienſis vbi aliter diſtinxit.& vide late Ang.ĩ l.vtimur. ff.de ſepul.violat.q̃ no.vt excuſetur ĩ ſyndicatu, ſi affidauerit delinquentẽ,vel debitorẽ alterius, q venit ad ciuitatẽ ꝑ aliquibus diebus, & non ſatisfecit parti vt officialis nõ teneaẽ ꝑpter hoc, quia potuit aſſecurare.& vide in l. relegati. in fi. de penulti. Et ideo And.in ti.de accuſa. 3 parte.in ver.ſequitũ.& in ver.ſi bãnitus. & vide Bal.de pac.conſtant.& in verſ.ſed diſpenſari & Ang.in l.i.ad l. Iul.maieſtatis.& Barto.in l.ſed filius.§.ſi pœnã de in
3 ius voc. † ꝙ non poteſt dari ſecuritas bãnito veniendi ad agendũ,licet Ang. in q. Bononienſis,videaẽ dicere cõtrarium. & vide Bar.in l.reos.C.de accuſa. quæ not. q̇a ſæpe ptãtes dant licentiã, vt veniant cauſa deferendi alios, vel cauſa teſtificandi in cauſis, vel ex aliqua affrontatione, quia ſi caperetur ab alio ſuperiore,& puniretur,eſſet debitũ ſi ille ptãs teneatur, vel ſi in itinere occideretur.¶ Et ꝑ iſta iura põt decidi illa quotidiana quæſtio, ſi aliquis fuerit detentus in fortia iudicis ꝑ graui delicto qui examinatus negabat omnia, & deinde iudex perſuaſit ſibi, ꝙ deberet confiteri & dicere veritatem dãdo ſibi fidem,quod ipſum non puniret ſi cõfiteretur delictũ, an extorta ab eo confeſſione delictum propter fidẽ datã tenea
b tur iudex obſeruare fidem, & ipſum non punire, b & ſi veniat cõtra fidẽ teneaẽ in ſyndicatu.de quo vide in ſupradictis iuribus.& ſupra in verbo,tortura.in c.& aduertendum eſt,quod iudex.

a ¶ *§.ſed neque*] *Vide* Bal *in §. item ſacram. vlt col.in ver quæro vtrũ ſi iudex.de pac. iura firm vbi per d.§.ſed neque.dicit quod iudex etiam iurans ſecuritatem bannito non tenetur eam ſeruare, niſi ſaciat iure permittente.*

b *¶Punire.] Facit quod per Felin. habetur in ca. affert. l. i. not. circa fin. de præsumpt. de Papæ Alexan. iij. cum haberet præmanibus Episcopum simoniacum promisit ei in secreto, quod si publice fateretur delictum suum dispensaret cum eo, & statim cum ille confessus fuit corã Cardinalibus deposuit eum? & sic dic quod licitum est iudici aliquid simulare causa ueritatis ĩdagãda et excusatur prout ibi latius p eũ.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet sententiam diffinitiuam proferre in scriptis.*
2 *Sententia principis debet proferri in scriptis.*
3 *Sententia potest proferri sine scriptura in causis breuioribus.*
4 *Iudex an faciat litem suam, quod sententia est nulla & nume. 5*

Sententia.

CAP. I.

1 IVdex† etiam in dignitate cõstitutus, vel alius minor debet sententiam diffinitiuam proferre in scriptis, alias tenetur ad expensas, & damna litigantibus, vt constit. regni ab omnibus de causis & iudic. cito deci. vbi glos. dixit, quod est verum in causa, in qua requiritur libellus, vbi autem non requiritur, non debet proferri sententia
a in scriptis,[a] vt in constit. j. de dilatio. & in constitut. in pecuniarijs, & extra de re iud. c. fin. in vj. & in l. statuitis. C. de senten. cum authe.
2 ibi posita. † Etiam principis sententia debet proferri in scriptis. in authentic. in medio litis §. si vero aliqui. & fallit in auth. de mãd. prin. §. sit tibi. collat. tertia. & in constitut. inter multus. & in constitut. ad reprimen. in verbo, sine figura. secus in interlocutoria. capitul. quoniam contra. in verbo, interlotiones. extra de probatio. Et quãdo proceditur ex non scripto, sine libello, & sine scriptura, snĩa nõ debet pferri in scriptis, qa tũc causa examinat̃ ex nõ scipto. in auth. vt iud. sin. quoq. suffr. in §. necessitate. & in Specul. de senten. §. iusta. versicul. non enim. secundum Luc. de Pen. in l. in subeundis. de castren. om. pala. pec. & adde quia Bald. & etiam Bartol. latius in authent. nisi breuiores. C. de senten. ex peri. recit. dixe
3 runt per illum textum. †quod in causis breuioribus sententia potest proferri sine scriptura, vbi Bald. dixit quòd causæ breues sunt in
b ter homines paruæ conditionis,[b] nam causa vnius bonis est magna in rustico, quia forte est maior pars fortunarum suarum. de offic. præd. l. illicitas. §. veritas. vbi glo. de vno porcello. ¶Item si rusticus peteret suam mercedem, quia proceditur verbo, sine scripturis, & sine sportulis, quę sunt arbitraria inspecta conditione personarum & rerum. arg. de transact. l. cum hi. Nam coram iudice rurali non debet libellus offerri, quia ratione ignorantiæ legum simplici via sunt contenti, secundũ Bald. ibi. & vide Ang. in l. sed & si susceperit.
4 de iud. §. j. quę no. ¶† An si sententia est nulla iudex faciat litem suam? & glo. in l. iudices. ff. de extraord. cognit. quòd non. vbi Bart. quod est verum pronuntiando, sed bene faceret litem suam in exequendo. argu. de pericul. & commod. rei vendit. l. lectos. & tenetur ad interesse parti, secus si partis non intererit, quia erat verum debitum ad quod de facto fuit cõpulsus. l. finali in fin. quòd met. caus. ¶Et ideo isto casu credit Bald. quod non tenetur parti, quia non interest, sed tenetur ad pœnam extraordinem, quia non seruauit legem. de sacros. eccl. l. iure nostro. Bal. in l. j. ff. quòd quisque. iu. in secunda lect. vbi dicit, quòd quando sententia est nulla non fit retorquutio contra iudicem. & vide And. de Isern. in const. regni circa violentiarum. ¶Et adde, an si iudex dederit sententiam nullam in fauorem actoris, in qua non apposuit ponenda, nec eam dedit in scriptis, & non seruauit titulum. de sent. ex peric. recitan. teneatur actori. Bart. in disputatione sua tenuit, quod sic, quando ibi intellectum ad gl. in l. fin. ff. de var. & extraordin. cognit. & tenere videtur in l. si quis in conscribendo. in fi. C. de pact. quando facit præiudicium parti & iniustitiam. ¶Ista enim nullitas ratione omissionis substantialium sententiæ, est nullitas ipsius iudicis facto proueniens, quod tenetur sententiam proferre seruata forma, & ordine iuris, vt in l. prolatam. & in titul. de sentent. ex peric. recit. & ideo tenebitur parti ad interesse, quia debebit condemnari quatenus iudici videbitur, secundum Barto. in dicta disputatione, scilicet ad expensas & danna vt iterum suis sumptibus proferatur, & est hodie decisum per constit. regni. quæ incipit, ab omnibus. in titul. de causis ci
5 to decidendis. ¶† Et iura quæ dicunt, quod iudex pronuntiando nulliter facit litem suam loquuntur quando pronuntiat nulliter contra reum, quia ex quo reo non fit præiudicium, eius respectu non facit litem suam secus respectu actoris, qui est læsus ratione nullitatis per iura prædicta, quæ not. quia

ita

ita oportet distinguere,& vide in verbo,exe cutio sententiæ.

a ¶ *In scriptis.*] *Adde dom. Alexand de Imol. in l. videmus §. i de in litem iuran. & Paul. de Cast in l hac consultissima. §. at cum humana. C. qui testa fac pos. vbi etiã vide Bal. in ver. item est arg & per Lanfranc. in c. quoniam contra in versicul. sententia in v. col de probationibus*

b ¶ *Paruæ conditionis.*] *Quæ sint causæ breues. uel magnæ. vide tu Felyn. in capitul in causis. de testa. circa princip. & in cap. ij de offic. de. leg. circa fin. i col.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui tulit sententiam iniustam propter metum non tenetur.*

2 *Iudex potest cogi per superiorem suum ad iudicandum, & non per alium.*

3 *Iudex non facit litem suam quando sententia nulla nullum generat parti præiudicium & numer 4*

5 *Solennitates iudicij quæ sint? & nu. 8 Et quæ substantiales? & nu 6.*

7 *Veritas intelligitur quatenus constat ex actis.*

9 *Citatio est de solennitate substantiali processus et quamuis possit procedi sine solẽnitate iuris tamen requiritur citatio nu. 12.*

10 *Causæ cognitio dẽt fieri partibus præsentibus.*

11 *Omni solennitate iuris omissa nihil aliud est dicere quàm summarie.*

13 *Verba sine figura iudicij licet videãtur importare liberã facultatẽ, debebit tamen iudex seruare regulas iuris gentium.*

14 *Sententia est de processu.*

CAP. II.



TRVM iudex, qui per vim', vel metum tyrannus proferc malam sententiam alias non laturus, excusetur? Dic quòd sic, nisi à principio sciuisset
hoc euenire potuisse, quia non debuisset offi
cium acceptare. ar. de damn. infec. l. qui bona.
§. de illo. & ff. loca. l. habitatores. §. fin. & l. ex
1 conducto. §. j. ¶ † Si autem iudex per metum
tulit iniustam sententiam. dicit Bald. quod
non tenetur, quia necessitas est contraria vo-
luntati, quia iudicis voluntas debet esse libe-
ra, sicut electio & institutio. l. illa. de hæred. in
stit. de arb. l. qualẽ. ¶ Et hoc si fertur nõ obstã-
te metu, tamen si metus miscetur, quia cogi-
tur sic pronuntiare, vitio non caret, & rescin
ditur. 11. q. j. quatuor. not. in l. j. de leg. ij. se-
cundum Bald. in d. l. fi. de pœn. iud. & adde
Bald. in l. j. C. quomod. & quand. iud. qui di-
xit, quòd superior potest cogere iudicem, qui
habet causam ab ipso, ad pronuntiandũm. ar.
l. qualem. de arbit. nisi esset princeps. per l. j. de
constitut. princip. secus in eo, qui non habet
iurisdictionem, vt Episcopus & Archiepi-
scopus, & sicut notarij, qui non habet inrisdi-
ctionem à potestate, qui non potest ab eo co-
gi, sed debet recurri ad superiorem. in auth.
2 vt differen. iudic. Bald ibi. ¶ † Et adde, quia
iudex potest cogi per superiorem suum, cui
sua iurisdictio subalternatur ad iudicandum,
non tamen per alium. in authen. de quæstio.
§. & sic de defens. ciuita. item nulla. & facit
C de exact. trib. l. missi. & vide Bald. in l. fi. de
pœn. iudic. ¶ Et adde, quòd potestas qui facit
cum iudice suo, quòd proferat sententiam fal
sam in criminali, quòd tenetur. leg. Corñ. de
fic. l. j. ff. ¶ Et idem si priores hoc faciant cum
potestate, quòd tenentur. leg. Iul. de vi pub. se
cundum Bar. ibi per l. j. de vi pub. l. qui dolo
malo. Et facit, quòd dicit Inn. in c. pastoralis.
in verbo, iniustum. de offic. deleg & facit C.
de decur. l. omnes. & quòd Bart. no. in d. l. qui
dolo. ¶ Idem si potestas cogat testes per tor-
menta, vt falsum dicant per illum text. per
quem dixit Bald. in c. j. de pac. iur. firm quòd
falsus testis tenetur eadem pœna qui dixit in
tit. de pac. iur. fir. quòd falsus testis deponens
contra innocentem tenetur vt homicida, &
idem Bal in l. præsbyteri. de epis. & cleric. in
l. data opera. C. de accus. dixit de falso teste,
quæ no. contra iudices, qui dolo aliquem con
demnauerunt ad mortem, an tunc sententia
lata per metum sit nulla, vide late Bald. in l.
decernimus C. de episc. & cle. vbi distinctio.
3 ¶ † Iudex nõ facit litẽ suã, quãdo sentẽtia nul-
la nullum generat parti præiudicium. in l. si iu
dex. de var. cog. secus si generat præiudicium
parti, quia facit litem suam l. si quis in conscri
bendo. de pact. ¶ Quando ergo pronuntiat
admittendo exceptionem pro reo, & absolute
cũ ab instantia iudicij & generat prẹiudiciũ
actori facit litẽ suã, nisi esset error expressus
in sententia, quia non facit litẽ suam. l. j. §. j. ꝙ
quisqu. iur. Bald. in d. l. si quis in conscriben-
4 do. ¶ † Dicitur, quod iudex ex sola nullitate
sententiæ vel processus non facit litem suam,
nisi executio processerit. l. fi. de var. cog. quæ
examinantur in cap. an si sententia est lata. &
in capit. iudex non facit litem suam. & in ca-

pitul.an si sententia est nullla.quod hodie in-
dubitatum videtur per cap.regni quod inci-
pit, detestantes.quo videtur prouisum,quod
processus causarum ex defectu omissæ solen-
nitatis iudiciariæ non possunt dici nulli agen
do,nec excipiendo, dummodo debito modo
liqueat de pura substantia veritatis, & posit
procedi ad sententiam pro celeri executione
iustitiæ propter, quod capitulum hodie vide
tur posse iudex excusari,sic ex processu sine
debitis solennitatibus formato, sententiam
protulit, & executus fuerit contra rusticos
qui iudices solent accusare, quòd sine or-
dine iudiciario compulit, ad soluendum.
¶Sed inter Doctores regni semper fuit du-
bitatum, si dispositio illius capitul.detestan-
tes.quòd loquitur de omissione solennitatis
iudiciarię locũ habeat,si omittãtur aliqua sub
stantialia iudicij,propter quod esset videndũ
5 †quæ dicantur solennitates iudicij,in quo ali
qui Doc.regni dixerunt in hoc,quòd gl.in l.
prolatam.ponit aliquas, quę tamẽ loquuntur
de solennitatibus sententię,de quibus in ti.de
sen.ex per.recit.& d.c.detestãtes.dicit iustitia
rio,quia de illa nõ põt intelligi,cũ erat super
illa prouisum de iure cõmuni.l. absentem.ff.
de pœn.cum solennitates iudicij proprie sunt
forma,& figura iudicij, de quibus loquitur
Bartol.ad repri.in verbo,forma,& figura. &
in l.nec quicquam.§.de plano.de offic.procõ
sul.& capitu.statutum de hære.in vj.& Bald.
in addi.Spe.in ij.parte.in rub.de præpa. Bart.
l.j.§.si plures.de exercito.Et d.cap. detestan-
stes.loqui videtur in processu causarum, &
non in sententia,& sic de nullitatibus concer
nentibus processum,& non sententiã,& vult
quod sententia lata in processu nullo teneat,li
6 cet de iure non teneret.† Tamen aliæ sunt so
lennitates iudiciorum, alia sunt substantia
lia iudicij, vt videtur dicere Andræ.de Iser.
in procemio constit.reg.& cum dictum cap.
detestantes.dicat dummodo alias debito mo-
do liqueat, non potest liquere debito modo,
nisi seruentur substantialia,maxime litis con-
test.& similia, vt est glo.in l.ij.C de hæred.
vel actio.vendi.& Bartol.in cap.grauis.de re-
bus eccles. non alie. Et quia talia substantialia
sunt inducta ad vtilitatem reipublicæ autho-
ritate,& vtilitate,ergo tolli nõ videtur,vt no.
in cle.sępe.de verb.signi.per Guil.de monte
lau. Tamen videtur quòd dictum.ca.supplet
defectus substantiales omissos,vt puta litis cõ
testa.& similia,quia non substantiales non vi-
tant processum,vt dicit Arch.in c.j.de accus.
in vj.Et si hoc non esset dictum capit.detestã
tes.nobis de vẽto seruiret.ad quod facit,quod
dicit Andrę.de Isern.in procemio constit. in
ij.charta.& cano.in dicta cleme.sępe.& quia
dictum c.tollit leges in contrarium facientes.
& loquitur indefinite,quę equipollet vniuer
sali, ac si diceretur,non obstante quacunque
nullitate iudicij.l.si duobus de legat.secundo
& quia dicto cap. loquitur de solennitatibus
propter quarum defectum contingit proces-
sus esse nullos,sed litis contest.& similes sunt
a tales,quæ reddunt processus nullos.[a] cap.j.&
ij.vt lit.non contest.& quia est factum de cer
ta scientia, quod tollit ius ciuile.l. quoties.in
gloss de preci.impera.offe.& per Andræ. de
Isern.in constitut.prosequentes.sed litis con-
testa.& alia sunt de iure ciuili,vt per Barto.in
constit.ad repri.& quia ita videtur de iure ca
no.de nouo induci.per d.cle.vt veritas videa
tur.& quia supplet defectus,per quos proces-
sus sunt nulli,& non dicit de sententia, quia
de sententia erat iam prouisum per.l. absen-
tem.cum similibus.de pœnis. Et quia dicit
dum modo liqueat de pura substantia verita-
tis, per quæ verba supplentur substantiales
defectus, secundum Bartol.in l.si fideiussor.
§.quædam.ff.manda.& propter verbum veri
tatis,ad quam iubet attendi,& quia iudex de
bet illam semper attendere.l.illicitas.§. veri-
tas.de officio præsidis.& d.§.quædã.& in l.j.
C.de lati.libe.tollen.& Salicetus in l.si quis
§.initium.de edendo. & in authentic. vt de-
funct.func.in princip.colum.sexta.& l.nemo
7 C.de sentent.vbi Angel.quia †veritas intelli
gitur quatenus constet ex actis.capitul.ex li-
teris.de iureiurand.& in capitul. inter de re
iudica.& Andrę.in titul.hic finitur lex Cor-
radi.§.his.Et quia dictum capitul.non exci-
pit,nisi priuilegia baronum quæ sunt duo,
vnum per constitutionem, vt vniuersus.
aliud per constitu.prosequentes.quæ concer-
nunt sententiam & processum,& exceptio de
bet contineri sub regula, ergo necesse est
dicere, quod intelligatur de his, quæ conti-
nentur in execeptione. & ideo doctores re-
gni huius per supradictas rationes interpreta
ti sunt cap tul. detestantes. quod habeat lo-
cum in omissione substantialis defectus iu-
dicij.pro quibus adducitur Bald. in l.prola-
tam.C.de sentent.qui dicit quod stante statu
to,quod valeat sententia omni iuris solenni-
tate omissa,quod valebit prætermisso ordine
iudicij. de quo in l. prolatam. licet gloss.
ibi videatur dicere contrarium, quod no-
men

men ſolennitatis poni poteſt etiam pro
ſolennitate ordinis & pro ſubtilitate iu-
ris.ff. de reſtitutione in integrũ. l. diuus.
vbi Bal.ſubdit quod ſi ſtatutum diceret,
omni ſubtilitate omiſſa, quod valeret ſen
tentia non ſcripta & nõ lecta, & viua vo
ce lata, & dicunt aliqui Cano, in capit.ea
8 quæ.de elect.in 6.† quod ſolennitates iu
dicii illæ dicuntur, quę magis ſpectant ad
ordinem, quam ad inuentionem verita-
tis, quos ibi refert Innocen .tamẽ Baldus
dicit quod ordo eſt inter plura.ſed ſolen
nitas eſt facere ſecundum formam iuris,
ſecundum glo. in dict. l. prolatam. vt lis
conteſtetur.&c. Et etiam ibi dixit Ange.
9 quòd † citatio eſt de ſolennitate ſubſtan
b tiali proceſſus b per no.in l.cõſentaneum.
C.quomodo & quando iudex. Tamen
Barto.dicit quod de ſolennitate ſubſtan-
tiali iudicii eſt cauſæ cognitio per illam
10 glo.& per l.ex ſtipulatione.eod ti.†.Cau
ſæ autem cognitio debet fieri præſenti-
bus partibus.l.in cauſæ.§.cauſa.ff.de mi-
nori. Vnde ſi partes ſemper eſſent præ-
ſentes, vel contumaciter abſentes, non
requiritur citatio ſecundum Bart. ibi. Et
adde Bar.in l.ſi filius.ff. de dona.dicentẽ
quod ſi ex forma ſtatuti poteſt procedi
ſine iuris ſolennitate, videtur remiſſa ſo-
lennitas iuris ciuilis, nõ naturalis, vel gen
tium.argumen l.2.de natali. reſtitu. quo
caſu requiritur legitimus numerus teſtiũ
& defenſiones legitimæ.& qđ teſtes par-
te præsẽte examinetur, & citetur pars ad
oẽs actus, quę citatio eſt de iure natura-
li.clemen. paſtoralis.de re iudic. & idem
Bar.in l.i.ff.de re mili. & ad repri.in ver-
bo, figura iudicii.vbi etiã dicit Bar. qđ iu-
dex tunc nõ poterit admittere teſtes ini
micos nec etiam credere poterit teſtibus
ſine cauſa ſcientiæ ſecundum Bal.in l. ſo
lam. de teſti. tamen teſtes recipere pote
rit ſine iuramento.ſecundum Bar.ibi.licet
Bald.dicat contrarium.l. milites de teſta
mẽto militis.& in l.presbyteri. de epiſco.
& cle.Vnde Ludo. in rubr.de arb.vbi po
nit, an poſsit admittere teſtes prohibitos,
& furioſos & impuberes ad teſtimoniũ.
Etiam ad prædicta facit, quia Barto.ad re
primendũ.in verbo, videbitur. æquipa
rat verbum, ſine figura iudicii.& verbũ;
non ſeruata ſolẽnitate.vbi videbis, quod

ſi ſtatutum diceret, quod poſſet de facto
procedi, tunc proceditur non ſeruata ſo
lennitate iuris, dummodo quod non au-
ferat defenſionem partis. & ita intellige
quod Bar.dixit in l.non ſolum.§. ſi man
dato.ff.de iniuriis.vbi dixit quod contra
aſſaſinos de facto pceditur. Et dixit idẽ
Barto.in dict. l. ſi filius. quod vbi poteſt
procedi ſine iuris ſolennitate poteſt die-
bus feriatis in honorem Dei, licet contra
rium teneat in dicta extrauaganti, quod
limitat Ludouic. in dicta l. ſi filius. niſi
in die dominico, de quo per omnes.in l.
prima de ſacroſanct.eccleſs. Dixit etiam
Bartol. ad propoſitum. dicto capitulo
de teſtantes. quod quando in ſtatuto
dicitur, quod procedatur omni ſolem-
nitate iuris omiſſa, dummodo quod legi-
time conſtet de maleficio.tunc in proba-
tionibus faciendis requiritur ordo iuris,
nõ tamen in alia parte proceſſus. Et pu-
to quod Bar.ſomniauerit dictum capitu
lum.deteſtantes.qui ponit mentẽ ad ali-
qua verba ipſius c.ad quæ faciunt plene
dicta per Bal.in l.nec quicquam.§.de pla
no.de officio prefect. vrb. ibi ſubſtantia-
lia iudicii & probationum, appellat ſolen
nitates iudiciorum, quibus ſubiunge qđ
11 † nihil aliud eſt dicere, omni ſolennitate
iuris omiſſa, quàm ſummarie & de plano,
quo caſu proceditur ſine libello, litis con
te.iuramento calumniæ, & aliis vt in cle.
ſæpe de verborum ſignificatione.quod la
te examinat ibi Bal.tamen tollitur per di
ctum modum procedendi quin perſonæ
non ſint in iudicio legitimandæ, quia fi-
lius debebit habere conſenſum patris q
eſt de ſubſtantia, nõ de ſolennitate, ſecũ
dum Bar.in d.§.de plano. in repe.dicens
quod tale ſtatutũ interpretabitur legiti-
matis perſonis arg.l.ſi de teſt.mili. & qa
quando perſona non eſt legitima dicere
tur pars grauari, & poterit appellari de
minori.l.ait prætor.§. permittitur. & qđ
no.Innocen.in c.innotuit. de eo qui fur.
ordi.ſuſce.Et dicit Bar. in l.2.de edi.diui.
quod in cauſa ſummaria requiruntur le-
gitimæ probationes, quod ad legitimatio
nem perſonæ.& Bal.in l.3 §. ibidem. ad
exhiben.nam licet aliàs proceſſus, qui nõ
teneret, ratione dubii teneat per gl.in l.ſi
c putans.fami.er.eſt verũ, dũmodo habeat

 fundamen-

fundamentum legitimationis personarũ. l.non idcirco de iudi.& Bald.idem in l.si quis.ex aliena.co.ti.Nam legitimatio pſonæ procuratoris non legitimat processum nullum ex persona domini. d l. non idcirco.§.i.vnde quando domini persona non fundat processum, quia est illegitima, vt quia seruus processus erit nullus, licet procurator sit legitimus. secundum Bald.in d.§.i.Et tenet etiam Bart. ad reprimendum. in verbo. figura iudicii. vbi quòd quamnis causa cognoscatur sine figura iudicii, debebunt legitimari personę per tex. illius constitutionis. & per c. non debet de re iudi. ne factum alicuius non habentis mandatum mihi noceat.de re iudi.factum cum si. Et ideo aliàs consului, quod si est factus processus cũ tutore pupilli,qui non produxit solennia,nec personam suã bene legitimauit in iudicio, ꝙ processus talis non iuuabitur per d.c.detestantes.ꝙ non supplet legitimationes personarum sed tantum iudiciorum solennia.licet iudices magnæ curiæ in hoc dubitarint,& non bene. Et subdit Bar.in d.§.in verbo, sine figura iudicii ꝙ
12 † quãuis possit procedi sine figura iudicii, vel iudici solennitate requireretur citatio,quia Deus citauit Adam dicens, ꝙ propterea fuit reuocata sententia lata cõtra Regẽ Robertũ,qui non fuit legitime citatus vt in d. c. pastoralis & requireretur etiã, qđ detur aliqualis petitio in scriptis,vel verbo,in actis scribatur. nã mulier coram Salomone,dixit filius meus viuit &c.c.afferte de præsum.Et sufficit, ꝙ ipsa petitio sit generalis licet non habeat omnia requisita de iure ciuili.l.i. in fine. de eden.Et etiam sufficit si eius conclusio nõ sit legitime fact.l.i. ff. si mens.fal. mo.etiam si non petat reum,cõdemnari, sed dicat reum cogi, quod fieri non debet l.2.de execu.rei.iudi. Nam vbi proceditur sine figura iudicii,valebit iudicium, vbi sit sola facti narratio sine conclusione, idem si conclusio non est bene apta, si tamen ex narratione potest comprehẽdi quid actor velit.arg.l.i.§.j. de rei vxo. ac.& si sufficiat pronuntiari iuxta petita, dummodo quod non sit tanta ineptitudo, quod tollatur defensio reo. Poterit ẽt secundum Bar.opponi exceptio rei iudicatæ & litis finitæ ad processum, quia est de iure naturali, ne bis iudicetur in id ipsum.Tamen exceptiones quę magis differunt, & frustrantur causam, quam ipsam veritatem respiciant,potest tunc iudex depellere.d.c.sæpe.quia non sunt de iure naturali,imo contrariæ.Tamen litis
c conte. c non requiritur, quia est ciuilis solennitas, quo casu primi actus, qui fiunt legitimatis personis, quo ad certos effectus habebunt vim litis contesta.l. nihil. de procurato.Item amputatur dilationũ materia & litis breuiantur, non in tantũ, quin probationes necessariæ defensiones non admittantur.d.cle. Et valebunt etiã si fiant sine dilatione.ff.de quæstionibus. l.vnius.§.cogniturum.tamen dandę sunt dilationes cõgruentes ęquitati, quod ius non auferatur, nec reo defensio, quæ ex æquitate naturali procedit.l.vt vim.de iusti.& iur.cum si.Debent etiam cum taliter proceditur testes iurare.l.iureiu.C.de testibi.& dicta testium debent necessario conlcude re sicut in causis ordinariis, sicut dicitur in Daniele.& Susana.vt no.in l.testium. Nec requiretur præsentia partium in examinatione,secundum Barto. in l.si quando.§.si.de test.licet Bald.contra.vt supra vbi de iure diuino debebit ẽe fieri publicatio. qa aliàs auferetur reo ius defensionis, quia non posset testes impugnare,& eorum dicta, & auferetur defensio.¶Tamẽ non poterunt, testes produci post didicita testificata,ne alter alteri insidietur.l. vt vim.de iustit. & iure. In quo aliqui errauerunt qui dicunt quod in eorum curia proceditur secundum veritatem.& volunt recipere testes super eodẽ post didicita testificata quod non potest hoc facere. ¶Et hoc etiam seruata curia, mercatorum, in qua nõ recipiuntur post didicita testificata. Etiam non petet actor à reo sibi edi instrumenta, quia est iure naturali & ciuili prohibitum.clemen.qui accusare de eden. nõ tamen requireretur conclusio in causa.d.l.sæpe.quia solennitas ciuilis dictat quod semper cum iudici liquet,potest sententiari, vt in sententia Salomo.regun.3.c. Nec etiam debet dari terminus ad allegandum debebit tñ citari ad sñiam.d.cle. sæpe. scđm Bartol. qui dicit quod requiretur citatio specialis ad sententiam

sententiam & non sufficit prima citatio, vel alia ad procedendum. Nec requiritur sentẽtiam proferri pro tribunali, & quod feratur in scriptis.d.cle. quod non est necesse de iure ciuili, nisi vt probari possit, quia assessori iudicis, etiam si sit Papa, vel imperator non creditur. c. quoniam contra.de proba.& in cle.i.eod. tit. Et idem si non seruatur solennitas.l.i.C. de senten. quæ est iuris ciuilis,& nõ naturalis, quod valebit sententia, licet alias secus, vt l. furioso.de re iud. ¶ Itẽ si præcedente cognitiõe iudex iuberet res capi & distrahi pro debito, nã valeret, sicut olim ante ius ciuile omnia manu regia expediebantur. l.ii.de origi.iur. & sic Barto. dicit debere procedi, vbi sine figura iudicii proceditur Etiam dixit in verbo. videbitur. in fin.ꝙ si statuto dicatur, quod in tali negotio ꝓcedatur de facto, vel per alia similia verba, quia tunc procedet manu regia sicut olim &c. sic omni⁹ solennitate ciuili remissa, non autem quod iura alterius aliquo modo lædantur contra æquitatem naturalem, nam non potest quis esse magis solutus legibus, quam Imperator, & tamen sua potestas ad hoc extenditur, ideo fuit cassata sententia in capitulo. pastoralis de re iudica. pronuntiando in quibusdam. contra naturalem rationem.

13 ¶ † Et ideo licet verba sine figura iudicii d videantur importare liberam facultatem, debebit iudex seruare regulas iurisgentium . & naturalem æquitatem omissis solennitatibus iuris ciuilis, secundum Barto. in dicta constitutione ad reprimendum, qui videtur glosare d.capitulum detestantes. quod solum attendat quod debito liqueat puta, substantia veritatis, quæ verba excludunt processum rigorosum a iure ciuili inductum, & dant formam procedendi æquitate canonica & secundum rationem iurisgentium, secũdũ Cano.in c.dilecti.de iud. & dominũ Anto.in c. literas.de iura.calum.vbi dicit ꝙ ista verba excludũt etiam iuramẽtũ calumniæ,& solennitates iuris ciuilis veritatem negotii non tangẽtes,q̃ dicuntur apices iuris vt si est perẽptoriũ, lit. contestatio, solennitas publicationis, vel si esset intentata actio directa,& competebat vtilis. vel exceptio ordinis, secundum gl.in l. si mancipium. de euictio. secundum Bar. in l.fideiussor. §.quædam.ff.mand.& Bal. in l.si pro ea.C.eo.titu.& glo.in dict.cap. cum dilecti & vide decision.Rotę.xxxij. quando causa committitur substantia veritatis inspecta quod non seruantur termini iuris, nisi substantiales . ad quod facit quod dixit Bald. in l.nemo.C.de sen. quod si princeps committit causam de veritate & iustitia, quod intelligitur de veritate, cui ius patrocinatur,& dixit in l. iustitia de iusti.& iur.& per ista verba iustum & verum decidat non a iure discessum.arg.l.si quando.de inoffi. testamen. vbi vide per eum, an teneatur seruari ius municipale. Et tamẽ aduertendũ q̃d Andr.de Isern.in proœmio constitu. videtur facere differentiam inter solennitates iudiciorum,& substantialia. Ideo tempore Reginæ Ioannæ II. fuit facta quædam declaratio, quod dict. capitu. detestantes. locum haberet in substantialibus iudiciorum cum additione tali, dummodo quòd sententia rite & recte proferatur, quæ additio videtur destruxisse. dictum cap.in hoc quod dicitur de sententia rite & recte ferenda, quia licet de sententia nihil in eod.cap. diceretur . tamen fit mentio de processu : & supplendo oẽs sollennitates omissas in processu,& sic intelligitur etiam suppleuisse solennitates

14 sententiæ, † quia sententia est de processu.l.2.vt lite penden.secundum Baldum allegantem Iacob.de Butr. in l.in fraudẽ. de iure fis.in dict.l.2. & in l.actorum verba.& in l.acta.de re iudic. & dicto capitulo quoniam contra . e secundum Baldum in dicta l.secunda vbi dicit quod appellatione actorum continetur sententia. & sic per illam additionem requiritur ꝙ hodie sententia proferatur secundũ formam.l.i. & sequentium de sententiis ex periculo . & hoc propter verbum rite et verbum recte, quia videtur includere q̃d sententia non sit iniqua, nec contra iustitiam. Et interrogaui reformatores, qui fecerunt dictam additionem, qui dixerunt fecisse, ne tota legis obseruatio in iudiciis edita fuisset per dictum capitu. sublata. In quibus bene aduerte, quia sunt quotidiana, quia aduocati, procuratores faciũt clipeum de dicto capitulo detestantes, in defen-

in defendendo processus ineptos quando constat de veritate. de cuius intellectu vide infra in sequentibus ca.

a ¶ *Nullos*] Adde Paul de Castr. *in cōsi. xcviij. incip. Viso quodam processu.*

b ¶ *Processus.*] *Et adde quod ista solennitas citationis non uidetur remissa, imo semper dici potest de nullitate sententiæ ratione citationis omissæ, ut per* Bar. *&* Rapha. *Fulgo. in l. milites. C. de testam milit.*

c ¶ *Lit contesta.*] *De hoc uide aliquid per Felyn. in c. exceptionem. de excep. col. vltim. versic. iij intellige, nisi esset causa in qua.*

d ¶ *Sine figura iudicii.*] *Quid operetur hec clausula. vide Oldr in consil cxv dom. Alexan. de Imo. in consi. xxxi. iiii parte. & in consil lx. in ea parte & domi. Bartol Socin in consil. c. vi incip. Viso processu. circa med. i colum. in i. parte & quid importet in compromisso. uide dominum Petr. Philip. Corn in consilio liiii. incipien. Videtur in litera. i. in ii. parte.*

e ¶ *C. quoniam contra.*] *Vbi vide omnino Felyn. in tertia columna versiculo not. v.*

SVMMARIVM.

1 *Barones an poßint causas summarie committere et quid in Episcopo. nu. 2.*

CAP III.



Et tamen aduertendū quòd per dict. ca. detestātes. quod prouidet in causis procedit reiectis solennitatibus iuris, quando constat de substantia veritatis, propter quod capitulū, vt puto, in regno hodie omnes causę sunt summariæ ꝑ predicta omnia supra proximè dicta. & cum sint summarie dico. † ꝙ

1 licet barones non possunt de iure cōmuni committere causas summarie, & de plano. vt nota. Andr. de Iserniis in proœmio constitutionum, & in fin. quod hodie ex quo per dict. cap. sunt factæ omnes causæ summariæ, quod barones possunt causas summariè & de plano comittere, qa causas sic committendo uidentur iurisdictionem concessa in dict. cap. in procedendo summariè excitare, & non de nouo committere, nec solennitates iuris ciuilis iam per d. cap. remotas tollere. per not. in l. fi. §. dato. ff. à quib. appel. nō licet. vbi si prīceps mandat ordinario quod faciat actū, quem facere poterat, tunc ordinariam vi detur iurisdictionem excitare, vt illum actum faciat authoritate ordinaria, & nō aliter. ad quod facit ca. licet. de offic. ordi. & not. in l. i. §. penultim. ff. de appel. & ꝙ not. in l. sæpe. de offi. præsi. & in l. i C. qui pro sua iurisdi. argum. l. ius ciuile. de legi bus. Et quia expressio eorum quæ tacitè

a insunt nihil operatur.[a] l. 3. de leg i. vbi dixit Bal. & in l. si arrogator. de adoptio. ꝙ dedit legalem dilationem quod non addit iuri communi, & per ea quæ habentur in ca. licet de offic. ordi. ver. vbi si princeps committat causam, à qua si appellatur, appellatione remota non appellatur quia illa clausula reducitur ad ius, per id quod dicit glo. in capit. i. de constitu. in vi. vbi statutum, cōtinens idem quod ius commune, est ius commune, & sic talis commissio, tanquam sapiens ius municipale introductum per d. c. detestantes. valebit. argum. prædictorum, & idem vbi cā esset sui natura summaria, quia si baro tūc illam summarie committeret, valebit cōmissio, quia videtur iurisdictionem excitare per supradicta. & per no. per Moder. in l. nemo potest de leg. i. & ita consului in casu collectarum summarie commissa per baronem quod valeat commissio.

2 & ita tenet Lap. in alleg cap. ii. † vbi dicit quod Episcopus potest committere causam summarie, quando causa sui natura est summaria. quod mihi videtur verum, & nouiter inductum per dict. cap. destantes. & à nemine tactum quod ca. licet solum dirigatur magnæ curię, tñ Rigina Ioanna tempore reformationis ritū iussit in omni curia obseruari.

a ¶ *Operatur.*] Adde d. Bar. *Soci. in consi. 227. in c. Præsens consultatio. vers. ex quibus infero in ii. parte.*

SVMMARIVM.

1 *Capitulum detestantes, an habeat locum vbi est datus libellus ineptus, & acta processus sunt inepti. & nu. 2.*

3 *In causis summariis debet plene liquere de veritate nisi sit leuis causa.*

4 *Ineptitudo est quadruplex.*

5 *Ineptitudo actionis, an vitiet sententiam. nume. 8. & 13.*

Libellus

6 *Libellus in dubio uidetur productus super iure competenti libellanti.*
7 *Libello dato super dominio non potest pronuntiari in quasi dominio.*
9 *Actio inepta quæ dicatur.*
10 *Ineptitudo libelli vnde cognoscatur.*
11 *Libellus an possit suppleri per probationes concludentes & per aptam probationem*
12 *Mora per lapsum diei si sit narrata in libello & in processu sit probata mora per interpellationem tunc debet sequi condemnatio.*
14 *Princeps debet iudicare secundum ueritatem & non ire per ambages.*
15 *Citari debet pars ad sententiam principis.*
16 *Princeps potest suam sententiam corrigere.*

CAP. IIII.

1 AN dictum † capitulum detestãtes. quod vult procedi in causis non seruatis solennitatib. iuris veritate inspecta, habeat locũ vbi est datus libellus inept⁹, & acta. & pceſſus sunt inepta, ita quod non obstante ineptitudine processus, si constat de veritate, posſit ad sententiam procedi, dic quod Bar. in const. ad reprimendum. in verbo, figura iudicij. dicit quod potest ad sententiam procedi, vbi est causa commiſſa sine figura iudicij, dũmodo non sit talis ineptitudo, quod tollatur defensio reo, quod eſſet quando petitio, vel libellus actoris fuiſſet ita obscurus, quod non potuiſſet reus deliberare, vel respondere, & cum non continet rem & causam. & reus contradiceret. vt l. j. de lite contesta. & actor non declaraſſet, nec in processu probaſſet causam. l. j. C de sen. quæ pro eodem. l. i. §. si quis argentum. ff. depositi. & l. i. de eden. ¶ Nã quãuis in huiuſmo di causis vbi proceditur sine figura iudicii, & sine ordine & solennitatibus iudiciorum: sufficiat dari qualemqualem simplicem petitionem vel verbo in actis petere, vel incipere à positionibus, vel inferre citationem pro simplici petitione, vt not. gloſſ. in l. quod. de priui. scho. lib. 12. vbi citatio potest loco petitionis offerri, vt supra dictum est. & in dicta cle. sępe. & Bald. in d. §. de plano. tamen ista simplex petitio non debet deficere in substantialibus, vt dictis iuribus. & in l. in rem. de rei vendica. ¶ Vnde distinguo quod aut est ineptitudo solennitates formæ libelli, & ordinis iudiciarij, aut est ineptitudo in substantia libelli, seu petitionis, iudicii. Primo casu dicto cap. detestantes supplet vt supra dictum est in præcedenti-
2 bus quæstionibus. ¶ † Vnde quando libellus seu petitio est ineptus ratione formę, etiam procedat iudicium, per cap. detestã tes. quod vult solum inspici substantiam veritatis. & per ea. quæ no. Bal. in l. conuenticulam. de episco. & cle. & in consti. ca. §. quibus. vbi dicit quando præpostero libellum. vt quia peto talem cogi & cõ demnari &c. contra formam. l. i. de exec. rei iudi. ibi Barto. idem tenuit. & cano. Ant. de Butr. in c. examinata. de iudiciis. vel si in realibus detur libellus qui concludat parti & non iudici. l. harum. si serui. vend. & in l. sicuti. §. si quæratur. Nam poterit condemnatio sequi. vt in cap. nouit. de offic. iudic. ¶ Vel si sit oblatus libel. in ciuili fine cõclusione contra l. fideicom. lib. iuuabitur per d. c. detestantes. rei veritate probata. ¶ Et idem si petatur id, quod est in solutione, cum debuerit peti id quod est in obligatione. vt dicit Bart. in l. si stipulatus sim. x. mille de solut. nam etiam puto quod iuuabitur processus. per cap. detestantes. veritate probata. ¶ Vel etiam si in libello eſſent verba transposita, quia non præiudicant veritati. vt not. Bar. in l. quidam de pecu. lega. Vel quia aliter sit formatus libellus, quàm formari debuerit. & generaliter ĩ omni actione in qua datur certa forma, si inepte actum fuerit. illud c. detestantes. prouidet vt probata veritate &c. nam illud capitulũ reducit totã obseruantiam iuris cõis circa formam libellorum ad ius canonicum, secundum quod non requiritnr nomen actionis in libello, sed proceditur ex ęquitate, vt in c. dilecti. de iudi. vbi sufficit iustitia naturalis resultans ex causis sine actione, secundum Bal. in l. fin. de edic. diui. & reducit ad tps quo actiones nondũ erant inuentæ, & manu regia idest potestate regia omnia exercebantur, vt dicit Barto. in d. consti. ad reprimen. in verbo sine figura iudicii vt supra est tactum. Et idẽ ẽt dicit d. Anto. de Butr. in dicto capitulo di
a lecti ª de iudic. quod de iure cano. nõ est necessario actio edẽdai libello, sed sufficit æquitas

æquitas iurisgentium, & sic uidetur per ius Cano. reduci ad illam æquitatem iurisgentium, quæ suberat antequam foret ius ciuile, quia ex sola naturali agebatur, & factũ simpliciter proponebatur, & manu regia iustitia ministrabatur. dict. l. 2. de origi. iur. adde quòd not. Inn. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitu. vbi etiã Ioan. de Imo. & de immu. eccles. quia plerique vbi etiam dicit do. Anto. de Butr. ꝙ verba in commissionibus posita, quod procedatur pure & simpliciter factum inuestigando, excludunt processum rigorosum à iure ciuili inductum, & procedendum est ex sola æquitate. Et idem Bal. in l. nec quicquam. §. de plano. de officio pro
3 cõsul. † vbi dicit no. quod in causis summariis debet plene de veritate liquere. l. hæc autem. §. i. quib. ex causis in posses. eat. ¶ Nisi sit leuis culpa ad Trebellia. l. ille. §. i. dicens quod iudex qui cognoscit sine figura iudicii, non potest ius partis lędere, sicut quando omnia manu regia gubernabãtur. ¶ Et vt apertius loquamur in hoc pũcto, an dictũ c. tollat ineptitudines vt constito de veritate possit iudex pronuntiare, licet libellus sit ineptus. ¶ † Est
4 aduertendũ quod ineptitudo est quadruplex. Prima est ratione solẽnitatis omissę in libello criminali, de qua in l. libellorũ de accusa. & de hac infra tangetur & in ciuili. c. i. de libel. oblatio. Alia est ineptitudo formæ respectu narrationis & conclusionis, quando narratio non proportionatur conclusioni, vt quia dicit se dominũ, & concludit ad dandum, vel dicit se possessorem, & concludit ad restitutionem dominii, quæ vitiant libellũ l. i. vt in posses. & c. examinata. de iudi. quo casu puto ꝙ prouisum sit. per cap. detestantes, Vel vbi agitur vtili actione natiua, & nõ sit mentio obligationis, vnde nascitur Bal. in l. ex legato. vbi et ã Ange. C. de leg. Et idẽ puto vbi libellus esset ineptus respectu causæ & actionis, vt quia ago cõtra messorẽ, & narro me locasse, petẽdo illum condemnari ex locato, quæ non cõpetit contra illum, sed prædictis verbis ex illo edicto si mens. fals. mod. dixe. Et idem quando est ineptitudo circa actionem & peto condẽnari per officium iudicis, illud implorando, quod non pręsupponit obligationem. l. si per collusionem. de action. empti. quia tunc saluatur, & videtur intentatum officium deseruiẽs, secundum Iacobum But. in d. l. harum. si serui. vendice. & l. 4. de vsur. Vel libellus esset ineptus respectu meræ solẽnitatis deficiẽtis, & apparentis ex eius serie. Et idẽ vbi libellus est aptus ex causa agẽdi, sed in actione est ineptus: vt quia dico me dominum. & peto condẽnari ad restitutionem actione ex locato, quo casu si causa probetur. ineptitudo
5 † actionis non vitiat sententiam secundũ Inn. ĩ c. examinata. & Specul. ĩ tit. de acti. §. sequitur. versicul hæc quoque vbi etiã tenet Io. Andr. quod valet sententia, quia inutilis adiectio non vitiat, tamen si ab initio opponitur de ineptitudine, & illã agens non remouet, repellitur. & idem tenet Cyn. in l. i. vt quæ desunt. tamen. Hosti. ĩ d. c. examinata. & Anto. de But. tenet contrarium per nota. per Cy. in l. 2. locat. vbi quando locator narrat ex locato: & petit ex conducto, non debet audiri, quia agit ex actione, & non ex sola causa circũscripta actione. l. 2 §. deinde. de orig. iur. alias superfluo fuisset introducta actio, si sola causa sufficeret. Barto. vero in l. i. de eden. tenet quod iudicium valet, quia si actionem non expressisset, teneret iudicium. ergo tenebit si ineptam expressit. per l. i §. i. de rei vxo. actio. Et non obstat in l. i. si mens. fal. mod. dixe. quia ibi erat actio. & causa inepta, secundum Bald. In quo casu puto per dict. capitulo detestantes. sic prouisum quod valeat sententia, quia ista non concernunt veritatem negotii. sed apices iuris ciuilis. Et idem in omni casu, in quo libellus esset ineptus ex actione, & possit quoquomodo proportionari causæ intentatæ. licet improprie non valet sententia, quia libellus est latissimi iuris l. si quis intentione. de iudic. ¶ Et si dico deposui penes te librũ, quare peto te condemnari ad restitutionẽ. Nã deponens eo, quia deposuit, non intentat vendicationem, sed quia dominus, de positum potest proportionari dominio, ideo potest super deposito pronuntiari. secundum Specul in titu. de actio. & petitio. § hoc quoque. facit quod dixit Spe. in tit. de offi. iudic. §. idem seruitu. vbi quid si petitur vsusfructus rei, quæ vsu consu-

mitur

mitur, & debeat peti vsus, quod poterit pronunciari super vsu, quia quoquo modo libellus proportionatur saltem in larga significatione.l.si possess.§. fin.de iureiur.
6 † nam in dubio videtur libellus conditus super iure competenti libellanti,secundum Innocen. in c. ceterum. de iudi. Ideo si detur libellus super aliqua actione simplici, videtur intentata vtilis vel directa quæ,libellāti cōpetebat. adde no. per gl.in l.si mater.§.an eadem.de excep. rei.iudi.& Cy.in l. vbi pactum.de trāsac.
7 tamen Bar.in l.i ff.de actio.& oblig. †dicit qđ dato libello super dominio nō potest prōnūtiari in quasi dominio.licet Innocen.dicat,quod in dubio videtur deductū directum in d.c.examinata.dicit Bar. in l.stipulationes non diuiduntur. versic. sed circa libellum debere intelligi scđm illum modū, qui magis facit pro actore.& tenet Inn.in c.conquerente.de offi. ordi. vt dicat se dominū intelligatur ēt de quasi domino Licet.Ant. de Butr. dicat in c. examinata.quod hoc sibi non placet ratio ne contrarietatis. & si dicat se possessorē, intelligatur quasi possessor. scđm Guliel. in l.sed si possessori.supra allega.ad quod Inno.de rebus eccles & Bar. in dict.§. an eadem. & Cyn. in l.i. de iure emphi. & Bar.in l.si olei.C.loca.& l.scire.in fi.principii.de verb.obli.licet aliter dixerit Spec. in tit.de act.& peti §.sequitur.ver.hoc autem. & vide dominos de Rota conclusione 173.scđm do.Ant.in capi. examinata. ¶Vbi autem libellus non est ineptus ī substantia actionis sed in qualitate sola, quia narratio & conclusio concludit ad actionem directam,& competit sibi sola vtilis, vel econtra.& super libello probata est sola vtilis.gl.in d.§.an eadē.& Cy.in l.i. de act.& obli.& Spec.in d.§.sequitur. vers.in summa.ad fi.tenet quòd non potest sequi sententia pro actore,quasi petitio sit inepta,& sequatur absolutio.p l.i.§.j. si mēs. fals.mo.dixe.¶Ideo actor debet exprimere quā ipsarū intentat,nisi ex causarū expressione, & modo proponēdi appareat quā intentat.nisi aliud videatur iudici ex circunstantiis,ad quod not.Bar. in l. emptor.de hære.vendi.qui dicit. quod nunquā quis videtur agere velle actione cessa,nisi decessione faciat mentionem. Bar. in d.l.i.dixit quod si libellus habet ita lata verba quod intentata directa possit cōprehendere vtilem, interpretatur illā deduxisse, secus si verba libelli non sint proportionabilia vtili. quia libellus à principio est ineptus, & non profertur sentētia super illo,tamen Bart.ibi facit differentiā in reali, vel personali.& in dicto.§. an eadem.Speculator. vero in tit de sententia prouocan.§.qualiter.versic. quid si lis. in fi.tenet quod sententia potest ferri super vtili,quia ex quo liquet de debito non est locus aliis coniecturis,quia est notoriū al le.l.i.de priuile.credi. & gl.in l.i.in fin.ff. si mens.fals.mod. dixer. & plus dixit ibī Spec.in d versic. quod si lis. quod si ago actione depositi & probaui cōmodatum quod potest sequi sententia,quia constat de debito cōmodati per dicta iura s̄.allegat.Tamen Antonius de Butr.in d.c. examinata.tenet contra, quia super non deducto etiam si constaret per confessionē non posset ferri sentētia. & hoc tenet Io annes Andræ.in tit. de actio.& petitio.§. sequitur. versi. hoc quoque.Et hoc videtur tenere Spec.in tit.de testi.§. sequitur. ver.sed pone egi.vbi quando agit ex mutuo,& probatur confessio mutui si potest sententia ferri pro actore. & vide in dict. decisio.174.& in l. 2.si cert.pet.¶Et similiter dico,quod ex quo ista sunt de apicibus iuris ciuilis,quod c. detestantes. prouidet dari sententiam pro veritate proba
8 ta,vbi potest proportio fieri.vt supra† vbi autem libellus est ineptus ratione.ineptæ intentionis,vt quia narratio,& conclusio libelli.sunt aptæ.sed respectu facti deficit intentio,vt quia narro Titium possidere & dico me dominum,& peto ipsum condemnari ad restitutionem spoliationis, hic libellus ab initio procedit sed constito,& factis probationibus quod intento sic inepta,quia ille non possidet, sed ego, vel alius, reiicitur agens,& pronuntiatur intentionem non tenet, vt in capitulo
9 examinata.de iudic.¶† Dicitnr enim intentio inepta,quando actio non aptè pro ponitur, & non competit contra illum, contra quem dirigitur, quo casu est actio inepta secundum Canon.in d.capitu.exa minata. Vel quando constat de iniustitia agentis quod est quando aptè narratur

tur. Et inde detegitur ineptitudo in probationibus, tūc est ineptus libellus in intentione, & pronuntiabitur non tenere intētionem, & erit interlocutoria. secundum Innocentium in cap. examinata. & Speculatorem in titulo, de officio iudicis §. de seruitu. versicu. in prolatione, & poterit aptam deinde proponere. Licet dom. Antonius dicat, quod erit diffinitiua. Et idem vbi haberet defectum iuris agendi, & impossibilitatis instantiæ, vt quia agit filius contra patrem. l. lis nulla. de iudic. tunc non teneret sententia lata super inepto libello. Idem si esset ineptus ex causa notoriæ actionis deficientis capitulo inter cætera. de iudiciis. de appellationibus cap. solicitudinem. §. si vero. Secus si non esset notoria. de inofficioso testamē. leg. si quis posthumus. & l. cum putarem. familiæ erciscundæ. & glo. instituta obligat. in principio. Et idem vbi esset libellus ineptus in substātia actionis, q̄ nō cōpeteret ꝑ supradicti iura. & vbi vnum intentatur & aliud probatur, vt quia peto medietatem fundi ad me spectantē ꝓ diuiso secū dum Feder. de Sen. consil. 154. quia non potest in alio quam in petitione condemnari. l. ut fundus. communi diuidū. qui dicit quod super petitione prodiuiso nō potest condemnari super indiuiso. & facit in stit. de actio. §. si quis. vbi si quis petit aliud pro alio reus absoluitur. & variata re dicitur variari causa agendi. l. si mater. §. fi. & l. si quis cum totum. de excep. rei iudi. ¶ Tamen in hoc vltimo de diuiso & in diuiso, puto ꝙ per c. detestantes. possit se qui condemnatoria, quia potest proportionari per supra alleg. & dicit Bal. in l. edi
10 ta. de edē. quod libelli ineptitudo† ex forma actionis deficientis cognoscitur, & est visibilis, vt si ago pro re quam dico esse meam & probatur ꝙ est sacra, vel si ago ex promissione, quę postea apparet nuda. tunc sequitur absolutio. ¶ Nam probatio sequens detegit ineptitudinē libelli, vt egi expressè furti non manifesti. & probetur furtum manifestum, & pronuntietur in quadruplo, quia sententia non valebit, quia lata sententia non valebit indirecta actione, & lite non contestata. secus contra, quia actum esset furti manifesti, & sententiarum in duplo, quia maior sententia includit minorem. de ædil. edict. l. bouem. §. aliquando secundum Bal. ibi, qui etiam dicit, quod materia libelli constat ex causa, & ex re, & causa facti & iure, puta contractu. obligatione, vel iure dominii quæ si habenr inter se consonantiam libellus est aptus si habent dissonantiam libellus est ineptus. l. 2. §. circa. de doli exceptio. Et dixit Bar. in l. i. ff. de eden. quod si probatio sit apta, & libellus ineptus non potest sequi condemnatio pro quo. l. habebat. de institutio. quia requiritur quod probatio concludat cum libello. limita & declara vt supra est dictū, & infra dicetur. ¶ Est
11 aduertēdum, † ꝙ licet de iure communi libellus non possit suppleri per probationes concludentes, & per aptam probationē. vt no. Inn. & Ioan. Andræ. in c. examinata. de iudic. & ꝑ not. ꝑ Specu. in titu. de offi. iudic. §. de seruit versi. quid si libellus dicentē ꝙ vbi libellus est ineptus & probationes aptæ, iudex non potest ꝓ actore supplere, nisi pars esset contenta. per c. Pisanis. de restitutio. spolia. & Bal. in l. i. de iurisdict. omnium iudicum. & l. quoties. ī fin. C. de iudic. & idem Bar. in l. i. ff. si mēs. fals. mod. dixe. Tamen istud puto quod sit per dictum cap. detestantes emendatum in regno, quod si constat de veritate iudex non obstante ineptitudine libelli possit sententiā proferre, nisi esset ineptus ratione ineptæ intentionis, vel quia vnum peritum & aliud probatum. vt supra pro xi. c. ¶ Tn̄ aduertēdū, quia hodie plerunq̄ in libellis ponitur in fine illius clausulæ, petēs sibi iustitiam ministrari, quæ clau
b sula saluat & ampliat. b libellum sine actione, & supplet defectum ineptitudinis petitionis, & processus. secundum Innocentium, & Ioannem Andræam in capitulo secundo ii. de ordi. cogni. & Baldus tenet in lege prima de except. rei iud. & Imola in lege si cum nulla. ff. de re iudica. Vel etiam vbi esset libellus generalis. qui possit comprehendere & adaptari probatis, & reus non petiisset declarari, secundum Bald. in lege edita. de edita. de edendo. qui etiam dixit in l. 2. C. de ordina. cogn. quod illa clausula intelligitur de iustitia secundum qualitatem probandorum. & vbi diceretur in libello

qoud

quod petit iustitiam administrari omni via, iure,& modo,&c.tunc videtur omne ius suũ iudicio deduxisse.per l.final. de annal. exceptione.Et dixit Bartol.in l.vinum. ff. si cert. peta.quod per ista verba videtur inductum etiam ius consuetudinarium.& hoc tenet Innocen.in cap.dilecti.de offic.archidia.& Bald. in l.generaliter.de episcop.& cleric.& Innoc. in capitul.certificari.de sepul.¶ Et operabitur etiam, quòd si fuit actum vna actione, puta, rei vendicatione, & in processu iudicij probatur de commodato, fertur sententia pro actore, secundum Specul.in titul. de probationibus sententiæ. §.qualiter, vel quid si lex.vbi dicit Ioan.Andr.in additio.quòd summa æquitas ex quo debito constat, quod ex eadem instantia fertur sentẽtia,licet alia actio fuerit deducta. Quod est verum, secundum Can.in capitul.examinata.de iud.quando verba libelli sunt lata. & facit quod dixit idem Specul.in tit.de obli.& sol.& sequitur versic. quid si libellus,quòd quis videtur petere id, quod de iure petere potest,& eodem ordine, & iure.quo à iure permittitur, quæ Bald. sequitur in l.sancimus.de sacro.eccl. Et facit singulariter dixit.Bald.In l.vinum. supra al-
12 leg.& in l.ij.eo.tit.†quod si in libello sit narrata mora per lapsum diei, & in processu sit probata mora per interpellationem,quod debet sequi condemnatio. Licet in contrarium faciat quod dixit idẽ Bal.Cyn.& Iacob.Butr. in l.& si seuerior.de infa.& in l.ij.C.de proba. videlicet,quod si quis.egit.leg.Iul.de vi priua.& probauit de publica, cum armis, quòd reus debet absolui, nisi esset probatum per confessionem per c.Pisanis.de restit.spo.quia istæ probationes sunt lite non contestata receptæ.l.denuntiasse.§.quid tamen.de adulte. Licet Bald.ibi.pro & contra multa dixerint. Licet Guliel.in §.pœna grauior.dicat quòd si agatur de percussione, cum sanguine,& probetur sine sanguine, vel de vi publica & probatur de priuata,quod debet condemnari in eo, quod est probatum. Quæ cum dubia sunt consueuit in criminalibus apponi clausu
c la in fin.inquisitionis,super quibus omnibus c & eorum singulis, cum omnibus dependentibus, emergentibus, & connexis ex eis, & prorsus extraneis petit, iustitiam ministrari,& puniri,& condemnari,&c.cuius clausulæ virtute,licet non sit probatum delictum ita qualificatum, vt fuit deductum, sequeretur condemnatio.per not. per Bald. in d.l.secunda vbi dixit, quòd ista clausula operatur, quòd non videtur agi connexe, sed diuisim. Et dixit Bartol.in consilijs suis consilio nono.quòd ista talis clausula operatur,quod procedetur ad condemnationem illorum, de quibus actum non fuit, quia iudicis officium latissimum est.l.j.de iurisdiction.omn.iudic. quæ colliguntur ex no.in cap. per inquisitionem.de accusatio.tangit etiam Bald. in l.& si seuerior.de infam.& Angel.in l.si vacantia.de bon.vacant.& dixit Andræ.de Isern.in constitut.regni, si quis danna clandestina, quòd si inquisitio est facta de vno crimine, & probatur aliud crimen connexum, quod sequitur punitio, secus si non sit connexum. Et dixit Bald.in d.l.secunda quòd quando dicitur in inquisitione,quòd petitur reus puniri secundum formam legis & statutorum, videtur intentari omnis lex ad vindictam,& vna intentata,aliç sunt frustra,quç omnia no.quia quotidiana, & seruiunt quotidie in syndicatu officialium ad, excusationem iudicum.
13 ¶ † Et inquantum supra tangitur, quod ineptitudo libelli de iure ciuili processum vitiat, & non potest suppleri per apertas probationes. Adde quod istud habet locum coram iudicibus inferioribus, non autem coram principe, vel eius consistorio, in quo ineptudo, quæ vitiat coram alio iudice,non vitiat coram principe, vt singulariter dixit Bald.in l. Ae-
14 milius.ff.de mino.†quia princeps debet iudicare secundum veritatem & non ire per ambages.per text.in c.ad petitionem Gualterij. de accusa.vt dicit idem Bald.in c.j. de forma fide. quia non tenetur princeps seruare ordinem iudiciorum in procedendo, secundum Innoc.in c.in causis extra de re iud. quæ Bal.
15 refert in c.j.si de inuest.lis oriat.† Debet ta-
d men pars citari d ad eius sententiam.l.fi. de legib quia est iuris naturalis.c.pastoralis.de re iudic. Et dixit Bald.in d.l.fin.quod corã principe requiritur examinatio,& ventilatio veritatis,quia veritatis inquisitio est de iure gẽtium,qui licet non teneatur obseruare solennitates legales, tamen obseruantia iurisgentium non debet de esse,quia pertinet ad naturalem æquitatem. per text. ibi,in verbo,cognitionaliter, quia ad ipsum spectat secundũ conscientiam iudicare secundum Bar.in l.j. C.vt quç desunt aduoc. Et ita Imperator fecit in d.l. Aemilius. Et ita etiam iudicat vt Deus, secundum Bald.in l.sancimus.C.de iudic. Et iudicas plerunq;:secundum bonam æquitatẽ, quç sibi videtur, vt dixit in l.præsenti. de his qui ap eccl.confu.inde dixit Host.in d.c.ad petitionem

titionem, quod nulla iuris subtilitas ob stat processui Papæ, vel principis, ex quo veritas coram ipso probatur, secundũ Io. And.in c.cum olim.de priuile.& l.fina.de fideic.lib.& l vt fundus.commu.diui.non habẽt locum in Papa, & Imperatore qui sunt supra legem. & cognoscendo in cau sis possunt vltra petita pronuntiare, secũdum Io.And.in c.cum inter.de consue.& in c.cum super.de exces.præla.& etiã sine litis contest.c.j.de lit.contest.in fi. per Io. And.& Inno.in c.cõstitutus.de relig.do. ¶ Ideo quantum ad principem & eius cõ sistorium non fuit necessaria prouisio, capitu.detestantes. quia ibi iudicatur secundum substantiam veritatis, & non curatur de solennitatibus iudiciorũ indu ctis à iure ciuili, quia iura ciuilia in consi storio principis allegantur nõ pro autho ritate, sed pro ratione, secũdum Bal.in tit. de pace iur.firm. §.iniuria.quia vbi princeps scit veritatem, nõ debet ire per ambages, secundum Bal. in c.ii.de noua for. fideli.vbi dixit, quod quicquid facit princeps, vt Deus facit.in authen.de hære. & fal.in prin. & Deus veritas est.c.cum testes.de testi. & ideo nõ fallit, neque fallit. l.si de ponde.auri.secundum Bal.ibi.

¶ Nam alia multa sunt specialia in consistorio principis in iudicialibus, quia ibi causa appellationis introducta nõ currũt fatalia.authen.sed lis.C.de app.& Bar.tãgit in l.i.de lib.dimi. Nam etiam coram ipso agitur ex nudo pacto.secundum Canon. in c.quæ in ecclesiarum.de consti. Et vbi ipse incipit de causa cognoscere omnibus silentium imponitur: secundum Inn. in c.cum M.de constit. Et si causam delegat ordinarius, non potest de illa se intromittere. Bald.de pac.iurament. firman.§. ad hæc & l.vt cum.§. ex facto. ff. de mino. vbi dicitur, quod quando in negotio prin ceps manũ apponit, nihil potest inferior in illo negotio, vt dixit Innoc. in c. vt no strum.& in c.intimasti.extra de appel. Et dixit do. Andr.in c.cum olim de priuileg. quod Papa citando aliquem ad decisionẽ negotii totam causam aduocare videtur, licet ad eum non sit legitimè deuoluta, p
16 c.pastoralis.§ pen.de off.deleg.¶ † Itẽ potest princeps suam sententiam corrigere. c.cũ olim.de re iud.& Bal.in l.ii. de ser. & aq. iudiciorũ ordinẽ puertit.d.c.i causis. Et solus restituit aduersus sentẽtiam sui vicarii, vel delegati. Bal in l.ii.si aduer.rẽ
e iudic. Et indicat in facto proprio.[e] l.prox. de his quæ in testa.delent. quod facit ex suprema potestate, ex quo fungitur vice Dei, secundum Bal.in l.cum antiquioribus.de iur.delib. Tamen melius faciet, si causam delegat alicui, & se illi immittat, secundum Cyn.in l.ii.C.de eden.& habetur in clem.pastoralis.de re iudi. Nam ẽt æquitatem non scriptam præferre potest in iudicando rigori scripto. l.i.de legi.secundum Bal.in l.i de iur. aur.annul. ¶ Itẽ si minister Dei est in terris, & debet sibi obediri.l.inter claras.de sum.trini.& fide catho.& in auth habita. C.ne fil.pro pat. ¶ Non tamen quando aliquid contra conscientiam mandat, quia tunc non est sibi
f obediendum.[f] in pace, nec in guerra, sm Bald.in d.authẽ. Etiam ab eius sententia non appellatur, sed supplicatur sibi.auth. quæ supplicatio.de preci.Impe.offe.& l.i. de off.præfect.præt. Et libellus datus principi habet vim ingressus iudicii.l.ii.C.qñ lib.prin.dat. qui non habet locum in alio repræsentãte principem.d.l.i. secundum Ludo. in l.quamuis. de in ius voc. ¶ Item sua constitutio extenditur ad præterita, & pendentia.tex sing. in auth. in medio litis.§.i.& in auth. vt cum de app cog. §. j.ideo consiliarij cõsilij regni huius solẽt iudicare secundum veritatem, & æquitatem naturalem, qui habent supremam iurisdictionem, quia consilium principem repræsentat. Bald.in l.humanum.de legi. & pronunciant in persona Regis. & sunt illustres.l. quisquis.ad l.Iul.maiest. Et omnia quæ supra dicta sunt de præeminẽtia principis in iudicando, habent locum in rege regni huius, qui in hoc regno est monarca, & liber, & habet iura imperialia & est ab Imperatore exemptus, secundũ glo.in proœ.constitutio.& licet in regno seruentur iura Imperatorum, est ex consuetudine, & ex tacito cõsensu regum. gl. ibi, vbi dicit And.de Isern. quod regnum fuit translatum in ecclesiam.cum legibus Imperatorum.& dixit gl.quod Papa cõtulit ei plenitudinem regiæ potestatis, sicut erat penes ecclesiam, vbi vide Andræ.de dignitate Regis huius regni. Quia licet

regnum

regnum teneat ab ecclesia tamen habet omnia regalia, & etiam legem condere potest. quia Papa nihil sibi seruauit, vt ibi concessionibus regni factis Carolo primo. Ideo omnia quæ dicuntur supra de consistorio habent locum in consilio Regis huius. Nam etiam ex antiquissima consuetudine semper in regno viguit cõsilium regium, & vsque ad diem hodiernum, in quo semper deputati fuerunt viri eminentissimi, nam & hi consiliarii iudicantes prætermisso iuris ordine, & secundum veritatem authoritate regia nõ tenebitur in syndicatu tanquam peruertentes ordinẽ iuris in ꝓcedẽdo ꝑ ꝑdicta.

a ¶ Dilecti.] *Vide tu omnino ibi Felin. in princip. & circa fin.*

b ¶ Ampliat.] *Adde dom. Pet. Phi. Cor. in consi. 91. incip. In causa. in litera b. in 4. part. & quòd per eum in consi. 188. incip. Visis in litera q. in i. part & in consi 17. nu. incip. In præsenti. in litera, e. & h in iij part. & in consi. 26. incip. in hac. in litera b. ea. part. & in consi. 228. inci. videtur in litera, b. e. part. & in consi, 278. Viso. in litera b. & in litera d vbi an tollat ineptitudinẽ libelli. & in consi. 301. incip. In præsenti per totum. in consi. 302 incip. licet. in litera g. e. part. & adde dom. Fel. remißiue in c. causam quæ. el. ij de test in princip i col & quod ibi dixi in apost.*

c ¶ Super quibus omnibus.] *De hac clausula vide quæ habentur per d. Fel. i hil. ... in consi. 192. inc. Visa in litera d in ij part. & q. per Fel. in c. ex parte el. i. de rescri. in versic. copula. in vij col.*

d ¶ Citari] *Et in quibus casibus citationem omittere poßit vide Felin in c. cum olim. de re iudic. ad fin. x col. ue si prima est quod in casibus in quibus alij iudices.*

e ¶ In facto proprio] *Adde Fel in c. i. de iudi. in C. col uersi v. conclusio post princi versi. & nunquid poßit esse iudex in causa propria & recusari poßit. uide per eum in c. cum venißet. in iij col in uer limi ij. eod. tit*

f ¶ Obediendum.] *Et an & quando sit obediendum uide Fel in cap. inquisitioni post prin. in uer. ex glo. post prin. versi. de sent. excom.*

SVMMARIVM.

1 *Solennitates l libellorum ff de accus. an suppleantur per c detestantes. & nu 5.*

2 *Locus & tempus an apponi debent in libello criminali & nu. 4.*

3 *Reus an poßit renũtiare iuri ꝓ se introducto.*

CAP. V.

1 N per dictum † capitulum detestantes. suppleantur solennitates l. libellorum. ff. de accusationibus. adeo, q᷑ possit procedi ad sententiã si constat de pura substãtia veritatis? Dic quod non, quia capitulum loquitur in ciuilibus, vt in annali k, habetur. Et dubiũ facit, quia in criminalibus proceditur ad instar ciuiliũ. l. absentem. de pœnis. & tamen in criminalibus non supplet᷑, quia in criminalibus vbi actiones famosæ intẽtantur ad vindictam, sunt istæ solennitates. l. libellorum de substantia libelli, & concernunt probationes criminum ex parte actoris, vt l. prætor edixit. de iniur.

2 & in d. l. libellorum. † quia locus [a] & tem
a pus in libello criminali apponi debet fauore rei vt melius possit causam suã defendere. secundum Bal. in l. cum fratrem. de his qui. vt indig. & co. ti. l. i. Et dixit idẽ Bald. in l. j. C. vbi de pos. agi oportet. q᷑ si accuso te, q᷑ de tali mense me turbasti in possessione rei meæ sic confinatæ, q᷑ libellus non procedit ratione incertitudinis loci maleficij, quia ista violentia potest committi etiam extra possessionem, & idem Bal. in l. in causis. de accu. & in l. mora soluto matrimo. allega Ioãnes Andrea in ritu. de accusa. & Bal. in dicta l. libellorum. & dixit idem Bal. in l. ius ciuile de iustitia & iure. quod si in libello criminali non apponitur mẽsis est ineptus, & nõ potest iuuari, sed de nouo agi, adeo quod propter sui ineptitudinem non interrumpit præscriptionem, nec etiam cõtestatur lis super eo. l. accusatus. de accusa. Et quia locus, tempus & mensis debẽt fauore rei apponi, vt possit se defendere, & si accusatio continet quod te percussi, non poterit per me tunc negatiua probari per testes, quod alibi fui, tamen si adiiciatur locus, & mensis, quia potero probare, ꝙ tũc distabã à loco ꝑ tantã distãtiã, ꝙ nõ potuissẽ venire intra mẽsẽ criminis cõmissi à tꝑe, quo testes me dixerũt videre. ſm Ioã. And. i nouel. ĩ c. ex teno-

re.de testi. vel poterit per eum probari ꝙ per totum illum mensem fui infirmitate detentus quod probatur per medicos.l. qui semel.de re milita.libro.x. & facit gl. singu.in l.si ex pluribus.§. finali. de solu. secundum Bartolus & Angel. in l. libellorum.Et sic cum ista solennitas sit fauore rei introducta, & concernat eius defensionem circa probationes non videtur sublata per d.capi.detestantes. vbi dicitur cum tamen aliàs debito modo liqueat veritas.Tamen si locus, & tempus nõ apponuntur in libello, & reus hoc non apponat an procedat iudicium.& Barto. ibi dixit quod etiam reo non opponente iudex concedit abolitionem, & propter libelli ineptitudinem pronuntiare potest non esse procedendum, & idem Bart.in l. edita.de eden.vbi Bal. dixit quod si reus non edit locum & tempus, & est processum super libello non continente locum, nec tempus, libellus est nullus,dicta l.libellorum. versiculo quod si libelli .Nisi forte quod deficit in libello appareat suppletum per probationes. vel confessionẽ, quia tunc iudex ex officio supplendo potest maleficium punire.per l. congruit.de offic.præsid.Quod Bald.non concedit in testibus,sed in confessione.per capitu.primum de accusa.libro.vi.quia liquidato crimine non debet iudex reo, vel actori abolitionem cõcedere.l.quamuis.de adulte.Subdẽs quod parti facinorosæ liquidato crimine non licet de iure apicibus disputare.alleg. Innocen. in capi. fi. de pur. ca.
§ † Et sic dicit,quòd reus iuri pro se in-
b troducto potest renuntiare. b Vbi etiam dixit Bal. quod omnes istæ circunstantiæ loci, & temporis sunt deponendæ quando pars petit,vel proceditur per accusatio nem.per Innocen. & Hosti. in dicto cap. finali.& not. in l.prius.ad filla.Licet Bartol.in l.edita. teneat contra Innocen. in dicto capitu. finali Quos Bal. reducit ad concor.quia Barto. loquitur de iure ciui-
4 li & Innocen. de iure cano. † secundum quod non requiruntur istæ solennitates. 3.q.vij.libellorum.vbi Arch.licet in contra.videatur tex. in c. tuæ de procurator. Quæ Bald. dixit procedere in accusatione criminali, & non quãdo proceditur ꝑ inquisitionem.per gloss no.instit.de publ. iu.in princip. & vide Andr.de Iser. in consti.regni,si damna clandestina. vbi dixit quod crimina vndecunque clauerint,sũt punienda. & hoc ẽt tenet Ang. in repe.l. si vacantia.C. de bo. vacan. ꝑ illã gloss.q̃ dicit,quod solennitas.l.libellorum.nõ debet seruari in inquisitione, dicens ita tenere Innocen.in d.c.fi.secundum Ang.dicit quòd Iaco.But.dixit quod excepta inscriptione omnis alia solennitas est ibi seruanda,dicens ita limitari debere. d.gl. & dictum Inno. lege non probari, quod etiam dixit Bal.in l.edita. Et in l i.C qui accus.dixit quod illa glo. habet locum in inquisitione generali non in speciali. allega.Iaco. Butr.instit.de acti.in princi. nisi in causa inquisitionis, in crimine vsurarum, suspecti tutoris,hæresis, in quibus inquiritur de crimine in genere non in specie,quia genus non circunscribitur loco,& idem Bal. in l.fin.C. qui accu.ĩ l. ea quidẽ.& Barto.ad repri. in versi. inquisitione. dixit ꝙ in denuntiatione capitali etiam debet poni locus, & tempus, sicut in accusatione. Et vide omnino Bartol. in l.ii.§ si duplico.ff. de adul. vbi dixit ꝙ Inn.d.c.fi. loquitur in inquisitione speciali,quò ad personas, & generali quo ad delicta,& vbi non agitur ad puniendum aliquem sed ad remouendum ab officio.vbi Barto.hoc declarat. Tamen. d.l. libellorũ, nõ habet locum in delictis secretis, vbi nõ põt sciri tẽpus,vt si producatur instrumentum rasum corã iudice, in quo crimẽ est liquidũ per falsam rasurã. & in similibus scd'm Bal.in l. edita.& in l.cũ clericis. ꝑ Bal.de epis.& cle.& ĩ d.l.i.C.q accusa.Et sic in causa ignorantiæ procedet in quisitio generalis & specialis sine istis circunstantiis.Etiam dixit Bar. in d.l. libellorũ. & in l.leuia.eo.tit.ꝙ habet locum in delictis leuibus.Et hoc etiã tenet Bal. in l.edita. nisi quando intentantur causæ criminales,vel criminales ciuiliter motæ, quæ sunt famosæ & competunt ad vindictã, & dolum arguunt, vel interdictis, quando agitur criminaliter. de quo per Barto. in l.prætor edixit. de iniur.& in l. itẽ exigit.de dolo. vbi Bald.& in l. an eadem.§. actiones. de exc.rei iudi.& Bar.in l.i.ff.de edẽ. & in l.fi.depriua.deli.& l.i.ff. de except.in l.i.§.interdum.ff.vti pos. & in l.i. C.depos.

C.depos.per Bald. & in c.j. qui. mo.feu. amit.& in l.fin.C. de neg.gest. & Cano. in capitulo primo de libel. obla. & in d.c. tuæ.Et idem in notoriis, in quibus proceditur leuato velo, de quo per Bal.in l.cũ fratrem.de his qui. vt indig. ubi dicit ꝙ in notoriis non requiritur locus, quia est notorius vt delictum, & tenet Saly.ĩ l.ea. quidem.in Spec.in tit. de notorio crimine. Vnde cum istæ circunstantiæ sunt ponendæ fauore rei, vt in supradictis iuribus, si nõ ponãtur & reus protestetur de ineptitudine, vel nõ cõsentiat, absoluetur
5 ꝑ p̃dicta.† Iõ cõcluditur, ꝙ ꝑ d.c. detestãtes.nõ supplent solẽnitates.l.libellorũ.q̃a cõcernũt ꝓbationes,q̃a tex.d.c. dicit dũmodò super negotio liqueat, alias debito modo. Et hoc seruat magna curia. quia non recipiuntur in ea libellus accusatorius,nec denuntiatio sine prædictis circũstantiis,nec etiam sine his dãtur capitula Tamen mihi facit magnũ dubium si dat libellus sine istis circũstantiis. vel capitula & reus opponat de ineptitudine, & postea probetur contra ipsum de delicto, & substãtia veritatis delicti commissi per reum,& reus nil in contrarium probet, ꝙ possit puniri,quia constat de substãtia veritatis,& quod delictum commisit per d. c.detestantes. & quæ crimina vndecunque claruerint sint punienda 23.q 4 ecce.dicit Andr.de Iser.in consti.reg.prima de defensis.in quo cogita bene, quia Bal. in l edita. hoc bene sentit. vt supra.Et de istis circunstantiis in criminalibus, vide latè Andr.de Iser.in titu. de pace tenen. §. si autem omnibus. Et de generalitate libelli, & de probationibus. in eo factis latissime.

a ¶ *Locus.] Adde tamen quod si locus fuerit appositus indeterminatus & declarari possit libellus sustinetur.ita do. Barto. Soci. in consil. cxlvi inci. Viso processu circa me.vii col.1 prima parte ubi etiã quod libellus actionis iniuriarum debet exprimere locum & tẽpus, alias nullus est ibi circa me v colum.*

b ¶ *Renuntiare. Et an & quando copiose & no. tu vide Felin.in ca.si diligenti.de foro compe ten per totum commentum.*

SVMMARIVM.

1 *Instantia lapsus an suppleatur per cap. detestantes.*
2 *Arbitrium habentes super bono & pacifico statu ciuitatis possunt statuere vt causæ compromittantur.*
3 *Tempus triennalis instantiæ est odiosum.*
4 *Acta iudicii pereunt finita instantia.*
5 *Instantiæ prorogatio impetratura principe.*
6 *Tempora si sint decursa per ꝑcrastinationem aduersarii conceditur restitutio.*
7 *Princeps potest vno verbo cassare sententias iudicum rectè latas.*
8 *Veritas est iustitiæ mater.*
9 *Cursus temporis non immutat substantiam veritatis.*
10 *Statutum tollens facultatem iudicandi secundum veritatem non valet.*
11 *Melius est sub iusto rege viuere, quam sub iusta lege.*

CAP. VI.



1 Restat † vnũ aliud ad dictũ.c. detestantes.an suppleat lapsum instãtię,ita quod si iudex pronuntiaret perẽpta instantia valeret sententia? & dico ꝙ dictum ca.non suppler, vbi instantia esset perempta. quia dictum c. de testãtes.fuit factum ad amputandas lites & vt executio iustitiæ cito fieret, & sic fauore publicæ vtilitatis, quia amputare licitam prolixitatem pertinet ad publicã vtilitatem,vt in prima constit.ca. vbi hoc
2 not.Barto.† Et dicit quod habentes arbitrium super bono & pacifico statu ciuitatis possunt statuere, vt causæ compromittantur,quia pertinet ad publicã vtilitatẽ & pacificum statutũ ciuitatis vel lites amputentur, & idem in l. properandum. in principio, & in §.primo,de iudi. vbi tex. quod hoc est introductum fauore publico,quia crimina oriebantur ex litigiis. Et ideo dixit gloss. quod non potest consensu partium prorogati. vbi Bartolus dicit, quod non possit etiam cum iuramento partium consensu prorogari instãtiam, & idem in l.si quis pro eo. de fide. & Bal.de pace constan.in verbo,in ciuitate. quia iuramentum non firmat actum contra publicam vtilitatem, & idem Barto in l.Seius.ad leg.Falcid. Et dicit Bal. in d.l. properandum † quod tempus instantiæ triẽ
3 nalis est odiosum, & eius abbreuiatio est fauorabilis.Et dicit idẽ Bald.in c. si de

4 feudo lis oriatur. † quod id quod fit finita instantia, & clausa iurisdictione non valet, quia fit à iudice incompetenti. arg. l. facta ad Trebel. in §. si quis bonorum. & in l. 3. § impuberi. eo. titu. Finita instãtia acta iudicii pereũt: vt l. cum. lite mortua. iudi. sol. vbi Bar. & Cyn. in d. l. properandum. Et inde dicit quod sententia lata finita instãtia nõ valet, nec tenet, quia lata sine actis & sine instantia. gloss. in d. l. properãdum. & Bal. per l. scire oportet. §. consequens. de excu. tu. & dicit Bald. de pace constan. in verbo, in ciuitate. quod talis sententia nõ nocet. & solutũ ex ea potest repeti. Et dicit Petrus in d. l. properandũ. quòd iudex punitur. Vnde cum dictũ. c. detestantes. fuerit factum fauore iustitiæ, vt eius executio diutius non prorogaretur, si vellemus dicere, quòd prouidere in hoc esset cõtra mentem illius. c. quod lites elongarentur, & posset quãdocunque causa agitari & protrahi in infinitũ, quòd esset absurdum per iam dicta, nec dictum capitulum in totum remouet acta iudicii, quia dicit, dummodo legitime cõstet de veritate, & sic requirit acta, & terminos probatorios, quia cum perempta instantia sint termini extincti, vt supra merito
5 sententia non valebit. ¶ † Tamen practica est, quòd à principe impetretur prorogatio ipsius instantiæ, vt in ritu antiquo magnæ curiæ vicariæ quòd incipit, item seruat magna curia, vt instãtia quod loquitur quando in ciuili vel criminali sit prorogatio, vbi autem instantia esset ex toto perempta per lapsum triennij quo tempus vitę instantiæ, & sic vita sua esset finita, tunc supplicatur principi, quod cũ lis sit mortua quod spiritũ vitæ insufflet, & det liti spiritum vitæ. vt dicit gloss. in l. ab hostibus § sed quod simpliciter. ff. qbus ex caus. ma quã Bal. ibi not. in eadem l. §. quoties. & Bar. in l. ab hostibus. C. eo. dicit quod finita vita actionis prætor insufflat spiraculum vitæ vt naturales dicũt. Et etiam dixit de Christo qui suscitauit filium matris iam mortuum. Conceditur ergo ista suscitatio instantiæ iam mortuæ à principe ex causa vt si lite causa principalis pendente superueniat pestis in ciuitate, vel terræ motus, aut alia impedimenta publica vel priuata, vt legatio, vel quia procuratorẽ dimisit, & mortuus fuit, vel propter ferias repentinas à principe inductas, propter quæ ius non fuit redditũ, & sic stetit per magistratus. de quibus in l. sed si per prætorem. & l. nec non. ff. ex quibus causis maio. Vel ex alii causis iustis visis principi, quæ sigillatim enumerari non possunt. dicta l. §. item inquit cum sequenti. vbi declaratur ista clausula, si qua iusta causa videbitur. in quibus casibus princeps solet concedere restaurationem instantiæ. Et etiam vbi protractione, vel dolo aduersarii periit instãtia, tempora prolongantur. secundum gloss. in l. arbitrio. §. dolo. de dolo. & vide gloss. in authen. de his qui ingrediuntur ad appellandum, licet glo. in dict. l. properandũ, dicat quòd currat ipso iure, qui dolus aduersarii culpæ actoris pponderat. vt dict. §. dolo. & facit quod not. in l. intra vtile. de minor. & in l. si cum ipse de ex. tut. vbi
6 dicit Cyn. quòd † si propter procrastinationem aduersarii tempora sunt decursa. conceditur restitutio. & dixit Innocen. in capitulo venerabilis. de iudic. quod si instantia cauillationis aduersarii est perẽpta vltra terminum, quia non petiit, & peti possunt expensæ. per l. non ignorat. de fruct. & lit. expen. secundum Bal. in l. properandum. & tenet etiam Bald. in dict. §. dolo. vbi etiam dicitur, quando perijt, facto tertij, quòd contra ipsum agitur ad expensas In quibus casibus quando stetit per iudicem, vel quia iudex fuit mutatus, puto quod pars impetrans restaurationem instantiæ non teneatur ad expensas. argu. l. properandum. §. si autem vtraque. de iudi. & l. eum quem temere. de iudic. & l. qui solidum. §. i. de leg. 3 quia sine sui negligẽtia periit. vbi autem fuisset instantia perempta nõ ex causis prædictis vel similibus, sed ex negligentia actoris, tunc ipsa pars impetrans instantiã suscitari debet soluere expensas parti contrarię. argum l. properandum. & l. eũ quẽ temere. supra alleg. & tenet Andr. de Iser. in consti. regni. sponte volentibus à lite descẽdere. & ita consueuit regia curia quãdo impetrantur restaurationes instantiæ ex aliqua cã colorata, quod cõceditur cum hoc, vt reficiat parti expensas, quia propter lapsum instantiæ videtur succubuisse,

cubuisse, & non posset aliter agere, nisi illis refectis d.l. properandũ, & l. sancimus. eod. titu. fieri autem solet ista prorogatio instantiæ à principe per supra dicta iura. ¶ Et etiam causa appellationis deserta ꝓrogatio per principem fieri potest ex eius certa scientia secundum Bald. in l perem ptorias. C. sen. rescind. non pos. vbi dicit, quod licet rescripta principum causæ appellationis desertæ regulariter impetrata non valeant, vt d.l. tamen est verum, nisi in rescripto dicatur expresse, non obstãte, quod appellatio sit deserta, vel alia clausula æquipollens, at quia vtatur princeps in prædictis plenitudine potestatis, quia in omni sententia intelligitur salua principis suprema potestate. l. fin. de legi. secundum Bald. ibi, vel nisi ex certa scientia hoc fieret ab eo, qui haberet plenitudinem potestatis, vt not. glos. in c. ad hæc. in fin. glo. magnæ, de rescri. nam clausula talis tollit. l. contrarium. per not. per Andr. de Isern. in cap. naturales. si de feu. fuerit controuersia, quia etiam talis clausula habet vim dispensationis specifice, secundũ glo. in c. causa. de æta & quali. & Angel. in
7 l. i. de senten. pas. dicit, † quod princeps sentẽtias iudicum recte latas vno verbo, extra ordinem procedendo cassare potest argum. l. apud. de manu. vindi. & l. prima. de crimin. sacrileg. & domini de Rota in decisi. ccxxxviii. quæ incipit non sufficit petenti, quod princeps potest restituere ad appellandum contra sententiam, quæ iam transiuit in rem iudicatam, quæ not. quia quotidiana. ¶ Et aduertendum, ꝙ dictum ca. detestantes, solum considerat substantiam veritatis in iudicio deductæ, ad quam inquirendam iudex debet modis omnibus quibus potest procedere. l. quoniam. de testa. & in l. is apud quem. de eden. & in auth. de tabel. in prin. nam veritas semper debet esse in pectore iudicis. l. vbicunque. de interrog. act. & cap. cum Ioan. de fid. instru. Bald. in l. fina. de eden. vbi dicit, quod iudicantem oportet cuncta rimari, & dicit idem Bald. in l. fi. in fi. & in l. neq; C. de testi. ꝙ veritati semꝑ debet esse locus in his, quæ non possunt induci, nisi ab ipsa naturali veritate. l. fi. in fin. ff. de probat. nam sine veritate nemo experitur. l. si veritas. C. de fideicom. secundum Bald. ibi dicentem, quod veritas causatur ex parte rei intellectæ, vbi subdit, quod defectus veritatis nũquam purgat, licet aliqñ valeat lata sentẽtia contra veritatem qua lex colit. l. cum ita. de cõd. & demonstra. in verbo, si veritatem ama mus quam Bald. declarat ibi, si recte consideremus. nam iuris intellectus idẽ operatur quod ipsa veritas, secundum Bald. in l. si adducta. C. de furtis. nam veritas seruanda est, siue quis conueniatur, siue agat. l. i. C. de non nume. pecu. vbi Bald. quam veritatẽ subtilitas iuris ciuilis absorbere non potest, secundum Baldum. per illum text. in l. rebus. C. de iure dot. quia vbi agimus de veritate mera non est curandum de iur. apicibus. l. si fideiussor. § quędam. ff manda. secundum Bald. in l. clarum. de autor. præstan. Et ideo dicitur quod sententia debet habere fundamẽta à veritate & iustitia. & legibus, & à probatione, secundum Bald. in l. nemo. C. de senten. quia dixit, quod si princeps causam committat, de veritate & iustitia, intelligitur de illa veritate cui ius patrocinatur, & quod not. Innoc. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu vbi dicitur, quod si committatur causa simpliciter & pure, sola veritate inspecta, intelligitur inspecta veritate, & omissa rigorositate & æquitate, sequẽdo veritatem, & iuris æquitatẽ, secundum Docto. ibi, & dicitur xxij. q. ii. cap. homines. in glos. quod non sufficit veritas rei, nisi concurrat veritas scientiæ, vbi glo. & in c. animaduertendum. eadem causa & quæstione Et dixit Bald. in l. magis puto §. ne passim. de rebus eor. quod iudex debet semper veritatem inquirere ab his, quos credidit eam scire probabiliter, nec debet esse nimis crudelis, quinimò quando causa committitur veritate
a inspecta[a] potest iudex in facto supplere. authẽ. qui semel. C. quomodo & quando iudex. not. Bar. in l. duo sunt Titii. de test. tul. quod veritas iuris ꝓpõderat veritati facti, quia veritas q̃ vestimentis legalibus non iuuatur, non tenetur pro veritate, & idẽ Io. And. in c. i. de off. iudi. lib. vi. vnde dixit Bal. in l. iustitia. de iusti. & iur. quod per ista verba, iustum & verum decernas, non videtur à iure discessum. argum. l. si quando. de inoffic. testamen. Et quamuis

alias princeps iudicare debeat secundum
veritatem, ista veritas debet esse probata
taliter quod ei patrocinetur. l.fina.C.de
legib. in verbo, cognitionaliter. Et dixit
Bal.in l.cum quidam.§.seruum.de acqui.
hæred.quod in iudiciis veritas occulta nõ
sufficit, imò requiritur veritas apparens
per probationes, vel præsumptiones lega
les.argu.not.in l.penul. de periculo tuto-
rum & curato. Quia in iudiciis requiri-
tur certitudo, nec sufficit certitudo natu-
ræ, vel legalis, sed existentis veritatis. nã
b veritas est iustitiæ mater.[b] l. † Libertini.
8 de statu homi.quæ triplex est secundum
Baldum in l.i. C. de confess. nam veritas
non debet affectione obumbrari.l si filio.
de libe.& posthum. Bald.in l.secunda.de
accept. quia id quod non potest disponi
per veritatem, nec etiam per fictionem.l.
fina.C.de adopt.vbi Bal.not. nam solum
veritatem spectamur.l.si forte.de castren.
pecu. Bald. in l.i.C.qui accusa. non poss.
quæ veritas talis est, quod nunquam mo
ritur, l.sicut.de fals.vbi dicit Bartol quod
9 † cursus temporis non immutat substan-
tiam veritatis, quia occultari non potest,
nec debet.xx.quæst.iii. cap. veritas. & est
condenda.l.i.de edi.liber.& dist. in c.ve-
ritas.quia ex cœlo orta est, vt ibi, & quia
quisque iudicum debet illam sequi. l.illi-
citas.§.veritas. de off.præsid. nam ad illã
eruendam & inuestigandam aliqua con-
ceduntur.d.l.is apud quem.& l.si eum.si
quis cau.nã in qualibet iudiciorum parte
iudicis officium inquirere debet veritatẽ.
xxx.q.ii.c.iudicãtem. & l.quod si Ephesi.
de eo quod certo loco.vbi dicit, quod ad
oculum iudicis spectat veritatem inspice-
re.& in auth.de tabel.in princip. Et dixit
Io.And.in c.i.de cle.ægro. in vi. quod ad
veritatem indagandam omnes circunstã
tiæ sunt inuestigandæ. Omnia autem iu
ra facta sunt vt veritas non opprimatur,
quæ non debet propter legum subtilita-
tem occultari.l.in rebus.de iur. dot. quia
istæ subtilitates sunt a iudicibus respuen
dæ.l.sicut.§.si debito.in qui.mo.pig.quia
aduersarius qui veritatem non vult dice-
re nocere desiderat.xi.qõ.iii.quisquis. Et
ideo ad veritatis indaginem, & causarum
expeditionem probationes testium scri-
pturarum & iuramentorũ inuentæ sunt.

10 l.prima.ff.de iureiuran.quibus † adde, quod
non valet statutum tollens facultatem
iudicandi secundum veritatem in iudi-
ciis.capitu.constitutus. extra de fideius-
sor. Et vbi causa committitur sola veri-
tate inspecta terminis non seruatis pos-
sunt termini incipere ab articulis, quibus
probatis statim proceditur ad sentẽtiam,
secundum Ioannem Andr.in capitu.fin.
de hæreti.in sexto. & in decisione Rotæ
xxiiii.& Specula.in titu. de positionibus.
quo casu dicũt posse asignare terminum
ad primam diem, & ad contradicendum
articulis, & ad producendum omnia ad
primam diem, & ad secundam ad cõtra-
dicendum, & hunc modum procedendi
inuenit Papa Vrbanus ad imponendum
finem litibus.capitu.finem litibus.de do-
lo & contumacia. & capitu. vt litigantes.
de offic.ordin.in sexto. Et dicunt alii ca-
noni.quod sufficeret hoc casu vnum ter-
minum statuere ad ponendum. proban-
dum, & producendum omnia. Et ideo in-
fideles faciunt meliorem iustitiam quàm
Christiani, quia ille qui veritatem negat,
fustigatur statim quod est conuictus, &
sic nullus negat veritatem. Et in Bono-
nia sunt statuta, quod pro qualibet posi-
tione negata soluitur certa pœna. Et in
regno est constitutio, quod negans mu-
tuum, depositum vel commodatum, pu-
nitur in duplum, quę non obseruantur
propter iudicum negligentiam. Et pro-
pterea inclitus dux Calabriæ, cuius zelus
in iustitia sanctissimus, & maximus fuit,
rectè prouidit, quod illud capitulum te-
stantes vt iustitia fieret secundum verita
tem, qui intendebat sanctissimas leges
facere, tamen repentina mors illum su-
stulit xxv. anno. vt apparet in registris.
hoc ideo, quia immensa fuit eius crudeli-
tas, in quibus vidi testamentum eius, &
11 scriptum est, † melius est sub iusto rege
viuere, quàm iusta lege, quia iudicat secũ-
dum æquitatem, quæ sibi videtur, secun-
dum Theologos, quæ Bartol. refert in l.
præsenti. de his qui ad ecclesi. confug. &
Bald.in d l.ex hoc iuregent. de iustitia &
iure.vbi dicit quod boni reges sunt de iu-
regentium, quod est positum supra bonũ
& æquum. quod est amicum humano ge
neri, non tamẽ tyranni, vt ibi, iuxta illud
quod

quod scribitur in testamento veteri, quod si non seruaueris precepta mea, dabo tibi Regem in furore meo puerum, & effeminatum meum, qui in furore suo populum iudicabit. ¶ Hæc de veritate dixisse sufficiant post alia quę dicta sunt supra in proximis capitul. quæ tibi proficient in procemiis allegationum, & cum orationem facies in ingressu officii.

a ¶ *Veritate inspecta.*] *Quòd autem hæc clausula importet uide tu Feli. in c. olim. post med. v. colum. de accusa.*

b ¶ *Iustitiæ mater.*] *Vnde super omnia amanda est prout illud Aristotelis: duobus autem existentibus amicis, Socrate & Platone magis amica ueritas ut refert do. Maria. Soc. in cons. viij. incip. visis. uers. qualitercunque. cum uersi. seq. in prima par. Et plerunque contingit ueritatem obumbrare & errari per iuris subtilitatem ut per dictum Barth. Soc. in cons. cxviij. incip. præses. uersicu. quibus tamen non obstantibus in ij. parte. & sic iudex debet tamen diligentiæ inspicere quicquid agit prout hoc dict. parte.*

SVMMARIVM.

1 *Vltimo uerbo, sententiæ standum est.*

CAP. VII.



AN si iudex in sententia cõdemnat ad pœnam centũ, & in eadem sententia apponat clausulam, quod si iudicasset vltra vel preter statuta, quod reducit ad debitam quantitatem, operetur aliquid hæc clausula in fauorem iudicis ne in syndicatu teneatur. Bart. in l. iudex. de re iudi. tenet quod nõ si sit adiecta post verbũ condemno. & in l. moris. de pœn. & in l. i. in prin. ad Turpill. & fuit disputa. Iacob. de Belui. & cum opinione Barto. tenet Iaco. Butrig. in l. si pacto quo pœnam. C. de pact. & facit quod dixit Specul. in titul. de expensis. §. iuxta hęc vero. & Ioan. Andr. in capitu. fina. de rescript. Sed contra Barto. tenet Bald. & Angel. in d. l. iudex. per gloss. in l. Labeo. ff. fami. ercis. quam glo. pro singulari allegant Barto. & Bal. in l. terminato. de fruc. & lit. expen. & contra sententiam Bar. facit quod not. Ioan. And. in tit. de senten. §. species. versicu. quid si iudex. argum. l. contractus. de fid. instrumen. Sed Ioan. de Imol. in d. l. iudex. concordando dixit, quod opinio Barto. procedit quando illa verba ponerentur ex interuallo, puta condemno in centum, si iste fuerit coudemnandus. dicens secus esse si uerba sint resolutiua, qui dixit, quod clausula d. l. Labeo. venit ad qualificandam sententiam, non ad corrigendam. qui etiam dixit quod illa gloss. non est vera, secundum Cyn. in l. terminato. vbi Barto. late. & cum opinio. Barto. transiuit Bald. in l. & si seuerior. de infam. & in §. pœna grauior. & idem Bal. in l. si quis filii. §. fin. de iniust. testa. & in l. item Labeo. vbi dixit quod illa glos. loquitur quando clausula illa respicit omissa, aliàs secus. & idem tenet Salyc. in l. ea quidem. de accu. per d. glo. & Bal. in l. terminato. alleg. glo. & Bartol. in l. iudex. de re iudic. dicens, quod illæ clausulę, saluo & reseruato resoluunt actum sententię cum effectu. licet Bald. teneat contrarium in addi. Spec. in titu. de sent. prolatione. dicens, quod ex quo illa clausula est contraria sententię, quod nihil operatur. alle. gl. in l. iiii. commi. vel epi. & Bal. & Ang. in l. ita in fi. C. commi. vel epi. secundum Moder. in d. l. postquam. ¶ Et mihi verius ęquior
1 opinio Bal. & aliorum, quia † debet stari
a vltimo verbo a sententię. argu. l. Stichus.
de manu. testa. per quam legem dicitur, quod si in sententia dicatur cõdemno, imo absoluo, quod statur vltimo verbo. & dixit gl. 16. q. i. c. prędicator. quod vltimo verbo sententię debet stari, licet primum verbum secum traxerit executionem, quia non habet locum in verbis prolatis eodem contextu, secus in diuersis orationibus. l. i. sen ten. rescin. non posse. & est glo. sing. xi. q. iii. c. si sententia. quę dicit. quod si iudex dicat, excomunico, vel absoluo, quod est absolutus, secundum Ludo. in rubr. de arbitr. & quia sententia debet restringi ad mentem iudicis, secundum Bal. in l. & puto. §. fin. fam. ercis. & mens iudicis pręsumitur talis qualis esse debet, per not. per Innoc. in c. petitio. extra de procura.

a ¶ *Vltimo uerbo.*] *Adde quòd per Baldum in l. quidam. in secunda co um. in uersicu tertio casu. C. de iur. delibe. & in tract. scisma. pen. col. & per do. Fel. in cap. qualiter & quando. in fin. xvij. colum. de accusat. & in cap. nemo. de symon.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet omnia rimari antequàm ferat sententiam.*
2 *Iudex cito pronuntians non præsumitur bene iudicasse.*
3 *Iudex excusatur in perplexis.*
4 *Iudex si ex forma statuti misit ad consilium sapientis & dixerit in sententia, pronuntio ut in consilio continetur an ualeat sententia tanquam condemnatoria.*
5 *Iudex si in sententia retulerit se ad scripturam non productam in actis, an ualeat sententia?*
6 *Probatio an sit de substantia sententiæ.*

CAP. VIII.



N si iudex ex forma statuti astringatur sententiari intra certũ tẽpus, posśit sententiare cum aliquali reseruatione, videlicet ꝙ si postea aliquid appareat, habeatur pro nõ lata sententia? dic quod sic, & interim potest fieri executio.l.si pecuniam.si cer.pe. nec est nouum, quod sententia pendeat. l.in lege Aqui.si deletum.ff.ad leg. Aqui. quæ valet sub conditione intrinseca, & necessaria. l. si quis iura. & l.generaliter. de reb.credi.& de senten.l.cum iudex.de re iud.l.à diuo Pio.§.si denique. Et in sententiis qñque fiunt reseruationes. ff.fam ercis.l.Labeo.§.i.& ponnntur qñque verba, sine præiudicio sententiæ potioris. l. Claudius.ff.qui potio. Et etiam apponitur clausula, sine prẹiudicio iuris alieni.ff. de lib.homi.exhi.l.iii.§.penul. & isto casu recipiuntur probationes lata sententia, nec peruertitur ordo, quod post sententiam fuit probatum, quia sentẽtia nõ erat liquida.l.cum iudex.de senten.& argu.de confes.l.i.& l.pen.ita Bald.in l.i.C.de accusa. ¶Cõstitutio regni Siciliæ affectans, quod iudices ad decisionem negotii Deũ & iustitiam intẽdant, quibus propter causarum multitudine certum pronuntiandi tẽpus nequiens diffinire, tempus decẽ dierum statuti à die conditionis, vel renũtiationis numerandum præfixit, intra qđ causam studeant sententiari calculo terminare, vt in constitutione vniuersos. in titu. vt intra duos dies post publicationem concludatur.& in cõstitutio.hac lege.de off.magistri iusti. vbi alias est rubr. vt post renunciationem intra decẽnium pronuntietur, quæ constitutiones iudici hoc tempus dierum decem: ideo præfixerunt, quia ius cõe reputat modicum tempus decem dierum, quod est tẽpus legale, primo in appellando, vt in auth.hodie.C. de tempo.appell. secundo confessis in iudicio, vt in l.si debitori.de iudic.& in con-
2 tractibus.l.promissor.ff.de constituta pecunia cum similib. Tamen puto dictam constitutionem non esse sic amarè intelligendam, quia si iudex viderit processum dubium, & rigorosum, inuolutũ, & probationibus hincinde dubiis, & contrariis cõtextum, non astringitur tali breui termino causam decidere, & constitutio ipsa
1 intelligitur, iure claro existente, † quia iudex antequàm sentẽtiam proferat, debet cuncta rimari ante sententiam. xxx. qõ.v.iudicantem. & facit C.de fals.l. vbi in verbo, liquere.xi.quæstio.prima. cap. summopere.& C.de iud.l.properandum. §.& si quidem.in verbo, acta conspicere, extra de fid.instrum. c.cum Ioannes eremita. & iudex non debet festinare ad sententiam velociter proferendam. l fina.in fin.C.de iudi.nam diuinus actus est iustitiam sępius recensere. d.c cum Ioannes. & debet iudex in sententiando in se habere temperamentum.C.de priuile.l.qui sententiam.& partes sępe interrogare, an velint aliquid allegare.C.de iudic.l.iubemus. & partium allegationes audire, sine quibus non videtur, quod sententia rite proferri posśit.extra de electi. dudum.& argu.de mune.& hono.l.munerum.§.iusta.& Deum habere prę oculis.c.cũ æterni.de re iudic. in vi. nam præcipitatio est nouerca iustitiæ. cle.pastoralis.de re iud. & non sunt pcipitanda negotia.c.in quorũdã de elec.in vi.& l.& quia. ff.de inter. actio. Et dixit Bal.in l.i.C.qui accus.quod melius est differre, quàm præcipitare sententiam, nam non debet festinari sententia.l.i.de requi. rei. Et dixit gloss. in l. si expressim.ff.de appellatio.ꝙ quis se excusabat, quia non putabat iudicem ita festinare sententiam, & dicit Cano. quod imputatur ei, qui mihi nimium præcurrit: nam licet controuersiæ sint celeri sententia terminandę, quod expedit æquitati, & rigori

rigori.de re iudic.c.iurisgentium. adeo ꝙ si non visis plenæ causæ meritis pronunciet, sententia nulla est. Innocē.in capitu. cum Bertoldus.de re iudic. Bartol.in l. ꝓlatam. C.de senten.vbi Bald. & in l.ii.C. de edendo. Bald.in l. ab eo. C.quomo.& quando iud & optime in c.cum ex literis extra de restitu.in integ.nisi habeat nota acta causæ.Barto.& Ludoui.in l.sed si de sua.de acquirenda hæredita. & in d.l.se-
2 cunda. & in dict.l.ab eo.Bal. † In quibus iuribus dicitur, quod si iudex cito pronunciet, præsumitur non bene iudicasse, & dixit idem Bald.in prima constitutio. ff.veteris, secundum quod sententia non est ponderata, quæ nimis est festinata, vbi dicit quòd processus factus in vna die non valet.nam sententia debet habere tres comites, sicut iuramentum, scilicet iudiciū, id est, animi deliberationem, veritatem & iustitiam.l.prima. de iustitia & iure. licet aliquādo probationes veritatem subuertant.l.si non sortem. §. hæredem. de condiction. indebit. secundum Baldum in repetitio.magna. l.secunda. ff.de iureiurand.& dixit Bartol.in l. prolatam. C. de sent. quod sententia fulminanter lata per iudicem est nulla.& Innocen.in cap. cum Bertoldus.de re iudic. licet alii contra.in c.cum ex literis.de restitu.in integ. quod declarat Ludouic.in l.ii.C.de eden. nam iudex debet proferre sententias ponderatas non vt fallat, nec fallatur. l.ii.de senten.ex pericu.& l.fin. de pondere aur. ne si fallat contra eum iuretur in litem,
3 de dolo.l.arbitrio § fina. † Sic ergo re dubia, vel difficultate probationum iuris, vel facti aliqua existente, quia excusatur iudex in perplexis.secundum Baldum in l.cum iudex.de senten.C. Ac etiam excusabitur ratione multitudinis causarum, vt deprehendi potest. arg.dictæ constitu. etiam excusabitur si essent aliæ causæ priuilegiatæ conclusæ in curia, & per prius expediendæ, vt causæ ecclesiarum, fiscales, orphanorum, pupillorum, & viduarū pauperum, & debilium personarum, quæ sunt primitus decidendę, & determinandę, vt in constitut. regni, iusti cultoris. in titul.de quibus causis primitius cognoscatur. Ac etiam vbi esset relatio principi facienda, vel si ageretur de bonis, quę curia tenet. Vel si nouus acciderit casus, in quo requireretur principis consultatio, vt in dict.constitu.hac lege. & in titul.de relationibus, quę tendunt ad excusationē iudicum. Vel si stat aliud statutum, vel alia constitutio requirat consilium sapiētis, & arctat iudicem certa die pronunciare, & sapiens nondum transmiserit ꝓcessum, vt Baldus dixit in l. cum iudex. C.de senten.& in his, & in similibus excusabitur iudex si intra tempus non pronunciauerit, & vide in verbo, instantia. in c.ad excusationem iudicis. & in alio cap. quod incipit, intra quantum tempus.
4 ¶ † An si iudex misit ad consilium sapientis ex forma statuti, & iudex dixerit in sententia, pronuncio vt in consilio continetur, & sapiens condemnauerat, excuset iudex, & valeat sententia tanquam condemnatoria? dic quod sic, secundum Angel.Imol.& Ludouic.in l.i.ff. de re iudic. & idem Cyn.in l.fina. vbi & apud quem. & Bal.in l.cū iudex.C.de sen.& alii in l.i. §.si quis ita.de ver.obli.Imol.in l.si cōuenerit.de re iudic. & in c.si pro debilitate. de off.deleg.Ant.de Bu. in c.ex venera.de exce. Licet aliter dicat Io.And.in titu.de exce.§.viso.& Bar.in l.i.C.si aduer.liber.
5 † Si tamen iudex in sententia referat se ad scripturam in actis non productam vt ad testimonium valebit sententia. Innoc. in c.cum venerabilis.de excep.Bal.& Sal. in l.pen.de sent.quę sine certa quant.per text.in l.ait prętor.§.si iudex.de re iudi. & Bal.in l. fi.de senten.ex pericu.reci.Ad
6 quod facit quod † licet non valet sentētia sine causę cognitione.l.ex stipu.& l.prolatam.C.de sent.& l.j. C.commi.vel epistol. Tamen probatio non est de substātia sententię, quia valet sine probatione. l.i. §.item. quę sententię sine appellotio. & in l. cum putarem. famil. ercscisun. secundum Bald.in l. cum & minores. C. si aduers.rem iud & in l.ii. de eden. Tamen Ioan.Andre.tenet contra, quod requiratur scripuram esse productam in titu.de sent.prola. ver. qualiter. & versi. quid si.Et eius opin.tenuit Ang.& Imol. in l. si conuenerit.de re iudic. & videtur gl.in d.l.pen. Tamen primam opin.tenēt Moder.in d.§.cum iudex.
a ¶ *L.promissor.*] *Et ibi vide Barto.*

SVMMARIVM.

1 *Quando iudex aſtringitur pronuntiare intra certum tempus poteſt pronuntiare cum aliqua reſeruatione.*

2 *Officialis non tenetur in ſyndicatu pro ſententia nulla, quæ ius non tribuit.*

CAP. IX.



PONE, quòd iudex aſtringitũ
per ſtatutum ad pronun-
ciandum, propter quod iu
dex dicat in ſententia, con
demno ſi eſt probatum, an
ſententia valeat? Bar. in l. ait prætor. §. ſi
prætor. §. ſi iudex de re iudic. quòd ſic, &
idem Bal. & Butr. in l. cum iudex. eo. titu.
vbi dicunt idem ſi dicat iudex, condẽno
in x. ſi actor probauit. & per Bal. in l. non
dubiũ. C. de leg. & in l. peremptorias. ſent.
reſcin. non poſ & in l. ante pen. C. qui ac-
cuſa. & Bal. in addi. Spec. in tit. de ſenten.
prola. & alij ĩ l. qui Romæ. §. duo fratres.
de verb. obli. Tamen niſi probatio fiat in-
continenti, dicitur ſententia iniuſta, quia
debet iudicari ex probatis. per l. properã-
dum. & idem ſi dicat, ſi iurauerit, quia de
bet iurare antequam iudex diuertat. l. ge
neraliter. in prin. C. de iureiurã. Et datur
alia cautela, ꝙ iudex abſoluat ab obſerua
tione iudicii, quia ſibi non liquet, per no.
per Inn. in c. i. de confir. vtil. Quod intel-
ligitur, ſecundum quod Bart. dixit in d. l.
properandum. § ſi quidem. & in l. admo-
nendi. Aliam cautelam ponit Bal. in l. ab
eo. C. quom. & quan. iud. videlicet quod
dicat, abſoluo reum ſi appareat ex proba
tionibus factis & faciendis abſoluendus,
qui etiã dixit quod in perplexis propter
conflictum probationum poterit dicere,
1 vti ꝓbaſtis, poſsideatis. ¶ † Quibus adde
quod quando iudex à ſtatuto aſtringitur
pronuntiare intra certum tempus, poteſt
pronuntiare cum aliqua reſeruatione, vi-
delicet, quod ſi poſtea aliquis appareat,
habeatur ſententia pro non data: nam in
ſententiis aliquando fiunt reſeruationes.
ff. fam. ercis. l. Labeo. Et apponuntur quã-
doque verba, ſine iudicio ſententiæ po-
tioris. l. Claudius. qui pot. in pig. Et etiam
verba, ſine diminatione iuris alieni. ff. de
lib. homi. exhi. l. iii. §. pe. ¶ Et iſto caſu re-
cipiet probationes lata ſentẽtia. ſecundũ
Bal. in l. i. C. de accuſ. Poterit etiam con-
demnare in xx. ſaluo ꝙ ſi librum dederit
intra menſem, ꝙ ſi in totum liberatus.
Bald. in l. tale pactum. § qui prouocauit.
de pact. in repeti. & eo. tit. l. ſi intra. & vi-
de aliquid per Bal. in l. fi. de fruc. & li. ex-
pens. Tamen illa cautela Iac. But. condẽ-
no condemnandum, & abſoluo abſoluẽ-
dum, reprobatur quaſi per omnes Doct.
¶ An ſi iudex in ſyndicatu poſsit defen-
dere ſentẽtiam, quam protulit, ſuper qua
impetitur ex nouis probationibus. Dic ꝙ
ſic, quia poteſt defendere ſententiam ſuã
& teſtes & probationes inducere pro ſuæ
cauſæ defenſione, maxime quando ex of
ficio præceſsit. arg. per not per Innoc. de
proba. c. in noſtra. in gl. qualiter recipian-
tur. vbi dicit, quod tunc iudex vocabitur
cum ex officio proceſsit, & quæritur ſua
ſententia reuocari, ſecus vbi proceſsit ad
partis inſtantiam & faciunt not. per Inn.
extra de app. cum ſpeciali. & quæ no. Ar-
chid. in c. i. de verb. ſig. in vi. & de ſenten.
excõ. c. venerabilis. Et quia vt euitet in-
famiam & pudorem ſuum, poteſt ad hoc
intereſſe. arg. de procura l. quæ omnia. in
verſi. niſi. & in verſ. ſequẽ. & quod no. de
inoff. teſtam. l. ſi ſuſpecta. in ii. glo. & not.
Archi. ii. q. vi. c. hoc etiam. Et quia iudex
nunc eſt pars formata, ſecus eſſet, quando
iudex non impetretur, ſed vellet defen-
dere ſententiam ſuam pro intereſſe par-
tis. per not. per Inno. in dictis locis. & idẽ
dixit Bal. argu. illius legis. in l. Aemilius
2 Largianus. ff. de minori. ¶ † Officialis in
ſyndicatu non tenetur pro ſententia nul-
a la, a quæ ius non tribuit, nec pro decretis
inualidis. Bal. in c. indices. de pac. iur. fir. &
in repetitio. § proficiſci. q. xxi. & in l. ii. de
epiſc. audi. Ludo. in l. ff. quod quiſque iur.
& quod Bar. no. in l. pen. C. de pact. & in
l. filium. §. ſi quis. de leg. præſtand. Niſi ſi
facta illius ſententiæ executio. Bald. in §.
proficiſci. & no. in l. fi. de vari. & extraord.
cogni. vbi glo. alle. quod ſi iudex proferat
ſententiam nullam non facit litem ſuam
ſed gl. in contrarium in l. venales. de quo
vide And. de Iſer. in tit. de prohi. feu. alie.
per Fed. §. iudices. Quæ puto vera reſpe-
ctu cõdemnati & nulliter. Si autem pro-
ferat ſententiam pro actore & nulliter,
vt quia ſine ſcriptura, aut die feriata, vel

parte non citata, an teneatur. Bar. in l. argentarius. §. cum autem ff. de eden. Dixit quod quando facta probatione iudex male tulit sentẽtiam, quod tenetur actione in factum, secundum gl. ibi. & vide supra in aliis capitulis. & uide in verbo, consilium ĩ c. dicitur in literis iustitiariorũ. & in verbo, ꝓbatio. in c. si quid nõ fuit ꝓbatum. & vide in constit. regni prima. in tit. de pœn. iud. qui mal. iud.

a ¶ *nullæ.*] *Vide dom. Alexan. de Imo omnino. in l. i. §. hoc autem quod quisq. iu. r. & in l. ij. § fin. de damn. infect. & adde Ludo. Pont. in d. l. i. vi col.*

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ quædam sunt quæ ius tribuunt, licèt sint iniustæ.*

2 *Decreta inualida non faciunt ius.*

CAP. X.



AN si sententia est lata sine dolo, & est nulla ipso iure iudex faciat litem suam in eo, ĩ quo partẽ dãnificat? Dic quod sic quia partem grauat facto prętextu officii de euictio. l. si per imprudentiam. de pericul. & commod. rei vendit. l. lectos. & ꝙ enormiter factum est non debet transire impunitũ, & sine emendatione. ff. de verbor. significatio. l. si qua pœna. per glo. Tamen aliud est sententiari, aliud grauare, etiam si sententia est lata de iure, etiam si in effectu non grauat, põt tanquã ab iniuria ab ea appellari. de minorib. l. ait prætor. §. permittitur. Sed a non grauamine nõ poterit appellari, quia esset implicare contradictionem, & ideo si maius est dãnum, quam sit litis æstimatio nõ tenetur nisi ad iustam æstimationem interesse, & hoc debet videri bono viro. & ita intelligitur not. in l. si iudex. de var. & extraordi. cog. & l. i. § qui magistratum. & l. 2. quod
1 quisq. iur. ¶ † Nam quædam sunt sententiæ quæ ius tribuunt, licet iniuste, quia iudex habet duas claues veritatis, & pietatis & quandoque veritas pietati succumbit. ff. famil. ercifcund. l. cum putarem. & de pecul. l. eo tempore. Quædam etiam sententiæ ius non tribuunt, vt quę nullę sũt, & dicit Ioan. Andr. quod obiectum nullitatis dicitur defensio. c. ii. in fi. de rescrip.
2 in vi. in nouella. † Et decreta inualida ius non faciunt. de inoffic. testa. l. filiæ. §. con tuber. l. 3. § si causa. & de bon. poss. per accus. & tunc iudex qui nihil efficit non tenetur. Bal. in tit. de pac. iurament. firmãd. §. iudice. & vide in capit. iudex non facit litem suam. vbi de nullitate sententiæ teneatur iudex. & in capitu. an si sententia est nulla. supra proxime ¶ Iudex protulit sententiam criminalem condemnatoriam. & in fine sententiæ posuit clausulã talem, has condemnationes proferimus secundum formam statuti, vel iuris, & eatenus quatenus esset vltra, vel prater formam statuti, vel iuris cassamus, & irritamus, & annullamus, & ad formam iuris reducimus, an ista clausula excuset iudicẽ si quid contra formam statuti fecerit Bar. in l. aut damna. in fin. de pœn. tenet quod non, quia illa clausula est incerta, & continet incertitudinem, & non valet. l. i. C. de senten. quæ sin. cert. quantit. latius per eum in lege. iudex. de re iudi. vbi late per Moder. & infra.

SVMMARIVM.

1 *Potestas qui processit in causis ciuilibus contra scholarem an teneatur in syndicatu.*

2 *Artem non exercentes non gaudent priuilegij illius artis licet sint de collegio artis.*

3 *Potestas habet iurisdictionem in scholares vnius scholæ. qui turbant scholares alterius scholæ.*

Scholaris.

CAP. I.

1 
AN potestas † qui processit ĩ causis ciuilibus contra scholarem teneatur in syndicatu? Dic ꝙ si scholaris erat matriculatus & vt scholaris reputatur, quod tenetur, per tex. in authẽ. habita. C. ne fil. pro pat. cũ ibi no. Si uerò non erat matriculatus, nec scholas intrat, tunc non tenebitur potestas, quia ille talis non gaudet priui-
a legio scholarium. a l. i. C. de colle. vbi Bar
2 to. etiam dixit, † quod illi qui sunt de collegio artis, & non exercent artem, nõ gaudent priuilegio illius artis. Et etiam si nõ essent vere scholares, licet intrarent scholas, non gauderent priuilegio scholarium vt si famuli scholas intrant ad pompam Doctoris non dicerentur scholares. per

Bar. in. l. ij

Bar. in l. j. C. de stud. lib. artium. & dicitur in l. ii. eo. tit. quod illi qui audiunt in loco priuato non habent priuilegium scholarium.
3 † Tamen potestas aliquando habet iurisdictionem in scholares, quod est quando scholares vnius scholę turbant scholares alterius scholæ, vel ipsos impediunt: quia tūc potest ipse potestas remouere insolentes & turbantes studium & lecturam. Bar. in l. fin de stud. lib. artium. Vbi autem scholaris degeret extra ciuitatem studii conuenitur per ordinarium, secundum Bar. in l. fin. de præposi. sacro. vbi dicit, quod statutum dicens, quod scholaris non possit cōueniri coram alio,
b quam corā rectore b intelligitur quādiu est in ciuitate studii, & intelligit in ciuili, & in criminali, secundum Bartol. Et etiā potestas haberet iurisdictionem in scholarē quando scholaris incœpit aliud exercitium, vt esset assessor, vel aduocatus, secundum Barto. in l. aut facta. de pœn. qui dicit arbitrio iudicis esse etiam vbi scholaris fuisset absens quinquennio, quia perdit priuilegium matriculæ. l. ii. de primi. lib. 12. & l. ii. de dome. & profec. secundū Bar. tamen in criminali seruabitur statutum, priuilegium, vel consuetudo, de quo in auth. habita. Bar. C. ne fil. pro patre. & in prin. ff. de vete. & ibi per gloss. per Docto. & aliquid per Angel. in l. si vacantia. de bon. vac. quæ not. quia scholares sunt primi, qui dant querelas contra officiales in syndicatu.

a ¶ *Scholarium.*] *Adde Fel in c. clerici in prin. primæ colum. uers. ultimo pro nunc. de iudic. & idem dic scholari non studente, nec intrante seu ludente: uel blasphemante: ut per eum in c. significantibus circa fin. ij. col. de off. deleg.*
b *Rectore.*] *Sed quid de scholaribus clericis. Dic idem in concernentibus studium etiam si rector sit laicus. ita Felyn. in c. si quis clericus. in prin. de for. compet.*

Syndicus.

CAP. I.


Q Vidā erat syndicus, vel magister iuratus alicuius villę qui tenebatur capere malefactores ibi delinquentes, & in potestatē iudicis deferre, prout communiter tenentur magistri iurati. Modo aliquis commisit delictū in illa villa, & quidam alius cœpit alium malefactorem, & iudici præsentauit, an syndicus, vel magister iuratus sit liberatus. Albe. de Rosa. in tract. statu. in ii. par. dixit, quod sit liberatus, quia non refert à quo malefactor sit captus. per l. si alium. §. docere. ff. ne quis eū. & l. super. ff. quod vi aut clam. Dicens hoc verum, si ex illa causa fuit captus, quia non refert à quo sit factum argu. l. cum seruus. ff. de ver. oblig. Secus si illum cæperit ex alia causa. arg. l. fin. ff. quemadmo. serui. amitt. Tamen in contrarium facit, quia nō sufficit aliquid facto impleri. l. ii. de condi. & demon. & l. nullum. eod. tit. Ideo dicitur, quod si illi potest negligentia imputari non liberet. l. ii. §. confestim. & §. si mater. ff ad Tertu. aut non. & liberetur. argu. dictorum per Bartol. in l. j. §. occisorum. ad Syllan. vbi etiam dixit Bartol. quod si delinquens esset cum armatis, ita quod magister iuratus non potuit capere illum, quod non tenebitur ad pœnam, & idem si statim aufugisset ad aliud territorium, quia ipse ibi tam cito accedere non potuit, secundum Bar. ibi, nisi potuisset continuato initio in proprio territorio insequi, & capere in alio territorio argu. l. quod ait. §. fina. de adulte. & l. i. vbi de curia. & Angel. in d. l. nemo carcerem. Et ita limitatur. Bar. in l. si cui. de accusa. in §. fin. & dicta per Bal. in l. quicunque. de ser. fugitiuis, qui dicūt quod cum ipse in hoc non fecit suam diligentiam, esset in negligentia, ex qua posset puniri, secundum Ludouicum in d. §. occisorum.

SVMMARIVM.

1 *Syndici dicto an sit standum.*
2 *Vulnera si quis teneatur denuntiare non intelligitur de uulnusculis.*
3 *Syndicus an teneatur denuntiare delicta non punibilia? & nu. 6.*
4 *Vasallus an teneatur morti se exponere pro salute domini sui.*
5 *Potestas solus non potest creare syndicos ad denunciandum maleficia.*

CAP.

CAP. II.


Yndicus qui tenetur denunciare maleficia, intelligitur a tempore scientiæ, quando non ex præfixum tempus, quia non tenetur præcipiti festinatione denunciare, sed inquisita veritate. Bal. in l. cum ancillis. C. de incest. nupt vbi dixit, si tenetur denuntiare maleficium commissum, tenetur etiã finito officio ad sui notitiã peruentum. Bart. in l. heredem. de his quib. vt indig vbi dixit quando maleficiũ nesciuit. & Ang. in l. & ideo. C. eod. ti. tamen Ant. de Butr. in c. innotuit. de elect. arg. glo. ibi dixit, quod præsumitur scire maleficia cõmissa, nisi probauerit legitimã inquisitionem. & tetigit Barto. in l. si cui. §. isdem. de accus. in ver. quo tempore. Et quãdo statuitur sibi terminus ad denunciandũ dãna data intelligitur à die protestationis, secundum Bal. in l. si quis volentis. de neg. gest. ¶ Si tamen syndico fuit notificatum maleficiũ per aliquem, cui ipse credere non debeat, ex qualitate suę personę excusabit. Bart.
1 in l. athletas. per illum tex. ff. de fals. ¶ † Et an debeat stari dicto syndici, q falsum retulit, vide Bal. in l. i. C. si aduers. lib. nõ tamen ipsũ excusat supina ignorantia. Bar. in l. si cum lex. ff. de ædil. edict. per illum
2 tex. † Et vbi tenetur denuntiare vulnera, non intelligitur de vulnusculis. Bal. in l. prædium. C. de ædi. acti. Et si tenetur denunciare, non excusabitur quando non fuit in dolo, vel lata culpa, si requiritur exactissima diligentia. Bal. in l. raptores. de epis. & cle. Et vbi denuntiauerit maleficium, & apposuit testes nescientes maleficium, vt reus absoluatur, dicitur præuaricator. Bar. in l. athletas. §. calũniator. de infa. Si tamen ab alio denuntietur maleficium, an excusetur, vide Bar. in l. i §. eleganter ff. de liber. agnoscend. & Mode. in l.製 sororẽ de his qui. vt indign. & Bar. in l.
3 diuus. de cust. reor. † Tamen an teneatur denuntiare delicta non punibilia, posuit Barto. in l. si. ff. de publica. & in l. i. §. accusator. in fi. ad Turpilia. & Bald. in l. si quis in graui. §. si tamẽ. ff. ad Sillan. dixit, quod non tenetur si denontiaueria mortem banniti, qui poterat impune offendi. Et quando isti syndici nesciunt inuenire malefactores, debent inquirere à vicinis, & generaliter ab omnibus, testes examinando qui verisimiliter scire possunt indicia delictorũ, si & hoc modo ne queant inuenire, debent protestari, & facere publicum instrumẽtum, secundum Angelum in l. & ideo. de his qui. vt indig. Et idem si syndicus astringatur ad capiẽdum malefactorem, quia non tenebitur si non potuit capere. l. prima. §. occisorũ. ff. ad silla. Nisi commisserit ille delictum non punibile. Bartol. in l. 3. §. si maritus. eodem titu. Vel nisi non potuerit capere sine periculo suæ personæ. vt, quia delinquẽs erat armatus, quem si capere voluisset, eundem percussisset. per no. per And. de Isern. in costi. pœnam eorum. in 2. libro in fin. vbi dicit quod non tenetur capere malefactorem cum periculo suę personæ, nec etiam clamare, etiam si sit va-
4 sallus † qui non tenetur se morti expone-
a re pro salute domini sui [a]. quæ not. ¶ Officiali posito ad denunciandum maleficia parcitur & excusatur in syndicatu, si non denuntiauerit ex causis, quia ignorauit malefactores. l. si ideo. de his qui. vt indig & etiam si fuit commissum maleficium in occulto & clausula. & l. annuus. de calum. & l. prima § occisorum. ad silla. & l. semper. §. hoc interdictum. quod vi aut clam. Et etiam si fuerit præuentus ab accusatore, & nullam in hoc commisit negligentiam. l. edito. §. tu. de iure fisc. & l. prima. §. eleganter. de liber. agno. Etiam non tenetur denuntiare illam personam, quam non potest accusare. l. fin. C. qui accusa. non pos. Bartol. in l. diuus. de custo. reo. vbi etiam ponit, an teneatur denuntiare delicta, de quibus non venit imponenda pęna. de quo per eum. in l. prima §. diui. de publica. & in l. si quis graui ad silla. & Bald. in l. sororem. de his qui. vt indig. vbi etiam Bartol. in l. prima § accusatorem. ad Turpil. & quod ipse etiam not. ff. de acquirenda hereditate. l. cum quidam. §. quod & Bal. in l. raptores. de episc. & cleri. & Salyce. in l. ea quidẽ. C. de accu. & Ludo. in l. pe. ad silla. quæ no. ad excusationẽ officialis vt propter hoc salario nõ priuetur. Et de istis officialibus vide in l. i §. quies. de offic. præfec. vrb. & l. i. de de-
5 nun. libro 12. ¶ † Potestas seu officialis solus non

lus non potest creare syndicos denuntiã dum maleficia, vel milites ad capiendũ malefactores, sed requiritur superioris authoritas.l.i.de decurio. libr.12.& Bar. in l.diuus.de custo.reo.¶ Creditur syndico posito ad denuntiandum, vide supra in verbo, nuntius vbi late.¶ Syndicus qui tenetur denuntiare maleficium si nesciat malefactorum, quia fuit commissum de nocte, quæ nox facit vt lateat.l.si cũ exceptione.§ in hac.qđ met. cau.Et si duo testes sciant maleficium esse commissum, & non malefactorem: tenetur denuntiare maleficiũ cum illis testibus sine persona delinquẽtis, quia sufficit quod faciat id quod potest argu.de calũ.l auus. Bald. in l.si tibi iudicium. de condicto.ob tur.
6 causam. ¶ † An syndicus positus ad denuntiandum maleficia teneatur si non denuntiauerit delictum ex quo nulla pęna imponitur Barto. in l.i.§. denuntiatorem. ff. ad Turpil. tenet quòd sic. Licet Bald.in l.2.C.vt nemo priua.dixerit contrarium.Et idem Barto.renuit Bald.in l. si quis in graui.§.maritus ad silla.Et cum Barto.tenet Salyce.in l.ea quidem.C.de accusa.in l.diuus de custo.reo. Licet Bal. teneat contra in l.decuriones. C.de infa. Et adde Bar.in l.si seruus.C.de his qui ad eccle.Et dixit Bald.in l data opera.C.qui accusa.quod tenetur denuntiare maleficia casu commissa, quia est maleficium prętęr legem commissum. Secus dixit in maleficio commisso ad sui defensionem, quia id fit lege permittente.& limita, vt per Angelum in d.l.2.C.vt nemo. priua.

a ¶ *Domini sui.*] *Sed nunquid teneatur contra proprium filium.dic idem quod non tenetur, vt per do.Fel.in c.afferre.in ij no. de præsumpt.*

SVMMARIVM.

1 *Transgressor statuti quod non fuit decennio obseruatum an debeat puniri. & nu 2.*
3 *Sententia lata contra extrauagantem non registratam in volumine statutorum tenet.*
4 *Interdictus ab officio nõ habetur ꝓ officiali.*
5 *Iudex qui iurauit statuta seruare an teneatur pronuntiare secundum statutum, quod non fuit allegatum in iudicio & nume 7.*
6 *Iudex seruans statutum contra libertatem ecclesiæ, an debeat puniri.*
8 *Rector si ex forma statuti teneatur dare communitati balistas, non auditur volens dare pecuniam.*

Statutum.

CAP. I.


I potestas tulit sententiam secũdum formam statuti, licet talis sententia sit directo contra formam nouę reformationis factæ, si hæc reformatio non fuit sibi assignata, nec illam habet, non tenetur in syndicatu: iuxta no.per Innocen.in c. i. de consti.Et dixit Ang. in auth. de consulibus. in fin.quod officiales non seruantes reformationes eis non traditas non tenentur. Et in hoc præualet statutũ semper practicatum, licet reformatio appareat contraria statuto.secũdum Bald.in authen.omnes peregrini.C. communia de suc. & in l.rem non nouam.in fi.C.de iudi.Et dixit Archid 2.dist.c.in legibus.quod si statutum non est more vtentium approbatum illi qui non seruaut non dicuntur trans-
a gressores.[a] & sic intelliguntur quod glo. no.in c.i.de treu. & pace. & etiam quod ibi Inno.dixit,& facit.28.dist.c.ecce.ver. illud autẽ. ¶ Et ideo potius standum est statuto, quàm reformationi non insertæ in volumine.Barto.in l oẽs.in fin. C. de peti.bono.subla.lib.x.vbi dixit, ꝙ præsumitur pro statuto contra reformationem factam ad instantiam aliorum, & vide ꝙ no.in l.cum prolatis. ff. de re iudi.Et aliquid in consti. regni post mundi machinam.in glo.in ver.præscriptione.in fi.Et adde Barto in consilio. Iudex communis.& in l.fi.§.cum antiquitas.de cura.fu
1 rio.Ideo glo.in d c.i.de treu.& pace, † dixit, quod si statutum non fuit decennio obseruatum, non punitur transgressor illius statuti, quia licet primi non obseruãtes peccent.c.2.de maio. & obe. & xj.q. 3.c.qui resistit. Tamen contra ipsum potest præscribi.& ita Bald.in d.c.i.& cano. in rubri.de consuetu.& ideo sublato iam statuto præscriptione non peccant nõ obseruantes, secundum cano.in d.c.i.Et sic requiritur tempus cum non obseruantia subditorũ.per glo. in c.fi.de cõsuc.in 6.& per no.in l.de quibus. de legib. & in l.si quis diuturno.de serui.vrb.& Ant.in c.canonũ statuta.de const.& dixit Bal.in l.de

quibus

quibus.quod in his,quæ non sunt de se mala,
2 consuetudo excusat à pœna. Non†ob. quādo per non vsum non tollitur lex, quia est verum, quando nihil fieret contra legem,quia casus non accidit,secus quando casus accideret, & fieret contra legem,quia tunc illi derogatur.Bald.in l.ij.de constit. prin. Cyn. in l.ij.C.quæ sit lon. consue.Iac. de Bel.de hære.& fal.in prin.Barto.in proœmio ff. in §.& domini.Et requiritur quòd talis vsus contrarius fuerit obtentus in contrario iudicio.d.l. de quibus.vbi Bart.& omnes & in l.ij.C.quę sit lon.consuetu.Ioan.Andræ.in cap.Ioannes de cler.coniu.Et ideo excusabitur iudex in syndicatu,qui non obseruauit aliquas constitutiones regni, quæ hodie non sunt in vsu, nec de ritibus magnæ curiæ,qui non fuerunt obseruati.argumen.not.in d.l.cum prolatis.
3 †Quia sententia lata contra extrauagantem in volumine statutorum, non registratam valet.& Bart.tenet in l.ij.C.quando prouo. & Ant.in c.pastoralis.de fide instr. Nisi talis extrauagans sit notoria,secundū Ant.de Butr.in proœmio decretalium.§.sane.Vel de ea sit fides facta in processu,quia esset notoria. argumen.de re iud.c.cum inter.et sentit Bal. in l.leges.de legi. Quæ debet produci intra tempus probatorium, secundum Barto.in l. omnes populi.de iustit.& iur.& in l.ornamentorum. de auro & argen.lega.& idem Iacob. Butr.in l.fi.C.quę sit lon.consue.Et vbi sententia esset lata contra statutum antiquam nō vsitatum valebit.gl.singu.in cle.j. de treuga. & pace.quam allegat Bald.in l.fi.§. sed cum antiquitas.de furtis.¶Si iudex iurauit seruare statuta,& ea non seruat,incidit in periurium, non tamen officium perdit nisi deponatur.l. fi.C.ad legem Iuliam rep.C. de falsis.l.si quis decurio.& not.ff.de infa.l.ij.§.de vulga.Bal. in consilio cclxxvj.incipiente, processus fa-
4 ctus.vbi dixit†quod interdictus ab officio nō habetur pro officiali,licet ab eo non sit totaliter officium eradicatum.no.de authori. tuto. l.si pluribus.& patet l.ij. de decurio.Bald.ibi ¶Si potestas iurauit seruare statuta,intelligitur de consuetudine nō sublatis.l.ij.§.sed q.a. C.de vete.iure.Si tamen in eodem volumine sint statuta contraria quid faciet tunc potestas posuit Ioannes Andr.in c.j.de iureiu.in vj.& facit gl.in c.vt officiū.de hęre.in vj.in verbo, duabus. vbi dixit Ioan.And.quod inter statuta,quę sunt in eodem volumine approbata nō est dare prioritatē nec posterioritatē,& habetur in c.venerabilis.de sentētia excōmunicatio.in vj.& quando essent statuta quod potestates non possent facere contra statutum, si acciderit casus, ex quo propter obseruantiā statuti lęderetur ciuitas, poterit excedere statutum.Barto.in l.cum nauarcorum. de naui.
5 libro.xj.Et†quando statutum non esset in iudicio allegatum, poterit tamen pronuntiare secundum statutum, quia iurat statuta seruare non sic in consuetudine,quę debet probari. Bald.in l.j.C.vt quæ desunt.Et quando potestas iurat seruare statuta,tenebitur etiam seruare edita post Barto.in l.si stipulatus.§.j.de verb.oblig.facit c.j.de iureiur.in vj. Tamen nō tenebitur seruare statutum,quòd quis nō audiatur, in suis defensionibus secundum Barto.in l.cum mulier.sol.mat.quia non valet, vel si diceret,quòd alicui iustitia denegetur.Inno.in cap.quę in ecclesiarū.de constit. ¶Et vbi statutum diceret,quod potestas puniri debeat si aliquem plus debito condemnauit,intelligitur etiam de illo,qui in nihilum debuit condemnari secundum Barto.in l.ser-
6 uis legatis.§.si ita.de leg.j.¶†An iudex seruans statutum contra libertatem ecclesiæ puniatur?dic quod non,quia nō est peccatum in ipso,sed legislatore,quia si iudex vellet aliter ius reddere,non posset.de episco.& cle.authe. statuimus.per Iacob.Butri.secundum Bald. in §.proficisci.q.xxvij.¶Si est statutum in ciuitate,quod vulnerans aliquem puniatur tali pœna, si iudex punit vulnerantem, non seruata pœna statuti, vel iuris iudex debet puniri eadem pœna, qua debuit puniri delinquens.Bartol.in l.j.ff.quod quisque iur.& in l.j.de pœna iudic.per Bald.& per leg.Iul. repe.& Andr.de Isern.late in tit.quæ sint rega.in verbo,committentium crimen læsæ maiestatis.& vide in cap.an iudex qui debebat.in verbo, pœna, nisi faciat ex causa vt alias di-
7 ximus.¶†Iudex de necessitate tenetur sequi statutum,licet illud non sit in causa productū quia iurauit illud seruare,secus in consuetudine non scripta, quia illa indiget probatione. Et onus probandi in causa ciuili non pertinet ad iudicem.Bald.in l.prima C.vt quæ desunt aduo.Quod limita non habere locū, quando illa, statuta essent extrauagantia, non posita in volumine statutorum, vt quia in archiuo, quia sunt alleganda & producenda. Bartol.in l.omnes populi.Alias potest prętendere ignorantiam.Bart.in l.cum prolatis. ff.de re iud.vide omnia supra ī principio operis in c.sequitur de modo & forma.& nota illa,q̄a semel quidā nobilis noster Romę ī syndicatu

dicatu fuit condemnatus, quia non seruauit noua statuta, quæ non fuerant obseruata, & male, & talis sententia reprobata fuit per summum Pontificem eius diuino eloquio. & vide supra in c.
8 ¶ † Si rector ex forma statuti tenetur dare communi balistas, non auditur volens dare pecuniã. Bar. in l. ij. C. de fabri. quod est no. pro ritu donorum, quòd naues, quę vadunt ad partes orientales, quę debẽt dare vnã balistam regiæ curiæ, vt non audiantur volẽdo pecuniam dare. et dixit Bar. in l. ij. C. de decu. lib. xj. quòd non est licitum officiali pro animali conducendo ad seruitia curiæ, recipere pecuniam, quia punitur, vt ibi ¶ Quando iudex iurauit seruare statuta, vide i verbo, iuramentum officialis supra in multis capitulis. & in verbo, iudex. in c. licitum iudici propter casus emergentes ¶ An iudex possit omittere pœnas statutorum, vel eas alterare? vide supra in verbo, iuramentum officialis.

a ¶ *Transgressoris*] *Adde Fel. in cap i de re iud. in i col ante med ver nisi esset statutum.*

SVMMARIVM.

1 *Magistratus creans aliquem in officio tenetur pro eo*

2 *Officiales qui tenentur personaliter seruire in aliquo officio non coguntur subire aliud munus personale*

3 *Officia solennia non possunt per alium exerceri, nisi in necessitate.*

4 *Substitutus in officio an gaudeat priuilegijs substituentis.*

Substitutus.

CAP. I.

1 MAgistratus qui † creat aliquem in officio ipse tenetur. l prima in princip. de magistrat. conue. quia creans suscipit in se periculum, vt ibid. & si sint plures magistratus illi tenentur qui suscipiunt periculum, secundum Bald. ibi & non minus tenetur nominans, quam dans. l. secundum de fideiuss. tute. secundum Bald. in dict. l. prima. §. si quando deficiunt. Et adde quia Ang. in cõsilio ccxxv. inci. Ex figura secundæ reformationis, dixit, quod si officiales habentes certum quid formare cum potestate, ibi ponendo aliquos notarios ad scribendum, qui ibi eos deputauerunt, quod si isti delinquant in dicto officio male scribendo, vel falso, aut aliter quod ipsi tenentur. l. j. ff. naut. caup. & l. j. §. familiæ de public. Licet autem ipsi non potuissent illos remouere, quando fuissent à superiore deputati in dicto officio, imputabitur eis cur tales ministros suspectos, non fecerunt. ff. de neg. gest. l. ex facto. vbi text not. Si autem non deliquerunt, in officio tabellionatus, sed aliter in recipiendo, & vsurpando pecunias quod ad eorum officium non spectabant tunc ipsi proponentes non tenentur, nisi fuerint participes l. vtrum. de pari. Et quia non tenebatur ipsos hoc casu facere suspectos, vt
2 remoueretur, secundum Ange. ibi. ¶ † Officiales qui habent personaliter seruire in aliquo officio, non coguntur subire aliud munus personale, puta ad exercitum, vel ad custodiam ire. l. tertia vbi Bart. C. de can. larg libro x. vbi text. quod notarij cameræ non grauantur ad munera, quæ personæ laborem iniungunt. Et vidè ibi Bartol. quòd isto casu iudex ex suo officio potest defendere subditũ, quando videt cũ grauari in oneribus, ad quæ non tenetur. dicens, quod etiam Episcopi ex eorum officio defendunt suos clericos. ¶ An si quid donetur alicui substituto, vel alteri cuius gerit officium, videatur donatum illi? dic quòd si donatur pro alio, pro quo gerit, illi acquiritur. de dona. inter virum. l. mulier & in §. in arrogato. de vulg. substi. & de iu-
b re duob. profectitia. [b] Vbi vero donatur propter aliud & ipse gerit personam repræsentatam illius in illa acquisitione, acquirit illi. de iure deliber. l. cum aliquis. & l. final. C. de vsufru. Aut gerit personam repręsentatam, sed non in illo actu vt ambasiator, & non quęrit domino, quia non repręsentat in hoc personam illius. Quando vero recipiens non repræsentat alium, sibi quęrit. l. si cum quęris. §.
a fin. pro socio. In dubio [a] vero recurritur ad coniecturas, quia si officium quod quis gerit esset causa acquisitionis, acquiritur domino, secus si sua persona est causa acquisitionis, quia sibi quęrit. & si nihil apparet, quærit sibi vt in l. qui Romę in §. Chrisogonus. de verb. obl. quia extranea persona non subintelligitur Bal. ita in l. dotalẽ. ff. sol. ma & vide And. de Iser. in ti. de feudo guar. vbi late. Et est nũc de facto in ambasiatore Regis Franciæ qui
3 habuit maxima munera. ¶ † Officia solẽnia vt potestarię, vel capitaneę nõ possunt per aliũ exerceri nisi de necessitate. i auth. de colla. §. prohibemus, & in l. j. §. huius. de offic. eius cui man. Et de iure ciuili mors & mẽbri abscisio vicario committi non potest, secus de iure canonico. extra de rap. in c. in archiepiscopatu. Bal. in c. si quis decesserit, si de feu. fuerit controuersia. Et adde quod debet aliquid facere

re propria manu hoc non potest per sub
b stitutum. b l. p hanc. vbi narro. C. de ero. misit. anno. libr. xii. Tamen an prohibitus substituere, possit substituere filium su-
c um. c vide in l. sciendum. ff. de legi† Tamẽ
4 an substituti gaudeãt priuilegiis substituẽtis? dic q̃d non l. i. C. de quib. mu. libro. x.

a ¶ *In dubio.*] *Vide in simili Dyn. in consi. xq. circa me. i. col. vbi de legato facto filio an in dubio ipsi vel patris contemplatione præsumatur factum & cui acquiratur.*

b ¶ *Per substitutum.*] *De quo tu vide plene et no. Felyn in c uno delegatorum in. §. u autem. in prin. de offic deleg.*

c ¶ *Filium suum.*] *vide tu Felin in dict. §. u autem. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Substituens aliquem in omnibus an teneatur stare in syndicatu pro illo quem substituit. nu 2 & 5.*
3 *Substituere alium in officio an quis possit.*
4 *Locumtenens quis esse potest in propria patria.*
5 *Locumtenens potestatis an possit alium locum tenentem facere.*
7 *Locumtenens non pot. st pœnam mortis, ve ab scisionis membri imponere. & nu 8.*
9 *Concessio facta simpliciter in priuilegio intelligitur secundum ius commune.*
10 *Locumtenens potestatis constitutus per superiorem non potest reuocari per potestatem.*

CAP. II.

1 AN substituens † al quem in omnibus, teneatur stare ad syndicatum pro illo, que substituit dic primo quod de iure cõstitutionum regni officiales nõ possunt substituere in terriis dominij alios loco sui, nec facere locumtenentes, aut vicarios si speciali mandato regis, vt in constitutione regni, vt iustitiarii non faciant alios, ĩ assessore & actorum magistro, & in constitutione iustitiarii non potest per fallẽtias. & in c. regni. de vicariis non ordi. & est capitulum reginæ Ioan. primæ, quòd officiales non possint substituere quocũque colore quæsito, nec etiã possint ipsa officia vendere, & est tertium cap. in ordine. Iõ ex forma cancellariæ ponitur in priuilegiis officiorũ, cũ potestate substituendi, & quòd de omnibus culpis & defectibus substituendis nobis, & nostræ curiæ principaliter tenearis. & vide Bar. in l. si cum exhibuissent. ff. de pub. vbi dicit de hoc,
2 † & iudex tradita potestate substituto tenetur pro ipso substituto de comissis p ipsum tex. in l. agentes. de agen. in reb. & in l. neminem. de decu. & in l. nullus. de epis. & cler. l. si quis. nau. cau. l. licet. & l. fi. & Inn. de fide instrumen. c. quod quibusdã. in fi. gl. magnæ & l. si seruus. cũ seq. de tribu. Ideo tenetur, nisi quam cito sciuerit, purgauerit eius delictum. de omni agro deserto. l. 3. & l. si quis. Et dicit Luc. de Penna. in d. l. agentes. etiam quod in literis commissionum non dicatur, tu nobis de illius defectibus tenearis, q substituẽs tenebitur, q a rescripta principiũ sũt ad ius commune redigenda. ff. de vulga. & pupil. l. ex facto. & l. si quando. de inoff. testa. & facit quod not. Inno. de rescript. ex parte. & de iureiur. c. veniens. p quo facit, quia nominat aliquẽ ad officiũ, periculo suo nominat, & prius debet conueniri, quã ipsius colega. l. Imperator. ad municipa. & l. quid ergo. de peri. nomina. & l. 2. de suscep. & archa. & l. exactores. de mar. conue. Iulius. & per totum, & quod not. Inno. de æta. & quali. ex ratione. ¶ In quo tamen d. Lucas in d. l. in rebus. distinxit, quòd aut substituens. hoc fecit ex voluntate propria, & tenetur ex facto substituti, aut hoc fecit ex necessitate. quia princeps ei iniunxit aliud negotium & oportebat substituere in officio, in quo erat, & tunc si eligendo substitutum cõmisit defectum, quia minus idoneũ substituit. idem quia tenetur de facto proprio, potius quã substituti p iura pdicta, vbi aũt in electione substituti fraudis negligentiæ, vel defectus nihil adhibuit, sed eũ eligit, qui idoneus, fidelis, & bonus, & qui sic publice habebatur, & tunc excusatur, licet substitutus mutet mores. l. ẽt de. conue. & l. i. §. si magistratus. & de rei. vẽ. l. si a bone fidei. & cõmo. l. argẽtũ. & q a parcit nõ diuinãti. l. 3. in prin. ff. ad Mace. Et facit. quod dicitur ĩ l. si cũ Cornelius. de solu. de procuratore mutante mores, quod eius mandatum intelligitur reuocatum. Et dixit Cyn. in l. si falsus. de furtis, q a sufficit bonũ substituisse, licet euẽtũ habuerit aduersũ. l. 3. §. sufficit. de con

tratab.secundum do. Ludo. in d.l. agen.
tes vbi dicit Barto ꝙ quis pōt substitue..
re,vbi lex permittit.nisi officium requira
tur personæ industriam.d.l.quisquis.quia
tunc suo periculo substituit.l.fin. quo qs
ordi.& l.nullus de decu. & tūc potest sub
stituere, quando in aliis officiis multum
elaborauit per d.l.i.quo casu debet substi
tuere hominē eiusdē cōditionis. dict.l.i.
quia si sit doctor, deseruiet per doctorē,
vel per alium bene eruditū, & idē in mul
3 tis,secūdū Bar.in d.l.i. ¶† Regulariter au
tē quis non potest in officio substituere,
vt late scribit Bald.in d.l.quisquis.quia in
dignitatibus non licet seruire per substi-
tutum.l.fi.de proxi. sacro.nisi ratione di-
gnitatis superuenientis.l.nullus. de decu.
& de agen.in rebus.l.pen.& ratione neces
sitatis imminentis.l.fi. de proxi.sacro se-
cun Bal.ibi qui etiam dicit in l.si parabo
lani.eo.tit. ꝙ substitutus in officio debet
esse talis qui debuerit esse à principio di-
cens, quod iustitiarius prouinciæ cum
recedit non potest substituere aduocatū,
qui sit de prouincia, quia à principio esse
non potest.per l.3. de officio asses. allegan
do Bar.de Capua.hoc dicere in d.l. para-
bolani.tamen idem Bal.in l.i.de offi.asse.
in rep.dixit cōtrariū, ꝙ præses ꝓuinciæ,
pōt facere locum tenentem, qui sit de ꝓ
uincia, quando ab extra habiliter haberi
non potest.alleg.Gulielm.& Cyn. hoc ibi
tenere,quòd licet quis nō possit esse asses-
sor,vel iudex in propria,patria, non pro-
hibetur esse locum tenens vel delegatus.
Quibus adde qđ substituēs in officio sub
stituit suo periculo.l.ad similitudinem.de
epis.& cler.& facit quod not.Inno. in ca.
j.vt lite non conte.& ff.loc l. cum in plu-
res.§. seruum. & est capitulum regni. Itē
prædicti secreti, quod substituens in offi-
cio tenetur de facto ipsius substitui,vt ibi
& vide text in l. in re cōmuni.§.si seruus
5 de noxa.Et†dicit Bal.in l. nam & seruus.
§. si mandato.ff. de nego.gest. quod quis
tenetur de culpa substituti sui dicens, ꝙ
q ignorāter eligit ĩ sufficiētē,substitutū ē
ĩ culpa,si sciēter est in dolo, quia impru-
dens electio est in culpa, & facit l. si quis
mandato.de nego.gest.& l.nam & seruus
in fin.& in l.ex facto eod. titu. in quibus
legibus Bald. multa dicit de substituto &
substituente in vtraque lectura. & dixit
a in dict.l. ex facto a quòd si miles, vel asses
sor potestati commisit delictum, & pote-
stas fuit condemnatus, quòd potest ab il-
lo repetere,vel de suo salario retinere, ni
si secum participauerit fraudem, & facit
6 eū participē sola sciētia fraudis.†¶ Si ta-
men quia haberet potestatem à princi
pe substituendi in officio, tunc si faceret
locum tenentem, vel substitueret,ille lo-
cumtenens, vel substitutus nō posset aliū
locum tenentem facere, secundum Bal.
in l.i.§.à præfectis.de leg.3.argum.l. à iu
dice.C.de iudi. de leg.ii.l. si tam aug.vbi
Bald dixit quod nullus potest facere locū
tenētē sine licentia principis ꝑ illū tex. &
per l.i de tuto. & curat. da.ab his. & per
c.i.de offi.vica. Licet in contrarium faciat
in auth.vt nulli iudic.§. ad hæc & l.i.C.
de offi.eius qui vicem alterius.quę loquū
tur in casu à iure permisso, quando aliqs
subrogatur à principe in locum defuncti,
nec etiā potest aliquis subrogari in locum
defuncti,nisi per superiorem dict.§.à præ
fectis.vbi text. quod gerens vicē alterius
habet idem imperium, quod est verum,
quando gerit vicē alterius non ex delega
tione iuris,sed ex cōmissione principis q
potest merum imperium committere. ꝑ
l.qui pro sua iurisdictio.Et idem dicit Bar
tol.in l.suggerente. de offic. eius qui vicē
alterius gerit.quòd princeps propter im-
pedimentum officialis principalis facit vi
ce gerentem,qui habet iurisdictionem or
dinariam per illum text. & per.§. à præ-
fectis,& ille qui cōstituitur ab ipso officia
7 li erit delegatus.†¶ Tamen isti locumte-
nentes alterius non possunt, imponere pę
nā mortis,nec mutilationis membri, quę
est de mero imperio d. l.suggerente. de
offi.eius qui vicē alterius gerit,& in auth.
de col.§.ad hæc.& Bald.in auth.omnino.
de act.& obli.in materia repræsaliarum di
8 xit per d.l.suggerēre.†quod causæ sangui
nis non possunt expediri per vicarium ge
neralem de offic.consul.l.nec quicquid.§.
vbi & per Archid.in cap.i. de offi. vica. &
in l.i §.ii. de offi eius.& Bald.ĩ l.ii.de offi.
consul. vbi dicit Bald.quod generalis vi-
carius non potest ferre sententiam amo-
tionis ab ordine,nisi quādo est factus vica
rius, & substitutus ad hoc de licentia su-
perioris.per

perioris.per d.§.ad hoc.& eſt gloſ.& Docto.
in d.l.j.§.à prefectis.quod nemo poteſt face-
re locumtenentem in officio, ſine licentia
principis,tamen videtur text.in contrarium
in cap.j.de offic.vica.& in l.j.de offic.eius cui
mand.eſt iuriſdict.Tamen Bald.tenet contra
rium per text.in auth.vt.nulli iudic.& quod
dicitur de pœna mortis,& mutilationis mem
brorum,quod locumtenentes meri imperij
non imponant.eſt verum quando eſt locum-
tenens authoritate hominis,ſecus ſi authorita
te legis,quia lex dat merum imperium,quod
magiſtratus alteri conferre non poteſt.l.j.de
offic.eius, cui mand. eſt iuriſdict.vbi dicit
Guliel.quod mandatum factum officiali non
poteſt expediri per locumtenentem, tamen
mandatum factum vicegerenti cogitur domi
nus implere.ſecundum Innoce.in c.cauſa.de
reſcript.tamen de iure canonic.locumtenēs
poteſt omnia expedire.c.in archiepiſcopatu.
de rap.ſecundum Bald.in authentic.ſed nouo
iure.C.de ſeru.fugi.¶ Tamen in hoc dubito.
ſi princeps concedat officium Capitaniæ, &
dicatur in priuilegio Capitaniæ, cum pote-
ſtate ſubſtituēdi,an ſubſtitutus,ſeu locumte-
nens poſsit vti mero imperio, & punire ad
mortem vel membra? & primo facit quod
eo.text.in l.j.ff.de officio eius.vbi cauſæ me-
ri & mixti imperij quæ conceduntur maiori
bus iudicibus ſpecialiter,non veniunt in ge-
nerali cōceſsione iuriſdictionis,niſi expreſſe
dicatur, hæc etiam non poſſunt delegari,niſi
in caſu abſentiæ,& quantum ad executionē.
per tex.in authentic.de col.§.prohibemus.ſe-
cundum glo.ibi,quam gloſſ.ſequitur Bartol.
Licet Guliel.dixerit contra, quod quantum
ad executionem demandantur,quod non ſe-
quitur Bartol.dicens,quod tantum ad cogni
tionem.Et idem tenet Azo in ſum.de offic.
eius qui vicem.niſi caſu,quando eſſet latro in
ſignis,quia talis delegatus haberet executio-
nem,quia eius pœnam differre eſſet periculo
ſum,quia poterit talis delegatus illum latro-
nem punire propter maius periculum euitā-
dum per d.l.j.& per l.ſi quis.§.is tamen.de
iniuſt.rupt.Vnde quamuis princeps dicat in
priuilegio.cum poteſtate ſubſtituendi,intelli
gitur tale priuilegium ciuili modo,& ſecun-
dum quod ius intelligit.arg.l.licet in princip.
ff.de arbi.& l.qnamuis.de in ius vocand.& ff.
de ſer.l.ſicut.& illa intelligere debemus vt ius
intelligit, vt dicit Andræ.de Iſern.in titul.
quib.mod.feud.amit.& ſic dictum priuile-
gium intelligitur, quod poſsit ſubſtituere
quo ad cognitionem tantum in caſu abſentiæ
ſecundum quod lex diſponit reducendo ver-
ba priuilegij ad ius commune.per l.vt grada
tim.§.j.de mune.& ho.& l.ſi quando.de
inoff.teſta.& vt ſupra dictum eſt, quia ſub il
la, generalitate verborum, cum poteſtate
ſubſtituendi in eodem, non videtur conceſ-
ſa executio meri imperij per d.l.ij.de offic.
eius cui man.eſt iuriſdict.vbi conceſſa iuriſ-
dictione non venit merum imperium,niſi ex
preſſe dicatur.Et quia illud priuilegium vide
tur continere ius commune, quod permittit
ſubſtituere in caſu, neceſsitatis, & ideo erit
idem quod ius commune.l.j.de theſauris &
capitu.j.de conſti.in vj.& glo.in l.ſi quando.
9 de inoff.teſta.†vbi conceſsio facta ſimpliciter
in priuilegio intelligitur ſecundum ius com-
ne Licet in contra.faciat, quòd princeps
concedendo facultatem ſubſtituendi in offi
cio Capitaniç.Et tunc cognoſcit de cauſis cri
minalibus.l.ſolemus.in §.latrumculator.de
iudic.ſi conceſſerat cum mero, & mixto im-
perio videatur illa clauſula,cū poteſtate ſub-
ſtituendi in eodē referri ad merum & mixtū
imperium,vt clauſula illa ad totum referatur
tanquam in fine poſita,per l.ſi ſeruus ſeruum
§.inquit lex.ff.ad legē Aquil.& in l.pretor.§.
erit.vi bono.rapt.& in c.olim.de reſcrip.cum
ſim.Et vt priuilegiū cū poteſtate ſubſtituēdi
cōceſsū aliquid vltra ius cōmune operetur.in
l.j.& l.Imperatores.ad Muni.& l.ſi quando
in auth.habita.ne filius pro patre.& de bon.
lib.l.etiam.§.j.Dyn.in c.ea quæ.de reg.iur.in
vj.Vel poſſet dici, ꝙ operabitur, ꝙ de iure cō
ſtitutio regni nō pōt ſubſtituere in aliquo ca
ſu, ꝙ ſubſtituat in caſibus à iure cōmuni per-
miſsis,& ſic videtur ipſe ſubſtituere princi-
pis authoritate.per tex.d.l.ſugerente.& per d.
Bar.ibi,& per ſupradict.Et quia poteſtas ſub
ſtituendi cōceſſa à principe in officio Capita-
niç parum operaretur,quia in ipſo non cogno
ſcit,niſi de cauſis meri & mixti imperij.per
d.l.ſolemus.in §.latrumculator.Tamen pri-
ma opinio eſt tutior,& ſecūdū illā conſului,
quod ſubſtitutus in executione expectet prin
cipalē ſuū ſubſtituentē.Et ſcias,quod Bald.in
d.l.ij de offi.proconſu.declarauit qualiter co-
gnoſcatur,quod quis ſit ad vniuerſitatē cauſa
rū delegatus,vel vicarius.& dixit, ꝙ cogno-
ſcitur ex forma cōmiſsionis ſuæ.per l.j.ff.qui
& à qui.appel.& vide Barto.in d.l.j.§.à pre-
fectis.de leg.iij.Si poteſtas ex cauſa poteſt fa
cere filium ſuum vicegerentem.quem Bald.
10 ſequitur in d.l.ij.vbi dicit,†quod vicegerens

constitutus in officio potestatis per superiorem, non potest reuocari per potestatem. l. ij. de decu. vbi habes text. quod superior ex causa potest facere vicegerētem in officio. & est glo. in l. ij. §. ignominiæ. ff. de infa. quæ dicit. arg. pro dando curatore debili. & in c. j. de cle. ægro. vbi dicitur, quod Episcopo debili datur coadiutor, quę not. pro locumtenente magnę curię vicarię, qui vt plurimum à Rege creatur, quod magister iustitiarius non posset illum reuocare expresse, licet tacite sic, si ipse veniat ad regendam curiā. Et adde prędictis quod potestates terrarū non possunt constituere vicarios. & ipsi accedere ad solatium. in authen. de defen. ciui. §. fi. in verbo, vices. quod est verum sine causa, tamen cum causa possunt. in auth. de colla. §. antequā. & i auth. de admi. §. j. de collatio. §. ad hoc iubemus. quæ sunt valde notatu digna, & quotidiana. ¶ Substituens aliquem in officio tenetur de facto illius, si q d male gesserit, quia substitutus intelligitur exercere damno substituētis. l. ij. ff. si mens. fals. mod. & in l. ad similitudinē. de Episc. & cler. in l. agentes. de agen. in rebus lib. 12. in l. si quis ex corpore. de muri. libr. xj. & in l. nullus. de decur. lib. x. Et quia constituens tenetur de facto vel negligentia suorū officialium, cum dolus & negligentia cōmissa sit circa ea quę pertinēt ad officiū sibi cōmissum. secundum Bar. in l. j. §. fa. de publica. & in l. fin. furti aduersus. & Bal. in repet §. profi cisci. in prin. & in rubr. de pœna iudi. & liberatur eum exhibendo, quia de eius facto tenetur. l. j. §. quod nouu. de public. Si autē delinquat extra officiū, non tenetur. secūdū Bar. in d. §. fami. & ff. nau. caup. & l. ideo. vers. cęterū. vbi Bal. & vide in verbo, familiaris.

a ¶ *In l. ex facto.*] *Vbi vide Bar qui dicit quod inter eos habet locum actio mandati, quando officialis ipse substituit aliquem subcuratorē, vel substitutum sed si substitutus detur authoritate publica datur inter eos ac. neg gest.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui potest processum expedire & dimittit successori, punitur.*

Successor in officio.

CAP. I.



1 Vdex qui, potest processum †expedire & successori dimittit, debet puniri. Bart. in l. j. §. sciēdū. de ma. cōuē. & ibi Bal. vbi. alle. C. de decu. l. prouidēdum. lib. x. & ibi vide Bart. Licet Bart. in contra. videtur dicere in extrauagant. ad repri. in verbo, procedatur. vbi dicit Bart. quod quantuncunque iudex debeat intra certum tempus expedire processum, nunquam cogitur expedire, nisi in fine temporis. & hoc dicit Bald. in §. pœna grauior. vbi alleg. l. j. §. ex pilatores. de effra. Si tamen labitur tēpus statutū facto partis, quæ non petijt causam expediri, non tenetur, quia non poterat expedire, nisi parte petente. glo. notabilis in l. si curatoris. vbi Ang. de iure delib. & in l. pen. eod. tit. ita Bald. consuluit per l. j. C. vt intra certū tēpus. & vide Bar. in l ciuitas. ff. si cert. pet. & vide infra in c. magistratus qui quod quando non posset expedire propter difficultatē probationis. vide supra in verbo, instantia. in c. a. ad excusationē iudicis. & in c. si iudici imponitur necessitas.

SVMMARIVM.

1 *Asserens se habere dignitatem, vel administrationem debet hoc probare.*

2 *Literæ commissionis principis debent etiam ostendi priuatis.*

3 *Delegatio inferioris potest probari per testes vigintiquinque.*

4 *Officiali principis non creditur, sine literis.*

5 *Promissio facta iudici nomine officij, an transeat ad successorem?*

6 *Princeps si concesserit iurisdictionem ordinariam ad beneplacitum, nunquid talis iurisdictio expiret per mortem principis ante aduentum successoris?*

7 *Mandatum factum vltima die regiminis officialis non tenet.*

CAP. II.



N officialis successor veniens ad officium sine literis residētię, & sine literis regijs suarū cōmissionū, quas dicat pariter amisisse casu, vel icursu hostiū sit admittēdus in officio, per est, cui succedit si dicat velle probare per testes habuisse literas, & perdidisse cōmissiones ipsas? dic ꝙ nō credit officiali sine literis veniēti. l. prohibitū de iure fisci. lib. x. & l. j. de mand. prin. & i l. si qua. de Episco. & cler. & c. cū in iure. de offi.
1 dele. † Vnde asserēs se habere dignitatē, vel administrationē habet hoc probare per literas, vel instrumenta, non per testes. ad l. j. & de agend. in rebus. l. iij. §. fi. de re militar. l. neminem & l. probatorias. de diuersis officijs. & l. si publicanus. de publicanis. & in authen.

then.vt nulli iudices.§.si quis vero.Quę sút
vera quando talis administratio, quam quis
vellet probare concernit causam publicam.
d.l.probatorias. Vbi autem diceret se habere
mandatum ab alio, quam à principe posset
testibus probari.in auth.de litig.§.si vero.de
sanc.epi.§.si neque.in Spec. de proba.§.vidē-
dum.versicul.sed nunquid.35.quæstio.secun
da institutionis.& 97.dist.ca.nobilissimus.&
Dyn.in l.j.de mand.princ.& in authentic. vt
iudic.sine quoquo.in princ.in versic. priuile-
gium.ita Lucas de Penna in d.l.prohibitum.
2 vbi subdit,† quod literæ commissionis princi
pis debent etiam ostendi priuatis qui tangun
tur,licet sit in contrarium. in authentic.de
col.§.vbi patet quod sunt insinuandæ pręsidi
prouinciæ.tamen videtur sentire,quòd si offi
cialis mittitur de vna prouincia ad aliam,
quod habet locum.l.prohibitum, quia in
prouincia sua præsumit quòd sit notus, & si
portat insignia officij sui,vt in §.cos.dicitur,
quòd sunt insinuande commissiones in iudi-
cio prouinciali publice coram præside. Et est
verum quando esset generale mandatum ad
officiú,quod sufficit insinuare pręsidi,& non
debet cuilibet ostendere. d.§.eos de mand.
princip.§.pen.secus si specialiter mandatum
esset super certo,quia debet edere illis, quos
tangit.d.l.prohibitum. Tamen in casu perdi-
tionis dictarum commissionum, vbi visæ
fuissent,& perditio probaretur, prosequere
hoc, vt in cap.porro.de priuileg. Vbi autem
ipsas literas præsentaret & negaretur illum
esse, de quo fit mentio in literis si est noto-
rium,quòd ita vocetur,creditur sibi cum lite
ris.ff.de instit.l.si pupillus.§. præscribere. ad
Macedonia.l.si quis filium.alias oportet eum
probare.arg.de fugit.l.j.§ fi.de quo per Cyn.
in l.si qua per calumnia.de Episc.& cle.& vi-
3 de Bal.in l.j.de máda.prin. dicentē,† quod de
legatio inferioris potest probari per testes.
25.q.ij.c.insinuationis.vbi dicitur quod delę-
gatio non pręsumitur,nisi probetur,& idē in
officio tabellionis,quod debet probari per pri
uilegium,secundú Bal.ibi.licet in contrariú
faciat text.in auth.de liti.§.j.& glos.in d.c.no
bilissimus. Tamen Rapha.in d.l.j.dicit, ꝙ in
curia potest probari ꝑ testes delegatio,& pōt
cognoscere ibi ex viuæ vocis oraculo, vt in
contrarijs, tamen in partibus extra cu-
riam requiritur in scriptura.per d.l.probato-
rias.& l.sancimus.de diuer.rescri. Tamen in-
feriores,delegationes possunt probari per te-
stes.cap.quoties.15.q.ij. Tamen Cardinali di
a centi quod Papa sibi commisit, creditur, a
si sit honestus, secundum glo.in c.cum olim
lo j.de priuileg.& in c.ego.de iureiurand.&
ibi Innocen.in c.cú dilectus.de accusa.& Ioa.
Andr.in capitu.cum à nobis.de testib.& Spe-
cul.in titul.de testib.§.j.& tit. de leg.§.exci-
4 pit.dixit Bart.in d.l.prohibitum.quod † non
creditur officiali principis sine literis.& vide
Bartol.in l.palatinos. C. qui ad conductio-
nem fisca.idem dicentem, quòd non credi-
tur baiulo sine literis commissionis, per il-
lum text.& l.missi opinatores. de exa.tribu.
Quando vero est notus bene creditur sibi si
ne literis,secundum gloss.in l.sed interpella-
tus.§.j.de arbitr. quod est verum quando
personaliter vult grauare aliquem ratione ma
gni pręiudicij, secus si verbaliter citet, quia
si est notus non requiritur litera, secundum
Bartol.ibid.& dixit Guliel.in l.nec quidem.
§.vbi decretum.de offic.procons.quod man-
datum principis, quod continet commune,
potest probari per testes, alias non.& Inno-
cen.in d.cap.olim.& gloss.in constit. regni.l.
si dubitatio. Tamen glo.in cle.j.de sepul.dicit
quod mandatum iurisdictionis potest proba-
ri per testes in quibus locis vide & infra in
5 proxim.capitul.¶ † An si fiat promissio iudici
nomine officij,& superueniat mutatio perso-
næ finiatur illa promissio,& promittens,non
teneatur successori in officio? Dic vt in l.cum
pro quo.ff.de in ius vocand. & de iudic. l.
proponebatur.& in capitu.significasti.de prę
script.in vj. Si vero fiat iudici nomine pro-
prio,expirat cum officio. l. cum apud.& ibi
Bar.iud.sol.& l.cum in diem.§.si quis alio.de
iud.secundum Ludouic.in d.l.cum.pro quo
etiā facit,quod habetur in l. qui erat.ff.famil.
ercíscun.¶ Officium prædecessoris durat vs-
que ad initium successoris.l.meminisse.de of-
fic.proconsul.vbi dicit Guliel.quòd non ha-
bet locum in alio officio,quam in iurisdictio-
ne ordinaria.ná non habet locú in cócedēdis
præbendis.arg.not.in l.si cum Hermes.ff.lo-
cat.vnde dicit Bal.quod legatus de latere qui
est positus cú tēporis præfinitione nó pōt có
ferre beneficia,& post illud tēpus licet ante
aduētú successoris,vnde dicit Bal secúdú Gu
liel.quod illa lex habet locú si successor nó ve
nit,sed misit vicariú quod est verú,si est tale
negotiú,quod cópetat vicario,quia officium
statim expirat per aduentum vicarij.in auth.
de collatio.§.iubemus. Bal. ibidem. & idem
Bald.in l.cum qui.§. iudicare.de iurisdictio.
omn.iudic. ¶ An pro tempore quo durat

officialis in officio ante aduentum successoris intelligatur idē officiū numero? Dic quod sic, quia etiam prorogatio primi quę fit à lege sine noua electione est idē officiū numero. de precar. l. sed si mādato. de neg. gest. l. nā & seruus. §. si vno. cum simil. Bal. in d. l. meminisse.

6 ¶ † Si prīceps cōcesit iurisdictionē ordinariā ab beneplacitū, & moritur princeps, expirat iurisdictio ante aduentū successoris. Guliel. in d. l. meminisse. Quod nō est verum in beneficijs & gratijs, erit ergo ordinarius, donec reuocetur per successorem. in authē. de quæsto. §. super hoc. Gratia vero & beneficium expirat. c. susceptum. de rescrip. in vj. Bald. in d. l. meminisse.

7 ¶ † Non tenet mandatum factum vltima die regiminis officialis l. eū qui iudicare de iurisdi. omn. iudic. Quod est verum, si successor venit, alias secus, secundum gloss. & Bald. Tamen sententia valet vsque ad vltimum momentum. vt not. Innocent. extra de iureiurando. & si Christus. & Cyn. in lectur. secundum Bald. in secunda lectur. & vide in l. officium. de administr. tut. Magistratus qui debet actum expedire, & differt in tempus successoris, vt successor faciat, punitur. l. j. §. scire. de magistra. conuc. Inde Bal. dicit, quod officiales, qui maiorem partem processuum reseruant successori, puniuntur, quod non expediunt processus quos potuere, & debuere expedire. quod est nota. Quod est verum, si fuit sibi denuntiatum, quod expediret, quia alias non tenetur. eod. tit. l. magistratibus. & vide. l. prouidendum. de decurionibus. Et hoc est no. contra arbitrium, qui noluit expedire intra tempus datum in compromisso. de quo per Barto. in l. si iud. de var. & extraord. cogni. & facit l. si quis in conscribendo. de pact. Bald. in d. §. sciendum. & vide supra in ver. instan. in c. j & in cap. si iudici im ponitur necessitas. & in capitul. iudex qui tenetur.

8 ¶ *Creditur] Adde Felin in capitul cum in iure de offi dele. & in c cum ex iniuncto de hare. & ibi in d c cum in iure vide quod de delegato si sit pſona notabilis et de subdelegato.*

SVMMARIVM.

1 *Syndicatores officialium, an possint allegari suspecti & nu 2. 3. 8 & 9.*

4 *Testes in causa criminali deponentes contra aliquem habentur pro eius inimicis.*

5 *Aduocatus an dicatur inimicus partis, contra quam aduocat.*

6 *Verba contumeliosa prolata à iudice cōtra aliquem, an & quādo reddant ipsum suspectū.*

7 *Delegatio facta à principe ex certa scientia de imperito prodest.*

10 *Caput consilij si sit suspectum totum consilium erit suspectum.*

11 *Suspitio fraudis cadit aliquando in persona honestissima.*

12 *Suspitiones iudicum per quos actus tollantur*

Suspitio.

CAP. I.

1 N syndicatores † officialium possint allegari suspecti? Dic quod licet officiales promiserint stare ad syndicandum coram syndicatoribus, quod non tenerentur responder e coram sibi suspectis inimicis, quia verba debent intelligi ciuili modo. l. si cui. de seruituti. Bal. in capitul primo de cap. qui curiam vendi. quia scilicet intelligitur boni viri arbritio. l. vir bonus. iudic. solui. & hoc vir bonus non arbitrabitur. l. Pompo. de procu. & in cle. fi. de iudic. & Bart. plene in consil. Inquiritur cōtra do. Ioan. de Pisana. vbi tenet, quod syndicator potest ratione inimicitiæ allegari suspectus, qui si deinde procedit, non valent acta & sententia lata per ipsum syndicatorē vt ibi plene per Bar. qui dixit, quod si propter hoc potestas habens illū syndicatorē suspectū, ex quo corā eo nō stetit ad syndicatū, quod non punitur, & licet non appellauerit à processu causę, & non obest sibi quando causa suspitionis erat notoria. In quo est dicendum, quod quidam isti syndicatores sunt ordinarij, vt est de iure communi pręfectus prætorio, & Episcopus, vel vicarius, vel successor, vt in l. j. C. vt omn. caus. & in authen. vt iud. sin. quoq. suffra. & Bal. in §. proficisci. in princ. Vel certi officiales per statuta, vel priuilegia deputati, vt quando syndicatus capitanei committitur potestati vel e cōtra, vel quia iustitiarij regionū habent syndicare alios officiales, vt sunt in ducali dominio Mediolanensi, vicarij generales, & isti tāquā ordinarij non possunt allegari suspecti, vt remoueantur ex toto, aut alius adiungatur. l. apertissimi. & authentic. ibi posita. & de iud. Licet sit secus de iure Can. extra de app c. cum speciali. & tūc cum recusatur ordinarius, debet concludi, quòd associetur sibi Episcopus, vel Archiepiscopus, si non sit causa sanguinis. in authen. vt differ. iudic. & d authen. Tamen vbi esset aliqua euidens causa,

sa, tunc recusatur ordinarius.l.solet.de iu risdict.omn. iud. puta consanguinitatis, vel aduocationis praecedētis, & vbi est su spectus, quod non esset sibi contrarius.l. eos.in princ.de app. Licet de iure Cano. possit indistincte cū legitima causa recusa ri.c.ii.de appell. Et isto casu, quod suspi- tio requirit causā allegari, nō potest pro- bari iuramento talis suspitio. & Bal.in d.
2 l.apertissimi.† Si autem isti syndicatores sint delegati, vt sunt ciues, vel alii, qui ex forma priuilegiorum, vel statutorum eli guntur anno quolibet, vel delegati specia liter à principe, & isti de iure ciuili possūt allegari suspecti, & remoueri.& probatur talis suspitio per iuramentum vt not. in d.l.apertissimi.& in l.fin.de iudic. Et licet isti syndicatores sint delegati ad vniuersi- tatem causarum non possunt regulariter recusari, quia sunt redacti ad instar ordi- nariorum. Tamen Iac.butr.& Bald. tenēt contra glo. quia facilius eliditur iurisdi- ctio extraordinaria, & sic delegata, quae reputatur magis odiosa. quam ordinaria, quae est fauorabilis, & solo cohaeret. argu. l.eius militis.§.militia missus. de testam. mili.& declarat Bal.in l.iudice.C.de iudi. quomodo accipiatur delegatus ad uni- uersitatem causarū. Tamen in his suspi- tionibus hodie est prouisum per literam Ioannae reginae secundae, quae vult, quòd non sufficit fieri recusationem iudicis si- ne causa iusta & legitima dicēda ad aures protonotarii, vel Episcopi loci. quo casu, si causa suspitionis est iusta associatur Episcopus, alias non. de quo vide in dicta litera, quia est in viridi obseruatione, nisi esset causa criminalis. Et adde praedictis, quia vbi Episcopus esset suspectus, tunc eius vicarius potest addi si non esset su- spectus secundum Bal.in l.i.C.si qua prae di. potesta. Nisi eadem causa suspitionis esset in vicario, quae in Episcopo, qa al us sociabatur, secundum Bal. ibi. Et quod di citur, quod syndicatore ordinario allega to suspecto additur Episcopus loci de iu re ciuili.d.l.fin.habet locum in ordinario magno magistratu, nō in paruis magistra tibus, quia isti de iure ciuili possunt in to tum recusari.gloss.not.in l.nam cum vter que.in verbo, cessabit.ff ne quis.eum secū dum Ludouic. ibi. & est alia in authenti. vt defunct.funer.§ sed hoc.vbi iudices car tularii recusantur.& alii subrogātur. nam scrinia etiam sine suspitione procedere debent secundum Bal.in l.2 de rela. & in dict.l.apertissimum.& in cap.statutum.§. assessorem.de rescriptis.in sexto. & facit quod Barto.de suspi. notarii dixit in l.sci re oportet.§.semper.authentic. de tutor. & curator.& de trient. & semiss.§. quod semper.column.3. Et ad praedicta facit, ꝙ habetur in capi.praeterea. de prohib.feu. alie.ꝑ Federic. vbi Bald dicit quod patres curiae qui sunt ordinarii, & singulares in causa feudi non possunt suspecti allegari, sed adiungitur alius, nisi sit iusta causa a- liqua.arg.c.licet.de for.competē. Vel vbi esset aliqua colorata & nō iusta causa.ca- pit.suspitionis. de off c.delegat.licet Iaco. de bel. dicat, quòd patres non recusantur quia ordinarii.quod itelige vt supra. Vn de quando ciuitas haberet priuilegia eli- gēdi syndicatores, & eligerentur suspecti poterunt ut suspecti allegari, siue sint or dinarii, siue delegati & p.ouid.ri, vt su-
3 pra.† Erunt autem iustae causae suspitio- nis, vt si syndicatores fuissent ipsi, vel ali- qui de sua familia tempore officii syndi- candi per ipsum inquisiti, vel puniti, aut carcerati, licet pro iudice praesumatur.c. ea.quae de re iudic.in vi.& in l.ii.de offi. ciui.iudic.& iuris executio non habet in- iuriam Tamen ex quo inquisitor aequipa ratur accusatori, ex quo accusat vt quili- bet de populo.l.ait lex. da iureiurand. & l.ꝗ iurisdictioni.de iurisdict.o. omn.iudi. & de arbitr.l.quoniā.scd̄m Bal. in repe.l. cū mulier.solut, matrimon.& in l. ea qui- dē.de accusatio.allegat.Inn.in c.ex parte. de verbor.significatio.dicentē, ꝙ inquisi- tio assumit primordialē naturā accusatio nis.p l.certi cōdictio.ff.si cer. pet. Et di- xit Bar.in l 2.§.si publico.ff.de adulter.ꝙ exceptio inimicitiae, & aliae quae possunt opponi cōtra inquirētē, pp, qd̄ praesumi- tur, quòd ipse iquisitus vel carceratus ge rat in animo inimicitiam contra iudicem inquirentem, quia veritas odium parit, se cundū Terēt.& dicit Hieronym. in episto la quarta ad Galat. qd̄ amara est veritas q̄ odiū generat. vt refert Luc. de Pēn.in l. quoties de naufrag. Nā partes solēt cōui ciari iudicibus contra ipsos pronuntianti

bus.l.illud.ff.de appellatiõ.Et dicit Andr.
de Isern.in constitu. prima de rapt.virgi.
quod odium præsumitur in eo,qui aliquẽ
condemnauit. & facit quod dixit Bartol.
in l.post legatum.§. is verò. de his quib.
4 vt indi. quòd † testes in causa criminali
deponentes cõtra aliquem habentur ꝓut
eius inimici.per not. in c. cum P. Manco
nella.extra de accus.vbi etiam dicit Inno
cẽ.quod detractores, & diffamatores alio
rum sine causa de criminibus veris, de fal
sis à testificando contra illum repellun-
tur,quod sequitur ibi Ange. nam non so
lum inquirens,& testes incurrunt inimi-
citiam eius contra quem testificantur, sed
etiam fideiussor accusatoris,qui se inscrip
sit.per text.in capit. porro.vbi Bald.quæ
5 fuit prima causa bene.amit.†Et etiam ꝙ
dicitur de aduocato qui incurrit inimici-
tiam partis contrariæ, contra quam ad-
uocat.glos.est in l.pecuniam.in verbo, re
petitur.ff.de condictio. ob cau. Nam ipse
inquisitus vel à iudice carceratus præsu-
mitur contra eum habere causas odii in
mente,quia iudex tenet locum accusato-
ris.vt supra & Barto. in l.etiam. de furt.
& Inno.in c.qualiter.de accusat. Et habẽ
tes cõtra aliquem causas odii etiam si o-
dium habere non probentur,eius inimici
dicuntur,secundum Innoc.in c.cum I.&
A.de re iud. & Bald. in l. rescri.si contra
ius & dixit Bartol.in l.i. de his quib. vt
ind.quod sufficit vt proberis meus inimi-
cus,quod mihi ignoranti feceris,ea ex qui
bus si scirem inter nos inimicitia verisi-
militer orta esset. Nam inimicitia grauis
inter aliquos probatur , ex quo ex causa
capitali litigant, secundum Bart.in l.2.ff.
de testi.vbi idem dixit si de bonis,aut ma
iore parte bonorũ litigant, vel si aliàs no
tabilis quantitatis ciuiliter litigent. argu
ment.l.propter litem de excusatio. tuto.
& capitulo frequens.versicul.illud de re-
sti.spol.in vi. & non refert si fuerit actor
vel reus,secundum Bald.in d.l. propter li
tem.§.dat remissionem. & in hoc non re
fert si fuerit quis causæ criminalis dela
tor,accusator,ꝓmotor aut alias instigato,
vt dicit Bar.in l.i § interdicit.& in l.sena
tus.in princip.& §.ad eos.ff.ad Turpil.Ex
quibus concludo , quòd cum talis syndi-
cator ipse in animo suo odium gerere prę
sumatur contra iudicem talem syndican
dum,qui ipsum inquisiuit,vel carcerauit,
quod potest iuste suspectus allegari ex cã
prædicta.Et etiam erit iusta causa suspi-
tionis , quando syndicator ipse ad aliqua
verba minatiua processisset cõtra ipsum
iudicem syndicandum,dicendo, quòd in
syndicatu expectabo eum , vel alia simi-
lia,quia erit iusta causa suspitionis. nota
argumen.not. in l.i.C. si quacunque præ
di.potestate.vbi ordinarius ratione con-
tumeliarum recusatur ab illo, cui intulit
verba contumeliosa, & per totam suam
familiam.& no.Inn. in c. irrefragabili. de
officio ordin.& facit de libe.cau.l.si filiũ.se
cundũ Bal.in l.si prætor.de iurisdictio.om
nium iudicũ vbi dicit,quòd ordinarius re
cusatur etiam ex causa inimicitiarum.per
l.si pariter.de libe.cau. & ex aliis,quę sũt
de iure ciuili probanda.vt ipse dicit in au
thenti.& consequenter.C.de senten. Et li
6 mita†quia id quod dicitur quod iudex re
a cusatur ꝓpter aliqua [a] verba dura,vel con
tumeliosa ꝓlata cõtra aliquẽ nõ hẽt locũ,
si illa verba ꝓtulerit ex cã, vt videret ter
ribilis illi tãquã delĩquẽti,vt dicit Bar.ĩ l.
i.in vi.col.C.de cõfes. Et habes supra vbi
diximꝰ de crudeli officiali.& ẽt syndicator
potest suspectus allegari,quãdo se ĩgessis-
set contra iudicem conuocando alios vt
querelarent. per not.per Bartol. & Bald.
in l.quæ omnia.de procura.in §.nec. & fa
cit l.vxori.de fals.in fi & quod dixit Bar
tol.in dicta l. post legatum. vbi de teste q
se ingerit, quod dicitur suspectus, & etiã
notarius se ingerens,secundum Bartol.in
dicto.§.semper.Erit etiam iusta causa re
cusationis ipsorum syndicatorum si qui
buscunque verbis ipsorum perciperetur
odium de dolo.l.dolum. & l. Fulcinius §.
quid sit latitare. qui ex cau. quia nemo
præsumitur dicere quod mente non agi-
tat.l. Labeo.§.Tubero.de sepel.lega & l.3.
ad fi.ff.de carbo.in quibus non fit differẽ-
tia,an illa verba proferens fuerit consue-
tus dicere cum effectu. secundum Bald.in
l.metum.C.quod met.caus.quia imò si di
xisset quod eum non deligebat, præsum-
ptiue illius probatur inimicitia. secundũ
Innocen.in l.inquisitionis. de accusatio.
& sequitur Ang.in l.si vacan.C.de bo.va
can. Licet alias dicatur quod iudex ver-
bum

bum durum proferens contra aliquem non possit recusari, secundum Bald. in l. verbum. de infami. alleg. Ioan. And. in c. si quando. de rescript. & in c. cum cessante. de appella. & facit quod no. in c. super abbatia. de offi. deleg. vbi dicitur quod si iudex diceret, displicerem illi, vel si non admittat electum venientem à curia recusatur, tamē dictum Bal. & d. l. verbum loquitur quando profertur verbum durum contra delinquētem. vt supra. Et ad de l. licet. ff. de arbit. in glo. quando quis minatur displicentiam capitalem contra aliquem. alius probatur inimicitia. & C. quod metus causa l. 2 per Baldum Probatur etiam inimicitia contra ipsos syndicatores non solum ex verbis vt supra sed etiam ex gestis, vt si adt tempus ad inuicem locuti non sunt. per glo. in c. Adrianus. 63. dist. dicentem probari inter aliquos inimicitiā ob hoc solum, quod sibi obuiantes se non salutāt, quia fortius gestu quā verbis animus ꝓbatur. de ædi. adic. l. si tamen. §. ei qui. & de appellatio. cum dilectus. & l. de quibus. ff. de legibus. vbi Bal. ad ꝙ gl. in d. c. Adrianus. relata ꝑ Ioā. And. in ꝓœmio. 6. libri dū cōcludit quod ex sola vnica olim inimicorum salutatione probatur inter eos inimicitia re-
b missa. b ergo ex vnica non salutatione probatur inimicitia orta. arg. à contrario de quo in l. & sic contra de vulga. & pupi. cum similibus. & §. fina. instit. de in iur. & in procemio decreta. circa mediū. Quod maxime procedit si laborassent inter illos amici vt se inuicē diligerent, & alloquerētur, & nō obtinuissent, q̄a tunc radicatū præsumitur odiū se nō reducentiū ad consilia amicorū, quib. credere debuerūt. iuxta no. per glo. not. in l. Titio fundus. ff. de conditio & demonstra & in l. 2. quādo an na. est actio. Et vltra posset ēt syndicator recusari ratione imperitiæ, si esset electus imperitus, qui habet iudicare de iure. per no. per Cyn. & Petr. in l. certi iuris. C. de iudi. licet Iacob. de Are. insti. in procemio
7 dixerit † quod delegatio facta à principe ex certa scientia de imperio valet. quod Cyn. ibi reprobat, de quo vide gloss. in authen. de iudi. in princ. quam refert & sequitur Bald. in l. non dubium. C. de dona. qui dixit in l. fina. C de hæredibus. instituē. quod causę subtiles non sunt committendæ aduocatis grossis, quia sunt suspecti propter iuris ignorantiam. Si tamē essent plures, & officiales omnes vellet allegare suspectos audiri non deberet, quia præsumitur hoc facere in fraudem. secundum Baldum allegat Ray. in l. hoc modo de conditio. & demonstratio. argument. illius text. vbi dicit hoc esse verum, quando causa esset de re parua, quæ extra ciuitatem commode committi non posset, & hoc etiam tenent ibi Ioannes de Imola, & dominus Antonius in capitu. i. extra de iudi. Et facit quod dixit Specula. in titu. de requi. consil. quod si causa est mera canonica, quę committitur mero iuristæ potest suspectus allegari. Quinimo ipsi syndicatores si sunt suspecti officiales erūtēt suspecti cīb⁹ suis familiarib. ſm Bal. ī l. i. C. de epis. & cleri. vbi dixit ꝙ tota familia dn̄i contemplatione eximitur à iurisdictione iudicis suspecti. allega. Innocen. in capitu. insinuante. de officio de
8 lega. † Quibus adde quod si essent plures syndicatores, quod licet vnus ex ipsis syndicatoribus esset suspectus, non remouebitur, quia alii non suspecti supplebūt suspitionem illius. argumen. eius quod diximus de teste in l. si quis ex argentariis. §. sed omnes. de eden. & hoc etiam tenet Bald. in l. præscript. si contra ius. in 19. colum. allega. Innocen. in capitu. super eo. in l. duo ex tribus. de re iudi. & in capitu. cum plures de offic. deleg. in 6. vbi quando vnus ordinariorum iudicum, vel delegatorum impedimento aliquo impeditur, an possit alius procedere, quia longa est materia? dic vt in capitu. fina. de arbit. in 6. & in capitu. prudentiam. de offic. de
9 legai † Vbi autem essent plures syndicatores electi ad syndicandum cum successor in officio & principalior esset suspectus vel ipse successor, tunc omnes erūt suspecti per nota. per Bald. in l. i. C. si re-
10 ctor prouinciæ. vbi dixit † quod si caput consilii est suspectum, totum consilium erit suspectum. per nota. in cap. i. de iudiciis. vbi dixit Antonius de But. quod consilium principis potest allegari suspectū, quando principaliores sunt suspecti. & facit quod dixit Bal. in c. i. de iudi. quod si causa committitur collegio, potest totum alle-

c tum allegari suspectum c sicut singularis persona. ¶ Sunt enim multæ aliæ causæ suspitionum, quæ possunt opponi syndicatoribus, sicut etiam opponuntur iudicibus delegatis, vel ordinariis de quibus subiiciam aliquas. Et primo si syndicator esse competet quærelantis, de quo per Ioannem Andr. in c cum speciali. in 4. gl. de appella. & tangitur eodem titu. c. pastoralis. & in Specu. in titu. de appella. §. nunc dicamus. circa princip. vbi dixit q̄d iusta causa recusandi est, si iudex est compater aduersarij, quia per compaternitatem contrahitur coguitio spiritualis, quę
d ex fortior carnali. d secundum Bald. in l. si q̄s alumnam. de nupt. adeo quod vnus pro alio non potest testificari. secundum Baldum in l. generaliter. de in ius vocan. vbi dicit quòd æquiparantur parri adoptiuo. & Ange. idem dicit eod. ti. l. adoptiuum. in princ. & idem Bald. in d. l. i. C. de accusa. q̄ non pōt esse testis pro eo, quem quis de sacro fonte leuauit, licet contradixerit in l. parentes. C. de testiqus ta..en verius videtur quod dixit in d. l. j. quia in subsidium tenetur sibi ad alimenta, sicut pater naturalis secundum eum in authē. nisi rogati. ad Trebel. & idem Bald. in alia lectura in l. quamuis. de in ius vocan. tenet quod potest esse testis, quod ibi Lud. intellexit in ciuili, non in criminali. Potest etiā recusari quis si est præsumptio, quod pronuntiat ad voluntaté partis cōtrariæ. extra de eo qui mit. in pos. c. cum sicut. & vbi votum suum propalauit, secundum Inno. in c. irrefragabili. de offic. ordi. & ratione amicitiæ. 3. q. 8. absens. & l. legatum. de lega. præstan. quæ est sing. Vel si syndicator sit de vno collegio cum parte. extra de elec. innotuit, vel si con canonicus, vel si est de terra querelantis. c. accedēs. lo. 2. vt lite non contest. vel si est commensalis. c. insinuante. de offi. dele. & c. insinuatione. de appel. vbi si aduocatus partis esset cōmensalis iudicis, quia ꝓpter hoc non est suspectus iudex. c. j. de offi. iudi. vbi de Archiepiscopo Amalfica no. tamen illa suspitio aliàs adiuuaret. d. c. insinuatione. & in c. si tanquam. eo. tit. vbi si est dominus vel subditus actoris. d. c. accedens. Vel si sibi attinet, vt ibi. Vel si est inimicus rei. 3. q. 7. c. quia si suspecti. Et vbi terra illa vnde est iudex haberet graues inimicitias cū terra rei. de officio delega. ca. omni. Si tñ cū cōmittatur personę valde fide de dignæ de qua nulla potest esse suspitio, nō pōt allegari suspecta. per glo. no. in l. Titio fundus. de conditio. & demonstra. scd̄m Host. sing. in c. postremo. de appella. & domi. Anto in c. finem litibus de do. & contu. & glo. Ioan. Theutonici. 22. q. 2. c. expedit. & vide quod per eum dixit Bald. in l. iudicia. de rei vendi.
11 † licet suspitio fraudis aliquando cadat in persona honestissima, cum est aliquid legibus interdictum. ff. de lega. 3. l. cū quis §. Titia honestissima. scd̄m Bal. in c. si vasal. de contro. inuestitu Et per ista dixi in tractatu. de re. milita. quod Rex Franciæ, qui in causa cuiusdam singularis certaminis fuerat electus ab vna pte, non potuit allegari suspectus. vt ibi latius scrip. ¶ Tamen consulto tibi officiali quod à suspectis caueas, quia est consiliū leg slatoris. vt in l. i. C. vbi pupil. edu. deb. quod tristes solent sortiri euentus. Et ideo si non obstante legitima suspitione allegata syndicatores ad sententiam procederent, non valeret. l. apertissimi. supra alleg. Sed Bar. in supra dicto consilio, quia facta tali recusatione ex legitima causa ille eximitur à iurisdōne recusati l. i. si qua cunque prædi. potestate. & not. in l. quia poterat. ad Trebel. & tenet Ioan. And. in c. cū speciali. de appella. & habetur in plerisque locis. Vnum tamen non omitto q̄ licet officialis officio finito secundum formam iuris dedisset cautionem coram syndicatoribus de stando ad syndicatum, q̄d non esset sibi præclusa via suspitionum, si quas haberet contra syndicatores. secundum Bar. in d. consil Et vt videat in ipsos consentire. per no. per Cyn. & Bal. in l. i. C. de lit. contesta. videtur casus & in corpore vnde sumitur, quia post datos fideiussores hēt xx. dies ad recusandum iudicem. vt ibi tex. & tenet Bar. in l. quidā cōsulebant. & l. vir bonus iudic. sol. Et dixit no. Bal in l. Gallus. §. i. de lib. & posthu. quod ille qui promisit iudici soluere sportulas, non videtur in iudicē consentire, q̄ tenet expresse Inno in c. inter. extra de
12 re iudi. † Et per quos actus tollantur suspitiones iudicū, vide Bal. i l. apertissimi & in

& in l.fin. C.de iudi.] vbi late. Et vide qd Ange. Areti. latius quam alius disputauit illum arti. in l. fi. ff. quando appellādū sit.

a Propter aliqua.] *Sed quid si ab aduersario al locutus sit, an recusari possit uide Felyn in c. consuluit. circa fin. vij. col. de offic. deleg. & quando uis uidere quae sunt causae suspitionis uide Phil de Perusio in ca. postremo, de app l. ubi ponit. xl. causas suspitionis & an qualitates suspitionis extendantur seu non egrediātur personam vide Fely. in c. insinuante. de offic. delega. circa princi i. col. ibi dicit hoc & qualiter iudicis suspitio iudicatur & an illud quod non est sufficiens ad eam causandam probatio semiplena sufficiat ad suspitionem inducendā Vide do. Bar. Soci. in consilio 214. in c. considerata. versi. cōfirmantur praedicta. in ij. parte.*

b ¶ Remissa.] *Vide tu Fely. in cap. repellantur. i. col. uersi. vltimo tangit hic Inno. de accusa.*

c ¶ Suspectum.] *Adde Felyn. in capitu. causam quae circa prin. i colum de offic delega. & in cap i. ij. col. versi in glo. in versi. interrogatus. circa me uersi de iudi ubi etiā, & an & quando propter caput suspectū totū recusari possit.*

d ¶ Fortior carnali.] *Facit quod no. refert Fely. & tenet Abbas in c. decernimus circa finem. de iudi. quod saepe reperitur ecclesiam dispensare in cognitione carnali, sed in spirituali nunquam.*

De litera. T.

SVMMARIVM.

1 *Familia potestatis an possit testificari in syndicatu pro ipso potestate uel contra, et nu. 5. Et quid in Episcopo. nume. 2.*

3 *Familieres sūt idonei testes i factis domesticis.*

4 *Ius suum per famulum probare volens, debet licentiare famulū & sic in testē producere.*

Testis.

CAPI. I.

1 An † familia potestatis, scilicet notarij, berruarii, & milites, & alii possint testificari pro eo in syndicatu. Bal. in rep. §. ꝓficisci e. 18. dixit quod sic si non tanguntur testificantes. argu. l. consensu. §. super de re pu. quia in factis domesticis non repellū tur testimonia domestica. cap. veniens. de test. in fi. & Bal. in l. etiam. C. de testi. Dixit idem quando non sunt amplius familiares, dummodo non sint ita suspecti ex vtilitate vitae. argument. l. affinitatis. de in ius vocand. Secus si non recesserint ab eo, vel sint redituri cum eo, quia adhuc durat familiaritas. l. i. si rector prouinciae. & l. 2 si qua prae. potest. & idē quod Bald. tenet Angel. in l. sciendum. ff. de vsu fruc. Et dixit Bal. ibi alleg. Inno. tenere in d. c literis. de testi. & de offic. deleg. c. insinuā-

2 te. † quod familiares episcoporum, vel dominorum bonae famae recipiuntur in testes, quia isti non habent secum nisi familiares discretos, & bonae opinionis, secus si sint pauperes & viles, vt sunt famiLiares scholares, vel berruarii, qui sunt cū aliquo officiali, quia isti non recipiuntur in testes. Et idem tenet Cardinalis in dict. c. insinuante. vbi dicitur, quod familiares non morentes in domo non possunt recusari vt suspecti, quod dici ibi Inno. esse verum, nisi reciperent al quod salarium ab episcopis dominis. argu. l. praesenti. de his qui ad ecclesiam confug. & etiā si stet pro expensis in domo, secundum Ioan. Andr. in tit. de testi §. i. versi. aut excipe. Saly. autem in d. l. etiā. tenet contra Bald. quod in subsidium possunt, & quod admittantur si non sint redituri cum eo, & sint bonae famae. Et aliqui tenēt, vt d. Cataldinus in tractatu de syndicatu, quod admittantur in subsidium per nut. 14. q. 2. quamquam. & argum. d. l. consensu. C. de repu. & per not. in dicto capitu. insinuante. in prima glo. & in c. licet. in verbo, familiaribus. de priuile. lib. 6. & ꝑ Ioā. Andr. in c. dilecto. de offic. Archi. Mihi videtur distinguendum, quod aut isti familiares producuntur per potestatem ad ꝓbandum ea, quae sunt gesta in officio, & quae per alios, quam per ipsos probari nō possunt, si aliqua gesta sint in palatio potestatis in exercitio officii, vel de nocte, cum potestas. vel contestabilis curiae ciuitatem custodiebant, & tunc admittantur ad testimonium. per no. in Specula. in tit. de test. in §. i. in versi. quid si testis. per d. l. consensus. de repu. & capitu. veniens de testib vbi dicit Ioan. andrae. quod si acta sunt perdita, poterunt probari per procuratores, & aduocatos partis, quia alii non possunt illa verisimiliter scire, & hoc quando

quando aliter veritas haberi non potest.
Et adde Barto. in l. sancimus. §. licentia.
3 de iure delibe. † dicentem, quòd in factis
a domesticis familiares sunt idonei testes.[a]
per tex. in auth. de mona. §. cogitandū. & l. ii. C. quando & quib. quarta pars. Ad quod dixit not. Saly. in repet. l. ea quidē. in 13. charta. C. de accusa. quod de gestis in barataria admittuntur lenones, & alij ibi conuersantes. argu. l. de submersis. de nauic. libr. x. Et sic in his, quæ non solent tractari, nisi in præsentia istorum, & vbi aliter veritas apparere non posset admittantur isti domestici, seu familiares, secūdum Io. Andr. in d. §. i. vers. item. & vers. quid si olim. allegat. Gulielm. vbi Ioann. Andr. in hoc limitat Specula. qui simpliciter dicit domesticos admitti in istis casibus, vt verum sit, quod ipsi testificentur, licet sint domestici, quando aliter veritas sciri non posset. Non obstat vtilitas quia respondeo, quod ista vtilitas eos nō repellit ratione officii, quia isti viles solent in istis officiis deputari. vt dixit Bar. in l. eadem. §. hac. ff. ad legem iuliam repetunda. allega. l. neque. C. de decurio. & l. prima. de infam. isti enim licèt minimi sint, tamen appellantur officiales. Bald. in l. secunda. C. de spor. & And. de Iser. in tit. quæ sint rega. in verbo, bona. Nam ratione connexitatis officii eorum fides augetur. argum. not. per Gulielmum in l. si consul. de adoptio. ff. vbi dixit de notario & quia officium velat eorum vtilitatem. arg. nō. per Bar. in l. si multi. de publi. alle. l. sacrilegii. de cri. sacrile. quod autem isti dicantur officiales, est glos. in authen. de defen. ciui. in glo. in ver. vicem. & eis crederetur de gestis, de his quæ non sunt maximi præiudicii. vt not. ff. de custod. reor. l. diuus. & l. ea quidem. C. de accusatio. & Andr. de Isern. in constitutione humanitatis. de his quæ si. da. non possunt. & gl. in l. finita. §. fin. de loco publi. fruen. & sic ratione vtilitatis propter concomitantiā officii, quod habuerunt, non repelluntur. Vbi autem familiares potestatis producerentur ad probanda aliqua extranea ab officio, tunc serua quod dixit Inno. quod credatur quando sunt bonæ famæ, & probatæ vitæ. Tamen vbi tractatur de probanda sola innocentia potestatis, quę per fiscum de crimine impeteretur pro aliqua pœna, & non ad alterius impugnationem, tunc puto quod familiares etiā meri possunt testificari pro ipso potestate, quemadmodū testificatur frater pro fratre ad excusandam fratris innocentiam contra fiscum, secus ad sui defensionem, secundum Baldum & Salycetum in dict. l. parentes. C. de resti. vbi dixit, quod vbi testificatur ad simplicem defensionem fratris, etiam contra fiscum, valet eius testimonium. alleg. cap. literas. extra de præsumptio. & tenet Floria. in l. penulti. ff. de testib. & alij in l. qui testamento. §. per cōtrarium. ff. de testam. Et dixit Specula. in titu. de inquisi. §. primo. versicu. sed nunquid. quod ad probandum innocentiam familiares, & cubicularii sint idonei testes. arg. xii. q. i. c. manifesta. & c. seq. & 2. q. 7. cū pastoralis, & quod no. Io. Andr. in tit. de testib. §. i. vers. quid si olim. & quod habetur in c. in literis. de pręsump. presertim si isti familiares propter finitum officium ptātis essent licentiati ab ipso officio, in quo erant deputati per ptātē. quia admittantur pro ipso. per not. per Bal. in l. i. C. de epi. & cle. ēt si licētia processisset ab ipso potestate. secundum Bal ibi p no. per Io. And. in tit. de testib. §. i. vers. quid si olim. & Cyn. in l. ii. de testibus. dicens,
4 † quod si quis velit probare ius suum, po
b test famulum licentiare,[b] vt eum possit in testem producere, quia non est fraus pa[illegible]re sibi probationes. argu. l. at qui natura. §. cum me absente. de nego. gest. nisi incontinenti rediret. arg. nota. per Bar. in l. vir mulieri. de dona. inter vir. & vxo. & in l. si venter. §. in bonis. de priuile. cre. &
5 in c. officii. de elect. † Tamen an isti familiares admittantur in testes, in syndicatu contra potestatem. Bal. ibi in l. etiam. dixit quod sic, quia contra domesticum pōt recipi, dicens, ꝙ si testificaretur partim pro eo, & partim contra, non posset diuidi fides testimonij, secundū glo. in d. l. etiam. & vide eundem in auth. si dicatur. ad fin. C. de testib. Et Pet. de Anch. in cap. dilecto. de testibus. & in cap. accedens. el ii. vt lite non contesta. Tamen idem Bal. dixit secundum aliquos in l. fii. de excus. tuto. quod birruarius non potest compelli ad testimonium contra potestatem propter

reueren-

reuerentiam, quam sibi debet. pro quo posset adduci in argum. tex in l. iul in fi. ff. de testibus. Tamen Bald. in repe. §. pro ficisci. in fin. dixit quod à familia potesta tis potest contra ipsum in syndicatu indagari veritas, allegãs Azo. in summa de assessoribus. Et adde Angelum simpliciter dicentem in l. lege Iul. ff. ad legem Iuliam. de vi publica. quod potestas potest probare per illos de domo, & per familiares suos, qđ in tortura, in qua tortus defecit nõ excessit modum, dicens quod ex quo tortura adhibetur in secreto, & coram familiaribus tantum, quòd admittẽtur ad testimoniũ pro ipso argum. dicit. l. consensu. §. verũ. & hoc probato per familiares erit securus. quæ no. quia nullus ita ad plenum istum articulum examinauit, & est quotidianus. Et vide infra in verbo, tortura. in capitu. an si officialis aliquem tormentauit. de quibus adde no. in l. fi. de sicca. & C. de adulte. l. verba. & de quæstionibus. l. interrogari. sicut ẽt quæ fiunt in capitulo & in collegio. cap. venieus. de test. & de probationi. c. 3. & ꝙ dicitur de tutore in re pupilli. ff. de testa. l. qui testamen. & l. fina. de testibus. & Hostien. in tit. de testibus cogendis. in princ. Et præsertim quãdo actus non esset alias probabilis. ff. de furt. l. in actionem in gl. 3. & per Dyn. & Cyn. in l. si quando. C. vnde vi, & facit. l. 4. C. de muri. lib. xj. Et dicit Bar. de Capua, ꝙ aut est actus qui clã fit, vt desponsatio vxoris coram famulis, vel datur liber vsurario coram famulis in secreto, vel si quis venit ad domum meã, & me verberauit, & tunc hęc possunt per domesticos probari. d. §. seruus. & C. de administrat. tutor. l. res qui tutores. Secus si volo alia probare, vt dominium fundi mei. Bart. de Capua.

a ¶ Testes.] *Vide Felyn in c. in literis. de testib. in princip.*

b ¶ *Licentiare.*] *Vide Fel. in c. in literis de test.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæi non possunt esse testes cõtra christianos.*
2 *Delictum patris nocet filio.*
3 *Infames admittuntur in testimonio quando ueritas aliter haberi non potest.*
4 *Probatio bonæ famæ minuit & debilitat fidẽ indiciorum & econtra probatio malæ famæ auget.*
5 *Bonitas notarij facit præsumere ꝓ instrumẽto.*
6 *Testes viles admittuntur contra valde diffamatum.*
7 *Ex coniecturis & præsumptionibus proceditur in his, quæ communiter consueuerunt fieri in secreto.*
8 *Lex correcta, vel abolita potest allegari pro ratione sui.*
9 *Leges allegantur in consistorio regum. non pro authoritate sed pro ratione.*

CAP. II.



Vi semel rogatus à doctore maximo, vt consulerem in hoc dubio. Quidam nobilis fuit syndicatus in Apulia, vbi fuerat officialis, & opponebatur, ꝙ receperat pecuniam pro ministranda iustitia, producebant in eum testes duo iudæi, qui asserebant interfuisse, sicque dubitabatur, si potuissent esse testes? argumenta feci ad partes, & primo
1 quod non, † quia iudæi contra christianos testes esse non possunt argument. C. de iudęis. l. nullus. & in ca. iudæi. & ca. licet. & capitu. primo. extra de iudæis. 2. q. 7. capitu. si hęreticus. & capit. non potest. & in l. prima C. de sum. trinit. vbi nõ creditur hæreticis, & testibus infamibus infamia iuris. & Gof. in summa de testibus. in princip. Et licet tex. in d. c. iudæi, videatur dicere quod iudęus contra christianũ admittatur in testem. dicit ibi Anton. de Butr. quod intelligitur quod de facto admittatur, non de iure, & licet etiam gl. C. de hęre. l. quoniam. dubitauerit de iudæo, vbi allegat librum nouellarum, dixit quòd potest testificari tantum quo ad præscriptionis interruptionem & Barto. ibi distinxit ꝙ ad probanda acta & actitata nõ admittatur, secus in cõtractibus, testamentis, & in criminibus. Tamen hoc non firmat nisi quia allegat dicta glo Et Barh. de Capua allegando dicta iura canonica dixit, quod de iure canoni. Iudæus non potest esse testis contra christianum, secus de iure ciuili, Ludouic. autem in l. pactũ quod dotali. C. de colla. sequitur

sequitur glo.d.l.quoniam. quod tantum possit esse testis quod ad præscriptionẽ interrumpendam.Spec.in tit. de testi.in §.j.in versic.item ꝙ iudęus, vel paganus post multas chartas . idem expresse dicit, quod iudæus non potest testificari contra christianum, vbi allegat d c.capitula.& d.l.quoniam.& authen. ibi posita in quibusdã libris etiã si christianus à christiano sit conuentus.2.q.7.c.si hæreticus.& c. pagani.vbi dicit secus esset inter ipsos iudæos,secundum glo.d.l.quoniam.in princ.Pro qua opinio. facit quia iudæi non possunt habere aliquã iurisdictionem.l.i.C.de iudæis.adeo quod non
a possunt doctorari, a secundum Bar.ibi al le.l.honores.C.de decurio.& Bald.in l.i. de summa trinit.vbi dixit ꝙ etiã arbitri, nec arbitratores possunt esse inter christianos.nam ipsi iudæi sunt fœneratores & infames.de quo per Azo.in summa.de infa.& de except.c. cum dilectus. & ideo
b non eis debet credi.nec libris ipsorum. b Bal.in l.Cassius.de sena. in d.l.i.de summa trini.Itẽ quia sunt blasphemi Chri. c.i.& c.cum sit.de Iudæ.& quia Iudæi nõ possunt esse iudices, assessores nec consultores Christianorũ, quibus sunt infesti. 50.distin.nulla.c. cum sit.& c.ex speciali. de Iudæis.quia repelluntur ab actis legitimis. 2. q.i.alieni.& c. Iudæi. de Iudeis. eod.titu.consului.& sicut non potest es-
c se testis c contra Christianum, ita neque notarius, neque porterius aut cursor. de quibus in c.cum personaliter. de appellatio & in c.olim.lo 2.de priuileg. per not. in clemen.i.de Iudæis. Licet inter se possint,quia nihil Iudæus Iudeo.l. quoniã. de hæreti.& in l.in arenam. de inofficioso testamen. Ita etiam non possunt habere honores nec dignitatis patriæ.dict.l. fi. vbi Bar.& in l.fi.& in l.oẽs.de decurio & Abb.in cap.primo extra eod quia doctoratus est dignitas.c. quanto de magistra. c. quam sit. de Iudæis. vbi Abbas quod non possunt dari tutores, aut curatores Christianorũ . Nam etiam non possunt esse gabellarii, seu officiales portarum vrbium,nec etiam macellacores, vt carnes ab eis neglectas Christiani comendant. Abbas in c.ex speciali.de Iudæis.arg.17. quæstio.i.c.omnes. & Innocen. in c.cum

sit de Iudęis.Et quia sunt serui principũ. c.& si Iudæus.de Iudæi.20 q.4. § sed q. & 22.quæst.8 dispar. & Hostien.de testi. Iudę.& c.qui sincera.45.distin.mancipia. & c.mãcipia.& 54.distin.vt solus seruus . & impubes testis esse non potest glo. singularis in authen.de testib.in prin. secundum Anto.in verbo, duo . vbi dicit, qđ eorum testimonium nullum est,etiam si pars non apponat.licet glo. in l. multum interest de verborum obligatio.dicat,qđ esse Iudeum non est delictum . cum ergo sint odiosi legi , & ab omni actu legitimo prohibitum, & ferre testimonium sit dignitas generosa.32. quæstio. v. cap. pręceptum.& glo.in c.testimonium.eod. ti & infamibus sunt præclusa ea quę sunt dignitatis l.i.C.de dignita.lib.12. ¶ In cõtrarium fortiter facit,quia crimen corruptelæ in iudice seu baratariæ æquiparatur crimini læsæ maiestatis, vt in authen. sed nouo iure.C.de pęna iudic. qui male iudic.vbi glo.quam Bal.dixit mirabilem.
2 † quod delictum patris nocet filio, d quia
d bona confiscantur , & habet locum pœnitentia,& in criminalibus exceptuatis , & illud est crimen symoniæ, seu ambitus.l. i.C.ad legem Iuliam , de ambitu.in quibus admittuntur,aliàs prohibiri & inhabiles ad testificandum.c.licet Heli.de symo.& c tanta.& c.propterea. & in c. veniens.de testib. vbi de crimine symoniæ admittitur socius criminis & in c. fin.eo. titu.vbi de istis criminibus reseruatis . & in c.si quis presbyterorum. de rebus eccles.non alienan. & in crimine læsæ maiestatis.l in quæstionibus.ff.ad legem Iuliã maiest.& in l.nullus.C.eo. vbi infames, & testes inhabiles, & minus idonei in illo crimine admittuntur, nisi sint inimici eius , qui defertur , quia inimici facile mentiuntur . Ideo lex de eis de in isto crimine non confidit , vt bi dicunt Bar. & Specula.in titu.de accusa.§. fina.versi. fin. per capitulo per tuas.de symon. & 3. quæstio.v.capitu.primo. nam etiam credi tur vnĩ testi in hoc crimine maiestatis,secundum Specu. in titu.de testi. in versiç. Item quod in crimine maiestatis ad probãdum admittitur vnus testis vbi alleg. 6.q.i.§. numeris.& consuluit Anch. Licet Inno.dixerit i c.cũ P.Maconella de accu.

quòd

quòd quando isti tales ad testimoniũ admittuntur, non admittuntur sine tormẽtis, in glo. j. de quo Bart. in l. ex libero. de quæstio. Sicque videtur istis Iudæis fore credẽdum. & puto maxime in delictis secretis, vt est crimen corruptelæ, quod fit in camera iudicis in secreto, vt dixit Bar. ff. de furt. l. qui ea mente. & expedit reipublicæ veniam concedere ea producẽtibus in lucem. per text. in auth. sed nouo iure. C. de pœna iudic. qui male iudica. & vbi aliter veritas haberi non potest, admittantur testes, qui aliàs non admitterentur, vt in cap. licet Heli. de symonia. & c. per tuas. vbi dicitur, quod mediator potest testificari in crimine symoniæ, quãdo aliter veritas haberi non potest, potius ad præsumptionem, quàm ad probationem. & in c. quoniam aliqua. in glo. de testi. Bar. in l. i. de sum. trini. vbi dixit,

3 † quòd infames admittuntur ad testimonium, vbi aliàs veritas haberi non potest: tamen cum tormentis. per text. in auth. de testib. §. si vero. & c. in capitu. testimonium. extra eod. vbi hoc intelligunt de infame infamia iuris, & in subsidium. & in l. hoc crimen. §. si ea. ff. de testib. secundum Iacob. vbi dicit quod isti qui repelluntur ex volũtate eorum admittuntur, vbi aliàs veritas haberi non potest, & idẽ in eo qui ratione sui peccati à testimonio prohibetur. d. l. quoniam. de hæret. Et idẽ in magistratibus, qui licet fauore publico prohibeantur à testimonio. tamen si vtilitas publica suadeat, coguntur in defectũ testificari. argum. cap. à nobis. & c. dilecto. extra eod. Et facit de muner. & honor. l. vt gradatim. §. quoties. & late Cano. in c. peruenit. de testib. cogen. quia vbi aliter veritas haberi non potest, peccatum est illam celare. ii. quæstione tertia. capitu. si quis. Et sic isti Iudæi: quia aliter veritas haberi non potest, videtur posse admitti in hoc casu ad testimonium, & dixit Ioã. And. in tit. de testib. in §. i. versicu. item quod est seruus. quod deficientibus probationibus recipitur seruus etiam in alieno facto. per l. serui. responso. ff. eod. & l. quæro. §. si. de ædil. edic. & l. diuus de qõ. Quinimo etiam mediatores, & proxenetæ, imo possunt testificari in crimine symoniæ, vt in c. i. de testib. libr. vi. cum agitur ciuiliter, & quando criminaliter inducuntur ad faciendam præsumptionem, vt ibi in glo. not. Et Bald. dixit in l. i. de sum. trinita. quod licet infames infamia iuris, vel facti, non sunt habiles ad testimonia [c] proferenda quo ad condemnationẽ,

c quod erunt habiles ad inquisitionem, & sic quo ad torturam. quod dixit fuisse dictum Odofre. & videtur tenere Bar. in l. prima. §. quæstioni. de quæstionib.

¶ Quid ergo dicendum erit? præmitto igitur pro solutione, quod iura dicunt, quod iudex qui de corruptela impetitur, debet esse legitimè conuictus. l. iudices. C. de dignita. & in l. fi. a. & in authẽ. ibi posita. C. de pœna iudicum. vbi textus expresse dicit, quod accusans iudicem de corrupte la debet hoc probare, adeo quod dixit Iaco. de Bel. per illum tex. in auth. vt iudic. sine quoquo suffragio. §. si quis autẽ. in verbo, iniustitia. & in verbo, quamuis. quod si impetatur iudex in syndicatu de iniustitia vel damno, quod debet probari euidens iniustitia manifesta, & non occulta, nec præsumpta, vt ibi. & ĩ §. illud. adeo quod dixit etiam Baldus in repetitione. §. proficisci. quæstione decima. quod probationes contra officiales in syndicatu dicuntur esse probationes euidentes, cũ pro eis multum præsumatur. C. de offi. ciui. iudic. l. si quid. & facit de euic. l. Nezennius. §. Gaia. adeo quod dicitur, quod in cã syndicatu nõ habet locũ delatio iuramenti suppletorii. l. i. C. vbi de ratio. vbi Angel. hoc notat. & facit l. i. vbi de curia. & idem Doctor in l. bonæfidei. Baldus Salycetus, Bartolus, & Lucas in l. admonendi. & textus in constitutione regni, de pœna iudicis, qui male iudicauit. in verbo, constiterit. requirit probationes legitimas in probatione corruptelæ. Licet Ioannes Monachus in capitu. primo. de testibus. in sexto. quod quando ciuiliter agitur pro pecunia data officiali pro barataria, quod statur dicto tertij, qui in hoc fuit mediator, quod videtur speciale in hoc crimine. Tamen ego distinguerem, quod si quidem iudex qui in syndicatu de corruptione arguitur, fuerit aliàs bonæ famæ, solitus mundas habere manus, & non credatur dictis Iudæis, quorũ fides vt supra vacillat: quia pro bono offi

ciali semper lex presumit, vt supra. & arg. ff. de re militar. l. non omnis. §. à Barbaris. vbi textus not. quod non præsumitur contra inuentum in itinere, quod vadat contra deuctum, si aliàs est bonę famę, nō solitus prædicta committere & facit bonus textus ff. de liber. exhibend. l. 3. §. Iulianus. ibi, si is qui patrem se dixerit authoritatis prudentia, & fidei, exploratæ sit. Et dixit singular. Barto. in l. sertorē §.
4 si ex improuiso. ff. de re militari. † quod probatio bonę famæ minuit & debilitat fidem iudiciorum, & econtra, probatio malæ famæ auget. & idem dixit Angelus C. de quæstionibus. l. milites. & accedat quod singulariter dixit Iacobus de Bellouisu argument. illius textus in authen. sine quoquo suffra. in §. eos autem. qui dixit quod infrà, & testes producti à bono viro, & à fide digno digna, & honesta persona p̄sumuntur boni testes, & qđ instrumenta sunt vera vbi ex fide eligentis præsumitur bonitas pro electo, vbi etiam dixit quod scholaris præsentatus in examine à bono doctore, pręsumitur bonus. & facit textus in authen. de defen ciuitat. in principio. & facit de officio præfect. vigil. l. i. §. i. Et faciunt quæ not. Specu & Ioannes And. in additio. in tit. de instrumento. edit. in §. restat. in versi. sed quid si producitur. & in §. instrumentum autem. in versi. sed nunquid confe-
5 cto instrumento. vbi dicitur, † ꝙ ex bonitate notarii præsumitur pro instrumento, quod sit legaliter confectum, quia bona fama notarii hoc operatur, quia pro notario, & sic pro officiali præsumitur ratione iuramenti, quod præstat. extra de præsumptionibus. capitu. illud & de præscript. ca. ad audienciam. & bene facit textus cum glo. in l. 3. in principio. in verbo, honesta. ff. de testibus. vbi præsumitur bene fieri, quod à bono fit. per textum, & gl. in l. si quis ex argen §. i. ff. de eden. & dixit Bald. in l. fi. C. de proba. alle. d. §. à barbaris. quia qualitas bonæ vitę præcedens elidit præsumptione, & indicia quæ facerent contra aliquem per c. cū in iuuentute. de præsumpt. Aut ipse officialis est nō integræ famæ, & alias consuetus baratarias committere, & tunc cum contra ipsum vigeret pręsumptio pręcedentis mali, vt in l. si cui. § isdem de accus. & de suspect. tut. l. 3. §. si autem. tunc hæc præsumptio ipsum aggrauat. l. 3. §. si eum de lib. homi. exhi. & in l. non est verisimile. ff. quod met. caus. Et admittatur depositio dictorum Iudæorum, cum quibus cō currit præsumptio prædicta, quod officialis ipse sit consuetus committere baratarias per regulā semel malus. qa ex personarum qualitate locus est coniecturæ. de verb. oblig. l. continuus. §. cum ita. de actio. & obliga. l. fin. & in l. j. si quis Impera. maledixe. secundū. Bal. in repe. l. 2. ff.
6 de iureiu. in 18 charta. Accedat, † quia cō tra valde diffamatum admittuntur testes viles. Inno. in c. cū I. & A. de re iud. præsertim si cum dicto ipsorū concurrant aliquæ verisimilitudines, vt quia dicatur ꝙ habuit vnū equum, vel vestem de serico, qui & quæ fuerunt visa in posse ipsius officalis. arg. c. afferte. de præsumpt. & dixit Bar. in l. filiosfami. ff. de donat. quod idem est aliquid expresse apparere, vel ex coniecturis. & per no. in l. in ciuile. C. de fur. & p̄ Bar. in l. fi. de q. vbi ponit quando aliqua bona ex furto subtracta, fuerunt visa vel reperta in posse inquisiti, quod est indicium contra ipsum inquisitum. & arg. in l. 3 §. Iulia. de testi. & l. optimā. de cōtrahen. & commit. stipu. Et faciunt not. per Inno. in c. per tuas. de simo. quæ verisimilitudines, & coniecturę, seu rei euidētiæ coadiuuant probationes. arg. C. de cano fru. l. i. & l. 4 cum ibi no. de dam. infe. Innocen. in c. proposuisti de proba. & qđ glo. dixit in l i. ff. de proba vbi de probatione quæ coadiuuatur ex adminiculis. & dixit Bald. in l. fina. C. de proba. & in l. si
7 qui adulterium. C. de adulter. † quod in his quæ communiter consueuerunt fieri in secreto, proceditur ex coniecturis & præsumptionibus. per no. in l. fi. C. de pericu. tu. vbi videtur gl. & per eundem Bal. in rubric. de proba. Et hanc distinctionē coadiuuo in regno per capitulū regni vulgaris famæ præloquium. vbi fit dicta distinctio. & licet dici posset, quod dispositio illius capituli hodie locum nō habeat, quia fuit editū ad bene placitū Regis Roberti, vt in tex. ipsius capituli expresse dicitur. & plene placitum Regis morte sit finitum, vt late scribit Bartolus in l. centesimis.

tesimis.de verbor.obliga.Bal.in l.i.C.de
postul. Respondetur quod dictum c.fuit
incorporatum in volumine constitutio-
num, & capitulorum regni, & tanquam
incorporatum pro lege habetur. per l.cũ
prolatis.ff.de re iudica.cum ibi not. quia
deinde fuit in regno allegatum, & obser-
uatum spatio lõgissimi temporis, & ideo
dicitur nunc vigere, & debet obseruari, ꝑ
not.in l.si quis diuturno, & in l.de quib⁹.
de legi. & l.i.in repeti.C.quæ sit lon. cõs.
per Bal. licet per mortem sit beneplacitũ
expiratum, & sic dicta constitutio sit abo
lita & extincta, tñ remansit ratio ipsius
constitutionis abolitæ.l.eos.de appel. per
8 quam dixit Dyn. † quod licet non possit
allegari lex correcta vel abolita, ꝙ pote-
rit allegari pro rõne sui. adeo quod dixit
Bal.in l.cum multis.C.de do.ꝙ correcta
f lege non corriguntur rõnes [f] & argumẽ-
ta. & ideo licet illud capitulum sit aboli-
tum, vel morte condentis finitum, rema
net ratio ipsius per prædicta, & ideo ex
eo poterit argui, & dixit sing. Bal.in titu.
de pace tenen.ꝙ Imper.Fede. fecit consti
tutionem, quæ incipit, monarchiam, per-
mitens duella in regno quæ licet sit loca-
lis, ex quo habet rationem generalem, vi
detur generalis. & facit quod dixit Bald.
9 in titu.de pace iur.fir.in § iniuria. † quod
leges in consistorio principis allegantur
non pro authoritate, sed pro ratione, hoc
ideo, quia leges non debent allegari in cõ
sistorio principis.in auth.de consulib. Sic
ergo illud. c. vulgaris famæ, ex quo fuit
diu allegatũ, & obseruatũ in regno, & est
rationabile, ac concordans cũ mente & di
spositione iuris cõis, debet in regno ob-
seruari.arg.à contrario sensu eorum, quæ
dicuntur de statnto nouiter edito, & nõ
obseruato.in c.i.de treug.& pac. & Doct.
in c.fi.de consue.in 6. & no. per Bart.in l.
fi.§.sed cum antiquitas.de cura.furi.& in
consi.suo.iudex communis.& Bal. in au-
then.omn.pereg.commu.de succe. vbi di
xit, quod si fuit facta reformatio contra-
ria statuto, tamen statutum ante & post
fuit obseruatum, & non reformatio, sta-
tutum adhuc remanet, quoniam non di-
citur interruptum, quod semper viguit.
Archid.& Dyn.in c.fi.de reg.iur.Petr.de
Anch.in repe.c.canonum statuta.& quod
glo.not.in l.rem nouam.C.de iudi. & li-
cet morte Regis fuit finita prouisio illius
capituli vulgaris famæ, tamen quia dein-
de fuit obseruatum in regno, quod illi sta
bimus, per prædicta.

a ¶*Doctorari.*] *Adde Fely.in c.i.in fin.de iudæis & quod ibi dixi in apostill.*

b ¶*Nec libris ipsorum.*] *Vide do.Maria.Soc.in consi.63.incip.in præsenti.uers.præterea clarè. in prima part.car.109.*

c ¶*Testis.*] *Sed quid de conuerso an à testimonio repellatur ob crimen postea commissum: vide Felyn.in cap.testimonium. post medium. x.col uers.sexta conclusio.de testib. & an & quãdo iudæi testificentur. uide per eum in cap. Iudæi. de testib.*

d ¶*Filio.*] *Casus in quibus filius punitur pro patre enumerat Archid.in §.si ergo in ulti.col. 17.q.1. & habentur etiam per glos. in l.diui fratres in uers.fuisse.de iur.patro.& in l.emãcipatum.§.fin.& ibi Bart. ff.de sena.& per Dyn.plene in regu.non debet.in sexto. Et quid econtra pater pro filio: uide latißimè per Ludo. in l.si filio.la ij.in 14.col.solu.matrim. & per Pau.de Cast in consi.34.& per Are.& Mod. in tract.malefic. in uers.dictum Sempronium. in ultima colum.*

e ¶*Ad testimonia.*] *Vide do.Iaso.Mayn.in rubric.de sum.trin. in fine.*

f ¶*Rationes.*] *Adde eundem supra in uer.contra officialem. & quod ibi dixi in apostill.*

SVMMARIVM.

1 *Causa uniuersitatis quando est ardua, & criminalis minus creditur illis de uniuersitate, quàm domesticis.*

2 *Testis uacillans, aut negans an sit torquendus.*

3 *An & quando uni testi stetur de ueritate, uel auditu mandati homicidij quo ad indicium faciendum.*

CAP. III.



Niuersitas petit officialem syndicari debere de culpis, & defectibus, & ipsum priuari salario sibi constituto ab ipsa vniuersitate, quia iustitiam non administrauit, an possint in hac cã testificari illi de vniuersitate. Et an illi, qui se subscripseruut in syndicatu facto contra officialem, & regi trãsmisso, vt ab offõ remoueatᷣ suis exigẽtibus culpis? Dicas ꝙ longa fuit distinctio Docto.in l.

quædam. §. vniuersitas. ff. de re. diui. & cõcluditur per Guliel. & Barto. quod quando causa spectat ad vniuersitatem principaliter quãtum ad honorem, & cõmodum vniuersitatis, & tunc vnus de vniuersitate potest esse testis a in causa vniuersitatis, q a dicitur causa omniũ, non autẽ propria. Aut spectat ad commodum singulorum de vniuersitate, & tunc vnus de vniuersitate non potest esse testis. & ibi latius Hic autem agitur de honore, & commodo vniuersitatis in genere, qui est qđ officiales syndicẽtur, & priuilegia obseruentur, quæ habent de syndicatu officialium, & non de commodo singulorũ, & ideo poterunt testificari per ibi dicta. & in l. 3 §. i. ff. quod cuiusq. vniuersita. not. & de leg. i. l. ciuitatibus. Et hoc etiã ibi tenet Iacob. Butri. vbi dicit, quod poterunt testificari in his, quæ non sunt de dominio & vsu ciuitatis & Iacob. de Bel. in authen. vt mona. §. cogitandũ. vbi dixit de vniuersitate, quæ nihil habet in cõmuni, & quod habetur in l. i. de colle. illi. Et sic cum in hoc casu non tractetur de aliquo commodo vniuersitatis, quod singulos respiciat, poterunt testificari. in quo etiam vide longam distinctionem Salice. in l. parentes. C. de testib. vbi Cyn. & alii. & Specul. in tit. de testi. §. i. vers. sed nunquid. & Can. i c. insuper. & c. tuis. & capit. veniẽs. el. ii. de testi. de in ius vocan. l. sed si hac. in. §. qui manumittuntur. in quibus locis fit etiam distinctio, an posit probari per alios, vel non, vbi vide. Et in materia syndicatus, quia plerunqne agitur de cõmodis illorum de vniuersitate qui querelas proponũt sine dubio cæteri eruut idonei testes, quia non agitur de aliquo commodo particulari vniuersitatis, vel singulorũ per iura prædicta. Et dixit Bal. in d. §. in tantum, quod aliqui de vniuersitate. & de constituẽtibus poterũt adhiberi in testes in instrumento syndicatus argu. instit. de testi. §. testes. Tamen dixit tutius fore, ꝙ extra collegium quidã in testes adhibeantur. & idem Bald. dixit in §. si municipes. ff. quod cuiusq. vniuersita. no. Specul. aũt in titulo. de testi. § i. versic. sed nunquid in causa vniuersitatis. primo dixit, quod in causa criminali, vt in accusatione prælati ecclesiæ possunt esse testes illi de vniuersitate. 14. q. ii. super prudentiam. & extra eo. insuper. & c. tuis. & cap. veniens. el. ii. extra eod. cum nuntius. de accusation. olim. & de symo. Heli. Quòd intelligitur in defectum aliorum, non aliter, secundũ aliquos Docto. antiquos. Et hoc quando illa causa criminalis esset vniuersitatis, si tamen accusatur prælatus ab aliquo de ipsa vniuersitate possunt esse testes alii de vniuersitate contra ipsum. extra de testi. c. i. in omni negotio. extra de accusatio. ex parte. & de electio. c. per inquisitionem. vbi allegat, rationem, quia non magis reputantur domestici accusantis quã accusati. Subdens quod si aliquis de vniuersitate accusat extraneum non potest testem inducere socium, qui est eiusdem vniuersitatis, nisi in defectum extra de accusatio. c. repellantur. 14. q. 2. c. super 3. q. v. accusatoribus. & c. accusatores. Tamen Ant. de But. in d. c. nuntius. dixit hoc procedere in causa vniuersitatis ecclesiæ & non in causa vniuersitatis sæcularis, quia non datur fides plena. quod non tenet Imo. ibi. Tamen ibi Ioã. And. facit differentiam inter vniuersitatem magnam & paruam in criminali, quia si est magna, possunt secus si parua. & in proposito nostro vbi tota vniuersitas vel maior pars congregata insurgeret contra superiorẽ ipsorum, vel contra officialem, aut gubernatorem. & faceret syndicos ad deferendum, accusandum, vel de nuntiandum ipsum superiori, & petendum ipsum remoueri ab officio, vel administratione, puto quod illi de vniuersitate, qui interfuerũt in talibus, vel qui se subscripserunt in syndicatu, vel supplicatione data superiori contra officialem de malo regimine, & ad priuationem & punitionem. quod sint suspecti & non possint testificari. per text. in d. capitulo repellantur per d. capitulo veniens. de testi. & Archidiac. 81. distinct. c. tantis. & ii. q. vij. c. lator. Et sentit Bal. allegando Cyn. in d. l. in tantum. §. vniuersitatis vbi hæc iura allega. nam isti sũt conspiratores contra ipsum officialem, ideo repelluntur à testimonio contra ipsum, vt in capit. per tuas. & cap. licet. de simonia. & in c. cũ I. & A. de re iudica. 11. q. j. cõspiratores. Itẽ sũt accusatores ipsius officialis, iõ non admittẽdi. d. capit. repellantur

lantur.de accuſa.& d.c.accuſatores.& ipſi
tenentur ſi malè egerunt,& nõ tota vni-
uerſitas.l.ſicut.§.municipes.ff.quod cu-
iuſq.vniuer.nom.l.ſed & ſi.§.i.de dolo.l.
aliud.§.refertur.de reg.iur. Bart. in l.aut
facta.in §.fin.de pœn. & Innoc. in c.gra-
uem. de ſent.excom. ergo non poterunt
teſtificari tanquam in cauſa propria.Non
obſtat dictum Specu.quod in cauſa crimi
nali vniuerſitatis poſſunt eſſe teſtes illi de
vniuerſitate,quia debet intelligi,quando
cauſa vniuerſitatis ageretur per ſyndicos
vel per gubernatores aliàs deputatos, vel
per actorem,vel procuratorem vniuerſi-
tatis,quia vniuerſitas per ſyndicum accu
a ſat a vt not.Bald.in l.ſecunda. C.qui ac-
cuſa.& in l.reos.C.de accuſatio.& in con-
ſtitut.regni vniuerſitas accuſata.Non au
tem quando ciues conueniſſent, & con-
gregaſſent, & conſpiraſſent contra ſupe-
riorem ipſorum, quia tunc ipſi conſpiran
tes non poterunt eſſe teſtes per iura præ
dicta,prȩſertim quando pro libertate ac-
cuſarent eorum ſuperiorem, quia vide-
tur tractari de eorum commodo particu-
1 lari.per l.ii.& iii.de libera.cauſ. † Et dicit
Baldus in rubrica. ff.de rerum diuiſione.
quod quando cauſa vniuerſitatis eſſet
multum ardua & criminalis minus cre-
detur ipſis,tanquam teſtibus domeſticis.
arg.d.c.repellantur. Attamen fuit dubi-
tatum, an querelantes in ſyndicatu con-
tra officialem poſsint teſtificari contra ip
ſum in aliis cauſis cȩterorum ciuium, in
quo Bal. in l.i.ff. quod quiſq.iur.dixit, ꝙ
quamuis in facto,quod omnes tang t ge-
neraliter quilibet de populo eſt aduerſa-
rius,tamen ſecus eſt in facto ſpeciali,quia
non eſt aduerſarius,niſi is, quem factum
tangit.per glo.in d.l.i. niſi diceres, ꝙ iſti
cenſentur inimici officialis propter que-
relas, tamen iſta inimicitia officialis non
eſt de omnibus bonis officialis,nec de ma
iori parte bonorum,propter quod à teſti
monio non repelluntur. per no.in l.iii.ff.
de teſti.& per nota.in l.propter litem. de
excuſ.tut.& inſt.eo.§.inimicitiȩ & quod
habetur ih c.frequens.in verſ.illum.auth.
de reſtitut.ſpoliato.& quod Bald. not.in
d.l.propter.& in §.dat remiſsionem.Niſi
fuerit iſte teſtis alicuius cauſæ criminalis
contra officialẽ accuſator,delator,denũ-
ciator,promotor,vel inſtigator, vt proba
tur in l.i.§.incidũt.& ĩ l.ſenatus. in prin.
& in §.ad eos.& ibi Bartol. ff.ad Turpill.
Nam etiam teſtes in tali cauſa,vt inimi-
ci habẽtur, ſecundum Bartolum in l.poſt
legatum.§.is vero. de his quib. vt indig.
per notata in c.cum P.Manconella.extra
de accuſationib. quæ omnia ſunt quoti-
diana. ¶An teſtes reprobati, & qui non
poſſunt examinari propter inimicitiam,
vel ætatem examinati faciant indicium:
vide infra in verbo,tortura.in c.an teſtes
reprobati.¶An teſtes examinati poſt di-
dicita teſtificata faciant indicium, vide
ibidem.¶An teſtes viles & diffamati,vide
2 ibidem.¶ † An teſtis varius vacillans, aut
negans ſit torquendus, vide in verbo,
tortura.in c.teſtis in teſtimonio.¶An ſte
tur dicto torti,qui de aliis confitetur, vi-
de in verbo,tortura.in capitu.an ſtetur di
cto torti. ¶An dictum vnius teſtis integri
faciat indicium ad torturam? vide in ver
bo,tortura.cap.dictum vnius teſtis. ¶An
iudex maleficiorum poſsit ex ſuo officio
examinare teſtes à parte non productos,
& inquirere:vide in verbo,tortura.in c.iu
dex maleficiorum.¶An teſtis qui nõ de-
buit examinari examinatus, faciat indi-
cium: vide in verb.tortura. c.an teſtis qui
non debet examinari. ¶Si duo teſtes ſunt
deſcripti in inſtrumento, & vnus mor-
tuus eſt, & alter dicat ſe non recordari,
reſultat præſumptio contra inſtrumen-
tum,vide in verbo,tortura.in capitulo. ſi
duo teſtes. ¶Si teſtes producti ſuper accu
ſatione aliud deponant,nocent accuſato:
in verb.tortura.c. ſi teſtes producti.
3 ¶ † An & quando vni teſti de veritate,
vel de auditu mandati homicidii ſtetur
quo ad indicium faciendum, vide in ver.
tortura. in capitu.vnus teſtis. ¶An teſtis
qui non debet interrogari, vel eſt minus
idoneus, faciat indicium: vide in cap. an
teſtis qui.in verb.tortura. ¶An teſtis qui
non fuit legitime examinatus ratione or
dinis non ſeruati, vel qui non dixit ple-
ne factum,faciat indicium.vide in verbo,
tortura.& in dict.cap an teſtis. ¶Ad pro-
bandum innocẽtiam delati, admittuntur
teſtes domeſtici.vide in c.an teſtis.& in c.
an ad torturam inferendam. ¶An teſtis
infamis faciat indicium, ſi adiuuetur ex

aliis præsumptionibus? ibidem. ¶ An testis qui non debuit interrogari? vide ibidem. ¶ An testis tortus contra legem faciat indicium? ibidem. ¶ Testes viles admittuntur contra valde diffamatum. Innocen. in c. cum I. & A. de re iudic.

a ¶ *Potest esse testis.*] *Vide tu Firmianum in suo aureo repertorio. in uers. testes qui. uersicu. xxxvi. ubi plenè an & quando.*

b ¶ *Accusat.*] *Adde Felyn. in c. pastoralis in ij. col. uers. uniuersitas de iudic. & quod ibi dixi in apostill.*

SVMMARIVM.

1 *A tortura accusati de crimine nunquam est incipiendum.*
2 *Iudiciorum duo sunt genera.*
3 *Indicium dicitur indubitatum, quando crimen est notorium.*
4 *Indicia quæ iudicis religioni sunt cōmissa, an et quando faciant indubitatam ueritatem.*
5 *Confessio facta in tormentis, an & quando possit reuocari.*
6 *Veritas iudicatur ex multitudine iudiciorum.*
7 *An possit ex solis indicijs procedi ad condemnationem.*
8 *Vxor tacens de morte uiri in domo interfecti præsumitur culpabilis.*
9 *In delictis secretis deuenitur ad tormenta propter difficultatem probationum.*
10 *Indicium quid sit.*

Tortura.

CAPI I.



Quia plerunque in syndicatu iudices impetuntur de tortura, de indiciis illatis & immensis, & excessibus torturæ, ideo ante omnia aliqua decreui inserere de indiciis.
1 † Et dico primo, quod nunquam à tortura accusati de crimine est incipiendū, sed post indicia legitimè apparentia incipitur à tortura. l. cū cognitionaliter. de qō. vbi dr̄, ꝙ tortura non legitimè, seu indebitè facta & non casu permisso extinguit efficaciam debitę probation's. l. i. C. de qō. non tn̄ vitiat reliquū processum ex post factū. glo. & Bal.
2 ibi. propterea est sciendum, ꝙ † duo sunt
a indiciorum genera a principaliter. s. indicia indubitata, & dubitata. quæ dubitata consistunt in indiciis, & p̄sumptionibus, argumentis, verisimilitudinibus, vt infra subiiciam. ideo rectores tormentātes aliquem cōtra iustitiam puniuntur, secundum Bal. in l. qōnis. de qō. idem si exequātur capitalem sententiam appellatione pendente, quia decapitantur. secundum Bal. in l. si quis filio. §. is qui. de iniust. testamen. & in l. aditos. de episc. audi. Sunt aūt indicia indubitata. secundum Tho. de Piperato. in tracta. de fama, quem refert & sequitur Io. Andr. in addi. Spec. in titu. de notoriis criminibus, & post eum Gandi. in tracta. malefic. & Bal. in l. fina. C. de proba. quando contra aliquem extat prę sumptio iuris, & de iure, quæ ideo dicuntur indubitata, quia sunt a lege approbata, ideo quia lex vult per illa procedi posse nedum ad torturam, sed etiam ad condemnationem. secundum Doctores. et Bald. in d. l. fina. quę sunt quando aliquis inquisitus de adulterio se excusat prætextu consanguinitatis, & postea reperitur cum illa matrimonium contraxisse, nam est legitima pręsumptio, & debet puniri. l. hi qui. C. de adulter. Et quando est conuictus. l. qui sententiā. C. de pœ. Et qñ constat aliquē super crimine quod pœnā sanguinis non ingerit transegisse. argum. l. ii. ff. de bon. eorum. & l. furti. §. pactus. de infami. & de iur. fisc. l. eum qui. & not. C. de proba. l. fin. quo casu potest ex istis condemnari, secundum Ioan. And. in di-
3 cto titulo. Et † dicitur indicium indubitatum, quando ex crimen notorium. l. cōfessus. de custod. reo. et cap. cum in tua. de coha. cle. quo casu etiam accusatio non requiritur. c. vestra. eo. tit. Et indicium etiā indubitatum per euidentiam, et qualitatem facti, vt quando cōstat, quod quis alicui eruit oculum, quia ex hoc atrox iniuria colligitur. l. ii. in fine. ff. de iniur. et quando quis fecerit, vel dixerit alicui nō dicenda. ex hoc colligitur quod dolo illā iniuriam dixerit. l. i. C. de sicca. cum simi. Et quando officialis deputatus ad inquirendum, non ad denunciandum inuenit aliquem committentem maleficium, vel occidentem de nocte, aut arma portantē, quia sufficit ad condemnationem. arg. l. si irruptione, fin. regun. in §. fin. et l. ii. in fi. ff. de iniur. l. illicitas §. veritas. de offi. pręsid. quia oculorum inspectio habetur pro quadam specie probationis, quando aliquid

quid oculis iudicis ſubiicitur more iudicia
rio inquirentis. Eſt etiam indicium indu
bitatum, quando ex domo vnum haben-
te introitum viſus eſt exire aliquis palli
dus cum gladio ſanguinolento, in qua in
uenitur homo recenter mortuus. arg. l. fi.
C. de probatio. nam iſto caſu palliditas,
ſeu trepidatio eſt vnum indiciũ. ff. de qua
l. de minore. §. penulti. & arma ſunt aliud
indicium, quia contra arma portantẽ lex
præſumit omne malum. in authentic. de
armi. &. C. vt armo. vſus. lib. xi. & ex gla-
dio ſanguinolento capitur aliud indiciũ
ex quo capitur coniectura ex qualitate fa
cti, ſicut aliàs in l. vtrum. ff. de dona. inter
virum. Et etiam indicium indubitatum,
vbi qui erat inimicus capitalis occiſi in
vinea, & viſus fuit ſolus ambulare cũ gla
dio euaginato contra illum, & viſus eſt tẽ
pore maleficii ibi. & erat fama contra ip
ſum. nam hæc quatuor bene probant ali-
quem occiſum per illum. per dictam. l. fin.
de proba. & l. 3. §. numerus. ff. de teſtib. Ta
men videtur fienda tortura, vt ex ore
ſuo iudicetur. xxj. diſtinctio. capitu. nunc
autem. & de iure fiſ. l. imperatores. In quo
aliud ponitur exemplum. vt ſi dicatur Se
ius occidit Titium, & non ſunt teſtes, ſed
probatur, quod Seius erat inimicus Titii.
de quo in l. prima §. præterea. de quæ-
ſtio. de lega. l. ſciendum. §. ii. & ipſe ſolus
erat prope locum illum tempore homi-
cidii, & quod ipſe domeſticus erat homi-
cida, vel homicida eius familiaris. & eum
receptauit, vel ſi iactauit ſe quod faceret
eum occidi, & erat homo ad hoc potens.
l. metum. C. quòd metus cauſa. & l. ii. & 3.
ff. quibus ex cauſ. maio. & quod inimici-
tiæ, vel offenſæ præceſſerunt inter ipſos
& erat publica fama, nã hæc omnia ſimul
iuncta videntur eſſe indubitata indicia.
ita dicit hoc vltimum Ioan. Andr. in ad-
ditio. Specula. in titu. de proba. in fi. alle-
gans Tho. de Piperata. & hoc etiam tenet
Bal. in l. fina. ff. de heredi. inſtituẽn. vbi ẽt
Ioan. de Imol. ſequitur Ioã. Andr. et hoc
etiam tenet Gandi. in titu. de maleficiis,
dicens quod ex iſtis licet indubitatis non
b poſſet quis in perſonam condemnari. b Ta
men poteſtas habens arbitrium poſſet ꝑ
iſta indicia condemnare ad pœnam pecu
niariam quæ licet ſint indubitata, tamen
poſſet contrarium probari, argumen. ĩ au
thenti. de tabel. §. ſi vero. & l. fina. C. q ad
libe. procla. quia nihil eſt adeo indubita-
tum, quod non recipiat probationem in
contrarium. ſecundum Gandi. in dicto lo
co. Et dixit Bald. in dicta l. fina. de proba.
quod ex quo iſta indicia ſunt indubitata
legi, debent etiam eſſe indubitata iudici.
ff. de peri. tuto. l. ſi tutor. dicens quòd ex
quo talia indicia concludunt iudici, ſi ali-
ter iudex faceret, facit litem ſuam, ſubdẽs
4 † quod illa indicia quæ non ſunt à lege
prolata, ſed iudicis religioni ſunt cõmiſſa
tunc ſimul collecta inducunt indubitatã
veritatem, ponens exemplum in confeſ-
ſionibus extortis per tormenta, quæ non
per ſe, ſed cum perſeuerantia, fama, & ve-
riſimilitudine facti, vel adminiculis indu
bitanter indicant veritatem. per l. qui ſen
tentiam. ff. de pœnis. & l. i. §. diuus. de quę
5 ſtio. propter quod dicit ibi † quod nõ pro
deſt confitenti in tormentis reuocare cõ
feſsionem per ſe factam, ſi ſint alia indi-
cia coniuncta cum confeſsione extorta,
quæ indicant veritatem, niſi reuocans
contrarium clare probaret, vel per indi-
cia euidentia contraria indicia, dicens,
6 † quod ex multitudine ĩdiciorum indica
tur, quod eſt ad inſtar quando ex oculis
corporalibus lux videtur, ex quibus intu
lit, quod ſi quis de die viſus eſt intrare do
mum. & poſt modicum eſt auditus cla-
mor mulieris, & viſus eſt ſtatim qui in-
trauit exire cum gladio ſanguinolente,
& reperta eſt mulier in facie vulnerata
quod ſufficienter eſt probatum contra il
lum, quia non præſumitur, quod illa mu
lier voluerit ſeipſam percutere, quia iſta
indicia indubitata plura ſimul collecta, &
in vna cõſonãtiã tendentia indicant pro-
babilem veritatem. l. milites. §. oportet. de
quæſtio. ſecundum Bal. in d. l. fin. Et etiam
ſi reperitur poſitus libellus infamatorius
in loco, & probetur quod ille ſolus viſus
fuit inde exire, erit indicium cõtra eum,
ſecundum Ang. in l. cum cognitionaliter
C. de quæſtio. & Bal. in l. aditos. de epiſ.
audi. quod indicium notoriũ eſt quando
qs viſus eſt aufugere per plateam in con-
ſpectu populi cum gladio ſanguinolento:
qa facit maleficiũ notoriũ. ſecundum In-
nocen. in cap. ſtatuimus. de officio delega.

& facit quod not. Barto. in l. iii. ff. de furt. & idem dixit Baldus in l. milites. de quę
7 stio. † quod possunt esse tot & talia indicia, quod ex ipsis solis sine tortura aliqua veniatur ad condemnationem. per notata in l. ii. §. i. de excusatione tutorum. dicens, quod ex indiciis indubitatis sine tortura potest veniri ad condemnationē, tamen dicit quod iudex debet extorquere confessionem per torturam. & dixit idem Baldus in l. excipiuntur. ff. ad silla. quod ex multis indiciis resultat plena ꝓbatio, etiam ad condemnationem capitalem, etiam contra impuberes, per illum textum vbi pluribus concurrentibus augetur delictum. licet Innocent. in c. sicut. de symo. dicat quod magis est temperanda sententia, quando iudicatur ex indiciis, quàm quando ex certa scientia. argu. cap. quia verisimile. de præsumpt. secundum Bal. in l. non est verisimile. ff. quod met. cau. licet Gandi. vbi supra dixerit, ꝙ ex pluribus indiciis non potest condemnario fieri in personam. sed in pecuniam vt supra dictum est. & dixit Bal. in d. l. ex
8 cipiuntur. secundum Dý. esse arg. † cōtra vxorem, quæ tacet de morte viri in domo interfecti, quod præsumatur culpabilis, vel conscia de morte eius, vel præsumptiuè per quod dictū vidi, quod fuit torta quædam mulier, quæ diu tacuerat de morte viri, qui non reperiebatur. quæ quadam die clamauit plorans, quod in stabulo erat fœtor maximus, & vicini occurrerunt, & repertus est ibi vir sepultus, & torta confessa fuit quod occidi fecerat virum à quodam adultero, & ideo fuit suspensa. & dicit Dyn. quem ibi refert Bal. in l. non est verisimile. ff quod met. caus. quod ex pluribus indiciis, vel argumentis vehementibus potest in causa criminali iudicari. Et adde, quia Ang. in l. milites C. de quæstio. in lec. dixit, quod si fieret inquisitio de furto pannorum vel pecuniarū, & probaretur quod vnus magnus mercator bonæ famæ, & vitæ nobilioris visus fuisset exire de domo de qua dicitur res, vel pecunia subtracta, & visus fuisset aliquid portare sub clamide, etiam si probaretur istud indicium per duos testes, nō erit sufficiens ad torturam, quia non est verisimile, quod tantus vir ad tā vile ministerium prorupisset. si tñ cum isto indicio concurrant alia indicia, vt quia probaretur quod incontinenti cum exiuit, visus fuit expendere multam pecuniam illius cunei, cum illa, quæ dicebantur subtracta, & reperitur, quod tempore subtractionis nullus domum intrauerit, nisi ipse, & constabat pecuniam subtractam talia essent indicia ad torturam, & ille torquebitur, quia ex istis duobus inducitur verisimilitudo, & offuscatur illa prima ꝓsumptio. secundum Ang. ibi, etiam si reperiatē mortuus aliquis, & sint aliqua signa venationis, erit indicium indubitatum si probetur, quod ille de quo sit sinistra, vel verisimilis suspicio, emerit venenum. arg. nota. per Bar. in l. i. de parrici. & in l. ii. de sicca. & in l. abortionis. de pœnis. & adde Bald. in l. quicunque. de ser. fugit. dicentē
9 † quod in delictis secretis, & tractatib⁹, & consiliis propter difficultatem probationum deueniatnr ad tormenta, & quandoque ad condemnationem & absolutionē ex solis indiciis, si sint ita certa, quod vix negari possit. de quæstio. l. milites. de excusa. tuto. l. ii. §. oportet per Ange. in l. fin. C. de proba. & dixit idem Bal. in l. nemo. de epi. aud. quod in delictis enormibus, & ad eorum inuestigationem specialiter in illis, quæ clam cōmittuntur, sicut est venenatio, & incantationis facere adulterium cōmittere, monetam falsare, & in similibus iudex debet esse promptior, & facilior ad torturā, & regulariter illa indicia sunt sufficientia ad torturā quæ non possunt se ad aliud habere, quam ad illud delictum, vt not. in l. fi. C. de quæstio. per Iac. Butr. in l. fin. de proba. debent autem esse indicia proxima maleficio, non autē
10 remota. l. placuit. de quæstio. ¶ † Dicitur autem indicium notabile signum maleficii. secundum Odofre. in tractatu de indiciis. in cap. quarto.

a ¶ *Indiciorum genera.*] *Circa indiciorum materiam uide tu Fely. in c. tertio loco. de proba. & diffuse in c. uerisimile. de præsumpt. & in cap cum dilecti. de accusatio. in ulti. col.*

b ¶ *Condemnari.*] *Vide tu dominum Alexan. de Imol in l absentem. ff. de pœn & Gandin. allega. hic per Parid. in tract. malefic in rubr. de indi & præsump & omnino Pau. de castro in consil. III.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Indicium esse contra inuentum in loco in quo scelus commissum fuit.*

2 *Repertus in crimine vt plurimum certis passionibus agitur.*

CAP. II.

1 
SI quis † est inuentus in loco vbi scelus, cõmissũ est quodammodo est argumentũ & indicium contra eum. ff. ad silla. l. i. §. quid ergo. & §. hoc aũt &. § eo. & est indiciũ nimis violentum. vnde fur dicitur deprehẽsus, si inuenitur occidisse, fregisse, vel effudisse. l. fine. ff. de condi. fur. §. i. sicut contra, inuẽtus in alio loco nõ reuertens à scelere est innocentiæ argum. secundum Quinti. Si autem reperiatur in loco propinquo, videtur idem ac si reperiatur in loco ipso argũ. ff. de via pu. l. ædiles. in prin. de flu. l. pen. §. i. de muner. & hono. l. fi. §. si quis. & quemad. serui. amit. l. si locus. §. cũ viã. & instit. ad legem Aquiliam. §. item si putator. ibi prope viam. & in cap. si ciuitas. de senten. excommun. in vi. Quod est vel de senten. excommun. in vi. Quod est verum si nimis est propinquus, vt quasi cõtiguus videatur, secus si remotus. ad hęc de conse. eccle. capi. j. in vj. non tamen vt tantam præsumptionem faciat, sed ꝓ vicinitatis & distantiæ quantitate. arg. l. ꝓ locis de anno. & tribu. lib. x. & l. pe. de sulce. & archa. e. lib. & ff. de ambi. l. 3. § i. secundum Luc. de Penn. qui hæc dixit in l. euictiones. de cursu pub. libr. xii. Et dixit Barto. in l. 3. ff. de furt. quod sumitur indicium contra valde frequentantem viam, vbi reperitur cadauer. & Bal. in l. multũ. C. si quis alteri. & in l. i. C. de seruis fugitiuis. & in l. fi. C. de hære. institu. & Ange. in l. ii C. si quis impera. & quod not. Bart. in l. iusto. ff. de vsuca. & l. 2. §. i. de priuil. credi. & secundum Bart. si res reperta est apud aliquem, nisi ostendat à quo habuit l. fin. ff. de questio. & Salyce. in l. fi. C. e. vbi dixit, nisi faciat illam artem, vt quia emat & vendat mobilia, quia non præsumitur
2 contra eum. ¶ † Repertus in crimine vt plurimum certis passionibus agitur quia exinde ingens contingit trepidatio, & in uicem humani coloris succedit pallor, & inepta locutio, vt credatur à culpa nõ esse vacuus, secundum Oui. x. Metamor. & Quinti. in cæco & lumine silentium est admiratio subita miserorum, nescit tacere, deprehẽsorum scelerũ trepidatio. quę omnia indicia sunt ad torturam, vt probatur. ff. de quæst. l. de minor. §. penul. & si suspitionibus reus vrgeretur. torquẽdus est eo. tit. l. fi. ita Lucas de Pen. dict. l. euictiones. de cursu publico & vide infra in c. tortura licet regu.

SVMMARIVM.

1 *Confessio in criminalibus extra iudicium facta delictum non probat.*

2 *Confessio facta parte absente an & quantum valeat. nu. 3.*

4 *Confessio extraiudicialis an valeat sine perseuerantia.*

CAP. III.

1 
QVia communiter dicitur † ꝙ confessio in criminalibus extra iudiciũ facta delictũ nõ probat glo. in l. quoniã. ff. de infami. & glo. in l. pen. de interdi. matri. tamen est sufficiens ad torturam. gl. & Bar. in l. capite quinto. de adul. quæ confessio extraiudicialis tunc est sufficiens ad torturam, quãdo est iũcta cũ verisimili causa ratione loci, & tẽporis. Ita Bal. intellexit illam gl. in l. admonẽdi. de iureiuran. & eo. modo, respondet ad l. quęro de ædi. edic. & ideo quando confessio extraiudicialis esset informis, nec sit certa & qualificata continens locum & tempus commissi criminis, non potest ex ea venire ad torturam, secus vbi locũ, & tempus cõtineat, ad quod facit quod idẽ Bal. in d. l. quoniã. dixit, qđ cõfessio informis, vt q̃a quis cõfitetur homicidiũ cõmisisse, nihil operatur. & quod Inno. in c. per inquisitionẽ, de elect. & excef præla ca. quã sit graue, & qđ idẽ Bal. in l. in bonęfidei
2 C. de iureiur. † qđ cõfessio facta absente parte nõ ꝓbat semplene. dicẽs qđ iõ in l. capite. quinto de adult. facit semplenã, & est sufficiẽs ad torturã, q̃a ibi fuit cõiũcta cũ verisimili cõditione tẽporis, qđ sequantur legentes in d. l. admonẽdi iõ vř qđ cõfessus crimen extraiudiciũ põt cogi ad ꝑseuerãdum in illa cõfessione: ꝑ d. l. capite
3 † quinto. Quod habet locũ si illa extraiudicialis cõfessio sit verisimilis secus si non

verisimilis.arg.l.i.C.si quis impe.maledi. & l.milites.de questio.& not. Bald. in l.i. de auto.tut. Et ideo in d.l. capite quinto. glo.dixit, ꝙ illa confessio est sufficiens ad torturã, quia ibi concurrebant plura cum confessione.s.erat verisimilis ratione tẽporis & loci.captio in flagranti. Licet idẽ Bal.in l.ictus fustiũ.de infam.dixerit simpliciter ꝙ faciat indiciũ ad torturã, vt in iuribus supra allega. secundum Andr. de Isern.in constit.regni humanitatis.tenet simpliciter ꝙ faciat indicium, licet alii dicant quod est verum, quando fuit facta parte præsente, aliàs secus.tñ idem Bald. in d.l.qm̃.dixit ꝙ faciat ĩdicium parte p̃sente facta, vel absente.& not. illa gl.quia
4 licet dicat, † ꝙ illa confessio facta in tormentis non teneat, nisi sit ꝑseuerata, non habet locũ, vbi quis est tortus rõne extraiudicialis cõfessionis, quia confessio talis remanet, & valet sine perseuerantia, & vide Bart.qui dicit, ꝙ ille coram testibus confessus fuit se amore captum, qui deprehensus fuit in adulterio, quæ nõ sunt omnibus not. Adde vnũ singulare, ꝙ licet ista confessio extraiudicialis nõ sit sufficiens ad condẽnationẽ, sed tantũ ad torturam, ꝙ poterit puniri confitens tanquam se delicto, glorians extra ordinẽ arbitrio iudicis.per tex.sing. in c.quam sit graue. de excess.præla.& vide quod habes infra in c.quia sępe accidit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an debeat admittere confessionem n(on) verisimilem, & sponte factam.*

CAP. IIII.



Vidam fuit tortus bene decem vicibus, & cõfessus in bãcho, & notarius scripsit, quod sponte cõfessus fuit, nunc dicimus, ꝙ non est verum id, quod scripsit notarius, quòd spõte, & impetitur in syndicatu ipse notarius & iudex, an teneatur ipse notarius & iudex, qui scribi fecit, & qui interfuit torturæ.& Iac.But.in l.ii.C.quod me.cã. dixit ꝙ malè fecerũt. Bal.dixit quod non incidunt in falsum, quia confessionẽ viderũt & audierunt, & hunc metũ nõ viderunt, nec audierunt contrariũ, vnde de metu notarius non põt instr̃m conficere. l. hac consultissima. C.qui te. & iudex excusatur, quia non fuit de hoc p̃cise tortus vt confiteretur, sed vt verum dicat, & quia sic se habet consuetudo.vnde excusat, secundum Bal. in l.i. C.de confes. in repeti. Ang.aũt in l.q in aliena.§.Celsus. de acq. heredi.dixit ꝙ si dũ ille erat in tormentis notarius scripsit ꝙ sponte, & tunc falsum cõmisit, secus in alio loco erat, puta ad bãchum.arg.l.i.§.diuus.ff.de qõ. quæ fuerunt verba Bar.in l.si quis vltro.ff.de qõ. & vr̃ text.in auth.sacramenta puber. C.si aduers. vẽdi. vbi nõ dr̃ sponte fieri quod fit cogente imperio vel metu. Tñ Bal.in tit.de pac.iur.fir.§.iniuria.dixit, quod si dum est in tormentis notarius scribat cõfessionẽ eẽ factã volũtarie nõ est falsari, quia coacta voluntas est volũtas..l.velle. de reg.iur.& l.si mulier.§.pen.qđ me.cã. Adde quia Per.de Ancha. in consi.cxxii. incipiente, visa inquisitione.dixit Bal.cõsuluisse quod quando notarius attestatur quod quis fuit sponte confessus in curia, & reus dixit quod formidine tormentorum illatorum, vel inferendorum, quod ex quo assessores solent extorquere istas confessiones à communiter accidentibus debet præsumi quod formidine tormentorum.allegant not. Cyn.& Iaco.Butr.in d.l.i.C.quod met.cau.reprehendentes assessores hoc scribi facientes, quia nemo vitam suam odio habet, & sufficit terror iudicis, dicẽs, quod si fuerit talis confessio reuocata, non poterit iudex illum condẽnare, per glo.quæ dicit, quod soli nudæ cõfessioni non creditur, vt not.in l.ii.de custo.reo.& dixit idem Bal. in l.nouissime. quod fal.tut. quod semper in officiali p̃sumitur terror, & carcerato pro crimine semper instat metus, ex quo officialis habet instrumenta parata, quia potentia in habitu idem operatur quod potenntia in actu.l.Labeo. de stat. libe.& cap.non solum.de appel.in vi.
1 ¶† Confessionem ergo non verisimilem etiam sponte factam iudex non debet admittere, nisi alia suffragentur adminicula.vt not.in c.quia verisimile.de præsumpt.& confes.contra naturam non valet.c.fin.de confes. & c.nos in quenquam.ii.quæstio.i.ideo confessus formidine tormentorum debet reuocare confessionem.

SVM-

SVMMARIVM.

2 *Difficile est crimen non prodere uultu. et nu. 2.*
3 *Mendacium quid sit.*
4 *Mendacij ratione quis uidetur esse in dolo.*
5 *Vasallus propter mendacium in lite perdit feudum.*
6 *Vicarius, aut' uacillans quis esse dicatur usque adeo ut torqueatur.*
7 *Signa malæ conscientiæ quæ sint.*
8 *Testis quando dicatur uacillare. & nu. 10.*
9 *Iuramentum principalis in sui detrimentum non facit ipsum periurum.*

CAP. V.



Iso de indiciis indubitatis, restat videre de indiciis dubitatis. & dicit Bar. in l. fi. ff. de quæstio. vt si diffamatus est malæ vitæ, conditionis & famæ, qui consueuit similia facere. l. de minore. § i ff. de quęstio. de re milita. l. non omnis. § à barbaris. & si ipse notã habebat domum, in qua furtum est factũ. l. dominus. horreorum. ff. loca. vel si post furtum factum aufugit, vel se abscondit. ad silla. in l. lege Cornelia. Quod intellige quãdo aufugit ante accusationem institutam, secundum Bart. in l. i. de his qui sibi mortem. Vel si res furtiua est reperta penes eũ. l. in ciuitate. & l. in ciuile. de furt. Vel si res subtracta solum pertinebat ad eius cõmodum, vt si sint substracta instrumenta libertatis. l. penul. §. si quis libertatem. de lati. liber. Vel si fuisset quis extra iudicium confessus. l. capite quinto. de adulte. Vel si fuisset eum rumore fugatus propter tale maleficium. ad leg. Aquil l. itaque Et dixit Andr. de Isern. in constitutio. de vio. met. illa. quia clamor, seu vociferatio facit indicium, & in homicidio, & vulnere istud erit magnum indicium ad torturam. l. i. §. penul. de quæstio. Vel si quis visus fuit facere præparamenta ad homicidium, vel ire per illum locum, in quo erat interfectus, in quo non erat solitus ire. l. iij. §. eiusdem. ff. de testi. † Est ẽt
5 indicium quando reus delatus examinatũ à iudice, loquitur trepidè pauendo & variando, secundum Bartol. in l. de minore. in principio. de quæstionib. & in tracta de quæstio. dixit, ꝙ vbi alia indicia extrinsecon procedunt. istud erit indicium ad torturam: tamen iudex debet hoc scribi facere in actis, quia hoc dicebat trepidando & balbutiendo & similia, & quod ista dicebat variando, & scribantur variationes, & diuersitates depositionum suarum, ne possit iudici opponi, quod fecerit poni ad torturam sine indiciis, & in syndicatu puniri, & idem dixit tenere Spec. in titu. de test. alleg. extra de probatio. cap. quoniã
2 contra. ad hoc facit illud ver. † O quàm difficile est crimen non prodere vultu. Et idem dicit Bar. in l. fi. circa princ. de quæstio. vbi dixit, quòd si est factum magnũ furtum, iudex potest mittere pro vicinis, & inquirere, & si interuenerit ex ipsa inquisitione aliquem, de quo sit suspitio, debet eum interrogare diligenter de multis circunstantiis, vbi stetit illa nocte, & cum quo comedit, vel cœnauit, & tunc ex sermonibus, vocis trepidatione, seu incõstantia poterit contra eum habere aliquã præsumptionem, vel non habere, dicens, quod si repertus erit in mendacio, erit magna præsumptio contra eum. per l. vnius. §. testes. eodem tit. & extra de præsumptio. cap. literas. & idem tenet Barto. in tractatu de quæstio. tamen debet conuinci per testes de mendacio, vt infra habebis. Et quod mendacium aggrauat, adduco glo. in l. de ætate. in principio. ff. de
3 interrog. actio. quæ dicit † quod menda-
2 cium est falsa significatio vocis ² cum intentione fallendi. vbi dicit gloss. in §. quĩ tacuit. quod mendax videtur iudicem decipere. ideo punitur per l. debuit. de
4 infam. † Nam ratione mendacij quis videtur in dolo esse. l. seruus. §. si persuaseris. de do. de quo vide aliquid per Bal. in l. i. C. de furt. nisi ipse haberet vnum testem pro se, vel aliud verisimile, quia tunc mendacium non faceret præsumi contra ipsum vt l maritus. eod. titu. Et licet Bar. dicat, quòd quando reus vacillat, quod est magna præsumptio contra eum. tamẽ Andr. de Isern. in constitu. regni, si dãna clandestina. dixit hoc habere locum in teste vacillante in testimonio, quod torquetur, & punitur ex officio, non autem in eo, qui interrogatus à iudice negat, seu fatetur, & postea dicat contrarium, quod non torquebitur, quia licet contraaia dicere, vel ponere propter sui salutem. ff. de exce.

exce.l.nemo. dicens, quod ſi reus variat
non tormentabitur, & ꝙ ſi primo cõfeſ-
ſus eſt ſponte, ſtabitur ſuę confeſsioni, &
non obſtat ſi poſtea neget, quia ſtabitur
primæ confeſsioni, niſi probet errorẽ, vt
ibi per And, Tñ aſſeſſores crudeles & cu-
rioſi inuenire maleficia ſępius interrogãt
reũ ad vidẽdũ ſi variat, vt propter ipſam
variationem ipſum ponant ad tormenta,
& in hoc ſeruatur opinio Bartol. & vide
Barr.ĩ trac.de qõ.qui tenet idem quod in
d.l fin.de quæſt. Adde quod Luc.de Pen.
in l.quoties.de dignit.lib.12.dixit ꝙ q̃uis
And.de Iſer.in d.conſti.teneat, quod non
ſit torquendus principalis propter varia-
tionem, dicens eſſe temerarium ire con-
tra opinionem tanti viri, tñ ipſe credit cõ
trarium dicẽs, quod ſi teſtis varius, cuius
dictum non valet, torquetur.in authẽ. de
teſtib. §. ſi vero aſſunt.& l.ex libero.ff.de
qõ.& l.qui falſa vera.de teſti.fortius dicit
torquendum principalem, cuius dictum
contra ſe valet.dict.l.de ętate §.i.nam in
principali cadit varietas.cap.ſuper his.de
pœnis. de iureiuran. c. cum impoſitioni-
bus.& varietas ĩ principali appellatur ini
quitas in extraiudicialibus. l.ſi quis poſt.
de rebus credi. Et non obſtat, quod licet
contraria proponere, quia verum eſt in
contrariis diuerſis, & non in aduerſis. au-
then.contra qui propriam. de non num.
pecu.& ſic ante iuramentum debet licere
reo contra proponere non poſt. quia per-
iurus in iure punitur per conſtitu. regni,
eos qui ſcienter.& in l.quoties. de digni.
5 † Et quia vaſallus propter mendacium
in lite, perdit ferdũ.quib.mo.feu.amit. &
in titu.ſi de feudo.c.ſi vaſallus.& ideo cũ
reus tanquam teſtis ad probationem in-
ducatur, vt dicit Spec.in titu.de poſi.§.ii.
quia principalis tenetur rñdere de veri-
tate nõ de credulitate.l.ii.§.i. de iur calũ.
& ideo torquebitur ſicut teſtis. & ſic te-
net Luc. in d.l. quoties. contra Andr.de
Iſern. Et dicit, quod hoc ſequitur Guli.in
titu.de accu.§.i.verſ.certũ.vbi ſubdit Lu-
6 cas † quod non põt quis dici varius, aut
vacillans ad hoc vt torqueatur, niſi poſt
p̄ſtitum iur̃m veritatis & calumnię. Nã ſi
iuramento non præſtito ipſe principalis
contraria dicat, non poteſt varius dici. Si
quis enim vna die dicat vnum, & alia die
dicat aliud, videtur excuſandus, quia põt
eſſe quod heri credat vnũ, & hodie medi
tando credat aliud.arg.d.l.de ætate. §.fin.
& de pœ.diſt.iiii.videas. Nam hodie poſ
ſum habere bonam conſcientiam, cras
malam ex aliquo ſuperuenienti. extra de
ſimon.c.ex inſinuatione.in vi.ſecundum
Arch.in c.cum in poſitionibus.de iureiu.
& ibi Archid.not, quando quis accuſatur
de varietate.& in Specu.de teſti.§.i.verſ.
& no.quod teſtis. Et aduerte quia Bar.in
d.l.fin.dum dicit de variatione & menda
cio, non dicit quod ſit indicium ad tortu
ram, vt aliqui eum allegant, ſed dicit, q̄d
magna eſt p̄ſumptio cõrra eũ. & iõ poſſet
cõcordari cum Andr.de Iſern in loco vbi
ſupra, licet Lucas de Penna dicat quod
principalis varius torquetur poſt iuramẽ
tum.& vide And.de Iſern.in tit.de con-
trouer.inueſtitu.vbi dixit, quod reus non
poteſt variare, quia ſi primo dixit non
occidiſſe, poteſt deinde dicere, quod ad
7 ſui defenſionem, vbi late. † Et adde, quia
Lucas de Penna, vbi dicit quod erubeſce-
re, pallere, titubare, & inconſtanter loqui,
concedere, vel aliquid polliceri, ſunt ſigna
malę conſcientię, tamen dicit, quod ſunt
aliqui periculi magnitudine, vel ob cor-
dis debilitatem, aut puſillanimitatẽ, hęc
& ſimilia peragunt ſecundum Tullium
quarto Retho. & ego vidi in quodã nobi-
li inculpato de magno crimine, qui cum
intrauit aulam, in qua ſtabat chorda, ea
viſa ſtatim cecidit in terram, & minxit
ſub ſe.& egeſtionem emiſit, & fuit reper-
tus innocens.dicit Bal.in l.preſbyteri. de
epiſco.audi.quod pallere, trepidare, colo
rem in facie mutare, in teſte ſunt ſigna
falſi teſtimonii. ſecundum Innocen.in c.
quoniam contra.de proba.& dicit iudicis
arbitrio delinquendum ex aliis coniectu
ris, non ex ſolo colore, vel trepidatione.
argu.l.de minore.§.tormenta.de qõ.ideo
iudex diſcretus in his caute proſpiciat iux
ta loca, tempora, & perſonas.ff de actio.&
obliga.l.filium.in fin. 12.diſt.c.quiſquis.
27.diſt.per totum.14.quæſtione 2. cap.ſu
pra prudentiam. ſecundum Luc. de Pen.
ibi, & adde Inno.in c.quoniam contra. de
8 proba. † Et tunc dicitur quis vacillare in
teſtimonio, quando deponit dictum ſuũ
dubitando, vel tremẽdo, vel ſudando prę
nimio

nimio timore loquendo, vbi dicit, quod tunc iudex debet causam vacillationis in
b actis ponere.[b] & per quem modum vacillauit. & debet ipsam vacillationem scribi facere in actis ipso deponente intelligente, & tunc quando deponit, quia ex tunc deinde non crederetur iudici, secundum Inno. ibi, & quod ipse not. in c. præterea. de testib. vbi qn̄ quis dicatur varius. & Bar. in d. l. fin. de qó. & ponit Bald. in l. nullum. C. de testib. de variatione testis, q modo dixit scire, & deinde dixit nesci-
c re,[c] & modo plus scire, deinde minus scire. vbi dicit, quod si iudex dicat magistro actorum, quod scribat quomodo testis vacillat, & ipse dicat, ego non intelligo, an hoc sit vacillare, vel non? tunc tenetur scribere quomodo dicit testis, vel quia iudex ita dicit, quod vacillat, non quod ita sit, & quod hoc non debet scribere, nisi teste vidente & intelligente. allegat Inn. & Ioan. And. in c. quoniam contra. & idē Bald. in dict. l. presbyteri dicit, quod magister actorum debet hoc scribere. Et in contrarium Lucas de Penna dixit, quod iuramentum principale reum aggrauat, vt dici possit varius. Andreas de Isernia in §. sacramentum. de consuetudi. recti
9 feudi dixit, † quod iuramentum principalis in sui præiudicium non facit ipsum periurum, nec dicitur deierasse, sed solum Deum se habere vltorem, & est ritus magnæ curiæ vicariȩ antiquitus editus tempore Regis Ladislai, qui incipit, quandocunque. quo cauetur, quod principalis in causa criminali deponit sine periculo variationis, & periurii, tamen Bald. in l. presbyteri. de episcopis & cleric. tenet, quod principalis si vacillat, torqueatur, per d. c. cum in positionibus. de iureiuran. in sexto. allegans textum cum gloss. in l. nullo. C. de infam. & vide Bal. in l. ex libero. de quæstionib. vbi dixit, quod testis reper-
10 tus in mendacio torquetur. † Et an ad hoc vt testis, vel inquisitus dicatur varius requiratur, quod ista varietas sit circa negotium principale, vel circa circunstantias ipsius negotii principalis. Bart. in l. eos. ff. de falsis dixit, quod si ista varietas esset circa aliquas demonstrationes, vt circa pronomen, vel agnomē vnius ex partibus, quod non dicetur propter hoc varius sed tunc diceretur varius, quando variaret circa locum, vel circa tempus cō- tractus, vel delicti, per not. in l. testium. C. de testib. & ita etiam dixit Specula. in tit. de testib. in §. i. in versic. item quod est varius. & in versicu. item per aliquod. & Bald. in l. his verbis. de hæred. instituē. & quod habetur in l. qui falso. de testibus. & facit l. pen. de reb. dub. Et tunc dicetur varius, quando vnum diceret in vno articulo, aliud in alio, quod esset incompatibile, per notata in iuribus prædictis. & per Innoc. in c. præterea. de testib. vel quādo diceret vnum, & postea contrarium non assignando causam contrarietatis, vel varietatis. & ponit tàm in tract. maleficior. & quod habetur in c. Albericus. de testib. vbi quando testes deuiant à vero, in circunstantiis. & Butriensis in l. Lucius. de infam. & sic variatio circa extranea, vel extrinseca negotii principalis non vitiat, secundum Innoc. in d. l. his verbis. in §. fina. & Innoc. in c. fraternitatis. de hære.

¶ Quibus adde, quod licet testis, vel inquisitus aliqua interponat, quæ videantur impropria, si tamen quoquo modo pertineant ad rem de qua agitur, non dicitur vacillans. glo. in l. ideo dubitat. ff. de hæred. institu. & facit glo. in l. ii. ff. de statu hominum. nam interpositio testis ad propositum non vitiat dictum eius. ff. de verbor. obligatio. l. quæ extrinsecus. quia propter interpositionem impertinentem eius dictum non vitiatur. argu. in l. iusta causa. & l. si collectaneus. de manumiss. vindict.

a ¶ *Vocis.*] *Adde eundem dominum Marianum Socinum in consil. 15. incip. visis prædictis. in uersicul. item quia ibi homines enim. in prima parte. vbi refert hoc esse secundum August. in libro contra mendacium. & beat. Thom. ij. ij. quæstio. 110. & ibi quod est peccatum contra naturam.*

b ¶ *Ponere.*] *Adde Abba. Sic. in proœ. decret. in prin. in litera e. & quod ibi dixi in apostil.*

c ¶ *Nescire.*] *Vide per dominum Alexandrum de Imol. in l. eos. de falsis. & in consi. 74. quarta parte. & quid quando dicat se scire, & postea dicat se credere in genere. vide Fely. in c. inquisitio. §. quæsiuisti. de accusa. in prin. uersicu. not primo.*

SVM-

SVMMARIVM.

2 *Minæ an sufficiant ad probandum delictum secutum? & nume. 2.*

3 *Ambigua uerba debent à iudice interpretari.*

4 *Testis qui nõ debet recipi an faciat indicium.*

5 *Indicia sunt probauda per testes non per repulsatos. & nume. 8.*

6 *Condemnatus ex inquisitione liberatnr si constat de innocentia.*

7 *Arbitrium habens non potest sine indicijs torquere, nisi in maleficijs insignibus. nn. 9.*

CAP. VI.

1 ET an si quis † dixerit, quod intendebat vindictam facere de aliquo qui postea reperitur occisus, per illa verba sit probatum contra ipsum talia verba proferentem, vt sit locus torturæ. Gulielm. in l. j. C. de his quib. vt indig. dixit quod non: quia verbum vindicabo, benignè intelligitur, scilicet authoritate iudicis. tamen Ang. in l. fi. C. de quęstio. tenet, quod assessor in hoc debet
2 considerare quid debet agere: † quia verborum ambiguitas à iudice debet interpretari. per l. voluntate. C. de fideicom. & idem dicit Angel in d. l. i. quod quamuis Guliel. hoc dicat, tamen bonus iudex debet procedere ad torturam, quæ opinio Ang. videtur verior, quia vindicta accipitur de illa, quæ fit authoritate propria, non de ea quæ fit à iudice. vt not. in d. l. i. & per not. per Cyn. in l. metum. C. quod met. cau. vbi etiam Bal. dixit, quod quãdo præcedunt, & ille cui factę sunt reperitur mortuus, debet perpendi ex qualitate p-
a sonarum,[a] & ex aliis indiciis, quod est talis persona quod minas cõsueuerit ducere ad effectum. per l. i. si quis impe. maledix.
2 dicens quod † licet minæ non probent factum: probant inimicitias capitales, per l. licet. ff. de arbitr. & idem dicit Bald. in l. i. si quis impe. maledi. & vide latius Bald. in l. fin. ff. de hæred. instit. vbi multa dixit, & inter alia dicit, quod si iste minans erat bonę famę, iudex debet veritatem inquirere, vbi declarat dicta Cyn. in d. l. metum. & cum opinione Guliel. tenet etiam Sal. in d. l. i. & per Ludo. in l. i. §. hoc. ff. ad Silla. & Ioan. Andr. in Specul. de pręsumpt. §. i. in vers. sed pone. Anto. de But. in c. tertio loco. de proba. quod puto arbitrarium, q̃a dixit Bal. in d. l. iii. de episco. audi. quod in criminalibus oculus iudicis pręstat arbitrium ad torturam, & ideo iudex debet esse valde prudens in talibus propter fallaciam indiciorum, & per ea quæ in talib⁹ visa sunt. Nam quędam mulier iracunda & praua existens in fenestra videns quẽdam, quem odio habebat, dixit alta voce. Io te farò tagliare le eambe non sarò longo tempo. hoc audiens quidam inimicus illius contra quem fuerant factę minę, cogitauit illam grauiter percutere sub spe, quod illa mulier fuisset infamata: & sic accessit, & illum inimicum grauiter percussit. propter quod fama insurrexit cõtra illam mulierem, quę fuit capta & torta pp minas, & confessa fuit ꝙ ipsa fecerat percuti, & fuit punita, deinde ad tẽpora fuit repertum, ꝙ ipsa fuerat innnocens, & ille inimicus hoc fecerat, certe fuit facta iniustitia mulieri, quia ipsa minata fuerat, & deinde torta confessa fuit, & sic ratione cõfessionis suę fuit punita & iniustè. Et aduerte bene, quia aliqua sunt indicia generalia, & remota, & ista non sufficiunt ad torturam sine aliis, vt quia quis sit homo malę famę, si tamen adiungeretur quod conuersabatur in domo illa, sufficeret: secundum Bart. in d. l. fi. Si tamen esset vnũ indicium propinquum tangens negotiũ, & vnus bonus testis de visu, vel confessio extra iudicium, vel in loco captus, vel res reperta penes eum, tunc esset sufficiens ad torturam, secundum Bar. in d. l. fi. quod etiam tenet And. de Iser. in constit. regni si quis damna. in quibus dicunt, quod debet dari copia illorum indiciorum parti, vt possit se iuuare contra illa indicia, & contrarium probare, & illa indicia euacuare. & hoc etiam tenet Bar. in tractatu de quæstionibus & tormentis, quod inquisitus debet audiri contra indicia ante torturam, maxime quando esset tale quid, quo probato non deberet procedi ad tormẽta, quia post torturam non esset remedium. per l. ii. de appella recip. quia aliqui solent in tormentis deficere. ff. de pœn. l. aut damna. §. i. & ff. de quęsti. l. i. §. si quis vltro. & facit quod Barto. dixit in l. diuus.
5 de questio. eo. tit. l. maritus. † vbi de teste,
b qui non debet recipi, an faciat indiciũ.[b] & dixit

dixit idem Barto.in l.fin.eod. titul. quòd inquisitus debet audiri contra indicia, & sic dabitur repulsa ante torturam.& in c. regni.hi qui.de tormẽtis.vbi dicitur, quod datur copia indiciorum, vt habeat copiã reclamandi contra indicia, & in terminis decidit Bal.in l.milites.C.de quæstionib. vbi dixit, quòd quãuis semper iudici sint publicatæ attestationes, tamen non audire volens repulsat testes, & dixit Andr.de
5 Iser.in d.constitu.† quòd indica sunt pro banda per testes non repulsatos. & facit glo. in l. tertia. ad legem Iuliam maiestat. quod vnus testis de veritate facit indicium ad torturam, si sit omni exceptione maior. & quod habetur in l. fina. famil.ercifcund. quòd indicium probari debet per duos testes idoneos. Ideo quæ dixit Paulus de Elexar.in capitul. grauis. de deposito. quod reus debet audiri contra torturam inferendam ad reprobationem indiciorum. & propterea si multi testes dicerent illum esse bonæ famæ, & pauciores dicant contrarium, indicetur purgatio, quia vtrunque potest, esse secũdum Innocent.in cap.inquisitionis. in fi. de accusationib.quod videtur esse specia le in personis in dignitate positis.l.3. vbi sena.ergo in contrarium est ius commune.Tamen debet differri tortura, si allegaretur defensio talis, qua probata cessare debeat tortura Innocent.in capit. cum in tua.de spon.quod not.Hostiens. in capitul.cum oporteat. de accusatio.& Specul.in titul. de inquisitione.§. nunc. quia grauamen.torturæ non est reparabile. per
6 l.ii.de appellation. recip. † Et quia condemnatus ex inquisitione liberatur si constat de innocentia.l.2.in §.quis. de quæstionibus.& l.vnius.§.quæstioni. eod.titul.& Gandi.in maleficiis.& Bartol.in l.fi. de quæstioni.& Bald.in l.2. de edend. & Canon in capitul.cum oporteat.de accusatio.esset enim contra bonos mores torquendo defensiones negando.clemen. pastoralis.de re iudi.& per not per Bal. in l. pacta.in prin. de transact. & in repetitio.l. neganda.C. qui accusa. & in l. sola. ad fin.de testi.Adeo quod si iudex haberet arbitrium non posset denegare defensionem contra indicia & torturam. glos. in clemen.sæpe.in verbo,defensiones. de verb.significatio.& Bartol.& alii.in l.si filius.de donatio. in l.i. de testam. milita.
7 Nam † habẽs arbitrium nõ posset sine indiciis torquere.per no. in cap.veniens. & in capitul. Quintauallis.de iureiurand.& in d.clemen.sæpe.& Gãdi.in maleficiis in rubric.quæro nunquid potestas. & Bart. in l.i.§.idem.& in l. maritus de quæstio-
8 nibus tenet.† quod testes debeãt esse integri & idonei ad probanda indicia, quia Barto.in l.fin.famil.ercifcund. & Bartol. in l.admonendi.vbi dicit,quod debẽt esse integræ famæ.Canoni.in capitul.veniens de testi.& uide infra in capitul. an testis reprobatus.& propterea iudices nõ possunt statim torquere,quod habẽt indicia, vel cõfessionem,quia debet dari copia defensionis ipsi inquisito facta defensione, & repulsa, qui si non probauerit contra ipsa indicia, vel contra confessionem suã, tunc torquebitur per prædicta.Tamẽ magna curia vicariæ obseruat in malefactoribus insignibus ex quadam præeminentia quod proceditur ad tormenta ex solo processu informatiuo,& hoc facit magna curia per capitulum regni,quod incipit,i accusatis.in fine,vbi dicitur, quòd vicarius generalis habet harbitrium in tormentis citra & contra formam iuris in delictis grauioribus occultis contra facinorosos,idem habetur in alia litera arbitrali quæ incipit,prouisa iuris sanctio.vbi cõtra maleficos insignes datur arbitrium, vt in dicta litera,quæ litera licet sit ad bene placitum Regis,tamen consueuit Rex in literis officialium concedere illam cum aliis arbitrabilibus. Tamen dubitandum est, quia quando datur arbitrium à constitutione principis in turtura non potest sine indiciis torquere, vt habes infra in capitulo an iudex qui sine indiciis. tamen raro hoc facit magna curia,
9 † quia non debet torquere ex solo processu informatiuo, nisi in maleficiis insignibus, & in latronibus valde diffamatis, & in notoriis criminibus, vel quando quis esset inuentus de nocte cum armis,vel in alio maleficio, quod est notorium, & tanquam in notorio torquet.tamen ab hoc debent abstinere iudices inferiores ne torqueant ex processu informatiuo, quia tenebuntur in syndicatu.& per dictis

dictis capitulis facit, quia in enormibus licitum est leges transgredi. secundum Innocen. in c. i. de constitutio. & infra latius videbitur, & requiritur leuitas vitæ torquendi, secundum glos. & And. de Iser. in consti. regni. si damna clandestina.

a ¶ Personarum.] Adde Felyn. in cap. i. de off. et potest. iud. deleg.

b ¶ Indicium.] Vide infra in uerb. an stetur dicto torti. in vij. col. & quod ibi dixit in apostil.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet esse subtilis in inuestiganda maleficij ueritate.*

2 *Iudex non potest remittere pœnam corporalem delinquenti.*

CAP. VII.



ET aduertendum est, quod

1 † iudex pro inuestiganda veritate, & maleficio inueniendo debet esse subtilis inuestigator, per text. in l. de minore. §. i. de quæstio. in interrogando pro inuestiganda veritate in lucem de circunstantiis etiam remotis, per illum tex. & per l. testium. C. de testi. fingendo se velle facere quod non vult, vt videat quem actum faciat reus, qui examinatur, & qualiter se gerit. argu c. afferte. de præsumpt. vbi Salomon ait: afferte gladium, fingens velle puerum diuidere, &c. quæ appellatur subtilis diligentia cognitionis secundum Bartol. ibi. ad quod adduco id quod habetur in l. verũ. C. de infami. vbi dicitur, quòd iudex pro maleficio inueniendo potest facere aliquam experientiam, dando aquam calidam ad bibẽdum reo, qui inculpabatur de furto ficuum, vt illa euomat, quę aliàs fuerunt practicata in magna curia. ¶ Nam quædam domina detenta erat ex causa, quia dicebatur, ꝙ fuerat in morte viri machinata, & nil poterat probari, regens fecit eam ad se euocari secretè in camera, & dixit, quòd volebat eam habere in suam, & finxit illam osculari. & cum ea ratiocinando & pollicendo liberationem extorsit confessionẽ de homicidio viri, quæ deinde fuit decapitata. Etiam alii extorserunt confessionem ab inquisitis in cœna pollicendo liberationem promittendo, quod nullum eis nocumentum inferret, & humaniter cum illis loquendo, & hæc per dicta iura, sunt enim eiusmodi persuasiones magis aptè ad axtorquẽdum confessiones, quã corda. arg. l. i. § persuadere. ff. de seruo corru. nam persuasio est compulsio quædã. Cyn. in l. i. de rapt. virg. & in l. si quis non dicam. de epis. & cle. & per not. in l. si quis seruo. C. de fur. & quod no. in l. cum quis. de dolo. ¶ Multi enim torti nihil confessi sunt, & deinde cum potestas post chordã ostenderit signa humanitatis compatiendo eis, & cum electuariis confortando, mederi faciendo, confessi sunt de plano maleficia. Multi etiam fide data in iuramento præstito, quod si dicerent veritatem, eos liberaret à pœna, confessi sunt homicidia, & delicta, & hoc diuina iustitia permittente, quæ vult homicidia nullatenus fore impunita, vt in l. iiii. C. de episco. audi. ibi, homicida, & parricida, qđ fecit semper expectet, & est verbum diuinum. Ista enim iuramenta non sunt facienda, nisi homicidis, tamen an sint obseruanda ipsis delinquentibus, quibus sunt præstita, vt confiteantur. & dic quod non, primo per tex. in c. non est obligatorium contra iura præstitum iuramẽtum. & per tex. in c. in malis promissis fidẽ nõ expedit obseruari. extra de regu. iur. in 6. secundo, quia ista promissio est contra publicam vtilitatem, secundum quam maleficia non debẽt esse impunita. de defen. ciui. l. per omnes. ad leg. aquil. l. ita vulne. cum simil. & pacta contra publicam vtilitatem, & iuramenta desuper præstita nõ sunt obseruanda, secundum Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. per plura quæ ibi alleg. & idem in l. i. §. i. ff. de dolo. iste enim fuit bonus dolus, vt ibi habetur. & Bald. hic tenet. de pace iuramen. firman.

2 §. item sacramenta. ¶ † Præterea iudex nõ potest remittere pęnam corporalem delinquenti, quod spectat ad principem. l. fi. in fi. de quæstio. cum ibi allega. in glo. & ĩ l. ii. C. de deser. lib. 12. & l. ii. de cõmer. & l. i. ne san. bapt. And. de Iser. in constit. regni. si quis in posterum. & l. fi. de priua. car. in auth. de coll. §. iubemus. Et ad prędicta faciunt q̃ dicunt, si officialis ten. ač obseruare securitatem factã delinquenti.

a de quo vide. s̃. in verb. saluus conductus. a & in iuribus ibi allegatis, ad plenum.

Saluus

a ¶Saluus conductus.] Et hic adde quod ibi dixi in apostill.

SVMMARIVM.

1 Coniecturæ uerisimiles debent attendi in iudicijs, & inquisitionibus.

2 Præsumptio aliqua idem est quod indicium.

CAP. VIII.

1 T in indiciis, & † in inquisitionibus etiam attẽdi debent coniecturæ verisimiles, quæ coniecturæ capiũtur ex qualitate facti, & cõditione personarum. de donat. inter vir. & vxor. l. vtrum. & in l. fi. de act. & obliga. in quibus oportet considerare cuius conditionis quis fuerit à sua natura. l. famosi. ad leg. iul. maie. quia eum talem esse prę-sumimus. de re mil. l. non omnis. §. à barbaris. de ædil. edic. l. quæro. §. fi. & qualem vitam, & habitum duxerit, talem esse p̃sumimus. de iureiur. l. item apud. §. si quis virginem. & l. quidam in suo. de condit. instit. & cuius conuersationis quis fuerit. de admi. tu. l. si plures. §. assidue. Quia ex mala conuersatione quis efficitur criminosus. l. ædiles. §. Pedius. de ædilit. edic. & etiam ex conuersatione loci vbi conuersatur, præsumitur pro aliquo, vel contra aliquẽ. l. fi. ff. manda. ita fuerit alie. de pœ. l. aut facta. §. euenit. & pensatis actibus præcedentibus & sequentibus de aliquo pręsumimus bonum vel malum. de re mi lit. l. non omnis. § à Barbaris. & l. i. de nili agge. & per armeniam. de off. ma. mili. & si quis falsa instrumenta facere consueuerit etiam de eo malè præsumimus. l. iubemus. de probba. & qui de crimine paciscitur etiam malũ de eo pręsumitur. l. athletas. §. fin. de infami. Et pręsumptiones bonæ aliquando recipiunt probationem in contrarium, quia factum plerumque prudentisſimos fallit. l. i. de iur. & fact. ignor. Sunt autem indicia & argumenta multiplicia, & variantur ex varietate factorũ, quod iudicis arbitrio relinquitur, & semper fit interpretatio in partem magis æquam & benignam. l. sanctio. de pœn. & l. interpretatione. de pœn. & de multiplici genere præsumptionum, vide per Innoc. & Ioan. Andr. in c. illud. de præsumptio.

2 Et adde † quod præsumptio aliqua est idẽ quod indicium. l. fi. de quæstio. inde dicimur, quod fuga reddit suspectum fugientem in cor. de requi. reis. §. si vero. & glo. in l. impuberibus. § pœna. de suspec. tuto. Item præsumptio idem est quod arbitriũ seu indicium. ff. de qõ. l. i. inde dicimus, ꝙ fuga reddit suspctũ fugientem.[a] de req. reis. §. si vero. ita glo. in d. l. impuberibus. §. pręterea. secundum Angel. in d. l. cognitionaliter. & præsumptio hominis est qñ vir potens dicit se vim passum, vbi est frequentia hominum, quod non est verisimile. l. fin. quod met. caus.

a ¶Fugientem.] Et nunquid ex fuga delinquẽtis plenè inducatur indicium. vide do. Pe. Phi. corn. in consi. lviij. incip. Visa. in litera o. in ij. parte. & ibi an purgetur per comparationem postea factam in litera q.

SVMMARIVM.

1 Puniri an quis posſit ex sola confeſsione facta in iudicio. & nu. 4.

2 Perseueratio confeſsionis ex interuallo, post torturam dicitur spontanea confeſsio.

3 Duæ reperiuntur cõsitentium perseuerationes.

CAP. IX.

1 N ex sola confesſione † facta in iudicio per carceratũ vel tortum posſit puniri? glo. in d. c. i. quod met. caus. quod non, nisi per spontaneam perseuerationem purgetur. l. i. & 2. C. quod met. cau. vide glos. singu. in c. literis. de diuor. dixit confesſionem indeliberatẽ ex iracundia factam perseueratione spontanea validari quia perseueratio purgat vitium iracundię pręcedentis. c. attestationes. de despon. impu. Hinc videtur confesſionem in criminalibus factam in tormentis per perseuerationem purgari, si indicia tormenta pręcedant. l. i. §. diuus de quęstio. & si indicia non pręcesserint confesſionem factam in tortura, sequens perseueratio non validat, per casum sing. in l. pen. ff. de quęstio vbi Bart. hoc tenet. & Imol. in d. c. i. licet ipse Bartol. aliter sentiat in l. i. de confes. & non bene, quia contra dicta in d. l. pen. & pro dicto Bart. in d. l. penul. bene facit l. iii. & l. milites. & quod not. in l. fina. de quęstio. C. & in l. i. ff. eod. & in l. vnus §. in ea. vbi habetur quod cõfesſio facta in tortura sine iudiciis est nulla,

la, & ideo videtur perseuerationem esse nullam ad quod. dict. l. i. §. diuus. & §. si quis ultro. & d. l. pen. ff. de quæstio. & quod in qualibet earum ponit Bart. terminans quod id quod dicitur de confessione in tortura facta procedit si magna sit tortura, & tortus maxime debilis existat, secus si parua sit tortura & homo robustus, quia tunc valet eius confessio nulla eius futura perseueratione attenta, vt declarauit
2 Bal. in l. i. C. de confes. ¶ † Contra tamen videtur tenendum quod perseueratio ex interuallo post torturam in publico loco factam. secundum. l. 2 C. de custo. reo. dicitur rei spontanea confessio. per dicto. §. si quis vltro. secundum Bar. & Bald. in d. l. i. de confes. in 6. colum. dum concludũt quod etiam si quis decies tortus & confessus sit, si postea perseuerat in publico, talis confessio dicitur spontanea, & præsumendum quod conscientia criminis perseueret. & idem Specu. in ti. de confessis. §. i. versi. si. dum æquiparat perseuerationem in confes. per tormenta extortam, & nullis tormentis præcedentibus confitentem. ad quod l. nõ est verisimile. ff. quod met. cau. Sed confessio spontanea sola est valida ad condemnandum in criminalibus secundum Bar. ff. de custo. re. l. 2 post doc. Cyn. in l. 2. C. eo. & Azo in sum. titu. de confessis. pro quo dicto facit text. in l. seruus. C. ad legem Iuliam de vi. vbi bona glo. Ad quod facit d. l. si cõfessus. de cu
3 sto. reo. & quod no. doc. C. eo. l. 2. † Duæ enim confitentium perseuerationes repe riuntur, quarum vna expressa ad condẽnandum sola sufficit, & de ea loquitur. d. l. 2. ergo si sufficit sola ille præcedere indicia non requiruntur. alia est tacita vti cũ confitens in tormentis post confessionem tacet, eam non reuocando nec approbãdo, & hæc sola nõ sufficit, & requirit indicia præcedere, nec hoc tenẽdo obstarẽt iura in contra. allegata, licet. n. illa iura dicant inualidã confessionẽ esse, q̃ fit in tormentis indiciis nõ pcedentibus, non tamen dicunt qđ defectus indiciorum non præcedentiũ inualidet expressam perseuerationem, & ex ea sequentem cõfessionem spontaneam. licet Bar. in d. l. pen. nihil alleget: & cõcludat cum d. l. pe. quæst. de perseueratione nullo modo loquitur, ex quibus saluatur Bart. & Imol. in tacita perseueratione, secus ĩ expressa vt supra, ad quod tex. in c. Pisanis. de resti. spol. & ibi Innocent. & in cap. per inquisitionẽ. de elec. & per Bart. in dicta. l. si confessus, concludentes quod licet nullus sit processus, tamen confessio spontanea inde emanans tenet vt ex ea confitens condẽnetur, ergo eodem modo licet nulla sit confessio facta per torturam non præcedentibus indiciis, tamen expressa perseueratio, quæ vim spontaneæ confessionis habet, debet similiter tenere, vt ex ea perseuerans condemnetur, quia idem in simi. terminant Barto. C. de quæstio. l. milites. dum per d. l. i. de confes. concludit, quod licet non valeat in tortura facta confessio sine indiciis, illa tamen reliquum processum non vitiat, ergo nec illa vitiabit spontaneam perseuerationem quia eã habebat instar confessionis spõtaneæ, vt supra est etiam de processu, vt in c. quoniam contra de proba. ex ea inferri nõ possit sententia, vt Bal. declarat in d l. 2. de custo. reo. & dixit Pet. Ancha.
4 in cle. i. de hære. † quòd tortura & confessio in ea emanans non seruata dictæ cle. forma sit nulla ipso iure, tamen perseueratio sequens valet quòd ex ea sententia fertur. pro quo est gl. in d. §. diuus. & hoc concludit Bal. in d. l. i. 4. col. in tertio contrario. & ideo tenendo perseuerationem etiam expressam esse nullam, secundum Bartol. vel in casu indubitato, quando nulla perseueratio sequitur, licet confessio facta in tortura sine indiciis sit nulla, tamen sententia quæ desuper pro ipsa confessione fertur valet mero iure, quia admittendo confessionem quantũcunque nulla contra ius litigatoris promulgata dicitur, & propterea ad rescindẽdam eam appellatione opus est l. 2. C. quando prouo. & l. i. C. quę sen. sine appel. & gl. expressa Ioan. And. in c. Roma. §. si autẽ post. de appel. in 6. vbi dicit confessionem per torturam appellationem ab ea interpositam releuare, pro quo etiã tex. in dicto §. si quis vltro intelligendo illũ continuato. §. diuus. pceden. loqui in sententia promulgata per pręsidẽ in vim cõfessionis extortæ p torturã indiciis nõ præcedentibus. nam cum tex. in fi. sui dicat,

cat, quod si constat de innocentia confi-
tentis,quod à dicta sententia præses non
releuar,sed est princeps adeundus, patet
dictam sententiam non esse nullam, quia
si esset nulla ipsemet de suæ sentẽtię nul
litate cognosceret.l.4.C.de ac. quæ bene
no.& vide in l. qui in carcerem. ff. quod
met.causa. vbi de confessione carcerati.

SVMMARIVM.

1 *Fama an sit indicium sufficiens ad torturam. nu.2.3.& 4.*

CAP. XI.

1 AN fama † sit indicium suffi-
ciens ad torturã? vide Bart.
late in l.de minore. §.tor-
menta. de quæst. & Ange.
in l.milites.C. de q. vbi te-
net quod nõ.& vide Spec.in ti.de notor.
crimi.§.fama & in titu.de testi. §. restat.
ver. item vni testi cum fama publica cre-
ditur in criminalibus.tamen glo.in c.ve-
niens.de testi.ver. cui tenet contra in cri
minalibus,quam sequitur Ioan. de Imo.
in l.interesse.de acquiren. possess & Cyn.
in l.fi.C.de q.& Bal.idem in l.2 §.i.de ex
cusa.tuto.& per Imo.in l.fi.de hæredi in
stituen.& cano.sequuntur illam glo. in d.
c.veniens.quæ intelligo quo ad condem-
nationem,tamen sufficit ad torturam,sed
Bar.dixit,quod debet inspici vnde habet
originem fama, & à quibus,& ex qua cau
sa, q si ex causa probabili vrgenti & ve
risimili erit sufficiens ad torturam p glo.
in l.excusatur.§.i.de excusa.tuto.& in l.
3. §.eiusdem de testi. aliàs non extra de
accu.c.qualiter & quando.& ibi Inno. nã
nisi trahat originem,& ex causa probabi
li,& a fide dignis & honestis personis, di
citur vana vox.de pœnis.l.decurionum.
& Cyn.l.de tormentis. de quæstio.tenet
simpliciter quod fama sola nõ faciat indi
cium ad torturam, quod tenet Bal.co.ti.
2 l.milites. Et ideo dixit ibi Ang.† quod si
cum fama concurrat vnus testis.non suffi
cit ad condemnationem.per regulam.l.fi.
C.de proba.nisi cum fama concurrat etiã
aliud iudicium sufficiens.per d.l.excusan
tur,& ibi hoc tenet Dy.& ita intelligitur.
d.§ eiusdem.& ibi Bar.& Ioã.And.in tit.
de noto.crimi.§ fama dicens q per se nõ
sufficiat. & licet de facto contrarium ser-
uetur.secundum Ioan.And.ibi.Cyn.au-
3 tem in l.fi.de quæstio.dixit † quod fama
cum dicto officialis denunciantis cum iu
ramento facit indicium ad torturam. per
auth.hodie.de repu.& vnde sumitur.idẽ
Iacob.de Aret.in tractatu maleficiorum,
quando cum ea concurrit vnus testis.per
d.l.Theopompus.de dote prele.vel inimi
citia præcedente. ff. de q.l.2.§. præterea.
de testib.l.3.in princ.vel iactatio confide
rata qualitate personæ.argu.l.metum.C.
quod met.caus.& l.3.quib.ex cau.ma.&
l.i.§.si quis impera.& l. Labeo. de suppel.
le.& l.per Armeniam.de offic.ma.mi. Vel
si concurrat cũ ea fuga,quæ accusat fugiẽ
tes in authen.de exhiben re.§.si vero. &
de san.epis.§.si quis autem. & l.consilia-
rios.de assef.Vel mala reputatio eius qui
similia consueuit facere.d. §. tormenta.
& § isdem vel aliud indicium. Et dixit
4 Bar.in tractatu de quæsti.† quod quam-
uis pbatio famæ æquipolleat dicto vnius
a testis.[a] l.4.§.j.de testi.nõ sufficit,sed coad
iuuat probationem.d. §. i. quia fama est
res fragilis,& perniciosa trãsmissa ab his,
qui nocere desiderant,quæ de per se non
sufficeret,nisi sit coniuncta cum alio iu-
dicio.secundum Bar.ibi.& idem Dyn. in
l.2.§.i.de excusatio.tuto.Ioan.And.in c.
cum in contẽplatione.de reg.iur.& Imo.
in l.fi.de hæred.instituen.Licet Bal.in c.
i.§.iniuria.de pace iur.fir.quod faciat in-
dicium,quando esset vehemens fama. &
Cy. in l.fi.de quæst.dicit quod debet es-
se iuncta cum alia cõiectura,vel indicio.
& vide Bar.in l.i.§.item cor.de quæst.&
Bal.in d.l.milites.& vide omnino Bart.in
cõs 218.q icipit,an fama cũ dicto syndici.
a ¶ *Testis.] Adde quod fortior est unius testis pro
batio. ut per d. Bartholom. Socin. in consilio.
cclxx. incip.consideratis.uersi ista cõclusio cir
ca medium,in secunda parte.*

SVMMARIVM.

1 *Testes reprobati examinati.an faciant indiciũ ad torturam.& nu 2.*
3 *Fuga uocatur delictum.*

CAP. XI.

1 AN testes † reprobati,seu q nõ pos
sunt examinari pp ętatẽ, vel ini
micitiã si fuerit examinati faciãt
indiciũ ad torturã,vide Bar.in l.

maritus.ff.de q.And.de Iser. i v.q.si.pre sbyteri.& c.seq.& vide Bal. omnino in l. cum probatio.& in l. etiam matris.C.de probatio.& Bald.not.in ti.de consue.recti.feu.§.sacramentum.in 4.col. & Bald. in l.seruos.C.de testi.& Bart.in l.fi.C.de his qui.vt indi. & vide Bal.i l i.C.de summa trinita. qui dixit quod licet Bar. in l. maritus.dixit quod testis qui non examinatur propter infamiam, facit indicium qualequale, quod est verum secundum eum, quò ad inquisitionem,non quò ad probationem,seu cõdemnationem,quod ibi sequitur Saly.& dixit Bar.in l.peremptorias.C.sen.rescin.non posse.quod † testes examinati post didicita testificata;ẽt non faciunt indicium,quia prę sumuntur subornati,quod videtur habere locum in ciuilibus.nõ in criminalibus.per no. in l. si non defendantur.de pœn.vide supra in c.an si quis dixerit. Et adde quòd testes viles & diffamati admittuntur cõtra valde diffamatum.secũdum Innoc.in c.cum I.& A.de re iudic.& habetur infra in c.an si Titius confessus est. & vide in c. an testis qui non debuit examinari.

2 (margin mark beside "ptorias")

¶ An si quis producat instrumentum falsum & accusetur ipse producens,& notarius de falso qui aufugerunt, an inducatur prę sumptio vel probatio falsitatis cõtra notarium? dic quod text.in l. reos.de custo. reo. facit quod sic quia delatus & carceratus si aufugiat, etiam esto quod esset innocens,punitur vt confessus, vel cõuictus facit in authen. de colla. §.antepe. ad idem.de exhi.& intro.§.si vero. & qđ ibi no.de seruientibus qui fugiunt. & de re mili.l.non omnis.§.desertor. & † quia fuga delictum vocatur l. quid sit fugitiuus.in prin.de ædi.edic. Cyn.in l.raptores.de epis. & cle. distinxit quod crimen est tale, ad cuius punitionem sufficeret sola prę sumptio,quod sufficiat fuga. per l.impuberibus.de excusa. tuto.& C.de assesso.l.consiliarios.& de omni agro. l.locorum.libro. xj.vbi autem requireretur plena probatio ad condemnationem nõ sufficit fuga.l.j. de requiren.reis.& l. diuus,de custo.reo.Oldra. dixit quod si fuga imponitur pro crimine, tunc ipsa sola sufficit.in desertorem.C.de deser.l.i.& 2. lib.12.& text.in l.si consiliarios.C.de assesso.& in l.i.C. vt omnes causę. vbi frangens attestationem legis habetur pro confesso consimili.& ita loquitur.l.in eos.supra allegata, secus vbi non imponitur ꝓ crimine, sed pro criminis probatione, & tunc procedat supradicta distin. Tamen Cyn.in d l.diuus. dixit quod fuga suspitionem inducit,sed ex suspitione non debet quis condemnari.l.absentem.de pœnis. Tamẽ dicebat quod propter illam suspitionem ille posset torqueri.per text.in l.3.§ de his.ad silla.quod non placet. Iac. de Bel.in dict. §.si vero. quia ad torturã requiruntur indicia & argumenta in numero plurali per l.milites.de quæstio. & quia fuga non respicit directo delictum, sed personæ tuitionem, tamen contrariũ seruatur,quia ex vno indicio torquetur, & ideo sola fuga notarij non probat contra ipsum,nec contra actorẽ producentẽ instrumentum ita Ioan. Andr. in addit. Spec.in titu.de præsumption.in additione.in §. species.quæ sunt formalia verba sua,& vide supra circa princi.libri in alio cap.vbi dicitur de fuga officialis.

3 (margin mark beside "re mili.l.non omnis")

SVMMARIVM.

1 *Officialis an & quando teneatur de mortuo in tortura. & nume.3.& 5.*

2 *Qualitas personæ debet attendi in tormentis. & nume 4.*

6 *Lata culpa æquiparatur dolo in delictis.*

CAP. XII.

1 AN si officialis. † aliquẽ tormentauit, q mortuus in tortura, an propter tormenta teneatur.[a] leg.Cor.de sic. Cy. in l. Gracchus de adult.referẽdo Iac. de Are. distinxit quod aut officialis vltra legitimum modum non torsit,& hoc fec t legitimis indicijs præcedentibus,& non tenetur d.l.Gracchus.& l. quæstionis. & l. de minore.§.tormenta. de quæsti. & sic debet intelligi de pęnis dãnũ.§.nec in ea.cũ dicit, q pleriq; in tormentis deficere solent. Aut modũ excessit dolose.& tenet.l. Cor.de sic.l.fi.ad leg.Iul. repet. & facit.l. pe.in fi.ff.de custo.rer.& l.qui occidit.ad leg.Aquil. Aut culpabilem modum excessit,vt quia credebat modũ excedi debere ꝓpter immanitatem criminis d.§. nec in ea.tunc non tenetur.leg.Cor.sed pro modo cul-

do culpæ punitur.arg.de adulte.l.si adulteriũ cũ incestu.§.insuper.ff.de adulte.in quo nõ est considerada modica culpa.arg.vt iudices sine quoquo suffr.circa med.In dubio autem excessus potius ascriberetur culpæ quam dolo,quia ista tormenta eruenda sunt pro veritate,& est res permissa ob disciplinam reipublicæ.argu.& l.si quem quam.§. præponitur.ad leg.aquil.& loc.l.quæritur.§.idem iul.Et quãdo dicatur modum excedere cum permittatur modum arbitrari dict. l. questionis? dic quod modus cõsuetus debet attẽdi,& iudicabitur modum excedere ex qualitate tormenti,& conditione personæ,& consuetudine loci.quo casu cum exceditur modus legitimus tenetur de dolo ,& tenetur.l.iul. de siccar.l. fin.ad.l. iul. repe.Si culpa tenetur tanquã culpabilis d.l.si adulterium.§.in super. Et si culpa fuit modica in nihilo tenetur,quia licuit esse in subditis vehementissimus in authen.sine quoquo suffra.circa medium,secundum Flor. in d.l.qui occidit. Et i dubio potius ascribitur culpę,quam dolo iudicis,quia tormentum est ars permissa ad disciplinam.argu.l.& si quandocunque.§.penultim.ad leg.aquil.Aut præcessit indicium ,sed non sufficiens , & tunc punitur de homicida vt culpabilis.l. respicien

2 dum.§. delinquunt.de pœnis.† Et ideo male faciunt iudices,qui nouas species tormentorũ querunt,& personæ qualitas attenditur,si est iuuenis, vel senex,debilis vel robustus, qui propterea durius tormentabitur,prout iuuẽtus,& eius vigor poterit supportare,& nõ vltra dict.§.tormenta.& ideo iudicis arbitrio cũ temperamento committitur,secũdum Cyn. & Saly.in dict.l.Gracchus. Bar.autẽ in l.lege cor.de sicca.dicit quod rectores qui torquent testes,vel reũ cõtra iustitiam,& aliquis moriatur tenentur l.cor.tamen Bar.in l.in questione.de quæstio.tenet.cum Cyn.& Salyc.in d. l.Gracchus.vbi idem tenet & idem Bald. & Angel.in l.iij.de adulte.& Ange.idem tenet in dicta. l. Gracchus. Et dicit quod debet in actis apparere de indicijs,& in dubio non pręsumitur terminos excessisse,qa pro iudice pręsumitur.l ij.de offic.ciui.iud.& l.Herennius. §.Gaya.de euict. & dixit ibi Ang.in l.lege iul.ff.ad leg.iul.de vi public.vt dixit quod assessor sit cautus,vt causa tormentorum & indicia appareant in processu,& probet qualitatatem torturę per illos de domo per familiares , quia tortura fit in secreto & præsentibus familiaribus , & valebit dictum eorum argument.l.consensu.C.de repu.quia in dubio , licet mors contigerit non præsumitur excessus torturæ. argument.l.Herennius.§. Gaya.ff.de euictionibu.& Barto.in l.quęuis. de quæstionib.Cyn.Bal.& Salyc.in d.l.Gracchus.per l.sed an vltro.in princi.de neg.gest. vbi dicunt fore attendendum modum consuetum , & quod tunc iudex bene arbitretur per dict l quæstion.secundum Angel.vbi supra,qui dixit,quod erit prudens consilium,vt medici inspiciant corpus,vt arbitrentur,an ex tormentis inordinatis mortuus fuerit , attendendo liuores corporis,& alia,secundum Angel.ibi. Et dicit Bald.in l.penultim.de emen-

3 da.propin.†quòd si iudex scindat alicui carnem,vt confiteatur crimen,& moritur in tormento,quod ipse iudex debet decapitari , vt homicida.cuius dictum intellige , vt supra dicit Bald.in l.milites.de questio.quod si iudex repetijt torturam sine nouis indicijs,& deinde tortus moriatur in tormentis , quod repetens tenetur de homicidio , quia non debuit repetere. De iure vero constitutionum regni si iudex hominem tormentauerit in crimini-

b bus in quibus non debet tormentari.b & cõtra formam iuris ,& tortus moriatur,aut propter confessionem extortã cõdẽnatur ad mortem,ipse iudex punitur vltimo supplicio , vt in cap.regni si iuste.de tormentis.& in alio c. quod incipit , in accusatis.de tormentis. vide in l.aut damnum.§.j.de pœnis.& vide Bar.in l.in quæstion.ff.de question.vbi dixit,quod si iudex excesit modum consuetum,vel modũ qui debebat adhiberi secundum qualitatem personæ forte tenetur,alias secus,dicũs,quod debet inspici , si potest iudici culpam imputare,vel similia.dicto.§.j.qui etiam dicit,ꝙ hoc sibi accidit,cũ torqueret iuuenem robustũ,& sic mortuus est,& dicit idẽ Bar.in l.de minor.

4 in prin.eo.ti.ꝙ†minores non torquentur eadẽ tortura,qua maiores.& vide aliqd in l.pręgnãtis.de pœn.vbi dicit Bar.cõtra iudicẽ,qui tormẽtauit mulierẽ post partũ incõtinẽti,quę erat debilis & mortua fuit quod teneatur,quę not.in syndicat. Et adde quia Iac. de Aret in tractatu maleficiorum tenuit idem ꝙ nõ teneat.arg.d.l.Gracchus.& l.iniuriarũ.§ is qui. de iniur.& l.continet.quod metus cauf.& l. j.de quæst.& l.lege aquilia.de sic.l.lege cor.& l.qua actione.§.sed & quis.ad leg.aquiliam. quia plerunque dum torquentur deficere solet.l.aut damna.§.primo de pęnis,& idem dixit si sine dolo , & zelo iustitię , & veritatis inueniendæ. per §. illud. in authentic. vt iudic.sine quoquo suffr. nam alias officium

prȩualet delicto.l.Fulcinius.§. Labeo.ad legem iuliam repetun.& l.tres fratres.de administra.tutor.& l.aufertur.§.j.de iure fisc.qui etiam dixit,quod siue appareat quod ex casu cum aliqua culpa non fecerit,siue etiam in casu dubio siue etiam appareat, quod cum aliqua culpa excesserit modum,quod non putat iudicem teneri.argument.l.j.de emend propin.æquiparãdo potestatem dominicam potestati iudicis.per l.potestatis de verbor.signifi. item per casum l.post legatum. §.aduocatu. & l.tutorum.de his qui.vt indig.firmat argument.validis exem.l. secunda.C.qui accusa. quia præsumitur zelo iustitiæ, & officij.l.ij. §.publicanus.vi bon.rap.& l.minus.de acq.r. posses.& l.numerato.ff.pro soc.l.sȩpe.de verbo.significat.nam non volũtas & propositum &c.ff.de fur.l.qui iniurię de siccar.l.j.& quia omne bonum.præsumitur de officiali.l.j. in fin.ff.de offic.pręsid.& l.cum creditori.ff.de furt.& l.iniuriarum.§.j.de iniur.& facit.l.ij. de offic.ciui.iudic.& concludit Bar.in l.quæstionis de quęstio.& in l.aut damna.§.nec in ea.de pœnis,quod si iudex non excessit modum consuetum,& qui debet haberi secundũ qualitatem personę tort ,quod non tenetur & tenet Cardina.in capitul.cum in contemplatione.de reg.iur.& Bal.in c.j.de clerico
5 percu.& in l.de emen.† Et volo quod tu qui es curiosus scias vnum, quod Bar.in tractatu de quę.qui sibi appropriabitur, quem alij non allegant,dixit quod si iudex in torquendo modum excessit,adeo quod deficit,vel mẽbro debilitatus fuit,quod tenebitur.ff.de iud. l.item apud.§.quęstionis.quia sic est torquendus reus, vt innocentia vel supplicio saluus reddatur.l.quęstionis modum ff.eo.& si iudex non seruauerit,tenebitur.solut.matrim. l.si constat.§.si maritus.& l.ij.§. dominorum de his qui sunt sui.ad legem.aquil.& si quicunque.§.si magister.l.hoc fecerit.vt iudex non excusatur,quia praue actũ pręsumĩ esse.malũ l.si nõ cõuicij.de iniu.& l.j.de sic.nã etiã propinquus qui in corrigendo modũ excessit punitur.l.j.de emẽ.ꝓpinquo.quia etiã magistratibus ꝓhibitũ est illicitũ cõmittere.l.magistratibus.de iur.om.iud.licet in cõtrariũ.dici posset qñ hoc facit causa veritatis inueniendæ,& officiũ exercẽdo,& nõ animo occidẽdi,q̃a nemo videtur delinquere,nisi,malũ animũ habuerit.de ver.sign.l.sȩpe.quia propositum distinguitur.l.iniuriam.ff.de furt.de verbo.sign. l.acquiritur.& l.qui iure.& crimen contrahitur cum voluntas nocendi adest.l.j.de sicc.

& l.iij.§.j.de lib.homi.exhi.& de officiali prȩsumitur bonum.l.j.in fin.de offi.prȩto.& nõ præsumitur iniurię causa fecisse.l.iniuria.§.j. de iniu.& si quam culpam commisit in exequendo,modum excedendo non tenetur.l.le
6 ge corne.de sicca.† & quia in delictis lata culpa dolo non æquiparatur.l. in lege.de siccar. & non prȩsumitur ex animo fecisse.sed vigore officij zelo iustitiæ.de bo.damna.l.ij.§.si publicanus.de acquirend.possession l.minus. pro socio.l.numerato.ideo concludit quod si apparet,quod ex voluntate fecerit dolo tenebitur,& si absque culpa in nihilo tenetur, & si fuit in aliqua culpa modum excedendo nõ putat teneri.l.j de emen.seruo.Et valet argumentum de potestate dominica ad potestatẽ rectoris, de verbo.signi.l.potestatis verbo.s. in excessu.Guido de suza tenet quod si iudex in tortura hominem interemerit, vel debilitarit,quod tenebitur,quia statim quod modũ excessit prȩsumitur non iudex,sed priuatus, sicut tutor non recte administrans.argum.de episcop.& cler.l. generaliter,& videtur text. in l.item apud.§.quæ res.ver.sed si iussu in iure.ita Bart.in dict.tracta.& idem tenet Bal. in cap.j.de cle.percus.& Tancre.in suo opere in vj.Rub.q.xviij.& idem Cardina. in cap. cum in contemplatione.de reg.iur.quod si nõ excessit modum consuetum,& qui debet adhiberi,quod nõ tenetur etiam si torserit reũ, qui deinde non permiserit sibi medelas,& colliria dari,& appropinquari,& propter hoc remanserit debilitatus,vel moriatur præ nimio dolore,quod iudex non tenebitur, quia sibi imputet, quia damnum quod quis sua culpa sentit , sentire non videtur , vt in regula iuris,sicut etiam dicimus in percusso, qui mortuus est non ex vulnere,sed ex suo malo regimine,quod non tenetur percutiens de homicidio l.qui occidit.§.fin.& l.si ex plag.in princip.ad leg.aquil cum sim.Plus etiã dico, quod si cum iudex torquet in loco solito, & ceciderit rudens,& funiculus fractus fuerit aut trabes,& tortus crura fregerit,aut mortuus fuerit nulla iudicis culpa præcedente quod non tenebitur.argument.l.quemadmodum.ff.ad legem aquiliam §. magistratus.& de iniur.l.iniuriarum.§.j.& ij.argu.l.si ex plagis.§.si.coniuncta.l.item Mela.eo.titu.vbi de torquente in loco solito,quod non tenetur.& bene facit l.si putator.& l.si foueas.eod.tit.vbi de loco dicitur , & sic si torquens in solito loco torserit , & cum consuetis, ministris & ministerijs, diligentiam adhibuerit , non tenebitur.

tenebitur.argum.iurium prædi.& ff.loca.l.si merces. §.fin.alias teneretur connestabulus curiæ,ad cuius officium hoc pertinet tenere chordam, ligare torquendum, & in altum trahere torquendum,& non ad iudicem torquentem.argu.eorum quę dicuntur de carcerario curiæ, ad cuius officium pertinet cura carcerum & carceratorum,vt diximus supra vbi tractauimus de carceribus. qui connestabulus etiam tenebitur si male ligaret torquendum,propter quod ob malam ligaturam brachia frangeret, quod tenebitur,quia ad eius officium hoc pertinet de consuetudine ideo iudex ad omnia ista bene aduertat, vt preuideri faciat omnia instrumenta, si sint bene disposita & apta,ne sit in culpa, aut negligligentia. ¶ An si ex membri incisione moriatur reus teneatur potestas? decidi potest ex supradictis,quando quis moritur in tortura.

a *Teneatur.*] *Adde Felin in c.cum non ab homine.in v col.in fin.de indic.quod tormenta Barbarica esse non debent.*

b *Tormentari*] *Nunquid autem tormenta sint pro omni vel delicto crimine danda.& quæ indicia præcedere debeant,vide d. Vel. Phil. Cor. in cons 101.incipien. In causa.per totum.*

SVMMARIVM.

1 *Tortura fit ad inquisitionem, & aliquando ad pœnam*

2 *Tortura quomodo debeat fieri in magnis sceleribus*

3 *Indicia debēt esse secūdū criminū qualitates.*

4 *Indicium aliquando sumitur contra illum qui dicitur primus mortuum inuenisse.*

Tortura.II.

CAP. I.

1 LICET † regulariter adhibeatur ad inquisitionem, tamen aliquando ad pœnam.vt in l.j. C.de nume.lib.xij.vbi statuit Imperator, quod ærarij, vel numerarij fraudulenti,& voraces ad refrenandam eorum nequitiam aculeis tormentorum subdantur,& aliquando etiam pro vilibus furtis fur torquetur ad pęnam.in authen. vt iudic.sine quoquo, suffrag. §.ex diuersa. nam quæstiones pœnæ dicuntur.v.quæstio. v.illi qui hæc res fragilis est,& ei non debet credi de facili. l.j.§.quęstioni.de quæstioni. & ideo pessimum est de suspitione, aut extorta confessione iudicare.15.quæstio.vj.ca.
2 j.vbi multa de hac materia.† Adhibēda sunt autem tormenta in magnis sceleribus non extenso aculeo, non scindentibus vngulis, non vrentibus flammis, seu verberibus. 23.q.v.c.circunceliones. Vnde Tullius in rhetorica noui,dolori credi nō oportet.& Quintilianus, nec bene illā partem hominis intelligas, quæ non animo,sed dolore respondet. Vnde ad ista tormenta iuxta personarum,criminum,& temporum qualitates est deueniendum. ¶ Nam in adulterio indicia sunt locus, tempus,conuiuia,colloquia,basia,tactus,& similia.ff.de adult.l.quod ait.in princ.licet alij cum maiori astutia procedentes à talibus abstinebunt,& potius odium simulabunt,quam indicijs amorem ostendant,secundum Quintilian.& in omni crimine,vt cunctis circunstantijs in stateram aquæ discretionis appēsis argumenta,& indicia verisimilia iudicentur, non pręsumatur quis ad grauiora scelera prōptus,qui semper in leuioribus trepidauit, & econtra videmus aliquos pusillanimes in facinora grauissima prorupisse,quæ audacissimi attentare timēt,sicut ēt aliquādo mulieribus fuerūt ad crimina vires.l.j.de mili.& in quo loco in verbo,capax.plura indicia ponit Tullius primo Rheto.cū agit de cōparatione. & Plin.in ij.cum ait de cōiecturis & in iiij. post prin.& Quintilianus in declamationibus. vn
3 de † patet indicia esse iuxta criminium qualitates,quia si quis crassator accusatur, oportet conuinci ex vulneribus,& cruore, si sacrilegus arguatur spolijs,& præda tēplorum,si ve
a neficus oportet ostēdi liuoribus[a] cadauer,ij. Quintilia.sicut contra mulierem,quod fornicetur multę sunt occasiones,& indicia,puta,occasio quę ex necessitate rei familiaris procedit.l.fi.de specta.itē iniuria,aut contemptus viri locus,& ętas,& mala mens, vel si pecunię pretiū sibi dulce est. secundum Terent. Ideo ad hoc vt procedatur ad tormēta requirūtur indicia,q alias diceretur confessionē nō legitime extortā,sed per fraudē.15.q.vj.c. j.ideo periculosū est iudicibus iuuenibus,aut inanis glorię cupidis aut crudelitatē eorū pretio distrahētibus potestatis arbitrarię frena laxare,cū grauē staterā oporteat in his ante Dei cōspectū gestare,qualitatibus psonarū diligēter attentis.l.j.§.quæstioni.de quęstionib. Vnde Tullius.libr.j. Partitionum. Quæstionibus resistendum est,quia & colorem fugientes multi in tormentis ementiti sunt, morique maluerunt falsum fatendo, quam eo infici dolore.etiam multi suam vitam negle

xerunt. alij autem aut robore corporis, aut cō
suetudine dolendi, aut metu supplicij, ac mor
tis, vim tormentorum pertulerunt, alij emen
riti sunt in eos, quos oderunt. & Augusti. 19.
de ciuita. Dei. sæpe coguntur tormentis inno
centium ad alienam causam pertinentem quę
rele veritatem, & plerunque innocens luit
pro incerto scelere pœnas, & per hoc ignorā
tia iudicis est calamitas innocentis, quia ple-
runque iudex torquet accusatum, ne inno-
centem occidat, & deinde tortum & innocen
tem occidit per, ignorantiam. Sunt etiam
alia indicia violentia maleficum receptare,
defendere, visitare, associare, aut dona,
vel munera ei mittere, seu fauorem sibi im-
pendere, & his similia. de hæreti. cap. accusa-
tus. §. ij. in vj. quamuis loquitur in hæresi vi-
detur idem in alijs grauioribus. c. j. de homic.
in vj. ¶ Vnde quilibet superior malefactorem
sibi subditum secundum maius & minus tor
quere potest. dict. c. circonciliones. quod per
capit. regni est temperatum, vt in l. tormenta.
cum seq. etiam extraiudicialis confessio facit
indicium ad torturam. gloss. singul. in l. capite
quinto. de adulter. licet facta parte absente. de
excusa. tuto. §. dant. vbi sufficit probare ali-
quem dixisse. qui tutorem ex odio vel inimi
citia nominauit. Et quia in extraordinarijs
criminibus qui fustigatur. l. ictus fustium. de
infa. 22. q. quinta. hoc iure. vbi patet quod pa-
ria sunt aliquem videre suis oculis malefi-
cium facere, & illud à committente audire, se
cundum dominum Lucam de Penna in d. l.
4 j. de numera. ¶ † Et adde etiam, quia indi-
cium aliquando sumitur contra aliquem, qui
primo dicitur inuenisse occisum, & contra ali
quem, qui primo dicitur vidisse maleficium
& contra aliquem, qui valde sollicitat in cu-
ria, quod maleficium inquiratur, de quo ad
eū nihil spectat, & vidi bis occurrisse de quo
dam, qui dixit inuenisse occisum, & hoc cu
riæ renuntiauit, & ipse occiderat. Et quidam
occiderat consocium & sępius veniebat ad cu
riam importune sollicitande, vt occisor re
periretur, & fuit captus, vt suspectus, & re-
pertum est quod ipse occiderat, ac etiam ipsi
delinquentes plerunque visitant, vt audi-
ant & intelligant, quid de illo crimine dica
tur, & agatur, quod ipsi commiserant, ad
quod diuina vindicta ipsos impellit, vt puni-
antur, quia nullum malum impunitum.

a ¶ *Liuoribus.*] *Et adde Suet. ī Calligula. ī prin. quod mortuus veneno cognoscit ex liuoribus in toto corpore & sputis ore fluentibus & cremet corpus cor illesū remanet à ueneno præseruatū.*

SVMMARIVM.

1 *Tortura est adhibēda post auditas defensiones inquisiti & cum qua discretione nume. 2.*

3 *In tortura incipiendum est à timidiore & magis tenero, vt citius eruatur veritas.*

CAP. II.

VIso de indicijs, sequitur de mo-
1 do torturæ, in quo dicas, † quod
tortura est adhibenda auditis de-
fensionibus rei inquisiti contra
inquisitionem, & indicia, quæ si non eua
cuauerit indicia quæ, erant contra ipsum
ꝓbādo aliqua, quę ipsum releuēt, vel testes re
pulsando, tūc tortura adhibetur, quæ dēt adhi
beri cū moderamine & discrete. l. si mors. C.
2 de q. & in l. de minore. §. tormēta. eo. ti. † q̄ di-
scretio dēt haberi circa tria. Primo respectu
cāę arduę, quę aliter adhibeť in causa crimina
li ardua, & aliter in leui. l. vbi. ff. de fals. et aliter
in homicidio, q̄ in furto, & acrius ī crimine lę
sæ maiestatis, q̄ in crimine falsi, & aliter cōtra
latronem, & stratarum disrobatores, quam con
tra furem, abigeos, vel stupratores, aut adul
teros. Secundo respectu personæ, quia ali-
ter sunt torquendi serui, & duri. Aliter inge
nui & delicati. l. milites. eodem titul. Requiri-
tur etiam vilitas vitæ in torquendo, vt in
constitutio. regni si damna clandestina. vbi
textus, glossa, & Andræas, & dixit Baldus
in authentic. si dicatur. C. de testibus. in fine.
quod leuis, & vilis persona iudicatur, qui
commisit aliquod graue delictū. per textum
in l. j. C. vbi sena. vel clari. Tertio respectu qua
litatis tormentorum, quia si sufficiant tormē-
ta leuia, non sunt inferenda grauia. l. nemo car
cerem. de exacto. tri. leuis autem tortura non
est tortura. Bal. in l. ij. quo. appel. per l. ob. quæ
vitia. de ędilitio. edicto. vbi de febricula quæ
nō dicitur febris. ¶ Multa etiam sunt cōsiderā
da, quę iudicis arbitrio relinquuntur, vt circa
minores, qui ferula cædi debent, vt dict. l. de
minore. vnde tota tormentorū moderatio iu-
dicis arbitrio committitur. ff. eodem. l. quęstio
3 nis. † Et vt veritas cito eruatur incipiendum
est à timidiore & magis tenero, quia per eum
facilius veritas explicabitur. l. vnius. ff. eodē.
a & primo à filio, quam à patrę. a argument. l.
isti quidem. ff. q͡ metus causa. & prius à mulie
re, quam a viro, quia sunt magis inconstantes.
quā viri. arg. l. in multis de statu hominū &
q͡a mulieres sunt magis loquaces quā viri. vt
habetur in euāgelio resurrectionis dn̄i, & cū
iudex

iudex viderit aliquē induratum ad torturam. debet à tortura desistere pro tunc, & si habet contra talem indicia euidētia debet ipsum repetere interueniente congruo interuallo. d. l. vnius. & quia non debet in omni leui maleficio deueniri ad torturam, sed in delicto graui, nec debet venire ad torturam, nisi cum aliter veritas exquiri non possit, nisi interueniente tortura l. ideo. ff. eod. Si tamen se absentet & fugiat potest cōpelli remediis oportunis ad personaliter cōparendum, vt torturam subeat. l. consentaneum. C. quomodo & quādo iudex. cui dabitur dilatio ad contradicendum, quare non sit torquendus. l. milites. & l. cognitionaliter. & l. i. §. vnius. de quæstio. secundum Angelum in d. l. cognitionaliter. & in l. milites. eod. tit. & de hac repetitione. vide infra latius.

a *Quam a patre.] Adde eun. supra in uersic & aduertendum. ii. col.*

SVMMARIVM.

1 *Custodes possunt torqueri quando furta fiunt de nocte.*

2 *In causa adulterii tota familia pōt torqueri.*

3 *Furtum præsumitur commissum potius a familiaribus, quam ab extraneis*

4 *Vxores non possunt torqueri pro rebus mariti amissis sed cōcubinæ bene possunt torqueri.*

CAP. III.



Licet aliàs dicatur, quod torquēdo sint dandæ defensiones plenariæ, & tamen in furtis quæ cōmittuntur in hospitiis dixit Bart. in l. eos. §. fi. i fi. ff. furti aduersus nautas. qđ datur consilium a lege, ꝙ iudex habet potestatem super hoc tormentādi familiares domus, & alios, qui erant in domo. & procedendo super hoc summatim per l. quoties. C. de naufra. & l. de submersis. eo. tit. & dixit idem Bar. in l. dominus horreorū. ff. loca. ꝙ quādo domus alicuius frangitur, illi qui habēt domus notitiam sunt suspecti, & possunt de facili torqueri tales personæ ad inuestigationē veritatis Dicens, quod quando fiunt maleficia occulta, officiales consueuerunt capere vicinos, à quibus verisimiliter debet veritas sciri alleg. Iaco. de Are. in l. si ita. ff. de fundo instru. aliàs in l. in fundo. vbi etiā Bartol. & sæpe tormentātur familiares caupo

num, quia sunt viles. & facit quod Bar. di
1 xit in l. i. in princ. ff. de offic. proconsul. † ꝙ quando fiunt furia de nocte, possunt torqueri custodes vt indicent, furem, Et prædicta limitantur non habere locū, nisi quādo vicini, & familiares essent suspecti, qđ fecerint. arg. l. non omnis. §. a barbaris. de re milit. quia non possent torqueri, sed terreri. per l. 3. §. idem. de test. quia tortura habet iniuriam, secundum Bal. in l. i. in princ. C. loca. vbi late per eum. & idem
2 Bald. in l. fi. de quæstio. & dixit † quod pro veritate eruenda est torquenda tota familia in causa adulterii. l. in adulteri. de adulter. quia qui sunt in domo scire præsumantur, quæ fiunt ibi. & ideo. ratione istius præsumptionis torquentur, qui in domo sunt nō alii. argu. d. l. dominus horreorum. & l. cōsensu. de re. public. §. super & de testib. cap. veniens. ¶ Quod est verū, nisi sint bonæ famæ, & bonæ vitæ, secundum Bald. in d. l. i. C. locati. in princ. & in fi. & Bar. in l. fi. de quæstio. dixit, quod vicini & conseruantes præsumuntur fecisse furtū si sint malæ famæ, vt ibi. & facit gl.
3 de exhib. re in princ. † vbi dicitur, qđ furtum præsumitur commissum potius a familiaribus, quam ab extraneis. & quod Bald. dixit in l. inciuile. C. de furt. & quod Bart. dixit in l. i. §. serui. ff. nau. caup. licet Spec. videatur tenere contrariū in titu. de furt. in §. i. vers. pone & vide Cano. in c. 2. de purga. vulg. & dixit nota. Bal. in l. i. C.
4 de natura. libe. † quod pro inuenienda veritate rerū exportatarum sunt torquēdæ concubinæ, non autem vxores quæ proprio iuramento tenentur iudicare. l. ii. C. quand. & quib. quart. pars. vide infra in c. vicinitas. inducit. cum ibi remissis.

SVMMARIVM.

1 *Misericordiæ genus est cito occidere.*

Tortura. III.

CAP. I.



Tortura grauior est pœna, quā utriusq; manus abscisio. in authen. vt nul iud §. fi. vnde Cassio. in lib. variar. epistol. 46. grauius est speciem à te mortis expetere, quā tormentorum crudelia sustinere, inter supremas enim anhelatus angustias potius est perire, quam viuere, & detestabilis

sensus pœnarum excludit dulcissimæ salutis affectum. Et Seneca in libr. de beneficiis. † Misericordiæ genus est cito occidere, quia tormentum vltimum finem secū affert, acerbissima vero crudelitas est, quæ pœnam trahit. & ad Lucillum epistol. 22. nemo tam timidus est, vt malit semper pondere, quam semel care. vnde facilius reperiuntur, qui se vltro morti offerant, quam qui dolo ré patienter ferant, ut ait Iulius Celsus libr. xii. quem refert Luc. de Pen. in l. quoties. de dignitat. libr. 12 circa tertiam. colum. Ideo solent aduocari indurare corda reorum, & dicere clientulis carceratis, qui timent torqueri melius est semel in tortura pendente, quam semper in furca stare. & de his solet esse schola in carceribus vt dicit Andr. de Isern. in constitutio. regni si damna, & solent dicere torquendis. Quid enim si haberes brachia fracta? nōne sustineres medicum aptantem ossa? cum dolore? Quid enim si dolore illiaco vexareris, nō ne perferres? Quid enim si podagrā haberes nonne sustineres dolorem aut te occidere? Ideoque melius est breui tēpore dolorem chordæ præferre, quam morté subire. Et sic solent indurare mentem reorum, nec confiteantur Multi etiam indurantur habentes breuia scripta in brachiis & dixit magnus theologus, quod si quis gestaret in dorso versum Psalmi, Contere bracchum peccatoris & lingua maligna snbuertetur, & non reperietur. quod non confitebitur in tortura. Alij cum incantationibus factis nullum senserunt dolorem. Et dicit Alber. ma. in li. de secretis naturæ, q. lapis mēphites dictus à ciuitate q̄ dicitur mēphis tritus, & aqua mixtus & datus potari illi, qui debebat pati cruciatus, quod inducit insensibilitaté pęnę, vel cruciatus. Et alii etiam dixerunt, q̄d bibendo opium non sentit dolorē; & multi sunt, qui sunt ita temperati corpore, q̄ non curant, pe chorda, & alii propter consuetudinem torturæ. Et vidi experiri de quodam ribaldo, qui pro quinque carnelis permittebat sibi dare vnā tractā chordæ, ideo iudices maleficiorū solent noua genera tormentorum inferre, quando crimen esset grauissimum, vt homicidium, & crimen læsæ maiestatis, & heresis, & quando staret in chorda reus induratus & eam parum æstimaret, & indicia essent vrgentissima, & aliqui faciunt per inquisitionem in personam denudando, & pilos totius corporis abradi faciendo, & quidam qui fuerat bene tortus, & nihil confessus fuerat, cum fuerat abrasus nudatus & toto corpore bene lotus cum vidit se ligatum ad chordam, statim confessus est maleficiū, iterata enim & repetita tortura postquā tortus quieuit p aliquos dies magis timetur, & grauioré dolorem causatur, & ideo vt plurimum cito confitentur, quia acerrima est & propter carnem contusam & deinde solidatam causatur dolor intollerabilis.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentia remittit pœnam, & non infamiam.*

2 *Petens a iudice aliquem torquendum debet iurare, quod non habeat alias probationes.*

CAP. II.

PONe. quod aliquis commisit multa crimina & delicta, & deinde accusatur de illis delictis criminaliter, & fit p̄cessus, & in publicatione causę producit indulgentiam criminum, & accusator potest ipsum torqueri pro suo interesse, vt sciantur bona quæ surripuit, & damna data, & particeps, & vt lux veritatis appareat, & per suam confessionem probentur, ipse accusatus opponat, quòd crimina sunt remissa, & pars accusans debet ciuiliter p̄sequi suū interesse, cū criminа sint extincta per indulgentiā, & in ciuilibus nō fit locus torturę, an iudex hoc nō obstāte possit illū ponere ad torturā, vt confiteatur quātitaté bonorū subtractorum cū circunstantiis, quia apparebāt indicia cōtra eum? Dico q̄d sic, quia cū ipse delinquens ante indultū passus fuerit inquisitionē criminalē, vel libellū accusatoriū, & in eo fuerit lis contest. & seruata fuerint omnia solēnia iudiciorum criminaliū, & factę sint p̄bationes, ex qb⁹ apparēāt indicia cōtra ipsū, & indiciisq̄ contrahunt l. 3. §. idē scribit de peculio. poterit torqueri, quia tortura nō fit ad pœnā sed ad inuestigationé veritatis. ff. de quæsti. l. editum. vbi Bar. & est text. in l. nullam

lã.C.de infami.vbi dicit glo.q fit vt veri
tas eruatur per confeſsionem,ſiue princi
paliter inculpetur.l i.de infami.ſiue con-
tra alium,vt teſtis inducatur, quia qñq;
etiam teſtes torquẽtur à diabolo.l.falla-
citer.§.q ſi neget.& de quæſtio.l. vnius.
§.teſtes.& l.ex libero. ¶ Aliud ſi fuſtige-
tur nõ ad inquiſitionẽ,ſed in pœnã ſuã p
delicto cõmiſſo.ff.de infa.l.ictus fu ſtiũ.&
a facit,† quia indulgentia remittit pœnam,
nõ infamiã.l.ſi.de gene.abo.& facit ď fal.
l.ſi docueris.vbi poſt indulgentiã falſi q̃
ritur ciuiliter de fide ſcripturæ, & quia
pars nunc petiit torturã non ad punitio
nem pœnæ delicti,ſed vt delinquens con
fiteatur, & releuetur ab onere probandi,
quę eſt probatio partis ad veritatis inda
ginem.l.de minore. §.tormenta. de quæ
ſti.in verbo,nõ quanta accuſator poſtu-
lat. & princeps concedens indulgentiã,
non videtur remittere ius partis.gl.ſing.
31 *Iudex debet perquirere defensionem rei.etiã reo non petente.*
32 *Iudex uidens sententiam iniustam, debet supersedere in executione.*
33 *Probatio bonæ famæ facit purgare indicia.*

Testis

34 *Testis qui non debet examinari, an faciat indicium examinatus.*
35 *Testis non faciens indicium, an faciat praesumptionem.*
36 *Testes uiles admittuntur quando non possunt haberi nobiliores.*
37 *Aduocatus admittitur in subsidium in testem pro clientulo.*
38 *Testes infames faciunt qualequale indiciũ. Et quid importet hoc nerbum qualequale.*
39 *Quando requiritur certus numerus testium minor facit indicium.*
40 *Condemnari quis non debet ex confessione facta in tormentis non praecedentibus indicijs.*
41 *Tortura indebite facta à principio nõ vitiat reliquum proces. validum ex post factum.*
42 *Confessio facta, an transeat in condemnationem.*
43 *Ex indicio probato potest deueniri ad torturam in vtili ꝑsona secus in viro bonae famae.*
44 *Iudex an ex vera & infallibili conscientia posfit cõsentiẽtibus ꝓbationibus torquere.*
45 *Iudex debet esse facilior ad tormẽta ĩ occultis.*
46 *Indicium quid sit.*
47 *Tribus testibus amicis creditur rõ numeri.*
48 *Indicia sufficientia quae sint.*
49 *Indicium vnum an sufficiat ad torturam, uel requirantur plura.*
50 *Aduocati debent interesse disputationi, an indicia sint sufficientia.*

Tortus.

CAP. I.



AN stetur dicto torti qui de aliis confitetur? Dic quod si torquetur in alios nõ in se, nec in socios stari debet dicto suo, cũ aliis indiciis ad condemnationem. C. de assess.l. nullus.ad fin.& l.edictum ff.eo.& l.i § post quaestionem. Et si dixerit de inimico nõ creditur statim nisi causa cognita.l i. §. praeterea. ff.eod.& argumen.l.3. in princi. de testi. Aut torquetur in se aut in alios, & si nihil de se confutet habẽt locũ supradicta, si cõfitetur de se & de aliis, tũc secũdũ Azo.
1 interrogatus † de propria conscientia, nõ debet de aliis scrutari, & maxime de sociis.l.qui de se.ff.eo.& C.eo.l.sicut.in princi.C de accu.l.fi. & si de facto interrogat vel si nõ interrogatur dicat de aliis, nõ stabit dicto suo. ¶ Fallit in casibus in quibus de se confessus torquetur, & de aliis interrogatur. Si tam͠e contra illũ alia sunt indicia, vt in latronibus, qui de se & sociis interrogantur, & de mandatoribus & aliis. l.diuus.de custo.reo. C.de pœn.l.pe. Secũdus casus in l.i.de fal.mo. Tertius in l.fi. de exhi.re.& in l.fin.de maie.ff.ad..Silla. l.i.& l.si percussor.vbi est speciale.& ff.eo. l.is qui.& ad leg.Aquil.l. inde Neratius. §.si seruus. Et qui requirantur indicia, aliàs de aliis non interrogabitur.l.fi.ff eo. Erit contra illos aliqua praesumptio non plena probatio.l.fin.C.de accus. Quo casu an isti inculpati a torto per talẽ praesumptionẽ torquebuntur? Dic quod sic. in dictis quinque casibus in aliis non .arg. d.l.nullus.& argu.ff eod.l.edictum.§.i. et §.cum quis.et l.quaestio.§.dixit.et C. de accu.l.fin.ff.eod.l.is qui. Tamen si ipse inculpatus sit malae conditionis, et in aliis casibus exceptuatis, non torquebitur de iure ciuili, quia non procedunt indicia, et inculpatio torti non inducit indicium. cum interrogari non debuit.d.l.fin. et d. l.is qui. Licet de consuetudine seruetur cõtrarium. ita Bar.in d.tractatu.de quaestio. vide infra in c. confessio sociorũ. et in ca. an confessio delinquẽtis noceat tertio. et in c.an dictum socii.et in regno est capitulum quòd incipit, constitutionem diuae memoriae.in rubri. de confes. latron. et in alio.cap.de testi.publicè disrobatorum. And.de Isern.in constitut. si quis dãna clandestina. vbi late. ¶ Accusatur aliquis de furto, et sunt indicia de hoc furto an sit torquendus, vt alia furta confiteatur, de quibus nulla sunt indicia? Dic qđ non, de iure, quia quo ad alia furtuta nul la praecedũt indicia, et sine indicijs nullus debet torqueri. C de fal.l.sicut. et ff.eod. l.i.in princi.et l.maritus Sed de consuetudine Italiae seruatur contrarium, p̃ser tim in furtis, quae magis frequentãtur, q̃ consetudo potest iuuari per l.non omnis. a Barbaris.de re mili.& l. congruit.de off. praesid. Bartol.in d.tract. Et si tortus confiteatur alia delicta, ex quibus indicia nõ praecesserunt sibi non praeiudicat, sed debet nouus processus inchoari, secundũ Andr.de Iser. in constit. regni, si damna clandestina. & Inno.in c.2. extra.de con
2 fes. ¶ † An is contra quem sunt indicia

audiatur dicendo, peto defensiones contra indicia ante torturam? Dic qđ sic maxime quando est tale quid, quo probato non debet ad torméta procedi, quia post torturam non esset remedium. l. 2. de appella. recip. nam aliquid solent in tormentis deficere. ff. de pœn. l. aut damna. §. i. & facit. l. 2. de custod. reor. & ff. eod. l. i §. si quis vltro. Et non debet ad torturā procedi si non constet prius de maleficio. l. 2. §. illud. ff. ad Sillanian. Nam pro eruenda veritate debet constare, quod factum fuerit. & idem Bartol. in l. diuus. de testa ment. milit. & Bald. in d. §. illud. ¶ Testis fuit tortus, & non in tortura cōfessus fuit, & ante sententiā dixit se errasse. Au possit reuocare errorem facti? Dic quod sic, ante sententiam, quia non videtur fateri. l. 2. in princip. de confessis. & l. error. de iur. & facti. & facit l. 2. quo appellat. Nam etiam condemnato & confesso in tormētis facta in perseuerantia, & post sententiam subuenitur propter errorem suum de sua innocentia docere volenti, & si ostenditur, absoluitur. ff. eodem l. i. §. si is. Nam confessus formidine tormentorum auditur. dicta l. 2. C. qui appellat. non licet. Et si in iure errauit non auditur contra confessionem dicta l. error. Bartol. in dicto tracta. de quæstioni. ¶ An confessio in tormentis non perseuerata probet semiplene? videtur qđ sic. l. 2. C. de exhib. reis. ff. eodem l. secunda. §. diuus. qui §. intelligitur in confessione torti nō perseuerata. Vel dic & verius, quod nisi perseuerata fuerit talis confessio, nec plenam nec semiplenam probationem inducit, quoniam non cōfiteri, & confiteri formidine tormētorū sunt paria l. 2. C. quorū appellationes Bar in dicto tractatu. & infra vide. ¶ † An cōfessio torti sine idiciis,
3 a vel cum nō legitimis valeat a? Dic quod non quā quā perseuerauerit in ea. ff. eod. l. diuus. & l. maritus. & l. i. & arg. C. si ex plu. instru. l. 3. nam à tormentis non incipitur. l. i. ff. eo. & l. maritus. & C. eod. l. conditionaliter, & l. milites. qua deficiente quicquid sequitur nō valet ipso iure. de legi. l. nō dubium. & de fide instrumē. l. i. lib. x. & de in integ. resti. l. diuus. C. de appella. l. nominationes. Bar. ibidē. ¶ Cōfessio rei facta in tormētis nō habeē pro explorato facinorose, nisi perseuerata. vt supra, & dicetur facta in tormentis, si ad pedē chordæ ducitur ligatis manibus, & si timore inducitur à iudice, vel terrore qđ nisi incontinenti cōfiteatur subiiciet tormentis, quæ nō præiudicat, nisi perseuerata, vt supra. quia confessio facta formidine tormentorū æquiparatur à lege ei q̄ facta est in tormentis. arg. gl. in d. l. diuus. in l. maritus. & ar. de iniu. l. Item apud. §. adiicitur. ibi, vel leuius fictio. & facit de vi & vi armata. l. idē. §. armati. vbi sufficit terror armorū, etiam si quis his vsus non fuerit. & facit. l. i. §. diuus. ff. de sicca. & qb. ex cau. maio. l. 2. ¶ Et idem si stringatur in loco, & denegentur sibi alimenta quousque cōfiteatur, vel si in frigore fecerit stare nudum, quia videtur torquere dicto. §. adiicitur. Et si dixerit, nisi confitearis, te torquebo, non dicitur tortura, quia leuis territio & c. d. l. item apud versi. sequens. C. quod met. causa. l. metum. Probabilis autem. terreor. quæstionis accipitur, instans, vel præsens, sicut dicimus de instante cruciatu. l. metum. ad fin. C. quod met. causa. Nam leuis territio in locum torturæ facta, est derisoria. argu. l. hæc satisdatio ff. si cui plusquam per l. Falc. Bartol. ibid. ¶ Tortus ad perseuerandum debet duci ad locum publicum extra aspectum torturæ, & sub testimonio aliquorum, vel apud acta, & ita scribitur. argumen. l. 2. de custo. reo. in vno publico testimonio. Et cum aliquid nō sit determinatum tempus inter medium ad perseuerandum & dicitur in dicta l. secunda post modicum Tamen Iudicis potestati remittitur. argu. l i. in fin de iure delibe. de pœn. l. ho. de
4 effrac. l. i. Bartol. ibidem. Qui † debeant interesse torturæ vide. ff. de adulte. l. postulauerit. §. quæstioni. Tamen dictum torti debet recipi in secreto cum similitudinem habeat testis. ff. eo. l. i. §. Imperator. & in summa titulo de quæstioni. et ibi vide de aduocato, qui debet adesse disputationi, non autem confessioni, vel respōsioni, ne illum instruat. vt no. gloss. & Bar. in l. secunda C. de iur. calum. Nisi esset nimis simplex, qui decipi possit, secundum cano. & in c. dilecti. de iudi. & alii in c. pastoralis. eodem. titu. & Bal. in dicta. l. 2. & vide in l. proxi. de his quæ in testa. delen. & in l.

& in l.non solū.de procura.& vide Bart. in l.custodias.de accusa. & in iuribus supra allegatis. ¶ In tortura præcedere debent verisimilia indicia,ex quibus obiecti criminis reus ex præsumptione culpę animus iudicis informetur.ff.eodem l. cognitionaliter.& l.milites.§.oportet.& l.sicut.C.de fal. Bar.ibidē.¶ An si probet accusatum esse inimicum offensi, sit indicium ad tormēta? Videtur quod sic. quia de inimico lex pręsumit omne malum.ff. de quæstio.l.i.§.præterea.& l.vnus.§.testes.in princip.Item si accusatus se iactasset de maleficio committendo, quia talis mali iactatio inducit indicium contra accusatum, quod maleficium commisserit considerata personæ qualitate.arg.l.i. in fine.si quis impera.& C.quod met.caus. l.metum.& ff.eod.l.3.ad legem Iuliā maie.l.famosi.de offic.magistri mili.l. per armeniā.de supel.lega.l.Labeo.2. Itē si accusatus visus est fugere de loco maleficii commissi,quia fuga eum accusat.de exhi. re.§.si vero. & de san.epis.§. si quis. Vel si consiliarius de loco officii se absentat, habetur pro confesso, quod maleficia fecerit.C.de asses.l.cōsiliarios. ff. de suspec. tuto.l qui puberibus. §.i. Vel si is contra quem fama laborat, sit homo paruæ conditionis.quia talia consueuerit facere.de quæstio.l.de minore.§.tormenta.& de accu.l.si cui.§.inde Bar.in dicto tractatu. & in constit.regni si damna clandestina.vbi dicitur quod requiritur vtilitas vitæ. vide infra.in c. repertus. ¶ In materia torturæ vbi statutum facit mentionem de præsumptionibus euidentibus, erunt p̄sumptiones euidentes,magna indicia, q̄ sunt aliquando dominis indubitata, & plus indiciis simplicibus. Bar.in dicto tractatu in fi.¶ Indicia indubitata erunt quādo camera habet vnum tantum aditum, & exitum,& quidam pallibus & trepidās habens gladium sanguinolentum in manu,& statim ibi reperitur homo occisus, ex quibus ad torturam,& etiam ad pęnæ impositionem potest procedi. ita intelligitur.l.sciant. de probatio. Nam palliditas & trepidatio est vnum indicium contra ipsum.vt in §.tormenta.Delatio gladii præsertim nudi est aliud indiciū, quia de portātibus arma præsumitur malum. l.i.vt armo vsus.in auth. de manda.prin. in §.fina.& quod gladius erat sanguinolētus.est alius indicium de homine occiso, quia ex facti qualitate accipitur coniectura.Bar.in dicto tractatu.

¶ Repertus est Titius in vinea occisus,accusatur Seius, probatur quod erat inimicus occisi, & quod viderunt Seium mouentem gladium contra Titium & probatur quod Seius aufugit tempore maleficii commissi, & probatur per famam, & vocem publicam, quod Seius occidit Titium, ista quatuor simul iuncta quæ per se non sufficerent erunt sufficientia indicia, & p̄sumptiones indubitatæ ad torturam, & etiam ad cōdemnationem, sic intelligitur.l. sciant de probatio.Bar.in dicto tractatu.& infra in c. an si probetur.

¶ Indubitata indicia,vel p̄sumptiones sūt etiam, si accusatur quis quod fecit occidit Seium.probatur quod accusatus erat eius inimicus,et quod commisso homicidio receptauit homicidam, et quod homicida erat domesticus, et familiaris eius,et quod est fama,quod ipse fecit eum occidi, et quod se iactauit q̄ fecit eū occidi,et est talis quod est verisimile,quod talia fecerit,et quod olim inter ipsos fuerāt offensi, ista sunt indicia ad torturam et condemnationem. ita intelligitur.l.sciāt. de probat.Et facit in authen. de fide instru.§.si nullus eorum.duo enim imperfecta,vel vnum imperfectum faciunt vnum perfectum.C.de agri.et censi.l.sancimus. et extra de testa. §.præterea. et de testamen.l.sancimus ad fin.et vide de excusa.

5 tuto.l.fina.in principio.¶ † Nam causa criminalis per argumenta cognoscitur, et per præsumptiones.eo. ti.l. de prætio. et facit in authen.matri et auię.§.illud.Bar. ibidem.¶ Quia secundum iura ciuilia milites non torquentur,vt supra. An habeat locum in militibus nostri tempor s, qui non sunt in exercitio armorū? Dic quod non quia non seruant præcepta militaria,nec sunt in expeditione, vnde illis priuilegiis non gaudent. in authen. de mandа. princi.§.fin. vbi in glo.et facit.C.de fabri.l.si quis consortium.lib.xi. de episc.et cleric.l generaliter.et l.nominationes.C.

6 de appellationibus.† Nam in certis criminib.torquent clerici.C.de episcopis, et

clericis.l.presbyteri.in glos. & l.fallaciter. C.de abolitio.secus per authentica. Federicus ad decus & decorem, ¶ † An iudices, seu aduocati posśint torqueri? Videtur quòd non, sicut nec veri milites, quia sunt milites militantes, quia militant patroni causarum. C.de aduoc.diuer.iud. l.aduocati. Præterea sicut militantibus est concessum vt condemnati non exigantur nisi inquantum facere possunt, ita & patroni causarum.ff.de re milit.l.milites. primo respon. Econtra quod posśint torqueri, quia nulla lege cauetur, ꝙ milites, seu aduocati sint immunes à tortura, tamen de iuris subtilitate non debent torqueri.d.l.aduocati. Sed de consuetudine, quæstio optima legum interpres seruatur aliter. Barto. in tractatu de quæstion. qui in principio dicit, quod iudices non torquentur. Tamen Ludouic. in verbo, tortura.dixit, ꝙ milites doctores & similes non torquentur. l. milites. & l. diuo Marco.de quæstio.& dixit quod consuetudo dictans contrarium est nulla. l.omnes iudices.C.de decurio.vbi Bart. nota. & vide Cy.in d.l.milites.vide omnino in verbo, doctor.in capitu.doctor, seu aduo

7 catus. Et † etiam consiliarij ciuitatum non possunt torqueri de iuris subtilitate, quia sunt decuriones. ff. quod cuiusque vniuer.l.nulli.de verb.sig. l.nullus.§.decuriones. Tamen cōtrarium seruatur secundum Bartol. in tracta.de quæstion.& Iacob.de Aret.dicit, quod consiliarii ciuitatum de consuetudine torquentur, licet sint decuriones, licet de iure non sint torquendi.l.fin.de decurio.& l.diuo Marco. & l.milites.C.de qōnib. & vide supra in c.iudex uon potest torquere. & infra si mandauit Rex. & supra in verb.doctor.

8 ¶ † Tortura iudicialis debet esse cum indiciis.l.quæro.in fi.de ædil. & de proba. l.cū probatio.& l.maritus.de qō. Quę pōt esse seuerisśima, si indicia multa vigeant infra mortē, tn̄ maxime vbi non imponeretur pœna mortis. Bal.in l.cui seruus.de cōdi.cā data. Guli.dixit in l.fi.C.de qō.ꝙ in mediocribus tortura debet magis valere, quia est minus coacta cōfesśio.arg.l. metum.ff.quod met.caus.de transac.l.interpositas.secundum glo.in d.l.fina. quæ procedit in dicto testis torti, vbi tortura nō debet esse nimis leuis, sed moderata. Sed in tortura partis quanto esset leuior, tāto magis crederetur torto, & plus credit̄ testi torto, q̄ testi nō torto. Et contrarium est in parte torta, in qua requiritur perseueratio, per l.ii.de custodi.reorum.secus in teste torto, in quo nō requirit̄ perseue

9 ueratio, † quia testis nō pōt ex interual-

b lo se corrigere.[b] l.fi.de testi. quod est verū de spōtanea, nō de extorta per tormēta.de adult.l.si postulauerit.§.antepen.& si secundū Bal.in d.l.fi. ¶ Talis substātialis ordo traditus est in tortura, vt indicia præcedant torturā, quæ si secuta fuerint torturā, neq; tortura, neq; ea quæ secuta sunt, reconualescunt.glos.sing. in l.maritus.in penul.de qō.ibi, probat approbata. & Bal.in l.fi.C.de accusa. ¶ Cū certum est quē cōmisisse delictū non est vlterius torquendus.Bar.in l.& si certus.ad silla. allegat Cyn.in l.ii.C.quo.appe.& Bal.& Cy. in l.ii.de iur.cal. Nisi fiat vt socii occulti manifestentur.qua cautela vtuntur iudices malitiosi, vt delinquentes confiteantur, & non possunt appellare, iuxta l.ii.C. quo.appella.& l.qui sententiam. de pœn. & vide Cyn.l.iii.ff.de accus. & quod habetur in l.qui vltio.de pœ. vbi an dictum socii tunc probet. & in l.fi.de malefici.

10 ¶ † An dominus posśit torquere seruos suos? Dic quod sic.l.& si seruus. §.appetitus.& ibi quæ alleg.concord.ad silla.vbi idem de hærede pro vindicanda nece defuncti, quia dominus habet imperium in eos vt ibi.non tamen potest occidere, sed iudici occidendos tradere.l.pen. de cōdic. ob cau.& glo.in l.si ea.C.qui accusa. aliàs C.de his quib.vt indig. quā Bal.ibi reprobat. Et idem tenet Ludo.in d.§.si appetitus.ꝙ hæres posśit non terribiliter ipsos torquere, sed paruis tormentis afficere, vt dicāt ea de quibus iudici resultent indicia ad torturā.ar.l.liber homo. & l.Ne-

11 ratius.§.si seruus.ad l.Aqui. ¶ † Nā iudex non pōt seruos torquere sine indicio. gl. in l.i.§.illud.C.eo.& l.quicūq;.de ser. fugi.& l.cū seruum quispiam.eod.titu. & l. quæro.§.fi.de ædi. edic. Quod est verum, nisi serui veniant torquendi ex aliquo coutractu, quia tunc serui torquentur sine indicio.glos.sing.in l.interrogari.C.de qō. Nam alia iura loquuntur qn̄ torquētur

tur

tur propter delictum.& no.glo.& iura in dicto §.si appetitus.quia dominus potest occidere seruum ipsum vulnerantem incontinenti.& vide in l.circuncidere. §.si. ff.de sicca.& vide Bart.in l.prius.ad Silla. qui dixit quod seruus potest torqueri sine indiciis in materia illius tituli. Licet Dyn.in l.i.de quæsti.dicat contra,& non bene.per l.i.§.item.ad silla. & §. eo autẽ. secundum Ludo.in dicta leg.prius. vide tamen Ludouic.vbi supra.Et vide not.in
12 l.ex liberto.de quęstio.¶† Iudicis in tormentis debent adhibere modum inculpatę seueritatis.C.de custo.reo.l. non procedere ad ea,nisi cum causæ discussione, & absque furore mẽtis.C.de quęstionib. l.de minore.§ tormenta. quia nimius feruor conuertitur in furorem.Vnde iudices debent habere animum moderatum, discretionem,& intellectum.de offi. præsi.
13 l.obseruandum.¶† An confessio facta in tormentis sit sufficiens ad punitionem? Dic quòd non,nisi perseueretur, vel rati
c ficetur sponte.c l.si quis in ea.de custodia reo.vbi hoc tenet Iacobus Butrigar. azo. tenet quod perseueratio tunc requiritur, quando per torturam cõfessio extorquetur,alias non.& idem tenet Odoffre.& facit l. seruo.ad l.iuliam de vi. licet ibi gl. dicat contrarium, tamẽ licet doctores ibi dicant quod requiritur perseueratio apud acta, quia aliter confessio in criminali nõ sufficit ad condemnationem, licet ad torturam sic per glo.in l.iubemus.de libera. caus.Et cautius est quòd iudex adhibeat testes, qui videant quod sponte confitetur.& cautius est, vt faciãt confessionem ratificari,secũdum Azo.in summa de confessis.qui dicit quod requiritur perseueratio, quando confitetur per torturam, & non quando sponte,& hoc tenent Iacob. Butri.& Bar.per dictam l.seruos.Et dicũt quòd quãdo perseueratur per expressam confessionem apud acta factam potest ex ea condemnari;& quando tacite perseueretur, quia non reuocatur, & est sponte facta sufficit ad cõdemnationem.ideo assessores faciunt scribi quod sponte, & est falsa tunc talis scriptura. Quando autem reuocatur confessio, admittitur reuocatio si sint indicia facientia pro reuocatione.Sed iste potest cogi confiteri, ergo fortius potest cogi in confessione perseuerare.Et vbi non apparent indicia,tunc talis reuocatio sponte facta non procedit, vbi error allegaretur, vel probaretur, vel aliàs non staret per allegãtem rationem, sed per iudicem,quo minus probaretur. l.de ætate.§ fin. de interoga.acti.& quod no.de infami.l.ictus.Tamen posset confessionem interpretari nõ in totum perimẽdo.de accus.cum dilecti.Tamen illa ratificatio non debet statim fieri,quia videtur adhuc metus tormentorum instare.argument.l.2.C.quod met.causa. ideo oportet quod per diem & noctem dimittatur quiescere,& si neget,non stabitur primæ confessioni.per l.1.de quæstio.in §.si quis in ea.Ideo dicit Iacob. Butr.in l.2. quod metus causa.quod non valet,nisi perseueret confessus in loco remoto à loco torturæ,aliàs non valeret perseueratio. argument.l.2.de custo.reo. & tenet Bart. in l. i.§.diuus.de quæstio.qui dicit quod tempus erit arbitrio iudicis quod dolor cessauerit. Bald.in consi. tres sunt casus. dicit quod quando cõfitetur in tortura vel metu tormentorum non creditur confessioni,nisi indicia pręcedant,& si post confessionem probentur indicia, non valet confessio, & iudex appellationis non debet eam sequi.ꝑ no.in l.maritus.de quæstio. Et vbi sponte confitetur statur confessioni,nisi indicia ꝓbabilia & verisimilia, vel innocentiam subesse appareant in contrarium l.i.§.si quis.de quæstio. Et si reuocet confessionem, & detegat innocentiã, debet liber liberari.l.2.C.quo.appella.per Cyn.& l.fina.de erro. aduoc. Vbi autem dicat quod per metum tormentorũ fuit confessus, & iudex, & tabellio dicunt qđ sponte, si aliter non probetur delictum corã iudice appellationis dẽt per locum à coĩter accidentib.præsumi timor tormentorũ.ſm Cyn.Iac.Butr.in d.l.2. qđ met. causa,quia nemo vitam suã odio hẽt,ideo ex sola confessione reuocata nõ condemnabitur,quia glo. dicunt quòd soli nudæ confessioni non creditur, d.l.2. de custodi.reo.& difficilis est probatio torturę qa fit sine testibus, vt supra est tactũ. ¶Contrarietas responsi inducit suspitionem.capi.vt nostrum.vt ecclesiastica benefi.Bal. in consi.177.quod incipit,regula est.

Confessio

14 ¶ † Confessio delinquentis contra aliũ est ardentior cum tormẽtis, quàm spontanea.ff.de quæstionib.l.j. §.quæstionib.
15 vbi Bar.Bal.in dict.consilio. ¶ † An confessio delinquentis noceat tertio, quo ad torturam? Dic quòd non, quia facinorosus est persona vilis & suspecta. vnde sibi non creditur. l.fi.C.de accu. Quod est verum, quantum ad plenam vel semiplenam probationem, sed interrogabitur quò ad inquisitionem.ff.de pœn.l.qui vltim.secundum Oldr.Tamen facit indiciũ quò ad adiuuandum alias probationes. Fallit in crimine hæresis, quod est maiestatis diuinę authen. gazaros & in crimine maleficio d.l. fi.& l.fi. de malef.in quibus proceditur ad torturã pensata qualitate personæ inquisitæ, vel alia probabili coniectura de delicto, quod est arbitrarium pensatis indiciis, & coniecturis verò, proximis. ff. de quæstion.l.i.§.cum quis latro. de symon. per tuas §. nos.& Spec.in titu.de inquisi.§.i.ver. & scias. & dixit Iaco.de Aret.ff. de ædili. edict.l. qđ si nolit §. si mancipia. quod præsumitur quis bonus, vel malus propter praticam, & ex conuersatione, & ex magistro, quẽ quis habuit bonum vel malum. ii.quæstione vii.peruenit.xxviii.qnæstion.i.sępe.C.de ædi.edict.l.ediles.§.si procuratores.vbi glo.dixit. Ambula cum bonis, nã mores ex conuictu cõformãtur.C.de cohar.l.si cohartalis. & de re mili.non omnis.§.à barbaris.& de præsumptio. capit. literas.Ideo Episcopus qui habet clericũ suspectum de hæresi si præcedat infamia, ipsum potest torquere, vt purgetur prouincia.l.congruit.ita Bal.in consi.clxxvii. inci. regula iuris est. vbi subdit, quod indicium faciet confessio prædicta cum assidua conuersatione cum hæretico, & cũ cohabitãtibus, quia conuersantes inuicẽ præsumuntur scire gesta eorum. l.dominus horreorum. ff. locat. & l.consensu.§. super de repu.& de testi.veniens.Et vide supra in cap.an stetur dicto torti. & in c. confessio sociornm.& vide And.de Iser. in constit.regni, si quis damna. ¶ Si reus petat se audiri cõtra torturam inferẽdã, & ad reprobationem indiciorum debet audiri.Paul.de Eleaza.in capit.grauis.de deposit.¶ Et licet mille testes dicãt reum esse bonæ famæ, & pauci contrarium dicerẽt, inducitur purgatio, quia vtrunque esse potest.Innoc.in capit. inquisitionis. in fi.de accus.Et videtur illud esse speciale in personis positis in dignitate.l.iii.C. vbi senat.in verbo, neque &c ergo in cõtrarium est ius commune. Tamen debet differri tortura.allegat. not. in capitu.cũ in tua.de sponsal. & quod no.Hosti.in c. cum oporteat.de accus.& Specula. de inquisi.§.nunc.versi.quid. Quia grauamen torturæ non est reparabile.l. ii.de appellationib.reci.Et quia cõdemnatus ex cõfessione liberatur si constat de innocentia.l.ii.§.si quis.de quęstionib.& facit capit.ii.de purgat.can. & videtur text.in l. vnius.§.quæstioni.de quæstion. & Gandi.in maleficiis Et Bar.in l.fi.de quęstioni
16 bus. † vbi dicit copiam indiciorum dandam parti vt disputetur, & per not. in l. custodias.ff.de public.iudic.& Bald.in l. ii.de eden.& doct.in c. cum oporteat. de accus.Esset enim contra bonos mores torquendo defensiones denegari. clem. pastoralis.de re iud. per nota.per Bald.in l. pacta.in prin.de transact. & in repe.l.neganda.C.qui accusa.& in l.solam.ff.de testib.vide proximum cap.¶ Licet iudex habeat arbitrium liberum & absolutum, nõ potest sine indiciis torquere, vel ipsam denegare defensionem contra indicia, & torturam.glo.in clem.sępe. in verbo, defensionis.de verb.significa. & per nota.in clem.pastoralis.§.pen.de re iudi.Barto.& alii in l.filiusfamilias. de donatio.& in l. prima.de testamen.mili. & in l.milites.& ad repri. in verbo, videbitur. & in verbo, figura.& Imol.in c.i.de constitu.maxime in præiudicialibus.& Pet.de Anch. in cõsil.In Christi nomine Nam propter libertatem arbitrii non videtur concessum bonis moribus interdictum .l. si à milite.§. edictum.de testamen.milit. vbi dicit Angel. quod per liberum arbitrium non videtur cõcedi carceratio perpetua, quæ est interdicta à iure. de pœn l. incredibilis. Vbi dixit quod quamuis secundum statuta non possit talis sententia dici, nulla: tamen poterit ipsius executio impediri: quia est executio iniustitiæ, ideo iudex habens arbitrium non posset sine iudicio torqueri.p no.in c.veniens, & in c.quintauallis.

uallis.de iureiur.& per not.in clem.sępe. supra alleg.& Gandi. in maleficiis in rub. quæro nũquid potestas. ¶Si quis fuit expositus tormentis sine indiciis,& confessus, quamuis deinde perseueret in sua confessione ex post facta extra tormenta non debet ex tali confessione damnari.l.quæstionis.de q̃onib.vbi glo.& Gandin.in tracta.maleficiorum.in rubr.quęritur,nunquid. Ange.Io.de Imo.& Paul. in l.qui aliena.de acqui.hære.Pet.de Anchara.in clem.i.de homici.Salyc. in l.fin. de custod.reor. per not.per Innoc.in cap. causam quæ. extra de off.delega.& in c.i. extra quod met.cau.Bar.in l.pen.de cõd. ob turp.cau.& Bart.in tracta.de quæstio. Pet.de Anchar.in consi.xxii.& vide infra
17 latius.in c.datur regula. ¶†An si reperiatur furtũ factum per fenestram apposita scala,& dicatur, quod illa scala visa fuit in domo alicuius, sit præsumptio contra illum ad tormenta? Dic ꝙ non, quia potuit alter cepisse scalam, & faciunt no.per Cyn.glo.& doct.in l.in ciuile.C.de furt. vbi dicit quod licèt res furto subracta reperiatur penes aliquem, non redditur ex hoc suspectus,quod subtraxerit,nisi probetur quod erat solitus talia cõmittere, nec etiã si dicãt testes, quod ille est malæ famæ erit sufficiens indicium.secundum Bar.in l.fin.de quæstio.Et licet dicatur ꝙ contra hominem malæ famæ sit suspicio. l.si cui.§ idem de accusa & l. non omnis. §. à barbaris. de re milit. Procedit,in eo homine quem apparet malæ famæ,& in eodem genere mali.not. Barto. in l.Cassius.& senatusc.& Bald.in l.fina. de hære. institu. vbi idem Ioan. de Imol. & tenet Barto.in l.de pupil.§. si quis ipsi prętori. de noui ope.& gloss.& doct. in d.l.in ciui le.Nam indicium remotum non est sufficiens.argu.l.fin.de calum.& l. inter stipul.in §.sacram.de verb.oblig.quod debet probari duobus testibus glo.in l.fina. C. famil. ercifcun. & in alia est authenti. de testa.imperfect. secundum Angel. ibi. & Innoc. in cap. sicut. de symo. & Barto. in l.admonendi. de iureiuran.& Bald. in l. cũ socero. de iure dot.& in l. ii.in prin. de excus.tut.Angel.in l.fin.quod met.cã. & per l.de minore.§.pluriũ.de quæstio. ¶De indiciis ad torturã in criminibus, & quomodo probetur, quod quis voluerit alteri dare venenum . vide Pau.in consi.
18 clxxxv. ¶ † Tortura in quibusdam potius debet esse terror cũ quadam corporis afflictione, in quibusdam debet esse vsq; ad quasi consumptionem corporis.l.i.de quęstio.Bal.in cons.Quidam tabellio.nu. cxlv.Vbi allegatur instrumentum esse suspectum,vel falsum,& aliqui testes dicant se non interfuisse, si videretur iudici torturam adhibendam, torquebuntur partes,& testes si essent pręsone viles & suspectę,& notarius bonę famę. C.de fal.l. vbi Bald.in consilio prędicto.

¶ Iudex debet arbitrari vnde magis sperat habere veritatem per torturam & ab illo q̃ primo reperit cadauer occisi.Bart. in l.i.de quęstion.& in l.quod.de naufra. lib.xi. per l. diuus.de quęst. Vel à magis debili,& à filio priusquam à patre etiã in conspectu eius arg.l. isti quidem.ff.quod met.cau.insti.de noxa.§.sed veteres.Et à fœminis quę sunt debiliores. l. filio. de inoffic.testament. l.deferre. de iure fisci. & l.filiam.de inoffi.testa.& capitu.forus, de verbo.signi. secundum Dyn.in tract. de quęstio. in ver.quo ordine. Sicut etiã moderamen torturę est arbitrarium. l. quęstionis. ff.eodem . secuundum Dyn. in d.tract. vbi dicit, quod secundũ qualitatem personarũ,& delictorũ,debet à leuioribus seu grauiorib⁹ tormẽtis inchoari.l.iii.§.fi.de remi.l.si quis ĩ graui.ĩ prin. ad sil.& l.i.§.impuberes.eo.ti.¶ Iudex bonus considerare debet quomodo tortus in animi fortitudine perdurauerit. per l. vnius. §.reus.ff e. & l quęstionis modus. Iac.de Areti.in quęstione de semel torto in maleficiis, & Andr.de Iser.in cõsti.regni si damna clandestina qualiter q̃s dicatur induratus animo & corpore in tormentis. Et dixit Barto.in tracta.de quęstio.quod si tortus dicat in tormentis, si starem per decẽ annos nihil dicam, non debet propterea dimitti, sed cum tẽperie proceditur secundũ qualitatem eius, & si non confitebitur, detinebitur in carcere, ꝑ quæ verba puto, ꝙ videatur induratus animo & corpore,ideo si iudici videbitur
19 deindè poterit repeti.¶Officiale†tormẽtantes aliquẽ cõtra iustitiam puniunt.l.in lege.ad leg.Iul. de vi. et Bal.in l.quęstionis.de

nis.de qō. Idē si exequatur sententiā pēdente appellatione, secundum Bal. in l.si quis filio.§.hi qui.de iniust.testa.& Bald. in l.aditos.de episcop.audi.& vide Bal.in l.ii.ff.ne ex delic.defun.& text.not.in l. lege Iulia.§ hodie.ff.ad l.Iuli.repetūd.& dicit Bald.in l.i.C.de pœna iudic.& in ru
20 bric.† quod si iudex de facto aliquem suspendit, punitur simili supplicio, & si de facto torqueretur, tenetur iniuriarū pro motu iudicis. & vide Bald. in l.decurionis.C.de quæstio. & Saly. in d.l.fin.C. de pœna iudi.Et And.de Iser.in titu.quæ sint rega.in verbo,committentium. & in capitulis regni,de tormentis.¶ A tormē-
21 tis † nunquam est incipiendum,in l.i. de quæstio.Bald.post glos.in l.nullum. C.de
22 infam. ¶ †Et an quis potest ante litē contestatam torqueri? vide Bart.in l.si quis adulterio.de adulte.& vide glo.not.15.q. quinta. cap. presbyter. in §.fina. & in §. quando.Et dixit Bald.in l.i.C.de iuram. calum. quod petens aliquem torqueri,debet iurare se alias probationes non habere.Et ideo Bar.in l.edictum.de quæstion. dixit non semper esse deueniendum ad torturam,nisi in subsidium,cum aliàs veritas haberi non potest. & dixit Andr.de Isern.in consti.regni,si damna. ꝙ vbi crimen est confessatum, vel probatum non venitur ad tormenta,vt supra est visum.
23 ¶Dictum vnius † testis integri facit indicium.d l.i.§.itē de quæstio. & gloss.in l. fin.C.famil.erciscun. & And. de Isern.in constitu. regni, si damna clandestina.& quæ Bartol.not.in l.maritus,de quæstio. vbi dicit,quod filius liberti non est idoneus testis,quia potest reuocari in seruitutem, & ibi etiam de ancilla, & quæ no. etiam Bar.in l admonēdi.qui dicit, ꝙ est verum,si est integræ famæ.& glos. in l.si quid.ad l.Iuli.maiesta.& not.in c.veniēs. de testib.& Bar.in tractatu de quæstio. & vide glo.in d.c.veniens. vbi an vni testi cū fama credatur in criminalibus, vel cum aliis indiciis? vide Barto. in l.admonendi.in l.ii.de excusatio.tuto.in §.i.vbi Bal. & Imol.in l.interesse.de acquiren.possess. Cyn.in l.fina.de quæstio.& Imol.in l.fin. de hæredib.instituen. & illam gloss. in c. veniens. dixit Imol. singula. in d.l.interesse. & reperitur præsertim si esset consanguineus offensi,per nota.in l i. & ii.ff. de libe.caus. Vel inimicus, vt in l.i.§.si qs dicatur.de quæstio.& in l.famosi. ff. ad l. Iuliam maiesta.& not.bene §.si quis dicatur in l.fin.de quæstio.quod inimicitiæ & aliæ reseruantur in fine causæ, secundū
24 Bartolū,& ratio est vt puto, † quia semper inimicus capitalis præsumitur mentiri,vt not.in d.l.famosi. tamen debet attendi qualitas inimicitiæ,secundum Bartolum. in l.maritus. de quæstion. de quo Dyn.in l.filię.ff.soluto matrimo. Bald.in authentic. si dicatur.de testib. adeo quod si testis qui non debet examinari, examinetur, non facit indicium. l.i.§. diuus.& §.idem.eodem titu.& in l de minore. vbi Barto.dicit quod vnus testis,qui non debet examinari, si examinatur, non facit indicium, sed adminiculatur, secundum Bald.in l.fina.C de accusa.& Bartol.in l.i. §.idem Cornelio.de quæstio. qui dicit in tractatu de quæstio. quod Azo in summa de quæstionib dixit quod licet dicatur, quòd vnus testis inducat præsumptionē, per l.Theopompus.de dote prælega.tamē si est de veritate sufficit ad torturam, & iura loquentia ꝙ requiratur pluralitas indiciorum, non habent locum, quando extat vnus testis de veritate delicti, sed de aliis indiciis vero proximis, licet ex in l. maritus. §.de eo. eod.titu. eo dicto vnius testis non fuerit processum ad torturam.l.maritus.de quæstion.vnus testis de visu facit indicum.glo.& docto. in l.si quis.ad legem Iuli.maiesta. & in l.iii. de testibus. & in l.fina. familiæ erciscund.
¶Et relinquitur arbitrio iudicis,an vnum vel plura indicia requirantur. d.l.si quis. & Barto.in l.i.§.ii. & in d.l.maritus. & in l.penulti.de quęstio. & in c. cum in contemplatione de regul.iur. Speculator in titu.de præsumpt.§.ii.versic. sed pone ꝙ minatus. Ioannes Andræas in titulo de probatio.§.fina. dicit ita seruari. & idem Docto.in l.fina.de hæredib.instituen.vbi Imol.& adde Bartolum in l.excipiuntur. ad Sillanianum, & vide infra in capitulo vnus testis de veritate. & infra in capitu. indicium in contractibus.& infra in c. an
25 testis.¶ †An dictum socii faciat indicium contra socium? vide Bartol.in l.i.§. seruus.de quæstionib. & Andre. de Isernia in con-

in constitutio.regni, si damna clandesti-
na.& Specula.or,& Ioannes Andr. in tit.
de testibus.§.i.versicu.quid si qua.& quæ
not.Bar.& Bal in l.quoniam. C.de testib.
vbi de oi socio. & Can.in c.siguificasti.de
homi.& Bar.& Ang.in trac.de qõnibus.et
in c.veniens.de testib..& Dyn.in tracta-
tu de quæstio. dixit quod inculpatio, quã
facit socius de socio in casibus, in quibus
potest interrogari de sociis,de quibus in
l.fina.C.de accusationibus,facit indicium
ad torturam. & in l. cum quis. in l. edi-
ctum.& in l.prima. § diuus. de quæstio-
nibus.Cynus in l.fina de accusatio. & de
hoc an quis possit interrogari de sociis
e vide distinction. Bartol. in l. repeti e de
quæstio.& Angel.in l.si filium.in fin.glo.
de libe.cau.& si vnus ex eis potest contra
alium testificari.vide Speculato. in titulo
de testib.§.primo. versic. quid si.& quod
not.C.de accusatio.l.prima.& dixit Bar.
in l.ii.§ pen.de iure fisci.quod quis potest
detineri vt socios manifestet, quod Ang.
not.in l.si certus.ad Sillania. tamen eius
dicto non creditur licet sit sufficiens ad
inquirendum,vt supra.& glo. in l.si filiũ
supra alleg.dicit,quod nõ facit indicium.
licet Salicet. in l.fin. C. de accusa. aliter
distinguat crimina pront Bar. distinxit.
& etiam quando tendit ad communem
salutem omnium.l. secunda de malefi. &
Dyn.in tracta.de quęstio.& dicit Bald. in
l.non ideo minus. de accusatio. quod in
crimine assasinatus potest socius interro-
gari de socio.vide supra in c.an stetur di-
cto torti.¶ Non prodest cõfitenti in tor-
mentis reuocare suam confessionem,
quando aparent alia indicia manifesta.
Bald.no.in l. sciant.C.de probatio. ¶ Au
sit stãdum confessioni factæ in tormẽtis?
vide Bar.in l.i.§.diuus.ff de quæstio. vbi
dixit si est facta sponte, vel perseuerata.
& in l.si confessus. de custo. reo.in l. qui
sententiam.de pœnis.C.& in l.prima.C.
de confes.vbi Baldus in l.ii.C.quod met.
caus.& Pet.de Anch.in tract.maleficiorũ;
in verbo,confessi in tormentis.& dicunt
Cano in cap. afferte. de pręsumpt. quod
nõ statur confessioni factæ causa pietatis,
nisi in illa perseueret. Et si est confessus
non audiatur reuocans vide Bald.& Sa
lice.in l. fin. de probatio. & Baldus in l.
milites.C.eod. & vide infra latius. & su-
26 prà ¶ Confessio † dicitur esse facta pro-
pter tormenta, quãdo est facta metu tor-
turę aliquo ligato & minis præcedenti-
bus, vel si est positus in tormentis, vel du
ctus ad cordam, vel si sit in carcere, in
quo de fame & frigore multũ patiebatũ.ar
gum.de iniur.l.itẽ apud Labeonẽ. §. quæ
stionẽ. Vbi quę sint propriè tormenta. &
in l.i.§.quęstionem.ad Syllan. & Bal.in l.
ii.C.quo.appel.& de vi & vi arma.l.iii.§.
si quis. in verbo,terror.Barto.in l.i.§.di-
uus.de quæsti.in l.ii.C. quod metus cau-
sa. & quę Bal.not. in l.si quis in hoc ge-
nus. de Episco. & cleric. Et hoc relinqui-
tur arbitirio iudicis, quia sufficit probari
per coniecturas, vt not Bart.in l.interposi
27 tas.C.de trãsactio.† Et quæ propriè sint
tormenta? vide Canon.in c.grauis.de de
posi & Bald.in l.i.de custod. reo & in l.i.
de his qui ad lib.perueni.non poss.vbi di
xit etiam ꝙ carcer est tormentum, & di-
cit Barto.in l.i de custo. reo quod etiam
compedes fortes, & est arbitrio iudicis,
quando confessio dicatur facta metu tor-
mentorum.secundum Baldum in d.l.in-
terpositas.sicut etiam quæ dicãtur tormẽ
ta temperata,secundum Bald.in l.i.C.de
confessis.vbi dixit etiam, an præsumatur
confessio facta in carcere,& dixit ibidem
Bald.in dicto.lege interpositas, quod ita
operatur probabilis suspitio tormento-
rum, sicut illorum illatio. qui dixit quod
in l. nouissime. ff. quod fals.tutor. quod
semper ab officiali pręsumitur terror in-
ferri.& quod not.Cyn. in dict.l.secunda.
quod met.cau. & dixit Bart. in tracta. de
quæstio.de confessione facta propter ter-
ribilem vultũ iudicis Bald.in l.ii. C.quo.
appella.Et an sufficiat probari quod fuit
detentus in carcere,licet de tormẽtis non
probetur? vide Bald. in l.falsi. ad fi.C.de
fur.& Cyn.in d.l.ii.& Bal. in l.i C.ne ex
delic. defunt. Et ideo ad hoc euitandum
quod non metu fuerit cõfessio facta, de-
bet adhiberi corã pꝛouis honestis,& secre
to auditis iuribus vtriusque partis.secun
dum Bal.in l.legis virtus.de legi.& de ma
teria vide plene Io. And.in c.cum in cõ-
templa.de regu.iur.in vj.& in c.grauis.de
deposito.Et licet dicatũ,ꝙ cõfessioni factæ
ĩ tormẽtis nõ debeat stari.ꝑ d.§.diuus,li-
mitat,

mitat, niſi de eodem præceſſerit cōfeſſio
extraiudicialis.gl.ſing.in l.capite quinto.
de adul.quæ glo.probat, ꝙ licet aliàs non
probet vna confeſſio,tñ ſi eſt geminata,
valet:pro qua facit dictum Bart.in l.cum
28 ſcimus.de agric.& cenſi.¶† Qualiter qs
dicatur pſeuerare? Dic, ꝙ oportet, ꝙ poſt
confeſſionem factam in tormentis redu
catur in loco publico iudicii, & corā nota
rio,& perſonis publicis confiteatur. text.
not.in l.ii.C.de cuſtod.reo. Et dr̃ quis in
confeſſione perſeuerare, quoties diuerſis
tēporibus confitetur.arg.glo.in l.iiii.ff.de
pig.act.Bal.in rubr.de no.Cod. in l.ii. qđ
met.cauſ.& Bar.in tract.de quæſtio.
29 ¶ Quæ † confeſſio perſeuerata,an poſsit
reuocari? vide Barto. in l.diuus.de qō.&
Bal.& Saly.in l.fin. C.de proba. qui ſunt
contrarii.& dixit Bald. in l.bonæfidei.de
reb. cred. quòd ſi confeſſio in tormentis
facta præcedentibus indiciis reuocet ır,&
non perſeueret,facit ſemiplenam proba-
tionē:vt in ea cogatur perſiſtere cum no-
uis tormentis.ad quod vide Bal. in l.fin.
de proba. vbi Cyn. & Cano. in c. grauis.
de depoſi. Et ad hoc vt perſeueret, debet
reduci ad tribunal tempore quo ceſſauit
metus tormentorum, quia ſi ſtatim eum
reduceret inſtantibus doloribus, videtur
factum formidine tormentorum.argu.l.
quid ait. de adulte. ſecundum Bart.in d.
§.diuus Bal.& Ang. in l.ii.quod me.cauſ.
& Cy.in l.ii.C.de quæſtio. Et requiritur
quòd perſeueret extra locum tormento
rum illa non videns. ſecundum Docto.
& Cano.in cap.cũ in contemplatione.de
reg.iur.in no.vbi Io.And.dicit, ꝙ ſemel,
vel bis tortus negando perſeuerans, pōt
iterum torqueri ex indiciis ſuperuenien-
tibus.de quo p Cy.in l.fi. de qō. & Bal.in
c.i.§.furtũ.de pac.iur.fir.& Bart. in l.ii.de
30 cuſtod.reo. † Et qñ dicatur perſeuerare,
vide Bal.in l.ii.quo.appella.Ang.& Imo.
in l.qui in aliena.§.fi. de acqui.hæredi. &
in l.i.de confeſ.Bald. ¶ Iudex maleficiorũ
poteſt teſtes examinare ex ſuo officio à
parte non productos. Bar.in l.i.§.ſi quis
vltro.de quæſti.vbi text.quod iudex q̄rit
de partis innocentia parte non poſtulate,
per l.ſi non defendantur. de pœn. & ha-
betur in l.iiii §.hoc autem. de dam.infec.
31 & dixit idem Bart.in l.fi.ff.de feriis. † ꝙ
iudex debet perquirere etiam reo nō pe-
tente defenſionem rei etiam poſt ſenten-
tiā.& adde Bart.in l.diui fratres. de pœn.
in tit.de inquiſitio.in §.vtrum. in verſic.
ſed nunquid.& in l.ii.§.ſi publi. de adult.
& Bal.in l.presbyteri.de epiſc.& cleric.&
per Barto.in l.penul.§.ad crimen.de pu-
blicis iudiciis.& quæ not.Innocent.in c.
cum clamor.de teſtibus Adeo quod dixit
Innocent.in c.paſtoralis. de officio dele-
32 gati. quòd † ſi iudex viderit ſententiam
iniuſtam,debet ſuperſedere in executio-
ne,quem allegat Baldus in l.aditos.de ap
pellationib.& vide Imol. in l. à diuo Pio.
in principio,de re iudica.& Bartol. in di-
cto §.ſi quis vltro.dixit, ꝙ ſi ante execu-
tionem ſententię capitalis conſtet de in-
nocentia rei, poteſtas qui eum condem-
nauit, non poteſt eum abſoluere, tamen
dabitur petitio principi, vt reum abſol-
uat,per illum textum.
¶ Cum iudex inquirit contra aliquem, &
extant indicia contra ipſum,debet ei da-
re terminum ad defendendum. l. vnius.
§.cogniturum.de quæſtionibus. & facit.l.
prima.§.ſi ad diem. & vide Bartolum, &
Imol. in l.cuſtodias. § primo. de public.
iudic.& Salyce.& Bald. in l ii. de cuſtod.
reor.& not.gloſ.in l.i.de furt.Bald.Et in-
tellige ſi petatur, ſecundum Bartol. in l.
fina.in penul. quæſtio. de quæſtioni. licet
poſsit ex cauſa tollere dilationem,ſecũdũ
Bald. in l.à procedente.C.de dilatio.& in
l.cũ reis.C.de pœn. Quæ defenſio valeret
ſine termino.Bar.in d.§.cogniturum. &
ſentit in l.ii.de eden. & vide Bal. in l.no-
uerint.C.vt intr.cer.temp. ꝙ ſe defendet
contra indicia illa eneruando & proban-
do contrarium,& dixit Ang. in l.milites.
33 C.de qō. † quòd probatio bonæ famæ fa
cit purgare indicia.& dixit Bar.in l.deſer
torem.§.ſed ſi ex improuiſo.de re mil ꝙ
probatio bonæ vitæ habet minuere indi-
cia,& facit eo.tit.l.non omnis.§ à barba-
ris.nā ſi ēt eſſet confeſſus,debet audiri cō
tra ſuam confeſſionē.per not.in l.i.C.de
confeſ.& Bart.in tracta. de qō. de qnorũ
indiciorũ purgatione,vide Barto.in l.i. in
prin.de qō.& Paul.de Eleaza.in c.grauis.
de depoſi.vbi dicit, ꝙ debet dari tortura
ad purgationē indiciorũ, & qualis debeat
dari.Ange. in l.ſi vacantia. de bon.vacan.

34 ¶† An teſtis qui non debet examinari exami-
f natus faciat indicium f Barto.in l.maritus.de
quæſtion.diſtinxit.& in l.lex Corn.per Bar-
tol.de iniur.& in l.inuiti.C.de teſtibus.& in
l.admonendi.de iureiurand.& dixit Bartol.
in d.l.maritus.quod ſi ſit inimicus,debet attē
di inimicitiæ qualitas. & l. j. §. j. eod.titul.
vbi per ipſum & per Cano.in c.de cætero.
de teſtib.& dixit Bartol in l.ij.de appel.reci.
quod inimicitia generalis non tollit, quod
non faciat aliquod indicium, & aliquid per
Bald.in l.eos.C.de teſtibus.Idem ſi ratione
ordinis non ſeruati,quia ante litem conteſta
tam, vel parte non citata, tunc dicit. quod
nō faciat indicium.l.ſi quis adulterij.de adul-
ter.& C.de teſtib.l.ſi quando.in ſimil. Et di-
xit Bald.in cap.ſacramentum.de conſue.rec.
feud. quod teſtis non legitime examinatus
non facit indicium,ſi ſit alias idoneus,ſi mo-
dus examinandi non ſit congruus,quia non
fuit examinatus de cauſa ſcientiæ, qui non
probat ſemiplene. Et idem ſi vnus teſtis non
dicat plene factum per not.ff.de infa.l.Lucius
quia talis examinatio non caret qualiquali bo
ni viri ſuſpitione, cum iudex non laborauit
ad veritatem inueniendam,quia modicus de
fectus impedit ſemiplenam probationem, &
ſicut non facit ſemiplenam,non facit indiciū,
tamen adminiculabitur probationi.per nota-
ta per Bartol.in l.cum probatio.C.de.proba
tionibus.& in l.ét matris.vbi dicit,quod quæ
dam ſunt motiua indicia, non adminiculati-
ua, quæ minus ſunt quam ſemiplena pro
batio, quibus adde Bald.in l.ſecunda de epiſ.
audien.& in l.ſeruos.C.de teſtibus.& in l.ſi
35 quis ex argentarijs.§.ij.de edend.† Et quan-
do non facit indicium teſtis, an faciat præ-
ſumptionem.vide Bald.in l.final.C.de pro-
bationi. Tamen ad probandam innocentiam
delati, admittuntur teſtes domeſtici & mi-
nus idonei,ſecundum Specul.in titul. de in-
quiſitio.§.j.verſic.ſed nunquid. Et licet Bal.
in d.l.maritus. dixerit, quod teſtis infamis
faciat indicium qualequale,eſt verum ad in
quirendum, vt not.Barto.in l.cunctos popu
los.de ſum.trinitat.& fid. catholic. vbi etiam
Bald. qui dicit, quod licet teſti infami mi-
nus credatur,tamen eius dictum adiuuatur.
ex præſumptionibus & probationibus reſul
tantibus ex proceſſu.& idem Cano. in cap.
teſtimonium. de teſtib. de quo etiam vide
Bald. in l. final. de accuſation. & gloſſ.in l.
final. C. de his quib.vt indign.& in capitul.
præſentium.de teſtib.quod faciunt indicium
nedum præſumptionem.quibus adde not.per
36 Bartol.in l.ex libero.ff.de quæſtion.† vbi quā
do teſtes viles, & ignobiles admittantur
in cauſa criminali ad teſtimonium cum tor
g tura: g vel ſine & in ſubſidium quæſtionis
quando non poſſunt haberi teſtes integri,
vel habiles admittantur non idonei, ne veri-
tas occultetur in cauſa criminali, vt proba-
tur in l.diuus.de quæſtio.iuncta authentic.ſi
dicatur. C. de teſtib. & in capitulo forus.de
verbor.ſignificatio.& in l.ex conſenſu. in §.
ſuper.de repu.& in capitul. veniens.lo primo
de teſtib. & in capitul.cum I. & A. de re
iudic.& in l.final.C.de teſtib. Qui ſi ſint mi-
nus idonei ratione criminum, vel infames
non admitterentur ſine tormentis.l.ob crimē
§.final.de teſtib. & in quarta.quęſt.iij.§.Item
& in capitul.cum P.de accuſationib.& Ioan.
Andræ.in capitul.cum in contemplatione.de
regul.iur. Et quando non ſunt idonei ex alia
cauſa,quam criminum,vel infamię,quia tunc
admittuntur ſine tortura. d.l.ex conſenſu.§.
ſuper plagis.& in dict.capitul.veniens.& vi-
detur de emente Ant.de But.in capit.ſuper
& in cap.à nobis.de teſtib.Licet Imol.in cap.
37 ex literis.de trans.dixerit, quod † aduocatus
admittitur in ſubſidium in teſtem pro clien-
tulo, ſed debet torqueri.& vide not.per Bar
tol.in l.j.§.item.de quęſt.& quę no.Imo.in l.
ſi quis poſt.de teſtam.ſecundum Alex.in d.l.
ex libero.quæ non habent locum in crimine
læſæ maieſta.vt habetur in l.in quęſtionibus.
ad leg.Iul.maie. Tamen dictum Imolę,quod
aduocatus eſt torquendus,quādo admittitur
pro clientulo,eſt falſiſsimū,quia aduocati di-
cuntur militare.l.fori tui.C.de adu.diuer.iu-
di.& ſunt nobiles,vt no.in l.prouidendum.de
poſtu.& in j.conſtit.Cod.& gloſſ.in l.fina.de
offi.diuer.iud. Et Doct.& aduocati non poſ-
ſunt torqueri,qa nō ſunt viles,ſed ſunt hono
rati,& nō torquentur,niſi viles & ignobiles,
vt in l.ex libero.de q.Niſi quādo eſſent varij
& falſarij.vt ibi per Bar.& dixit Ioan And.in
additio.Spec.in tit.de teſtib.§.j.verſ.ſed Bal-
duinus.quòd quādo aliquis litigat & ſunt per
dita acta,quòd poterunt probari per aduoca-
tum & procuratorem.argum.dic.l.conſenſu.
& ſic dictum Ioan.de Imol.non eſt verum
per prædicta.& vide ſupra in verbo, doctor.
¶ Et quia Bartol.dixit, quod teſtes infames
38 faciunt qualequale indicium,quid † importet
h hoc qualequale, h vide text.in l.Item apud.
§. prætor ait. la vltima. de iniur.& in l.ij.§.
merito.ne quid in loc.public.& vide de hoc
Baldi.

Bald.in l.si duo patroni.in princi.de iureiur.
& prædictis adde Bartol.in l.ij.in fin. de ap-
pel.reci.& in l.j.§.Item Corne. de quęstion.
& Bald.in l.milites.C.eo.& in l.quisquis. ad
39 leg.Iul.maiest. vbi dicitur, † quod quando
requiritur certus numerus testium minor fa-
cit indicium. Accedat etiam, quod dictum im
i puberis ad aliquale iudicium est sufficiens. i
gloss.in l.inuiti.de testib.& in l.final.de his
quib.vt indig.& Bar.in l.maritus.de quęstio.
& Bald.in l.seruos.C.de testib.vbi late vtrũ
testis non idoneus faciat indicium ad tortu-
ram, vel si fuit interrogatus, vbi non debuit
interrogari.& vide Specul.in titul.de testib.
in ver.quod est seruus.vbi etiam Ioan. And.
Et adde no.per gloss.& Docto.in l.in adulte-
rij quęstione.de adulterijs. quæ dicit, quod
serui faciunt indicium in illo crimine. Et di-
xit Bald. in l. final. C.de accusation.quod si
est tortus qui non debuit torqueri, quod di-
ctum eius non facit pręsumptionem, secundũ
Cyn.nisi sit talis qui poterat leuiter torqueri.
l.final.ad Sillanianum.& ideo si quis torque-
tur contra legem non facit indicium aliqua-
le, sicut si contra ius torti, vt quia torquetur
decurio.& facit indicium aliquale, secundum
Bald.in dict.l.final licet latius.& supra in ca-
40 pitul.an testes.¶ † Datur regula, quod ex con
fessione facta in iudicio per tormenta nõ pre
cedentibus indicijs quis non condemnatur.
l.quæstionis.ff.eodem.etiam si in ea perseue-
ret, secundum Bartolum ibi per quam legem
etiam dicitur, quod quoties iudex aliquem il
licite ponit ad torturam, est præsumptio vio
lentiæ, & etiam quod omnis confessio facta
dudum post tormenta sic illicite extorta,
ideo reo non præiudicat, secundum vnam
lecturam, quam etiam sentit ibi Bartol.
quem intellige antequam fuerit positus in
pristina libertate, quia est præsumptio, quod
sicut iudex cum illicite torsit, ita etiam est
præsumptio, quod eum fecerit illicite rati-
ficare, & metu futurorum tormentorum,
vel præteritorum. argument.l.si cui.§.idem
de accusationibus. Vbi vero reus esset posi-
tus in pristina libertate, & postea rediret ad
iudicem, & coram eo delictum fateretur es-
set sine dubio puniendus.l.prima.C.de con-
fes.& not. Bartol. in l.si confessus de custod.
reor. Et quod supra dicitur tenet Imol. in l.
qui alie. §. Celsus. de acquirend. hæreditat.
qui alleg.Gandi. in maleficijs. & not. Bald.
in l.milites.de quæstionib.& Bartol.in l.ma-
ritus, in principio. Secus tamen esset si
alias sine tormentis confiteretur, quia tunc
etiam non præcedentibus, indicijs habetur
pro confesso.per not.in capitul.j. de accusa-
tionibus in sexto. & hoc sequitur Anchara.
in clementi.prima de homicid. Sed Bald. in l.
prima de confes.simpliciter tenet, quod con-
fessio extorta non præcedentibus indicijs, si
in ea perseueret reus confessus, valet.& alleg.
gloss.illius legis.& gloss.in l.prima §.illius.de
quęstioni. Et cum Bald.tenet Paul.de Elea
zar. in capitul. grauis. de deposito. ad fin.&
Bartol.in tractat.de quęstio.tenet idem quod
in d.l.quęstionis.& est gloss.in l.j.ad fin.C.eo.
41 titul.vbi Bald. † quod tortura indebite facta
à principio non vitiat reliquum processum va
lidum ex post factum.vide Matthesil. in no-
tab.55.Et dixit Bald in l.final.C. de accusat.
quod indicia sequentia non confirmant tortu
ram præcedentem, nec confessionem ex ea
extortam, quia est ordo peruersus.& gloss.
in dict. l.final. & tenet gloss. in l. maritus.
ff.eodem.vide supra in capitul.si quis fuit ex
positus. Vbi proceditur per inquisitionem ex
suspitionibus quis torquetur ad eruẽdam ve
ritatem.l.fin.de quæstionib. vbi dicit Bartol.
quod stulti sunt iudices, qui statim cum ha-
bent indicia contra reum cogunt eum ad con
fitendum, quod non debet fieri quia condem
naret eum ex indicijs & suspitionibus, sed de
bet adhibere tormenta, cum moderamine, &
ex his veritatem inuestigare.& si habita tortu
ra nòn confitebitur, erit absoluendus, qui di
cit quod hoc debet scribi in actis, ne tempo-
re syndicatus obijciatur ei, quod debuit tor-
quere reum, & non fecit ad veritatem eruen-
dam De quibus indicijs vide in cap.iij.de pro
ba.& Bar.& Ang.in tract.de quęst.& quę no
Imo.in l.si quis post de testa. & quod dicit
Bart.in l.ex hoc edicto.ad fin ff.furt.aduers.
nau. Nam sunt indicia dubitata, de quibus per
Bart.in l.fin.C.de proba.& supra diximus.in
princi.¶ Si aliquis modus esset proband per
iuramentum, vel quod faceret semiplenam
probationem in ciuilibus, illud in crimina-
libus faceret indicium ad torturam. Bartol.in
l.fi.in fin.de in lit.iur. An si Titius confessus
est se promisisse Titio cẽtum, vt eum de mor
te patris sui non accusaret, posset ex tali con-
fessione poni ad torturam. Bartol. in tracta.
de quæstionib.& Bal.in tit.de pac.iur.firman.
§.iniuria.dixit, quod si talis laborat infamia,
possit torqueri, quia vehemens infamia etiam
sine alio indicio sufficit ad torturam.extra de
purga.cano.capitu.si quis. vbi Innoc.argum.
de

de proba.l.cum probatio.& l.ædi.edict.l. quæro.§.fi.Et dixit Innocen.in c.cum I. & A.de re iudi.quod etiam admittuntur testes viles cõtra valde diffamatum. & fa
42 cit.l. eius q delatorem. de iur.fisci.† vbi dicitur,quod ficta confessio transit in cõ demnationem. hanc quæstionem posuit Io.Monac. in c.j. de accus. vbi per Ioan. Andr.in nouel.qui dixit, quod ex ista cõ fessione posset condemnari.Episcopus,q istã confessionem fecisset.ar.d.l. eius qui delatorem.& l.quoniã.& l.furti.§.potest. de infam.dicens, quod non posset condẽ nari,si talis promissio fuerit facta nondũ instituta accusatione,quos refert Bald.in d.§.iniuria in vers.seu furtum. An si quis mandauit Seio vt interficeret Caium, & interfecit sed Seius dicat, quod hoc non fecit exequendo mandatum, sed motu ꝓ prio non ex mandato,quia erat eius inimicus,an sibi credatur. Bald.in tit de pac. iur.firman § iniuria. dixit, quòd Cano. mouent istam quæstionem in c. ad audiẽ tiam.de homi.& nõ clare respondent. Et Bal.dicit,quod erit recurrendum ad coniecturas ad præsumendum contra mandatorem, quia non est bonum testimonium delinquẽtis.l.fi.de accu. allegat gl. in l.fi. de fideiuss. dic vt ibi per eum. & in l.i.C.de ser.fugit. per Bal.vbi de hoc. & aliquid per Barto.in l.non solum.§.si mã
43 dato.ff.de iniur. Quando † probatur in dicium, quod est quasi semiplena probatio, potest deueniri ad torturam, si talis est vilis persona,& ita intelligitur gloss.in l.cum probatio.de prob.Secus si esset vir grauis,& bonæ famæ,quia qualitas præcedentis vitę elidit huiusmodi indicium. l.non omnis.§.à Barbaris. & in l. j. sed si ex improuiso.de re milita.& in c.cum in iuuentute.de præsumptio.& dicit Ange. in l.milites.C.eo.quod probatio bonæ famæ facit purgare indicium.& in constitu. regni,si quis damna clandestina.vbi dicitur, quod contra viles proceditur ad tormenta & Bar.in l. ex libero. de quæstion.
44 † Et an iudex ex vera & infallibili conscientia possit consentientibus probationibus torquere. vide Barto. in l. ampliorem.C. de appellatio.qui dixit in l 2. C. quor.appella.referendo Ioannem Andr. quod est in arbitrio iudicis,an indicia sint sufficiẽtia, de quo vide Bar.in l.2. C.quo. appella. in tractatu de q.qui est sibi contrarius his dictis.& vide cano.in c.grauis.
45 de deposi.† Et i occultis iudex debet esse facilior ad tormenta secundum Bald.in l. 3.de episc.audi.& quod ipse no. in l.fina. C.de proba.& in l.si quis adulteri. C. de adulte. Quia in his quæ in secreto fieri consueuerunt proceditur ex coniecturis & præsumptionibus, vt dicitur in l.fin.C. de periculo tuto.vbi glo.no.& Bal.in l.q cunque.de ser.fugi.& in Rubrica. C.de ꝓ ba.& vide infra in c.ad torturam inferendam.Si aliquis visus fuerit cũ gladio euaginato in domo,& reperit ibi aliquis mortuus ex hoc est manifestum indicium,ꝙ talis fecerit,secundum Bar.in l.3.ff.de furtis.¶Et idem si aliquis deprehendatur in domo per Bar.in l.2.in fin.ff de adulte.& per Cyn.in l.falsus.C.de furt.vbi Bar. in princip.& Bald.qui ibi sequitur Bar.& bene facit quod habetur in l.si qui adulteri.C.de adul.& Spec. in titu.de præsumptio.§.j.& quod no.Bald.in authen.quas actiones.C.de sac.san. & quod not. Ioan. Andr.in tit.de proba.§.j.versi.14 de quo Imo.in l.fin.de hæred.instit.Bald.in l fi. C.de proba.Et quod dixit Bart.supra de eo qui fuit visus aufugere cum gladio,sequitur Bald.in l.neque natales.circa prin. C de proba. Tamen Ange. reprehendit Barto.in hoc.in d.l.2.de furt.de quo etiã tangit Bar.in tracta.de quæstio.ad fin. & in l.si.de hære.insti.an sit indicium ad tor
46 turam,vbi omnino vide. ¶† Quid sit indicium.Bar.alias Nicolaus de Neapo. in l.2.de excusa.tuto.dixit glo.in l.cum ꝓbatio.ff.de probat.tenere quod indicium
k sit minus quam semiplena probatio k.Tamen glo.videtur tenere contrarium in l. maritus. de quæstio. coniuncta.glo. in l. prima de testib. quę dicit quod indicium sit per testem familiarem,& prosunt ista indicia,quia si essent plures testes familiares deponentes, quod iudex debeat ferre sententiam ex dictis ipsorum, ita quod ex pluribus indicijs sequatur plena probatio. vt glo.in l.3.§.eiusdem. ff.de testi. quæ est singu.secundum Rayn.in d.l.j.& Barto.in d.l.2.& faciunt no.per Iaco. Bu
47 tri.in l.3 C de testibus.† vbi de tribus testibus amicis quibus creditur ratione nume-

ri. Licet Ange. in consi. cxxv. teneat contrarium, vbi dixit quod plures testes alias minus idonei ratione numeri probant. Et per ista dixit, quod cum fuisset reperta grauida quædam adolescentula, & adducerentur ad probanda indicia contra stupratorem plures cōsanguinei patris puellæ quod facerent indicium ratione numeri, & quia concurrebat verisimilitudo, qa ille erat captus amore puellæ, quæ sunt
48 no. † Et quæ sint indicia sufficientia vide Bal. in l. nō hoc. C. vnde cogna. & Bar. in l. 2. C. quorum appellationes non recipiuntur. qui dixit, quod quæ sint indicia sufficientia relinquitur arbitrio iudicis. ¶ An si reperiatur homo mortuus, aut occisus ante domum tuam sit præsumptio contra te, vide Bar. in l. j. & in l. ædiles. ff. de vi publi. qui dixit quod vbi præsumitur occisus, vbi mortuus reperitur, & an præsumatur occisus à suo inimico, vide Spec. in ti. de præsumpt. §. j. & Ludo. in l. i. §. hæc. ad silla. & Barto. in tracta. de quæstio. Et si quis reperiatur occisus in strata præsumitur occisus ab illo, qui ibi multū frequentabat, secundum Bar. in l. fina. de quæst. & alios in l. iuste. de vsucap. & quod dixit Ang. in l. 1. ff. si quis imperat. & Bal. in l. fina. C. de probatio. vel si erat inimicus alicuius. præsumitur ab illo occisus. l. i. §. cum aliquis. de quæstio. & quod nota. doctor. in l. 2. C. quod metus causa. & Bar. no. in l. 2. ff. de furt. & per dicta Bal. in dicta l. i. & in l. ędiles. & Spec. vbi supra. Ego euasi quendam militem qui occidit hominem in camera, qui habuerat rem cū vxore, & dicebatur quod occiderat extra domum, & non in adulterio, & deferri fecerat ad domum ad cameram vxoris, nam dixi, ex quo ibi reperiebatur mortuus, quod ibi præsumebatur occisus. per dicta Bar. & sic fuit optentum. Et accidit casus quod quidam magnus Rex cum venarū accederet, & esset in quodā nemore prope transitum publicum, inueuit ibi hominem de recenti occisum, videns quēdam qui transibat per illum locum iussit illum capi, & torqueri in loco homicidii, in quadam arbore magna ibi existente, qui tortus negauit illum occidisse, sed dixit iudicio Dei huic ductus suum, quia iam sunt anni decem, quod hic alium occidi, & in hac eadem arbore sepeliui, & facta per inquisitione fuerunt inuenta caput & integra ossa illius hominis iam occisi, & sic in illa eadē arbore suspensus fuit. & cor Regis in manu Dei est, & vbicunque voluerit inclinabitur illud, vt in epistola inter claras. Et quia naturaliter homicidia q̄d fecit semper expectat, vt in l. 3. de episcopor. audientia. Deus cor illius regis inclinauit. vt homo ille caperetur ex causa illius recentis homicidii vt puniretur de antiquo homicidio ne esset multū, quia sanguis occisorum continuo clamat ad Deū, vt scribitur in Apocalypsi. Ecce post hæc vidi animas interfectorum clamantes. ad Deum, & dicentes. Vsque quo domine non das iudicium, & vindicas sanguinem nostrum de interfectoribus no-
49 stris, qui sunt in terris. ¶ † An ad torturam inferendam requirantur plura indicia, vel sufficiat vnum? Bar. in l. fina. de q. dixit quod stat arbitrio iudicis per l. 3. §. eiusdem. de testib⁹ distinguens sint indicia proxima, vel remota à delicto, vel generalia, vt quod quis sit homo malæ conditionis, & hoc solum non sufficiat sine aliis. Secus si esset vnū indicium de actu proximo ad delictum, vel vnus bonis testis. Vel confessio extra iudicium. Aut q̄ res furata sit apud eum reperta, quia erit indicium ad torturam, nisi esset bonæ famæ, vel artifex solitus emere talia mobilia. secundum Salyce. in l. fina. C. de quæstion. Vel quod sit conuersatus in loco. quod est verum, quando esset vilis. de quo vide Bald. in l. prima C. loca. vbi dixit de homine bono, in quo non cadit ista præsumption. & Bartol. in l. desertorem. de re militari. Et ad prædicta dixit gloss. in l. secunda §. si absens. ff. si ex noxa causa. quod incidium sufficiens ad semiplenam probationem est sufficiens ad torturam. Et an sufficiat vnum indicium, vel plura vltra dicta in l. secunda de excusation. tutor. vide Ioannem Andræ. & Specula. in titu. de pręsumptio. §. species, vbi dicunt, quod iudices maleficiorum practicant, quod sufficiat vnum indicium ad torturam ad confitendum. & idem Ioan. Andræ. in tit. de probatio. §. fi. & Iaco. de Bel. in tit. de exhi. re. Quæ intellige dummodo sit vehemens indicium

tium, vel propinquum, & tangens negotium, vt si quis inculpatur de incendio, & probetur, quod visus fuit prope locum cum igne & præparare ligna, vel fasciculos, ad ignem immittendum. Vel fuit visus prope, domum, ex qua furtum fuit factum cum scalis, vel ferramentis aptis ad effracturam ianuę, argument. l. dominus. §. effracturæ. ff. locat. Vel si in conuicino fuerint facta multa furta & in domo suspecti fuerint inuenta ferramenta, vel claues falsæ ad aperiendas seras portarum, vel si per dies ante ipse solus viderat pecunias, vel argentum poni in archa quæ nunc reperitur effracta, vel si fuerit visus emere venenum, & reperiatur datum, & emens deinde fuerit in loco vbi fuit commissa venenatio. Vel ponere puluerem in ferculo mortui. Vel si visus fuerit solus cum sola, & illa est reperta prægnans. Vel si quis inculpatur de falsitate libri, in quo reperitur apposita vna charta bombicis cum vno diuerso signo ab omnibus alijs chartis, nam iudicauit papa Ioannes, cassa quod sit indicium falsitatis libri. Vel si reperiatur illa charta nouiter incisa, aut maculata, aut fumo infecta, si liber erat antiquus. Vel si quis inculpatur de homicidio & reperta sunt eius arma sanguine madefacta. Vel si vulnera occisi sint ad mensuram armorum illius, qui inculpatur, vt quia dicitur ab eo percussus cum illo cultello, qui reperitur ad latus eius accinctus, & est illius mensuræ. Vel si reperiatur occisus cum vna securi, & securis diffamati reperitur sanguinolenta, & correspondent vulnera cum magnitudine securis, quia ex genere instrumenti præsumitur contra aliquem. argumen. nota. in l. j. ff. de sicca. in §. si claua. Vel si reperiatur gladius, cum quo quis fuit percussus nudus in loco percussionis, & vagina eius penes diffamatum de vulnere, & illa vagina sit admensuram illius gladij quod erit indicium per rei euidentiam, vt dixit Bartolus in tractatu de teste. in quinta charta. dum loquitur de rei euidentia. Vel si quis inquiratur de falsifica-
I tione monetæ I quam expendit, reperta sint instrumenta apta ad hoc, vel ad incidendam monetam in eius domo, vel circa. Vel si qua vestimenta aut nobilia, occisi reperta sint penes diffamatum, & non ostendat à quo habuit illa. per nota. in l. inciuile. de furt. & Baldus. & Imol. in l. final. de hęredibus instituendis. Vel si fuerit inuentus sanguinolentus is qui dicitur percussisse inimicum suum, quia erit indicium vehemens. Et idem in omnibus quæ per rei euidentiam probantur de quibus per Bartol. in dicto tractatu de testib. Vel si quis visus fuerit loqui ad autem alicuius, & incontinenti ille aliquem percussit pręsumitur contra loquentem quod mandauerit. vt per Bartol. in l. si ventri. §. in bonis. de priuileg. credit. & Bald. in l. quicunque de ser. fugit. C. ¶ Et dicta indicia vel similia quamuis sint violentia possunt elidi per aduersas contrarias? vel diuersas probationes, vt si fuerit inuentus ensis, vel cultellus diffamati de homicidio in loco percusionis, & si cognitus esse diffamati, poterit probari, quod alteri commodauit, vel quod eum perdidit per tempora ante homicidium. Vel si fuerit visus loqui cum sola, quod est aliquale indiciũ secundum glo. in l. j. ff. de extraord. crimi. & illa fuit reperta stuprata poterit probare quòd erat consanguinea. per nota. in l. quamuis. C. de adult. vel quia alius stuprauit, vel si per tẽpora ante fuerat sibi furto subtractus liber. Vel si fuerunt inuentę aliquę res de subtractis pones ipsum, vel in sua domo poterit probare quod emit ab aliquo. per no. in l. inciuile. supra alleg. Vel si fuit inuenta litera proditionis in eius archa. similiter ꝓbare poterit quod alius eam immisit, vel quod talis sibi deposuit eo ignorãte temere. Vel si dicat hominem occisum de nocte & probetur quod ea nocte iuit extra domum, & fuit visus per illam stratam ea nocte cum armis, poterit probare fuit vocatus à socijs, vt accederet cum eis ad forum ad aliam ciuitatem, & quod cum ipsis accesserit, & continuo fuit tota nocte. Vel si inculpatur de effractura domus facta de nocte poterit probare, quod ea nocte dormiuit cum socijs vel alijs vsque mane, & illa nocte non surrexit de lecto, quę poterũt probari per domesticos domus suę q̃a veniũt ad probãdã innocetiam delati, in qua causa admittũtur testes domestici. extra de proba. c. super literis. Bal. in l. parentes. de testi. & alij in l. qui testamento. §. per contrarium. de testa. in l. testes. C. de testib. & supra proximo. c. Ista enim & similia indicia poterunt, eneruati per alias probatione. secundum Bald. in l. fin. C. de proba. & Barto. in l. fin. de quæst. & in tractatu de quæstion. & Bald. in l. non hoc. vnde legitimi. vbi dixit quod indicium est coniectura à quibus potest abesse veritas, quia ideo datur copia delato de indicijs, vt possint deinde fieri defensiones contra indicia, & disputari super ipsis. vt in l. vnius. §. cogniturum. de quæstioni. & hoc ante torturam, inferendam per

plene not.per Bartol.in l.custodias.de public.
30 iudic.† vbi dixit quod aduocati debent interesse disputationi, an indicia sint sufficientia, & an debeat ex ipsis torqueri. Non autem quando reus examinatur, vel deponit, ne instruatur ab eis, tamen debent interesse alij probi viri. & quod sit danda copia indicio-
31 rum inquisitio. [m] tenet Bartol.in dicta l.final. de quæstion. & Angel.in l si vacantia.de bo. vac.ac etiam copia inquisitionis per not.in l. ij.C.de edend.per Moder.& no.in c.per tuas. de testi.& purgantur indicia per supradicta. de quo per Angel.in dicta l.si vacantia.& per Bartol.in l.ij.§.si publico.de adult.& sic cum datur copia indiciorum debet supersederi in totura.secundum Bartol.in tractatu de quæstioni.& per Cano.in capit.grauis.de deposi. quia illa tortura non posset, reparari postquam esset illata.

a ¶ *Valeat.] Et an valeat confessio facta in tortura non præcedentibus indicijs. vide d.Pet. Philip.Cor in consil.cxxxiij inci.In causa.in litera a.ubi etiam an per indicia superuenientia iustificetur confessio facta metu, torturæ præcedentis in d.consil in litera d.in iiij.parte. & adde eum. in consil. xx.in litera e.ad fin. uer.in iiij.parte.& adde do.Alex.de Imol.in consil.clxxix.in secunda parte.*

b ¶ *Corrigere.] Adde Felyn.in c.præterea. post princip.in text. in uersicul ibi incontinenti.de testi.cogen et quod ibi dixi in apost.*

c ¶ *Vel ratificetur sponte.] Adde Felyn.in capitul at si clerici in i.colum uersicul septimo limita.de iudic.quod confessio rei facta in tormentis nullis præcedentibus indicijs, uel non legitimis, nunquam uocet et si milies.ratificaretur. & adde eum infra in uersi ratificatio.*

d ¶ *Indicium] Vide do. Pet.Phil.Corn.in consil.clxx.incip.Visa in litera f.in iij.parte & do.Alex.de Imo.in dicta l.i.§.idem Corn & in l.fi.C.de quæst & Angel singul in l.fin. C de quæstio. domin.Petr Philip Corn.in cons.cliij.inc.In cau in litera f.in iiij.parte Sed quid de biruarijs an ea quæ deponũt in curia eorum prætoris faciunt indicium ad torturam uide do.Pet.Phil.Cor.in consilio ccxvj. incip Viso in litera B in prima parte*

e ¶ *In l.repetitio.] Et ibi plene vide adhoc do. Alexand.de Imo in § is qui. Et adde Paul. de Castr.in consi.cxcv & in consil.cxvj.*

f ¶ *Indicium] Vide Fel.in c.cum dilecti.de accusa in pen colum.& quod ibi dixi in apost.*

g *Cum tortura.] Hoc uerum si tentauerunt corrumpere ueritatem, uel si uacillant, vel si mendaces sint uel si sponte se offerant.Barto in d. l ex libero.& in dict.l.i.§ idem Cornelio in ver item oppo & adde domin Alex.de Imol. in l de minore.§.tormenta. vltim. columm. ff. de quæst.*

h ¶ *Qualequale.] Tu uide Felyn. in capitul. cum delicti.in fin de accus. & quod ibi dici in apostill.*

i ¶ *Sufficiens.] Vide dict.Petr.Philipp.Corn. in consi.101.incipien.in causa. in litera p.in secunda parte.*

k *Probatio] Adde dominum Alex de Imola in l ij §.si absens si ex noxal caus agatur & do Petr.Philipp Corn in consi.233 in cap si constat in litera c.in iij par.*

l ¶ *Moneta.] Quibus autem modis committatur falsum circa monetam falsam uide Dynum in consi 38.in uer item certis ubi etiam quid de expendente monetam prohibitam, an dicatur committere falsum ibi in uersic.sed probatur.*

m ¶ *Inquisitio] Adde Felynum in cap qualiter & quando de accusa in fin iij colum & quod ibi dixi in apostill Et adde dominum Alex. de Imol in d l fina & omnino in suo consilio xli in ij parte.*

SVMMARIVM.

1 *Indicium debet probari per duos testes*
2 *Quando ex coniectura, uel indicijs insurgit plena probatio: tunc tot requiruntur ad hoc probandum, quot ad probandum principalis negotij factum.*
3 *Indicium & præsumptio differunt.*
4 *Adminiculum quid sit. & nu 5. & 10.*
6 *Signa leuia sufficiunt ad probandum quem esse hæreticum.*
7 *Indicium est duplex.*
8 *Præsumptio mouens fortiter animum aliquid credendum, uel discredendum est semiplenum indicium.*
9 *Argumentum quid sit.*
11 *Indicium uehemens quid sit.*
12 *Coniectura quid sit.*
13 *Verisimile quid sit.*

CAP. II.


DVERTENDVM, quia vbi lex non præsumitur, tunc ad probãda indicia sufficit probatio verisimilis, secundum Bald. in l. non hoc. C. vnde cogna.

cogna.vbi plus dixit quod indicium est conie
ctura ex probabilibus & non necessarijs orta
à quibus potest abesse veritas sed non verisi-
militudo veri, quæ quandoque mentem iu-
dicantis in tantum perstringunt, vt cogant
conscientiam iudicis iudicare secundum ipsa.
per l.neque natales.C.de proba. Nam iudi-
cis conscientiæ relinquuntur, & ideo vbi
oportet iudicare per indicia, vel animi motū
præferre vnam probationem alteri lex con-
scientiam iudicis onerat.ff.de testib.l.iij.§.tu
magis.& l.ob carmen.§.fin. Interdum vero
indicia sunt leuia, & magno spatio ratione
distantia nec essent alia ad fidem veri, vt fu
ga, colloquium & similia, & tunc indicia sunt
minus quam semiplena probatio. vt not.C.
de probat.l.cum probatio. Et ideo quando
facile & frequenter hoc ab illo contingit ab-
esse, tunc est leue indicium.argument. glos.
l.non hoc. vnde cogna. & not. in l.ad res
C.de proba.& de furt.l.inciuile. Sinautem
frequenter, & facilius contingit abesse, tunc
est graue indicium, æquiparatur præsumptio
ni iuris. vt not. per Cyn. in l.metum.de
dolo.siue agatur de probando vero homi-
nis actu, siue de probando animo. ff. de sic-
carijs.l.prima §.sed si claua.& extra de homi
ci.cap.significasti. ita Baldus in dicta.l. non
1 hoc.vnde cogna.¶† Erit autem probandum
indicium duobus testibus. gloss. singula.vbi
Bartol.C.familiæ erciscundæ.l.final. vbi dici-
tur, quòd id quod dicitur in l.bonęfidei.& in
l.admonēdi.& in l.iij.C.ad legem iuliam ma.
quod vnus testis facit indicium, vel semi-
plenam probationem, est verum, quando
vnus testis depònit recte super maleficio, vt
quod vidit, qualiter Titius percussit Seium
secus si deponeret super aliquo indicio ad ma
leficium quod vidit Titium percussorem au
fugere cum gladio euaginato, quia istud indi-
ciū debet probari per duos testes secundum
2 Bar.in l.fi.de quęstionibus.† Et dixit notabil.
Ioannes de Imol.in l.cum proponeretur.de
legatis secundo.quod quando ex coniectura
vel indicijs insurgit plena probatio.tunc tot
requiruntur ad hoc probandum, quot ad pro
bandum, principalis negotij factum.sed vbi
per indiciū non insurgeret plena probatio,
tunc bene super facto directo sufficeret vnus
testis, qui tunc faciet indicium ad torturam.
dicta.l.iij.& Barto.in l.fin.de quæstionib. Li-
cet Bald.in dict.l.cum proponeretur. dixerit
simpliciter tot testes requiri ad probandum
coniecturam vel indicium, quot ad proban
dum principalem depositionem.per gloss.ibi
& male.secundum Imol.& confert probatio
suspitionis secundū Cyn.in l.si quis decurio.
C.de falsis.& Ioan.Andrę.in titul. de testib.
3 §.restat.versicul.sed pone.† & adde Bald.in
l.excusantur.de excusat.tuto.vbi posuit diffe-
rentiam inter indicium, & præsumptionem,
& in rubrica.C.de proba.dicuntur adminicu
la vehementia indicia.capitul.cum dilectus.
de succe.ab intesta.& Bald.in d.l.final.fami.
ercis. & in l.ea quidem.C.de accus.vbi etiam
4 posuit, † quid sit adminiculum, & quid con
iectura, & quid verisimilitudo? de quibus
etiam per Bartol.in tractatu testium. Et adde
Bald.in l.aditos.C.de episcop.audi. qui dixit
quod indicium notorium, vt quia quis est vi
sus aufugere per plateam cum gladio sangui-
nolento facit maleficium esse notorium, se
cundum Innocen.cap.statuimus.de offic.de-
leg.& Bartol.in l.tertia.ff.de furt. Sunt etiam
alia indicia directa, in quibus requiruntur
duo testes secundum gloss. in l.final.C.fami.
erciscund. & etiam indirectam secundum
Bald.in dicta.l.final.vbi dixit, quod alibi indi
cia ponuntur pro quibus adminiculis, vel cir
cunstantijs verisimilibus, & probabilibus.
argum. l.milites. §. oportet de quæstionib.
5 ¶† Adminicula autem quandocunque dicun
tur vehementia indicia.de succe.ab intestato
capitul.cum dilectus. Et si vnus testis depo-
nat de vno indicio nihil probat, secundum
Barto.& Bald.in dict.l.fina.secundum Inno-
6 centium.cap.sicut.de hæreti.vbi dixit † quod
leuia signa sufficiunt ad pręsumēdū aliquē es
se hęreticum, sed illa signa oportet plene pro
bari, & dixit etiam Bald.in l.seruos.C.de te
7 stib.† quod duplex est indicium iuris & fa-
cti ex indicio facti dirigitur iudex in viā per
scrutationis, quod indicium potest per quēcū
que fieri.ff.de pœnis.l.qui vltimo. indicium
vero iuris quod habeat aliquem effectū iuris
est duplex.quoddam, quod dirigit iudicem
in viam habendæ quæstionis, & torturæ,
quoddam quod instruit iudicem simul cum
alijs adminiculis in viam, condemnationis
sententiæ, & dixit Bald.in l.cum citra.C.de
iure doti, quod indicium quod mouet animū
iudicis est sufficiens, si indicium sit aliquali-
ter approbatum à iure. de quæstionib.l.mi
lites.§.oportet.nam in l.final.fami. erciscun.
indicium ponitur pro sufficienti fide dicens,
ibi esse nota.gloss.quę loquitur de præsum-
ptione, dixit idem Bald. in l.ea quidem.C.
de accus.quod suspitio est applicatio animi

ad aliquem vehemētem titubationem etiam permixtam cum verisimilitudinibus, qui
8 etiam dixit in d.l.ea quidem.† quòd præsumptio mouens fortiter animum ad aliquid credendum vel discredendum est semiplenum indicium.per l.cum probatio. & est aliquod indicium plenum quod est demonstratio rei per signa sufficientia.per l.indicia.de rei ven-
9 di.† Argumentum autem est, quando plures præsumptiones, seu plura indicia, vel plures testes concurrunt ad vnam conclusionem ad
10 aliquid probandum. † Adminiculum vero est suspitio probans per se solum, & non ope-
11 rans.per capitul.final.de succes.ab intest.† Et est vehemēs.indicium quod est aliqualis pars confirmationis veri, tendens ad aliquid ex defectu probationis, & talia adminicula per se sola non sufficiunt.de excus.tut.l.ij.§.j.Coniectura autem est represeutatio vnius ex aliquo alio sic verisimiliter ordinato.l.item apud.§.
13 si quis virgines.de iniu.† Verisimile vero est illud quòd simile vero videtu.ff.de adul.l.miles.§.multi.Et non verisimile est illud quòd à vero dicitur dissimile.l.fin.ff.quod met.caus.Et est præsumptio iuris simplex quędā verisimilitudo sufficiēs ad rē dubiā de qua creditur.ff. de pactis.l.iurisgētium.§.quod fere. Est & præsumptio iuris, & de iure, quę est à iure promulgata ex indubia cōiectura.ar.ff.de fideiu. tut.l.cum ostendimus.§.fin.Bald. in l. ea quidem. C. de accus.Insuper etiam dixit Bald.in l.milites.C.de quæstionib.quod possēt esse tot, & tanta indicia quod sufficerent ipsa sola ad condemnationem.per not.in l.ij.§.j.de excusat.tutor.dicens quod si sint indicia dubitata ex eis non potest sequi condemnatio, sed tortura, si sunt probabilia, & verisimilia, dict. l.milites.Si autem sint indubitata, & tunc ex eis bene potest sequi condemnatio sine tortura per dictam.l. secunda. ¶ Iudex tamen male facit, qui non habet aliquem probationem nisi indicia, quæ qualiacunque sint, debet extorqueri confessio per torturam.l.excepta.de maleficijs, secus in tortura testis. vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

CAP. III.



MANDAVIT Rex. potestati seu capitaneo per literas, quod quencunque de nocte, vel de die reperiret arma deferentem ipsum torqueret. modo accidit quod tali potestas, seu capitaneus, nonnullos arma deferentes reperit. Et quia erant viri non torquendi, illos minime, tormentauit, modo

modo in syndicatu opponitur contra ip-
sum, quod debet priuari salario vel aliter
puniri, ex quo mandato principis nō par
uit in officio sibi commisso illos torquen
do, qui replicat, quòd illi non erant tor-
quendi. Et iura, & constitutiones pro de-
latione armorum tam grauissimam pęnā
non imponunt, sed pecuniariam. Et quia
iurauit Regi in principio officii iura & cō
stitutiones regni, obseruare, contrariū fa
ciendo incidisset in periurium. modo quę
1 ritur quid iuris? Et primo † videtur, ꝙ po
testas qui in officio sibi commisso nō par
uit in superioris mādato. quod teneatur.
l.i.C.de offic.præfect.in fin. & in l.i.C. vt
dig.ordo seruetur, vbi dicitur quod tene-
tur pœna sacrilegii & Bar.in l.is cui bo-
nis.ff.de verb.oblig.allegando.c.i.de ma-
io.& obe.vbi videtur, quòd, qui non obe-
dit principi morte moriatur. nam multa
de mandatis principum legumlatores in
quoquo volumine cōscripserūt.dicit text.
in authen.de mand. principum. in princ.
& alibi, quod principi placuit legis habet
vigorem.institu. de iure naturali gen. &
2 ciui.in §.quod principi. † In contrarium
videtur.nam quando princeps aliquid ex
iracundia seuerius vindicari iubet ꝑter
consuetudinem, vel cōtra ius nō statim
iudex id exequi debet, sed principi re-
scribet, & supersedebit.tex.sing ī l.si vin
dicari.C.de pœnis. qui est canonizatus.
in capitu. apud Thessalonicam.xii. quęst.
ii.vbi glo.& facit text. nota.in authen.de
mand.princip.in §.si quis autem. vbi tex.
not.quod si quis venerit cum literis prin
cipis, contra, ius, vel contra solitam for-
mam non debet iudex statim exequi, sed
debet principi rescribere, vbi gl.exclamat
contra miseros, prælatos, qui timent in-
tantum literas Papæ, vt non audeant de-
clinare in contrarium.& facit text.in l.si
cut.de paga.quem ibi glo. allegat. & facit
quod habetur in capitulo pastoralis. de
fide instrumen.& c.si quando. de rescrip.
vbi est similis gl.& in auth. vt nulli.iudi.
in §.& hoc verbo, iubemus.vbi tex. ꝙ de
bet expectari secūda iussio, quia per eam
melius deliberatᷓ, quā ꝑ primam. secūdū
glo. ibi, sic ergo iudices debent in talibus
maturè agere quia aliquādo princeps ira
cūdia motus, vel male informatus rescri-
bit, & tunc officialis debet bene custodire
reū, & rescribere.ꝑ tex.in d.l.si vindicari.
¶ Quid enim si princeps simpliciter rescri
pserit, qđ delatores armorū torqueat, &
inuenerit militē arma deferentē, certe nō
intelligitur de milite, quia princeps mili-
tiam decorat cingendo sibi ensem. vt di-
xit gl.in l.pen.ff.ex quib.caus.ma & sic vi
detur sibi data licentia arma deferendi, et
non comprehenditur in hac generalitate
tanquam habens priuilegium, vel si inue
nerit alium officialem, vel eius familiam
arma deferentes, certe non torquebit, q̃a
illi deferunt arma pro fauore officii & ha
bent de hoc priuilegium iure clausum, vt
in procemio institutionum. Vel si repe-
riat æquitatem extra ciuitatem arma por
tare, vel venientem, de villa, aut causa na
uigationis, seu venationis, certe non tor
quebitur quia isti non veniunt in tali ꝑ-
hibitione, quia lex permittit itineranti-
bus arma deferre. vt in titulo de pace te-
nend.§.si rusticus & in §.mercator.& est
constitut.regni Siciliæ de prohibita por-
tatione armorum, vt in l. prima.ff. ad le-
gem Iuliam.de vi public. Quid enim si
iste tali generali prohibitione inuenerit
arma deferri, venalia, vel causa commer-
cii per venditores, vel fabrienses, qui tale
ministerium per ciuitatem exercent, vel
si reperiat regios familiares, vel æquitan-
tes, aut cedentes extra ciuitatem, qui pos
sunt arma deferre. vt in dict.consti.regni
certe non torquebit, quia à iure est eius
hoc indultum. vt in l.2.ff. ad legem Iuliā.
de vi public. ¶ Nec etiam poterit vigore
talis mandati capere doctorem, legum, &
ipsum scrutari. pro armis, quia doctor nō
potest pro armis scrutari Barto. in l. me-
dicos.de professo.& medi. Nec etiam si re
periat minorem, aut senem cum armis,
illos torquebit, quia de iure torqueri non
possunt. l.i.§.impuberes.ad Sillan. & l.ex
cipiuntur.& l.3. eodem titu. & late Bart.
in tractatu de quæstio. † Tamen si repe-
3 riat mulierem cum armis debebit puniri.
secundum Bald.in l.si constan § fi.ff. solu
to matrimo. Nec etiam poterit vigore ta
lis commissionis torquere illum qui de-
ferret arma, vt se defenderet a latronibus
vel piratis, vt dixit glo.in dict.§. si qs ru
sticus.vbi dicit, quod nō licebit deferre ar

ma ad palatiũ. Vel etiam si deferret arma pro occidendis bannitis secundum Ludo ui. in l. 3. §. sed verum. ff. ad Sillan. Vel si quis deferret gladiũ ad incidendum panẽ per illam singula glo in auth. de armis. in §. fin. Et sic licet habuerit generalem com missionem de torquendo delatores armo rum, limitabitur & restringetur, secuudũ dispositionem iuris communis per nota. in l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimo.

4 † Nam generalis prouisio nõ se refert ad ea de quibus est specialiter prouissum. ar gu. de vul. sub. l. cohæredi. §. qui patrem. de alimen. lega. l. alimenta §. basilice. de le ga. iii. l. vxori. §. codicil. de offic. delegati. ca pitulo studuisti. Nam priuilegium specia

a le nõ tollitur per generale subsequẽs a l. decurio. C de silen. libr. xij. & not Bald. in procemio. C. §. si quæ. & nota. in l. semel. de re. milita. lib. 12. Inn. in c. i. de relcri. & glos. & Andreas de Isern. in constitu. ea q̃ & Barto. dixit in l. ambitiosa. de decre. ab

5 ordi. † quòd si princeps daret alicui gene ralissimam potestatem, non posset tollere cõstitutiones anteriores à principe cõ ditas, vel firmatas per text. in l. hæc quoque necessario. §. sed si quæ. de offic. præfect. præto. & in i. constitu. C. §. quibus. & Bald. in l. nulli. C. de senten. argumen. l. si hominem. ff. mandati. Quinimo etiam si diceret princeps in tali commissione, vel mandato de torquendo quoscunque, nõ obstante quocunque priuilegio alicui cõ cesso, non derogabitur prædictis qui habent priuilegia in corpore iuris clausa de deferendis armis. argument. gloss. in l. 2. §. omnes ff. de iudic. vbi Bartol. nota. illam gloss. & in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi. oport. quinimo etiam puto quod tale mandatum generale prin cipis de torquendo inuentos cum armis non comprehendit personas in dignitate positas. per textum notab. in capitulo sedes apostolica. extra de rescript. nam in dignitate positi non torquentur nec etiã iudices, milites, decuriones, & filii, & nepotes eorum, quia in eis aliqua macula pudoris non spargitur. secundum Bar. in tractatu de quęstio. alleg. l. milites. C. eo. & l. diuo Marco. & l. decuriones. l. fina. C. de decur. nisi in crimine læsæ maiestatis, & proditionis, & in aliis casibus speciali-bus, vt ibi per ipsum. & supra visum. Tamen an hoc habeat locum in doctore, seu in aduocato. Barto. in tractatu. prædicto dixit quod de rigore non torquẽtur quia militant patroni causarum. C. de aduoca. l. aduocati. licet dicat q̃d contrarium seruatur de consuetudine. Tamen. Cyn. in l. milites. C. de quæstio. tenet q̃d aduocati nõ torquentur per dict. l. milites. Bart. autem in l. i. de aduoca. diuers. iudic. dixit q aduocatus qui deposuit officium aduocationis dicitur clarissimus, & nõ potest torqueri. & Ludouic. in suis singularibus in verbo, tortura. singula 494. dixit quod milites, Doctor. & similes non torquentur per dict. l. diuo Marco. & per dictam l. milites dicens, quòd consuetudo dictãs contrarium est nulla. per lege om nes iudices. C. de decurion. vbi Bartol. hoc nota. & quod doctor non possit torqueri. tenet Bartol. in l. subiectionem. C. de aduoca. diuer. iudic. & quod idem Barto. dixit in l. aduocati. eodem. titulo & aliquid per Salice. in l. i. C. de iuris & facti. igno. vbi

6 de milite facit ad prædicta, † quia lex disponens capturam personæ non extenditur ad doctorem. l. medicos. de professoribus & medicis. libro. x. & l. ne quis. de aduocatis diuersorum iudiciorum. vbi impositio onerum personalium non extenditur ad doctorem. Et sic dictum mandatum simpliciter loquens non extenditur ad personas positas in dignitate, per textum in d. cap. sedes. & facit ff. de iniuriis. l. item apud Labeonem. §. hoc edictũ facit quia vbi lex mandat aliquem suspẽdi ratione delicti commissi non habebit locum in constitutis, in dignitate, vel in militia, nec ad decuriones, vel eorũ filios, sed ad plebeios. ff. de pœnis. l. capitalium. §. non omnes. & §. serui. & l. moris. §. istis fere. & facit cap. i. de officio delegati. in 6. vbi iudex delegatus non potest procedere ad excommunicationem ratione contumaciæ contra existentem in dignitate facit capit. i. de officio vicarii. in vj. ¶ Et ideo officialis iste qui iurauit dispositione certa, qui nõ tormẽtauit prædictos nõ tenebit in syndicatu de excessu de mãdati sui superioris, Nã pęnę sũt moliędę. c. i. pęnis. de pœnis. & de regulis iuris. in capitu lo odia. nam tale mandatum fuit odio-

suma

ſum, quia pro delatione armorum pro
quibus eſt impoſita pœna pecuniaria à iu
re conſtitution. regni imponit pœnam
corporalem, quæ etiã minima eſt maior
qualibet maxima pœna pecuniaria. ff.de
pœnis.l.inſeruornm. & ideo reſtringen-
dum vt ſimpliciter, vel generaliter ema-
natum non comprehendat perſonas à iu-
re priuilegiatas per plene notata in l.ſi ve
ro.§.de viro.ff.ſoluto matrimonio.cum ſi
milibus & vide Bartolum. in l.libero. de
quęſtionibus. & ſupra in verbo, doctor.
7 ¶ † An clerici posſint torqueri. Ioannes
Andræas in cap.cum in contemplatione.
de regulis iuris in nouella dixit quod ſic,
quia accuſatores & teſtes Epiſcoporum
torquentur.2.quæſtione i.in primis.& in
capitu.illi qui.quia laici non admittuntur
contra Epiſcopos.2.quæſtione. 7.ipſi te-
ſtes Alii dicunt nullum clericum torque
ri, licet posſit pro crimine verberari. 45.
diſtinct.cum beatus leuiter tamen ita nõ
in ſanguinis vindictam.cap.imo.ne cleri-
ci vel monach.de rapto. cap. in archiepi-
ſcopatu.& cap.prius. Nam de clericis vili-
bus & ſuſpectis licita eſt tortura ex cau-
ſa, dummodo ſit moderata, & fiat ex cau-
ſa.de crimi.falſi ad euidentiam. de rapto.
cap.in archiepiſcopatu.quod eſt verum,
non ſolum cum de crimine quæritur, ſed
etiam ſi de pecunia agatur.per c.i.in glo.
penul.extra depoſi. vbi eſt opinio Abba-
tis dicẽtis nunquam reperiri clericos tor
quendos, niſi ſint infames, vt erat ille Be
lial. de quo in dicto cap. i. debet quæſtio
moderari ſecundum Hugon.quia in foro
eccleſiaſtico non debent fieri tormenta,
quæ fiunt in foro ſeculari, ſcilicet, cum ſu
biiciũtur aculeis, virgulis, fidiculis, & aliis
ſeuerioribus, ſed virgis ſubiici poterunt.
23.quæſtione v.cap.primo in fine. dum-
modo ſeruetur incolumis.ff.de quæſtio-
nibus.l.2. Et licet dicatur, quod in dignita
te conſtituti non torquentur. C.de quæ
ſtionib.l.milites & l.diuo Marco.& 45.di
ſtinctio. beatus dixerunt quidam in cleri
b co qui eſt miles cœleſtis b cap.i.de cleri
co ægroto.alii id ſpecialiter putãt de pre
sbytero per l. presbyteri. de Epiſcopis &
clericis.canonizata.v. quæſtion.i. & facit
quod no.v.quæſtione.v.cap.illi.Sed Hu-
go.dixit etiam ſuſpectum torqueri, & lex
illa loquatur de non ſuſpecto, vel corã laĩ
co.cum enim ſacerdos fortius alio peccet
in celando, vel publicando celanda.de ex
ceſ.prælat.cap.quam ſit.3.quæſtione 8.ſa
cerdos.ergo priuilegium in hoc perdet.ſe
cundum Ioannem Andræam in dict.cap.
cum in contemplatione.& vide in l.3.C.
ad legem Iuliam maieſta.& l.nullum.C.
8 de teſtibus.¶ † Contra clericum autẽ nul
la indicia ſunt ſufficientia ad torturam,
niſi ſit infamatus de crimine.dom. Anto.
& canon.in c.i.de depoſito. de quo vide
Bartolum in l.ex libero.de quæſtionibus
& alios præsbyteri. C.de Epiſcopis & cle
ricis.vbi etiam Baldus & hoc obſeruatur.
quia in caſibus à iure permiſsi clerici, &
præsbyteri torquentur, & vidi eos tortos
pro veneno dato conſanguineis, & in cri
mine maieſtatis plurimos, & alios qui ſe
pulta corpora exhumaueruut & veſtibus
cum quibus fuerant ſepulta ſpoliauerũt,
& anulos abſtulerunt, velut fures & ſacri
legi & violatores ſepulchrorum. ¶ Si con-
tra aliquem probatio concurrat, quod a-
lias ſimilia fecerat delicti erit aggrauatio
indiciorum aliorum contra ipſum. argu.
l.non omnis.§.à Barbaris. de re militari.
& l.de minore §.ſi plurimum.de quæſtio
nibus.l.ſi cui.§.idem.de accuſatio.& not.
Bar.in l.fina. de quęſtionib & Gandin.in
rubri.de præſumptionibus. & Speculator
in tit de prẽsũptio.§.ſpecies.verſ.pen.&
quod no.in l.ſi cui.§.idem. de accuſatio.
9 & infra proximo c.¶ † Indicia ſi ſint ſuffi
cientia vel non, committitur iudicis arbi
trio.l.3.§.fina.de teſtib. Cynus in l.fina.
de quæſtioni.Ioannes Andræas in c.cum
in contemplatione.de regulis iur.& Bart.
in l.fina.de quæſtionib.& Bald.in l.fina.
de quæſtio.& Bald.in l.2.C.quo.appella-
tio.non reci.¶ Si duo teſtes reperiãtur de-
ſcripti in inſtrumento, & vnus dicat ſe nõ
interfuiſſe, & aliter mortuus eſt, reſultat
ſuſpitio, quod inſtrumentum non ſit ve-
c rum.c glo.in l.i.§.fi.in verb ſuſpecto vbi
Bar.& alii quemad.teſta.aper.& Innocen.
in c.cum Ioan.de fide inſtrumentor.
¶ Si probetur aliquem delinquentẽ, vel fal
ſariũ fuiſſet ſemper contra ipſum laborat
ſuſpitio in eod gñre mali.l.ſi cui.§.idẽ. ff.
de accu.l.de minore.§ tormẽta.ver.cuius
æſtimationis.ff.de quæſtio.& Barto. in d.
l.fina.

l.fina.ff.eodem titu.Bald.in l.fina.de hæredib.institut.& gloss.in l.iubemus.C. de probatio.¶Filius occidit aliquem, & probatur, quod pater erat prope locum homicidij, & quod pater filium arripuit de manu capientium, & gladium euaginauit, & quod ipsum receptauit. Ex parte patris probatur bona fama, & quòd occisus dixit, quod pater fuit innocens, & quod pater filium reprehendit in principio rixæ, an pater sit torquendus? Dicitur quod non, quia non præcedunt indicia ad qualitatem delicti.ff.de quæstio.l.j.circa prin. & l.vnius.§.fi. & l.milites.§. oportet.& non est nisi vnum indicium, quæ debent esse saltem duo.in §.eiusdem.vbi vide de testi. ¶Et non præsumitur patrem mandasse, nec ex persona filij puniri.ff.de noxal. l.fi.cum seq. & quia ex hoc quod filium eripuit & receptauit nō capitur coniectura, quod pater mandauerit, quia præsumitur fecisse ex proximate sanguinis, & tenetur tantum de violentia & receptatione, quæ sibi mitigatur ratione sanguinis. l.fin. de recepta.& l. i.de his qui latro. & quia violentia & receptatio fuit post de-
d lictum.[d] d.l.& l.congruit.§.j.de offic.præsid.& patet, quod non potest capi coniectura, quod fieri fecerit maleficium, quia lex non præsumit de præsenti ad præteritum delictum C.de adulter l. si qui. de resti.& ea quæ.§.fi.vnde & cum in hoc delicto violentiæ non potest includi mandatum de violentia non accusatur. vnde non punitur de ea.ff.de adulte.l.2.§.si publicæ.& de mandato non constat.& de proximitate patris ad locum delicti non sufficit, quia vnicum indicium non sufficit, sed oportet plura esse indicia, vt supra & quia nulla lex præsumit quem ex iussu delinquere.l.liber homo.ad legem Aqui-
10 liam. ¶† Et pater nō tenetur de delicto filii, nisi cum prohibere potuit.& non fecit.ff.de noxa.l.omnibus.& l.in delictis.& l.fi.de noxa.Item patrem excusat, quod dixit occisus, quod erat ignorans, ergo per hæredes non potest accusari.l.j.§.fin. vbi Iac.de bel. ¶Nec obstat præsentia patris in loco, quia nihil operatur. arg.l. Caius. de pign.actio. Ang. in consi. vltimo suorum consiliorum, vbi sequitur aliud consilium Accursii in hoc, quia est permissa patri defensio filii. per l. isti quidē. quod met.caus.& l.scripto.vnde liberi.cum similib. Item quia tenebatur filium liberare.arg.l.vrbis.de iusti.& iur. & l. ea lege. de ser.export. ¶Non obst.euaginatio gladii, quia fecit.vt refrenaret calorem aduersarij ne tristius eueniret.l.fi. §.filii.C. de bon.quæ lib. & quia neminem vulnerauit, vnde parcitur ei l.qui falsam.de fal. secundum Accurs.quem ita An.refert.

¶Si contra indicia accusatoris alia probantur in contrarium multum operatur de quæst.de minore.§.fi.& no.in l.j.de sic.& l.si non conuitij.C.de iniur.& C.de ędil. edict.l.sciendum.§ illud. Ang.in consi. su-
11 pra dicto.¶† Si testes producti super accusatione aliud deponant, nocet accusatori de peti.hære.l.si quis libertę.§ fi.C.qui legi.personam.l.momentaneæ.de iureiurand.l.si duo patroni.§ idē Ang.in d.consi.¶Mulier inquiritur de venenatione viri, & adducuntur indicia, & testes contra eam, quod vir hoc dixit pluries nō statur dicto eius.l.si qs in graui.§.i.ad Sillan.quia nō credit testibus, quorū authores repellunt.c.f. aternitatis.de test.& qđ Bar. no. in l.admonendi.de iureiuran.in quæstione de priuata scriptura.

¶Alii dicunt, quod vxor misit viro quosdam currusellos, quos cum impleuit clausit ianuam, & expulit famulos, quod non est indicium, si nullum venenum ibi probetur fuisse, maxime si deinde vir stetit longo tempore sanus, quia probetur hoc probatio non est concludens. Alij dicunt, quod vxor dedit brodetum ad comedendum, & statim euomuit vir, & dixit se fore venatum, qui similiter non probant si non dicant vidisse ibi apponi res venenosas per vxorem, quia potuit esse vomitus ex materia colerica. si hoc medici attestarentur. Et alii dicunt vidisse vxorem pluries dedisse viro de certis pulueribus in ferculo, quod non sufficit, nisi dicant quod cognouerunt esse venenos, & nocuisse viro, vnde non apparet, quod causa eum interficiendi dederit.l.prima §.finali in principio & l.tertia de sicca. Quæ indicia excluderentur quando testes accusantis dicerent vidisse corpus viri viuū & mortuum, & nulla ibi essent signa venenationis, quę solēt apparere. Pau.in cō sil.195.

fil.195. Vbi aliqua de materia indiciorum dixit, & allegat Gand. Tamen puto, quod erit locus torturæ ex tantis indiciis contra eam adductis, licet Paulus aliter concludat. ¶ † Indicium dicitur demonstratio, siue adminiculum ad veritatem detegendam l. adulterii. de adult. & in l. solent. de præscrip. verb. ¶ Indicium quoddam est semiplenum. de quo l. indicia. de rei vendic. Bald. in l. ea quidem. C. de accusa. Ioan. And. in Specul. in titu. de probatio. versic. vii. per indicia. Et istud cum aliis concurrentibus sufficit ad torturam. vide infra in c. an facta. vbi de fama quæ
13 de per se non sufficit. ¶ † Vicinitas inducit inditium, quod indicium sumit vires à lege diuina. Deuterono. cap. xxi. Quia in dubio vicinus magis præsumitur dedisse damnum vel furtum, quàm alter. Iacob. de Aret. & Barto. in l. si quis ita testamento § fin. de fund. instr. Nam præsumitur vehementer contra vicinum, qui habet locum notum, & ibi conuersatur. per l. dominus. ff. locat. Sicut si quis fuit visus in sero facti furti per loca vicina ire armatus, aliter quàm consueuit, secundum Bar. in l. fin. C. eod. tit. vide supra in c. licet dicatur. & infra in c. si quis fuerit vulneratus. & in c. si quis reperiatur.
14 infra, & infra proxi. cap. ¶ † Si reperiatur corpus hominis mortui in domo alicuius vel in via prope domum est indicium cõtra dominum domus. Bar. in l. ædiles. de via public. licet Bald. dubitet in l. iii. §. quia. de off. præfec. vig. & per Bartol. facit l. si vendita. de peric. & commo. rei vendi. Sed Ludo. in l. ii. ff. ad sillan. voluit quòd cum aliis indiciis sit sufficiens. argu. l. in ciuile. de fur. & no. in c. illa vox. de pigno. Spec. in tit. de teste. §. i. versicu. sed quid si quatuor. & in l. ii. §. in omnibus. de priui. credi. & Bald. in l. multum. si quis alteri. & Bald. in l. prima. de ser. fugit. & in l. fin. de proba. & Ang. in l. i. si quis imperat. & Bar. in l. manifestissimi. de fur. & in d. §. in omnibus. & Ang. Are. in maleficiis. versi. fama. col. 36. Et quicquid dicat Albe. in ij. part. statu. circa fin. quando esset repertus in domo suspecti. ideo erit locus torturæ, sicut dicitur de custodibus pro furto nocturno. per Bartol. in l. i. de off. præfe. vig. vt indicent malefactorem præsertim vbi hoc indicium adiuuat qualitas personarum, secundum Bal. in d. l. i. Et dixit Dyn. in d. §. hoc senatus. quod ab omnibus de domo præsumitur mortuus. arg. l. i. in fi. de exercito. ff. l. i. in fi. de his qui deiec. Idẽ Ioan. And in capitu. significasti. de homi. per l. item Mella, si plures. ad legem Aqui. & Ioan. Andr. in Specula. in titul. de homicid. §. primo. versicu. pone. vbi tenent, quod posset torqueri. & idem Federic. in consil. 219. de literis apostolicis falsis repertis apud monachum. & facit quod in simili not. Archid. in capitu. præsidentes. de hære. in sexto, de libris reprobis repertis in domo suspecti. probatur in cap. si forte. 24. quæstio. secunda. & in capitulo ad audientiam. de sentent. excom. facit l. stigmata de fabri. & quod not. Archidia. in capitu. si quatuor. 24. quæstione fin. & Cyn in l. quoniam. ad legem Iuli. de vi. & Ioan. And. in titul. de homicid. §. primo. versicu. pone qua. & in cap. si dignum. & capitu. significasti. de homici. & facit l. lege. ad Sillan. & l. i. de rapt. virgi. & quod Bartol. not. in l. i. in fi. de bon. eo. qui mortem. vide infra proxi. c. & in c. si quis fuerit vulneratus. cum seq. & seq. & in c. an si reperiatur homo mortuus. Si inquiratur aliquis de homicidio, vel de consilio præstito ad delictũ, & de homicidio probatur per famam, & probatur, quod ille fuit locutus homicidæ, & ille statim venit, & occidit, sed nesciebatur quid dixerit ei ex breuitate temporis, præsumitur
e dedisse consilium. e glos. & Bart. in l. si vẽter. § eorum. de priuile. credi. & quod no. in l. si quis post hac. de bon. damn. C. & quod Bar. in l. post contractum. ff. de do. vbi ex breuitate temporis fraus præsumitur. & quod Bart. & Ang. l. i. C. de ser.
15 fugitiuis. ¶ † Si carceratus reperitur mortuus in carcere, & ignoratur quo modo, vel à quo, præsumitur contra carceris custodem, si probet, quod non dolo, vel culpa eius sit mortuus. glo. singu. in l. cum ita legatur. §. species. de leg. ii. & in l i. §. fi. de custod. reor. & probatur in l. cum res. §. i. de leg. i. & tenet Aret. in maleficiis. in ver. fama. in 27. col. in versic. quandam ve stem. decima colum. ¶ Si quis fuerit vulneratus in contrata. & aliquis illo tẽpore fuit visus per aliqua loca ibi vicina ire armatus,

matus, cum non consueuit sic facere, est præsumptio contra eum, secundum Bar. in l.fina.ff.de quæstio.& Salice.in l.finali. C. eodem. ¶Nam qualitas loci quo ad hoc satis attenditur, secundum Bartolum in l.præsidibus.de cursu public. libr.xii. & in l.qui fiscalis.de naucul. libr. vndecimo, & facit l.si quis per publicum. de cursu public.not.Iaco.Butriga.& Bald.in l.si quis non dicam rapere. & idem Bald. in l.si fugiti.de seruis fugitiuis. & Bartol. in l.cum proponas. de nau.fœno. & ibi Doctor. facit l. Cotem.§. dominus. & l. Cæsar.de publi. Et si quis fuit visus ante domum. l.commissi. vel res inde furata est apud eum.not.glo. & Doct.in l.si. C. famil.ercisc.& in l.fi. de hæredibus instituend.& per l.absentis.de pœn. & not.in l.fina.de his quibus vt indignis. Bartol. in l. final. de quæstionibus. Bald. in l.in ciuile. C. de furt.Bald.& Imol.in l.finali. de hæredibus instituendis. allegat ita Cyn. tenuisse plene Aret. in maleficiis in versic.quandam vestem. in x.col. & infra proximo cap.cum sequentibus.

¶Si quis reperitur cum gladio euaginato prope cadauer, est indicium contra ipsum. Bartol. in l.ii.in prin. de furtis. Vel cum cultello sanguinolento exire, cum facie pallida de domo, quæ non habet nisi vnum ostium, in quo reperitur homo mortuus.Ioan.Andr.in Specul.referens Thom.de Pipera. in titul. de probationibus. §. j. versicul.xiii. qui dicit hoc indicium sufficere etiam ad condemnationem. Et idem si visus fuit molare cultellum, & inde fugere, vbi homo mortuus reperitur, vel tempore mortis erat in loco. Vbi receptauit occidentem, vel erat domesticus. & idem firmat Imol. in l.fina.de hæredibus instituendis. facit l si plures.§.assidue.ff.de administratione tutorum. de mala conuersatione.& l.ædiles.§.Pedius. de ædili. edict. locus etiam in hoc attenditur per l.si. C. si manci. ita fuer.aliena. & in l.desertorem. §. is qui. de re militar.

¶Si iuuenis inuenitur in loco pulchræ puellæ, vel visus est exire domum præsumitur contra ipsam, secundum Butri.& Bartol.in l.Pacumenius.de hære. institu. & Barto. in l.ii.§.fin.& de adulter.& Canoni. in c.præterea.de testi. & Bart. in l. ii.ff.de furt.vbi dicitur, quod inuentus in f domo puellæ est adulter manifestus.f & quod dixit Ioan.And.& Abb. in c.tertio loco.de proba.& quod Bal.& Imol.in d.l. fin.de hæredib. instituen. & quod not.in l.neque natales.de prob.

16 ¶†Præsumitur contra inimicum.Specu. in tit.de præsumptioni.§.i.& Ludouic.in l.i.§.hoc senatus ad sillanianum.in verb. suspitio.& in l.licet.de arbitr. & no.Bart. in l.tertia.§.fina.de alimentis legatis. per l.si inimicitia. de his quibus vt indignis. nam etiam semel inimicus semper præsumitur, quia mala mens durare præsumitur. not. Innocent. in capitul primo, quod metus causa.

¶Minæ præcedentes faciunt indicium. glo.Cyn.& alii in l.metum.C.quod met. causa.& vide Rayn.Bald.& Imol.in l.fin. de hæredibus instituendis. & ibi Bartol. etiam forte quo ad condemnationem, secundum Rayner. ibi, quia æquipollent homines, cum ferro percutere, vel gladiū stringendo minari ad effectum legis Corneliæ l.i.§.diuus.de siccariis. & facit l.iii. quibus ex causis maiores.

17 ¶†Indicium in contractibus sicut in maleficiis debet probari per duos testes.Bal. in l.cum proponeretur.de lega.secundo. per gloss. in l.final. famil. ercisc. & in capitu. sicut. de symonia. etiam in testamento inter liberos. & sic idem numerus testium requiritur in probanda veritate, secundum Baldum. Et si dicatur vnus testis facit indicium. l.Theopompus. de dot.prælega.de quæstionib.l.maritus.hoc est verum, vbi certus numerus testium non requiritur ad solennitatem.C.de testamen.l.si vnus. & tunc vnus testis facit indicium quando deponit super veritate, secus si deponit super indicio. per dict. l.fina.& per glos.in l.iii. C.ad leg. iuliam maiesta. Tamen aliàs dicitur, quòd non eadem qualitas & forma probationis requiritur in circūstantiis, quę requiritur circa id, de quo principaliter agitur, per not.per Bar.in l.in quæstioni.ff.ad legem Iuli.maiesta.& Bal.in authē.si dicatur. de testi.& in l.i.de reb.cred. & quæ not.Bar. in l.solent.de alim.lega.& quod no.glos. in l.cum probatio.de proba.iuncta gloss.

d.l.

d.l.cum proponeretur.& Lap.in alleg.ix. & quod Bal.dixit in l.errore.de testamēt. vbi an error possit probari per duos testes in circunstantiis testamenti, non ī dispositione eius & quod habetur in l. reos. §.cum in tabulis de duobus reis.& in l.iurisgentium.§.quod fere.de pactis. vbi de probatione in coniecturis & in accesso-
18 riis.¶ † De indiciis ad torturam non pōt dari vna determinata regula, quia valde consistunt in arbitrio ius dicentis, cuius fidei & authoritati distinguendum cō mittitur.ff.ad Turpillianum.l.prima.§.calumniatoribus,& quia tormenta loco testium subrogantur potest dici de eis illud quod dicitur de testibus,tu magis scire potes &c.ff.de testib.l.tertia.§. tu magis.& ī materia mor.ff.de vsu.leg. mora statuta. ¶ Quæ indicia, vbi lex, vel consuetudo nō determinat supplet iudicantis religio.ff. de testibus.l.scio. ideo lex super indiciis grauat conscientias iudicum. ¶ Indicia ad torturam debent esse non solum vehementer adminiculatiua, vel verisimilia, vel etiam satis probabilia, vt si nocte dicatur adulterum intrasse, vbi multis stabat.
19 †nam ratione noctis suspitio inducitur, quia tenebræ noctis sunt aptiores.l. prima de ventre inspiciendo. & noctis tempore vagatur,adulter,& præsumitur turpitudo vbi masculus & fœmina in tenebris sunt.& præsumuntur venisse ad maleficia,quia qui male agit, lucem odit. & ideo ex istis facilius venitur ad torturam quia deficiente probatione clara venitur ad argumenta.l.non omnis.§. a barbaris. de re militari & quod not.in l. si cum exceptione.§.hæc autem. quod metus causa.C.de siccariis.l.furem. & ad legē Aquiliam.l.sed & si. Nam de nocte deambulare & ad loca suspecta, & ad personas suspectas,& suspectū,& à suspitionibus torturæ cœperunt.l.dolum.de dolo.¶ † Indi-
20 cium ad torturam est confessio extraiudicialis.l.capite quinto. de adulteriis. vel coram iudice confessio non in figura iudicii.vt l.iubemus.in glo.de liber. causa. de agrico.& censit.l.cum scimus. & in capitu
21 lo at si clerici.de iudiciis.¶ † Item cum qs in mendacio reperitur cum dicat nunquam habuisse,nec vidisse bona,& probetur cōtrariū de toto,vel de parte. qđ mendacium inter maxima indicia ponit Bartolum in l.finali.ff.de quæstionibus. & p l.vnius.§.testes.de eodem titulo. & per capitulum literas. de præsumptionibus. ¶ Et etiam domesticitas quā quis habuit in domo,in qua furtum fuit commissum. argum.l.de minus horreorum.ff. loca. & l.finali.in fine.de fundo instruct. extra de præsumptioni.capitulo quosdam. & capitulo quanto.& vide Bartolum in tracta-
22 tu de quæstionibus, & supra.¶ † Ex pluribus indiciis simul coniunctis resultat plena probatio etiam ad criminalem pœnam.l. excipiuntur.ad sillanianum cum glossa in verbo,particeps.& facit lege indicia de rei vendicatione. Tamen dominus Ludouicus dixit quod indicia indubitata simul coniuncta faciunt plenam probationem que ad pęnam criminalem.
23 l fina.C.de probationibus.¶ † Quæ indicia indubitata sunt ea quæ lex habet pro veris probationibus,vt in adulterii probatione,& per Bar.in l.2.§.fin. eodem titulo & Cano.in capitulo præterea.de testibus. capitu.illud.de præsumptio. ¶ Indicia autem iudicis religioni commissa, & à iure non approbata non faciunt probationem in criminibus,& sine tormentis non iudicatur ex eis.C.de quæstionibus.l.milites §.oportet.& l.finali.§.diuus.ad sillania.&
24 l.absente.de pœnis. Præsumptiones† autem iuris & hominis simul iunctæ probāt plene.leg.secunda §.ætas.de excusationi. tutorum.& in capitulo illa vox. de inge. quę locum habent,in ciuilibus.In criminalibus vero si essent vehementes pręsūptiones posset ex eis quis puniri.vt notat Innocentius in capitulo afferte.extra. de pręsumptionib.& quod not. Ioannes Andrę i additio. in tit.de aduocato. Ludo in l.excipiuntur ad sillanianum.¶ An si reperiatur quis in domo occisus, vnus cum eo in domo existens & tacens an pręsumatur particeps.glossa allegat quod sic. Baldus in lege excipiuntur, ad sillanianum,licet quidam faciant distinctionem ex dictis Bartolus in lege. finali. de quęstionibus.considerando qualitatem personę per lege non omnis.§. à barbaris. de re militari. & in regula iuris semel. malus. Tamen Ludouicus. ibi dixit quod talis non probatur particeps criminis.

criminis. licet contra eum quantumcun-
que persona sit honesta, vel ihonesta cau
setur præsumptio aut indicium ad tortu-
ram. per not. per Bartolum in dicta l. &
textus in l. prima. §. cum dominus ad silla
nianum. & vide supra in capit. si reperia-
tur corpus hominis mortui. ¶ Quando p-
ceditur ex mero iudicis officio, vel p mo-
dum notorii, & ex fama publica tollitur
necessitas traditionis copiæ indiciorum,
& articulorum. Angel. in l. si vacantia. in
repetitione. in versicu. de quinto vero ar
ticulo. & But. in cap. qualiter. de accusa-
tio. per capitulo i. de officio ordina. quòd
constare dicitur ex confessione partis. ca-
pitulo. i. de accusationibus in sexto, secun
dum Bartol. in l. 2. §. si public. de adulter.
& in l. constitutiones. in fine. de appella-
tio. & in l. si cui. §. i. de accusatio. vbi Bal.
& Imol. & Ange in l. si vacantia. versicu.
venio ad secundum per l. 2. qui & aduer.
quos & in capitu. vestra. de cohabi. cleri.
vbi etiam but. Innocen. in c. i. de elect. &
Specula. in titu. de crimi. in modum ex-
ceptio. §. iam. versicu. testes. & Innocē. in
capitu. statuimus. de officio legati in vi. q
dicit ibi Baldus rationabile, quia notoriū
succedit loco famæ & loco accusatoris. &
idem Bald. in properandum. in fin. de iu-
di. & facit ii. quæstio. i. capitulo de manife
sta. & de iureiuran. ad nostram. lo. 2. ¶ Idē
est vbi fit inquisitio, & de cōscientia prin
cipis, quæ supplet defectum cuiuslibet so
lennitatis. præsertim præcedentis infa-
miæ, defectus iudiciorum, & traditionis
copiæ. secundum Innocentium in capitu.
cum oporteat. extra de accusationibus. in
fine, & Baldus in l. nullus. C. ad legem Iu
liam. maiesta. & Angelus Aretinus in ma
leficiis. in versiculo, fama in 2. colum. qui
etiam dixit sufficere conscientia principis
regentis ciuitatem, per notata in gloss.
Cyn. & alios in l. fina. de præscript. long.
temp. & Bartol. in l. hostes. de capi. & idē
sentit Ioannes Andræ. in cap. ii. de accu-
sationibus. in vi. in principio. de hoc per
Bal. in l. 2. de constitu. pecu. vbi de hac cō
scientia principis omnino in verbo, inqui
sitio. in capitu. in inquisitione aliquando
cum sequentibus. & in cap. inquisitio. pro
cedit licet non detur copia. ¶ Vbi esset re
motum indicium tunc cum alio vnito
sufficit, puta mala cōuersatione vel mala
conditione, & fama. l. de minore. §. pluri.
de quæstioni. de re militari. l. non omnis.
§. à Barbaris. & l. si cui. §. eisdem. de accu-
sationibus. Vel notitia rei vel conuersatio
in domo. l. dominus horreorum. loca. Aut
fuga, aut absconditio post delictum. l. lege
Corne. ff. ad silla. Vel si pauloante domū
euacuauit supellectilibus pretiosis. secun-
dum Salyce. in l. fin. de quæstio. Vel si res
ad nullius commodum cedebat, nisi illius
l. i. §. si quis. de lati. li. Vel si erat pauper
& post furtum repertus expendere mul-
tam monetam, & non reperitur, vnde ha
buit. argumēt. l. quintus. ff. de dona. inter
virum. Aut confessio extra indicium. l. ca
pite quinto. de adulte. & adde decisionē
Rotæ in nouis. clxxx. Item quod tenet
confessio. ¶ Quando delictum est incertū
à quo de pluribus est commissum, cū ab
extero verisimiliter committi non potue
rit, tunc eo ipso quod alter est malæ con
ditionis, & famæ ad veritatē eruendā po
test torqueri. per l. quoties. C de naufra-
giis. scd'm Salicetum in l. finali. de quæstio
nibus. & Cardinalis in c. cum in contem
platione. de regulis iuris. in quarta & quī
ta quæstio. & Imola in l. finali. de hæredi
25 bus instituendis. ¶ † Et dixerūt aliqui, qđ
h malum nomen alicuius facit indiciū h p
textum, in capitulo grauis. extra de de-
posito. in verbo, vir Belial. vbi dicitur, qđ
ab homine habente malum nomen est
præcauendum. Tamen indicio meo ille
textus hoc non probat, nisi cum malo
nomine alia concurrant puta mala fama
illius, vt quia vocaretur Rampinus & es
set fama ingens contra ipsum de furtis.
per ea quæ habes supra in capitulo an fa
ma sit indicium ad torturam. Vel cum
26 aliquibus coniecturis. † concurrat mala
physionem in hominis, quia nocebit, ex
quo mala physionomia procliuior est ad
scelera, & nocebit quo ad præsumendum
in genere de mala natura & vitiata, non
quo ad præsumendum in specie de specia
li & determinato delicto, quia a con-
templatione naturæ licet argumenta
sumere, vt ponit Aristotellis in libel-
lo, de physionomia, quem ita refert
Baldus in lege. secunda. C. quo appella-
tio. Et ego bis feci iudicium per phy-
siono-

sionomiam, quia cũ quidam fuisset inculpatus de venenatione, & esset carceratus, & veniret coram me ad respondendum super inquisitione eo visu iudicaui per præsentiam quod erat innocẽs & ita fuit repertum per processum, quia famulus fecerat etiam inter plures de furto inculpatos iudicaui, quod vnus illorum qui erat pessimæ physionomiæ furtum commiserat, & nõ cęteri, & ita repertũ est per inquisitionem, quia bona fuere reperta in quadam eius glitta abscõsa. & dicitur, ò quam difficile est crimen non prodere vultu. in l. de minore. §. tormenta. de qõ. & Barto. in l. fina. C. de procura. vbi quo vultu & palore loquatur. & Ioan. And. in
27 dicto cap. cum in contemplatione. ¶ † Indicia sunt iudicis arbitrio commissa, quia de eis sicut de pœnis non potest certa doctrina bene tradi. l. hodie. & l. sanctio legum. de pœnis. & l. i §. quibus. de effrac. Sicut dicitur de tempore, & vbicunque est quæstio facti. ff. ad muni. l. videtur. §. i. ideo sagax iudex debet sollicitus instare ad indicia indaganda, quia indicia sunt aliis probationibus adminicula, & pars probationis claræ. l. hac consultissima. §. deinde. C. qui testamen. & l. instrumenta. C. de probationibus. & dicuntur ab indicando. l. si qui adulteri. C. de adulter. & l. solent. de præscriptis verbis.

¶ Inuestigari oportet cum quibus, & per quæ loca cõuersabat reus de administra. tuto. l. ædiles. §. Pedius. & dicit Philosophus talis quisque est qualiũ consortio delectatur. facit l. fi. C. si manci. ita fuerit aliena. & l. aut facta. §. euenit. de pœnis. & l. si inimicitia. de his quib. vt indignis. & l. iii. §. final. de adimendis legatis. l. prima. §. quæstioni. de quæstionibus. & l. si de minore. §. tormenta. eodem titulo. & l. si à bonæfidei. de rei vendica. & in authenti. de testibus. §. sancimus. ff. de testib. l. iii. §. eiusdem. ff. de flumi. l. flumen. l. non omnis. §. à barbaris. de re mili. l. tutor. §. quęri. de suspec. tuto. l. i. §. fina. de deposi. l. i. si quis Imperator. l. Labeo. de suppellec. lega. l. famosi. ad leg. iuli. maiesta. l. consiliarios. de asses. & in authen. de exhibendis reis. §. si vero. cum similib.

¶ Quando statutum quo ad tormenta requireret indicia indubitata, tunc iudex ex illis indiciis posset bene procedere ad condemnationem, secundum Iac. de Are. in tract. maleficior. arg. l. sciant. de proba. quod esset quando ex camera habente vnum exitum exiret homo trepidus, pallidus, cum gladio sanguinolento in manu & inuenitur homo mortuus. nam trepidatio facit vnum indiciũ, palliditas aliud, vt in d. §. tormenta. de quæstioni. delatio gladii nudi facit aliud. C. vt armor. vsu. l. nam. & in authen. de manda. princip. §. nulli. colla. iii. Itẽ sanguinolenta aliud. nã ex facti qualitate capitur coniectura. l. vtrum. ff. de dona. inter vir. vbi etiam dixit, quod si probaretur, quod fuerat inimicus occisi, & ꝙ visus fuerit cum gladio minari contra occisum, quod tunc aufugit, vel si sit fama publica contra eum. nã hæc quatuor sufficerent, nedum ad torturam, sed ad condemnationem, & sic dixit posse intelligi d. l. sciant. & idem Specu. in tit. de præsumptio. versic. indicium ad torturam. ¶ Si quis inculpatur quod fecerit aliquẽ occidi, & probatur quod erat eius inimicus, & quod post delictum receprauit homicidam, & quod inculpatus erat
i eius domesticus, & familiaris, & fama. Itẽ iactatio & verisimilitudo iuxta qualitatem hominis, & aliæ præcedentes offensiones, hæc indicia simul iuncta sufficient ad torturam, & condemnationem. arg. in authen. de fid. instru. §. si vero nullarum quia duo imperfecta constituunt vnum perfectum. l. cum scimus. de agri. & censi. lib. xi. & l. scimus. de testam. & per l. desertorem. §. is qui. de qõnib. & per §. illud. in auth. vt lice. matri & auiæ. Iac. de Aret. in
28 tractatu maleficiorum. ¶ † Iura loquẽtia de indiciis in numero plurali resoluũtur in singulari. l. non est de ver. signific. l. ait prætor. § i. de nego. gest. l. ii. §. exactis. de orig. iur. l. falsa. §. fin. de condi. & demon. Iac. de Aret. in d. tracta. maleficiorum.
29 ¶ † Aliquando admittitur probatio quo ad indicia per viam signi, vt si reperiatur occisus puer in vna domo, & vicinus dicat, quod per dies ante audiuit vnum puerum ibi plorantem, quæ probatio ꝑ viã signi valet. per not. per Bart. in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. de noui oper. & Bal. in c. cum terra. in fi. de elect. hoc habetur in quadã allegatione facta per quẽdam

dam aduocatum fiscalem Romæ in quæstione, quando iudæi in die iouis sancta subtraxerunt puerum, & illum iugulauerunt secretè, & sanguinem eius biberunt. ¶Si occisus exhibeatur oculis occisorum ex vulneribus sanguis rutilabit, quæ experientia erit indicium magnum, à qua experientia non erit per iudicem recedēdum, cum sit rerum omnium magistra. c.cum sit. de elec. in 6. & clemē. i. de ætate & qualitate. sicut à prouerbiis antiquorum etiam rusticorum. l. si corpus. §. i. de leg. 3. & l. athletas. in prin. de infa. p locū à communiter accidentibus. l. neque natales. C. de proba. & in c. si iudæos. de iud. facit quod in simili habetur post gl. in c. cū illorum. de senten. excom. & in c. Romana. de elec. in 6. & 6. qō. i. reuertentur. & ff. de off. proconsl. l. solent. §. fi. de consecr. distinct. quinta. ne tales. Et dixit Cicero secundo Rhetori. quòd prouerbium est generale, cui consuetudo fidem attribuit, opinio communis sensum accommodat incorruptæ veritatis, integritas acquiescit, vt refert Ioan. And. & Hostiē. in d. c. & si iudæos. & Bart. in l. ii. de iure emphy. facit c. fraternitatis. de frigi. & malefi. quod habetur in c. puberes de despon. impu. & in c. proposuisti. de prob. & c. causam matri. 27. q. i. nec aliqua. quod attribuendum est miraculo, ac diuinæ reuelationi, vt ibi. Quod etiam admitit Henricus de Gand. suo quolibeto. vii. c. Tandem medicus dicitur etiam hoc scripsisse, & hoc etiā refert Ang. in tit. de homicid. qui dicit hoc accidisse in quodam ægyptiaco, & fuit repertum Romæ tempore quo fuit occisus Cardinalis sancti Marci. & ego repetij in iam dicta allegatione.

a ¶*Subsequens*] *Sed quid si sit cum clausula summotus alijs priuilegijs sub quacūque forma loquentibus uide Pau. de Castr. in consil. cccvi. incip. quoniam. quòd non.*

b ¶*Miles electus.*] *Adde Fel. in c. cum ex officij. circa prin. in uers. in quantum. de præscript.*

c ¶*Verum*] *Sed quid si testes dicant notarius errauit: quia non audiuimus hæc uerba: sed quædam alia de quibus non recordamur. uide do. Bartho. Socin in consi. clxxi. incip. diu pro fecto. uers. confirmo hoc. circa med. in ij par.*

d ¶*Post delictum.*] *An & quando receptor teneatur. uide do. Bartho. Soci. in consil. cclxii. in causa M. Petri uers. præterea & tertio ubi etiā qualiter receptar. & receptatum habere differant & quòd acceptare est quod facti: nec ab animo dependet.*

e ¶*Consilium.*] *Adde hic quæ dixi infra in uersicu. dicitur communiter.*

f ¶*Manifestus.*] *Adde Panor. in c. cum non ab homine in vi col. in princi. in uersicu. imo plus dicit Bartol. de iudic.*

g ¶*Dari*] *Quæ tamen indicia requirantur ad torturam uide do. Pet. Philip. Corn. in consilio 101. incip. in causa. in litera a. & b. in ij par.*

h *Facit indicium.*] *Adde Fel. in pæn. decreta. in uer. Gregorius in 7 col. in uers. subdant tamen hoc & do. Ias. Mayn. in rubric. soluto matrim. post princip. iiij colum.*

i *Homicidam.*] *Sed quid si aliquis familiaris meus receperit occisorem in domo & gauisus fuerit maleficium esse commissum an ex hoc solo præsumatur ratificatio delicti in me. dic quod non ut per Felyn. in c. afferte. cir. fin. iiij. colum. de præsumpt. adde hic quæ dixi supra uersicu. in iij colum.*

SVMMARIVM.

1 *Confessio sociorum criminis, est magnum indicium.*

2 *Accusatus de crimine si fuerit tortus & nihil confessus: & quia innocens inuentus fuit absolutus à iudice, nunquid tunc accusans teneatur sibi ad expensas, damna, & interesse.*

3 *Tortus debet absolui quando ex tortura non potest crimen inueniri.*

4 *Seruus an sit torquendus in causa domini sui.*

CAP. IIII.

1 Confessio † sociorum criminis est magnum indicium, etiam cum tortura, quando est iurata, & ratificata, quia iurare debet reus verum dicere per verbum affirmatiuum, secundū Bart. in l. Marcellus. rerum amotar. & in l. inter omnes. §. recte. de furtis. quæ etiā probat in atrocioribus, secundum Bar. in l. reperi. §. i. de qō. & Salyc. in l. fin. de accusatio. vbi dicit considerandum qualitatem personarum, & delictorum fugiti. & l. finalem. de qōnib. præsertim in criminibus, quæ sine sociis non committitur, per l. prouinciarum. de feriis. sicut in falsa moneta. l. i. de fal. mone. Vel in crimine

læsæ maiestatis. aut quod tendit ad communem salutem hominum. l. 2. de malefi. iuncto c. vrgente. de hæred. per tex. & in c. 3. de confessis, secundum Anto. de But. & Imol. in c. veniens. de testib. facit l. cũ seruum. de seruis fugitiuis, & Spec. in tit. de inquisitio. §. 2. versi. 7. & in c. 3. de testibus, & plene in d. c. veniens. per doctor. Tamen Iacob. de Aret. in tractatu de quęstio. de torto, qui confitetur contra alium cõcludit, quod quãdo simpliciter fuit tortus in genere, non in socios, neque in se, sed in alios quia tunc statur dicto suo cũ alijs indicijs etiam quo ad condemnationem. per l. nullus. C. de assessor. & l. prima C. eodem. ¶ Et ait Tullius in Topicis, quod tormentis fatigati quæ dicunt, ipsa etiam veritas videtur dicere, nisi dixerint de inimico, quia tunc facile credendum non esset eis, tamen causa cognita fides adhibetur, vel non l. prima. §. præterea. de quæstio. Et concludit Iaco. quod etiam quando torquetur in se & in alios, si nihil de se confitetur, idem est quod in casu superiori, secundum Azo.

¶ Si autem etiam de aliis confitetur, non statur dicto suo contra alios, nisi contra latrones, & maxime infames. de cust. reo. l. diuus. C. de ferijs. l. penultima. Item contra falsarios. l. j. de fal. mone. & in casu. l. fi. de ædi. edict. & in seruo in dominum de se confesso. l. prius. & l. percussor. ad silla. & l. repeti. §. is qui. de quęstionibus. Item in casu. l. inde Neratius. ad leg. Aquil. §. si prius. Si tamen aliqua præcedunt indicia per l. j. §. diuus. de quæstionibus faciet ergo præsumptionẽ, vt no. in l. fi. de accusa. C. per quam dic quod sic isti sic inculpati poterunt torqueri arg. d. leg. per l. fi. ff. de quæst. in aliis autem casibus dicit, quod quicquid sit de iure communi, tamen de consuetudine vidi torqueri. arg. l. diuus. ff. de quæst. & hoc idem tenet Ioan. And. But. Abbas & alii in cap. cum in contemplatione. de regul. iuris. Inquantum dicunt, quod licet debeat inspici an persona torta sit talis quæ potuerit, vel nõ potuerit sustinere tormenta. ff. de quæst. l. i. §. quotiens. Alii vero impatientes, se & alios criminantur. l. quæro. ad fin. de ędil. edict. & vide Andre. de Iser. in constitu. regni. si damna clandestina. vide supra in capitu. an stetur dicto torti. & in capitu. an dictum. Socii.

¶ Indicia plura sunt adminiculatiua & mouentia animum iudicis ad inquirendũ generaliter, & compellendum iudicare, quia tãquã multa iuuant, vbi non prodessent singula, vt notatur in c. cum causam. de probat. arg. l. sancimus. C. de testa. & l. nec non. §. qui sæpius. ff. quibus ex causis ma. & l. indicia. de rei vendi. & per cano. in capitu. cum in contemplatione. de regulis iuris, & dixit Inno. in cap. quoniam contra de probatio. quod sufficientia indicia etiam sint per se sola si suspectus interrogatus trepidat, balbutit, aut variat, & idẽ Bartolus in l. de minore. §. penultimo. de quæst. & Ang. Aret. in versi. fama. col. 35. facit l. tutor. de suspec. tutor. & l. cum tacitum. de probati. propter verisimile per no in regula in obscur. de regu. iur. in sexto. & quod no. Inno. in d. c. quoniam. ¶ Si quis inquiratur de aliquo delicto, & contra eum sint aliqua indicia, si probetur absentiam in tota illa die, vel etiam in parte diei sufficiet, cum etiam ex hoc præsumatur tota die absens. glo. singul. in l. optimam. de cõtrahenda. & committenda stipulatione. & Aretinus in maleficijs, i ver bo & deinde dictus Gaius. ¶ Si quis fuit visus exire de domo cum gladio est indiciũ manifestũ homicidij. Bart. in l. 3. ff. de fortis. tenet etiã Bal. in l. neque. de probatio. Licet Ang. reprehendat in d. l. 3. vide Bar. in tractatu de quęstionib. in fi. & Ange. in l. fi. in principio. ff. quod metus causa.

2 ¶ † Quidam fuit de crimine accusatus, & fuit tortus, deinde quia nihil fuit confessus, quia repertus innocens, iudex absoluit ipsum, an accusans teneatur sibi ad expensas, damna, & interesse? vide supra in verbo, accusatio. in c. an si quis aliquẽ accusauerit, & faciunt, quæ habentur in l. si postulauerit. §. penultimo. de adulterijs, & in l. patre ff. de q. quæ habent locũ, vt puto quando accusator processisset in causa dando libellũ accusatoriũ, & causam per se agendo principaliter. Si tamen ipse denunciaret aliquẽ & curia procederet contra ipsũ ex officio ad denuntiationẽ, & coadiutor curiæ peteret cõtra ipsũ torqueri stantibus indicijs lẽuis cõtra ipsũ reũ delictũ, puto quod denũtiator non tenetur, quia vltra

non fuit prosecutus, nec etiam iudex qui non temere inquisiuit, quia habuit indicia contra reum delatum per ea quæ habes supra in verbo, inquisitio in capitulo fama seu indicia. Ideo consulo q quando offensus nõ habet probationes de delicto claras, sed habet indicia vel præsumptiones aliàs vrgentes quod denunciet, vel notificet curiæ, delictum, vel curiam informet, vel ad eius notitiã deducat maleficium, vt inquirat malefactorẽ, & det curiæ indicia quę habet, quo casu si curia procedat, & suspectum torqueat non tenebitur ipse, nec iudex qui nõ temere inquisiuit. Licet hodie curia faciat obligare denuntiatorem de probando, & non recipiat denuntiationem sine testibus, quos debet examinare ad informationem, antequam procedat, ne temere inquisita. Et dixit Bald. in l. si. ff. de calum. † quod tor-
3
a tus absoluitur, a quando ex tortura non potest crimen inueniri, & quod licet indicia præcesserint torturam, non excusatur accusans, à calumnia, & propterea dãnum læso contingens in debito debet sibi emendari, & facit secundum eum quod not. in l. pen. de condict. ob cau. & in l. dominus. C. de quæstio. vbi dominus cuius seruus est tortus agit contra calumniatorem, & quæ habentur in l. sed si vnus. ff. de iniuriis: cum similibus & adde Bald. in l. 3. C. ad leg. Iul. vbi dixit quod indicia manifesta solum excusant accusantem
4 à calumnia. † An seruus sit torquẽdus in causa domini sui? Dic quod regulariter nõ torquetur in caput domini. l. j. §. si seruus de quæstio. nisi in casibus. l. penul. C. eo. quod est verum quando dominus de maleficio diffamatur, quo casu non torquetur, nisi præcedant indicia, & in casibus specialibus. l. j. §. item Cornelio. eod. titu. Vbi vero quæstio est ciuilis, tunc si est quæstio domini inter duos principaliter litigantes non potest seruus torqueri, nisi cum veritas alteri haberi non potest. de quæstio. l. quoties. de rei vendic. l. cum super. & etiam vbi repetenti seruum fugitiuum cum pœna quæstio domini opponitur per torturam serui illico reperta veritate dirimitur. l. cum seruum quispiam. C. de ser. fugit. & l. quicunque. eodem ti. præcedentibus indicijs secundum glo. in d. l. quicunque. vt quia constabat de fuga, quicquid dixerit glo in l. interrogari. de quæstio. Vbi autem agitur causa liberalis inter dominum & seruum, siue ipse prouocetur in seruitutem, siue proclamet in libertatem, non debet seruus torqueri etiam si sit malæ fide in quasi possessione libertatis, sic intelligitur l. j. vbi causa status. & l. eam. de liberali. caus. ¶ Si vero est quæstio ingenuitatis, tunc examinãda est quæstio per tormenta, ne forte sordida stipes in locum splendidum sorde subrogetur. l. supra statutum, de quæstionibus. secundum Angelum & Baldum in dict. l. cum seruum. in delictis autem & in aliis casibus, vide supra in l. i. §. id ẽ Cornelio. de quæstio. & in §. seruus. & in aliis iuribus. in dict. titu. C. & ff. & vide in l. si postulauerit ff. de adult. vbi de tortura serui.

a ¶ *Absoluitur.*] *Et adde quod vinctis debet annotari purgata esse indicia per torturam. l. fin. & ibi Barto in 1 col ff de quæstion. vbi dicit quod sic faciebat.*

SVMMARIVM.

1 *An in causa pecuniaria & ciuili deueniatur ad torturam?*

2 *Mercatores cessantes & fugitiui possunt torqueri ut indicent pecunias ipsis datas ad mercandum.*

3 *Iudex non pôt imponere noua genera pœnarũ.*

4 *Officialis non possunt facere statuta contra ius commune.*

CAP. V.

1 AN in causa † pecuniaria & ciuili deueniatur ad torturã? Bartolus in l. diuus. de quæstionibus. dixit quod in subsidiũ in causa pecuniaria deuenitur ad torturam seruorum, dicens, quod in causa pecuniaria, torquentur tantum serui non liberi, neque statuliberi, & non ita de facili peruenitur ad torturam in pecuniaria causa sicut in criminali, & hoc qñ veritas aliàs haberi non potest, vt dicit ibi textus notabilis. Quæ limita, nisi causa pecuniaria,
2 & ciuilis habeat crimen annexum, a quia tunc deuenitur ad torturam. vt in cap. i. de deposit. vbi vir ille Belial negauit depositũ, & sic furtũ commisit. & facit l. ex libero. eod. tit. & vide in l. si postulauerit. ff. de adult. Si tñ agatur de falso ciuiliter, & sine

& sint indicia, locus erit torturæ. Baldus
in l.sicut falsi. C. de falsis. & glo. 16 quæ-
stione 4. can. præsbyter. Et in causa pecu
niaria venitur ad torturam de seruis tan
tum, dict. l. diuus. Et etiam i causa ciuili,
vbi aliàs veritas haberi non potest, veni-
tur ad torturam. l. fin. de quæstionibus. &
in dicta. l. ex libero. Et etiam puto quòd
in causa ciuili ardua si testis vacillat, con-
trariatur in testimonio suo, quod poterit
torqueri, vt diximus supra in c. testis in
testimonio. Tamen principalis in ciuili cã
non torquetur, nisi habeat delictum ad-
mixtum, vt in casu dict. c. i. de deposito. ꝑ
2 quòd aliàs dixi † quod mercatores falliti
cessantes & fugitiui poterunt torqueri,
vt indicent pecunias ipsis datas ad mer-
candum, quas nunc denegant habere, &
dicunt illas perdidisse. Tamen de iure ca-
pitulorum regni huius tormenta adhibẽ
tur in causis criminalibus iuxta prouisio
nem iuris communis pœnam vltra rele-
gationem infigentibus, vt in capitulo re-
gni tormenta. & in sequenti capitulo qđ
incipit, si iuste. Quod i hoc modificat ius
commune, vt non in omni causa crimina
li sit locus torturæ, quare non erit locus
torturæ insultu facto cum armis, nec in
violentia priuata, nec vbi veniret impo
nenda pœna publicationis bonorum, nec
in percussionibus factis sine armis, & in
similibus. Sed in furtis sic, quamuis mi-
nimis, in quibus imponitur pœna san-
guinis, vt in iuribus vulgaribus. ¶ Volo
quòd cogites in vno tu qui studes in al-
phabetis, & non in fundamentis iurium,
si officialis fecerit bannum in ciuitate, qđ
quicunque portauerit arma, vel iuerit de
nocte debeat torqueri. An hoc casu de-
prehensus cum armis sit torquendus? vi-
detur quod sic. per l. i. 2. & iij. C. commi.
vel epistol. & l. j. ff. si quis ius dicend. non
obtemper. tamen puto contrarium esse
verum, quia officiales regni iurant obser
uare iura, cõstitutiones, & capitula regni,
ergo non poterunt alterare penas iuris &
constitutiones regni inferendas armorũ
delatoribus. vt in titu. de pace tenend. &
in constitutione regni, de illicita portatio
ne armorum, & ideo non possunt impo-
nere noua genera pœnarum imponendo
grauiorem quàm deberent, quia puniun-
tur. l. iubemus. C. ad legem Iuliam. repe-
tundarum. in l. prorumpere. ff. eod. quã-
re dixit Baldus in l. incredibile. C. de pœ-
3 nis. † quòd iudex non potest imponere
noua iura pœnarum, vt quod quis paliste
tur, quia iudex non debet recedere à pœ
nis à iure & consuetudine inductus per
l. mortis. §. iste fere. & l. capitalium. §. mo
ris de pœnis. Et si officiales haberent ar-
bitrium concessum in illis quatuor literis
arbitrariis, tale arbitrium non extenditur
vltra arbitria in eis concessa. argument. l.
non quæuis. §. non dixit. de contractabul.
& l. i. §. ne autem. de caducis tollend. & l.
j. ff. si mensor. fals. mod. dixerit cum simi
4 libus. ¶ Et quia † tales officiales non pos-
sunt facere statuta contra ius commune.
per nota. in l. cunctos populos. & in l. om-
nes popu. de iust. & iur. & in similibus ni-
si ex magna & vrgenti causa, ratione fre-
quentiæ, vel publicæ vtilitatis, vt supra
diximus in verbo, iudex. in capitulo licitũ
est iudici. & per ea quæ habentur in l. et si
seuerior. de infamib. & i l. quid ergo. § pœ
na grauior. eodem titu. Vel nisi esset bãn
num principis, in quo omnis pœna est ar
bitraria, secundum Baldum in l. cunctos
populos. ¶ Indicium ad torturam oritur
ex his, quæ vrgere debent animum iudi-
cis ad credendum maleficium ea credu-
litate, quæ moueat iudicem, & ex indubi-
tatis indiciis condemnet reum, & ex du-
bitatis torqueat. secundum Ioannem An
dream in Speculatore in titu. de probatio
nibus. §. i. videndum restat. & in titu. de
noto crimine super. §. vt autem. vbi po-
nit quod palliditas eũtis de camera cũ gla
dio sanguinolento, vbi inuenitur homo
mortuus, de quo in l. sciant. de probatio-
nibus. & trepidatio est vnum indicium.
argument. de quæstion. b l. de minore. §.
penultim. delatio gladii aliud indicium,
quo lex præsumit ad malũ. C. vt armorũ
vsus. l. vna. libr. xi. & authem. de armis. sãn
guinolẽtia gladii est aliud indiciũ, ex quo
capitur coniectura. argumento. l. vtrum.
de donation inter virũ & vxor. Vbi ponit
de inimicitia, vel si tẽpore occisionis erat
in loco, vel receptatio occidentis, q erat
famulus & domesticus eius, vel si erat
fama, quòd se iactauerat, quòd illum face
ret occidi, & erat homo ad id potens. Et

q inter eos offensa præcesserit, secundũ Ioannem Andr. ibi latius tamẽ supra. |ver sicu. quando statutum.

¶ Annexum.] *Adde domi Alex de Imol in l. diuus. in princ. ff de quæstio. & doct in d. ca. i.*

SVMMARIVM.

1 *Confessio nouiter facta facit semiplenam probationem.*

2 *Confessio erronea, etiam sæpius repetita potest reuocari.*

3 *Testis examinatus ac tortus si unum dixerit, & deinde rupetitus dixerit aliud, debet tertio examinari per torturam.*

4 *Tortus qui non est confessus delictum debet liberari.*

CAP. VI.



Viso de repetitione tortisemp in negatione perseuerantis, & an posit ipsius repeti tortura. Sequitur modo videre de repetitione torti, qui confessus est delictum, vel circunstantias delicti, de quo inquiritur contra ipsum, & deinde post torturam negat, quæ confessus est, & nõ perseuerat in cõfessione. An ipsius posit repeti tortura sine nouis indiciis? Dic, quod sic, secundum Bartolum in l. vnius in versicu. quæro de quæstionibus. & Baldũ in l. in bonæfidei. C. de iu-
1 reiurãdo. q dicit, qd † cõfesio nouiter facta facit semiplenã probationẽ & in ea cogitur persistere cũ nouis tormẽtis, secũdũ Bald. ibi in versi. qritur. & vide eũdẽ Bal. in l. fi. C. de probationibus. & Cynũ i l. fi. C. de qstio. Tñ bar. in tractatu de qstionibus circa principiũ. arguit, qd semiplene probet. p l. 2. de exhibend. rei. & p l. 2. §. diuus. de quæstionibus. Tñ dixit, qd nisi pseuerata fuerit talis cõfesio, plenã nec semiplenã probationẽ inducet, qm̃ nõ cõfiteri, & cõfiteri formididine tormentorũ sunt paria, p l. 2. C. quorũ appellatio. qd dicit verius. Tñ puto quod hoc posset esse verũ, quò ad vim probationis ad effectũ condẽnationis, non tñ ad effectũ torturæ inferendæ, q2 p ipsam cõfesionem inducitur varietas, quia si a principio negauerit delictum, & apparentibus contra ipsũ indiciis torqueatur, & confiteatur, si dein dedicat non cõmisisse delictũ qd confessus est in tormẽtis cõmisisse pp istã varietatem poterit torqueri, p notata per Baldum in l. præsbyteri. de Episcopis & clericis. vbi dicit. quod principalis, qui vacillat torquetur per capitulo cum in positionibus. de iureiurand. in vi. allegat. text. cum gl. in l. nullam. C. de infamib. & plene exa minaui supra in capitulo incipiente. Viso de indiciis indubitatis. Quæ sunt vera, nisi ipse daret petitionem dicendo se errasse, causam aliquam allegando, vel dictam confesionem fuisse erroneam, quia probando errorem confesiones non posset torqueri iterum. per nota. in l. i. de confessis. & in l. error. de iur. & fac. ignoran. & ff. de quæstio. l. i. §. si quis. Vel si appellaret à tortura illicita, & eius confesioni non staret. per l. si cui. de quæstio. Bald. in l. milite. de quæstionib. & cano. in c. grauis de deposi. Et cum aliàs quidã nobilis inculpatus fuisset de furto magnæ quantitatis prætiosorum lapidum, perlarum, & iocalium, & essent nonuulla indicia contra ipsum, fuit tortus & confessus fuisset in tortura dictum furtum fecisse, & cum post torturam negasset dicendo, quod propter tormenta confessus fuerat, & minime tale furtum commisisse. deinde iterum expositus quæstionibus & tormentis confessus fuerat furtum fecisse, & post torturam dixisset minime verum dixisse. sed tormentorum pressura confesionem fecisse, & iterumq; retortus similiter confessus fuerat, & deinde negabat, & non perseuerabat in confessione, iterumque retortus iterum cõfessus fuerat, & postea negabat in infinitum procedendo, fuisset que regia maiestatis consulta, quid agendum, foret, ego fui destinatus cõmissarius ad explorãdam veritatem, & prouidendum. & cum ibi fuissem vidi processu & dictas cõfesiones, examinaui dictũ nobilem, & nulla alia noua varietate reperta, Dixi sibi ex parte regiæ maiestatis literas fingendo, quòd regia maiestas sibi indulgebat pœnam furti, & omnem aliam pœnam, dummodo restitueret furtum, & hoc scribi feci in actis qui medio iuramento negauit tale furtum fecisse, deinde ipsum ligati feci ad chordam, qui ante torturã dixit, si me torquebitis cõfitebor iterum commisisse hoc furtum, tamen hoc

hoc faciam propter torturã si miles me torquebis & verum nõ erit, & à tortura destiti. Deinde sibi persuasi, ꝙ daret mihi tertiã partẽ dictorum iocalium secretè, & ego ipsũ liberarẽ, & recederet. similiter negauit dicẽdo, quòd non cõmiserat tale furtum, in negatione ꝑseuerãdo, & nõ in confessione, ꝑpter qđ quia dictæ cõfessiones fuerant extortæ per torturã, & nõ ꝑseueratæ: sed ꝑseuerauit semper in negatione, firmaui motũ animi mei, quòd non erat culpabilis, propter quod ipsũ liberari feci sideiussoria cautione: quia potuissent apparere aliqua noua indicia cõtra ipsum, vel potuisset reperiri fur: quia verè tale
2 furtum cõmisisset. † Nam cõfessio erronea etiã sæpius repetita potest reuocari. l. j. de erro. calc. vbi Baldus dicit, quòd etiã si nõ sit reiterata: potest infringi probato contrario. l. cum falsa. de iur. & fac. igno. Et dixit Bal. in dict. l. j. de cõfessis. qđ cõfessioni factæ in tormentis legitimè illatis statur si ꝑseuerat in ea, nisi indicia, per quæ fuit tortus fuissent leuia, quæ non faciant præsumptionem: quia nõ statur illi confessioni, nisi perseueret in ea ꝑ glo. dict. l. j. & l. j. §. diuus. de quæstionib. qui videtur perseuerare eo ipso, quòd nõ reuocat: quia iste non est iustus metus eo quòd iudicis authoritas operatur, qđ factum per talem metũ valet propter executionem iustitiæ. l. iij. quod metus causa. Vel si appellet nõ intelligitur ꝑseuerare, sed tacitè reuocare: vt not. de appellationibus. l. creditor. §. iussus. secundum Bald. ibi: qui plus dixit. qđ si prima cõfessio esset in iudicio ratificata: & posset probari, quòd ista noua confessio ratificata repetitis tormentis emanasset, esset sicut prima vulnerata à maiori vulnere: quia semel tortus competenter iterum nõ debet torqueri, nisi noua indicia superuenissent: ꝑ l. repeti. de quæst. & confessioni eius qui confitetur falsum non debet stari: quia esset contra naturam veri. de quæstio. l. j. §. si quis vltrò. de appellation. l. nõ tantum: secundum Bald. in d. l. j. de confessis. & vt supra diximus in alio capit. confessio rei facta in tormentis non habetur pro explorato facinore. l. j. §. quæstio. de quæst. de q̃stio. nisi perseuerata, quæ perseueratio debet fieri ad locũ publicũ, &c. ff. eod. l. diuus. & l. maritus. qua deficiente quicquid sequitur non valet, ipso iure, secũdũ Bart. in tract. de quæstio. & Ange. in l. ii. de custo. reor. & in l. prima. §. si quis vltro. de questionibus. Merito ergo cum omnes dictæ confessiones fuerint eodem vulnere vulneratæ & non perseueratæ, debuit liberari, secundum Bartolus in lege finali. ff. eod. & Cyn. in lege. finali C. eod. non enim debuit vltra tertiam vicem torqueri. per nota. per Ange. in lege finali C. de quæstio. vbi dixit, quòd
3 † si testis examinatus, & varius, ac tortus vnum dixerit, & deinde repetitus dixerit aliud, debet tertio examinari per torturam, quia non stabitur primo dicto, nec secundo, sed tertio debet repeti, & stabitur illi dicto, in quo perseuerabit tanquam vero. per gloss. dict. l. fina in versiculo alii. Principalis enim examinatur per torturam, vt testis & parificantur. l. pen. vbi Bartol. de quæstio. & dixit Paul. de Castro in consilio. 195. Quòd torquens vltra tres vices diuersis temporibus immoderatè procederet arg. l. fideicõmissa. §. si q. s. de leg. 3. & iste sẽꝑ pariformiter cõfessus fuit delictũ cõmisisse, deinde pluries tortus nõ ꝑseuerauit in confessione, sed in negatione dicendo, qđ metu tormentorum dixerat, & sic de ipsis antecedentibus confessionibus non ꝑseueratis, imo negatis, nulla debuit haberi consideratio per iura supra allegata, ꝑsertim quia post primam & secundam cõfessionem factam in tormentis & reuocatam & non perseueratam, non debuit amplius torqueri, quia semel sufficienter tortus non debet ulterius torqueri sine nouis vrgẽtioribus idicijs, vt hr̃ in l. vnius. de quæstio. & supra plene visum est. Et non potest dici hic superuenisse noua indicia, scilicet ipsam confessionem, quia tortus confessus est, & deinde propter illam cõfessionem positus ad torturam, & deinde propter secundam confessionem iterum tortus. Quia secunda indicia, per quæ quis repetitur torturæ debent esse diuersi generis à primis. argument. nota. in l. per hanc. de tempor. appell. & tenet Bartol. in lege vnius. in princ. de quæstio. & in tract. de quæstio. vbi dicit, secundũ Odo. quòd erũt noua indicia, si tortus di

cat neminem ibi iacuisse, vbi fuit maleficium commissum, & deinde contrarium fuit probatum per testes, & sic ista confessio in tortura pluries facta vno modo, & non perseuerata, non potest dici nouum indicii genus, ad torturam, sed illnd idem quia dicit Bart. in d. l. vnius. in prin. quod debent esse indicia de nouo euidentiora primis. & ista est illa eadem confessio pluries facta, & per torturam, & non est euidentius indicium primo, sed illud idem. Et propterea potuit sequi liberatio, ne in infinitum torqueretur, & quia fuit competẽter tortus. Quibus subiicio aliud exẽplum in causa mihi commissa, aliàs succedens. Quidam Albanensis fuit accusatus de furto pannorum ex tiratoriis regiis facto, & apparentibus indiciis contra ipsũ fuit positus ad chordam, & confessus furtum, & cum interrogatus foret, vbi posuerat tale furtum, dixit, quod in domo propria in scrinio, misimus ad domum, & non est ibi inuentum furtum, & pro tali mẽdacio & variatione fuerunt datę duę tractę chordę, vt verum, & dixit, quod re vera posuerat extra ciuitatem, in quadam grita, misimus ad gritam, & non fuit ibi repertum, propter quod repetita tortura, iterum dixit, quod forte fuit inde subtractum furtum, deinde iterũ variat in chorda, quod vendiderat cuidam, quẽ non cognoscebat, & pecuniam expenderat, deinde repetitus ad thordam vt manifestaret emptorem dixit, pignorasse cuidam Iudęo, & Iudeus affrontatns dixit, quod non erat verum nec inuenta est partita in eius libro. Deinde dixit, q̃d confessus fuerat propter impressionem torturę. Fuitque propterea dubitatum an posset puniri? & dixi quod erat liberandus, quia videbatur talis confessio facta per torturam, & impressionem torturę, & delictum confessatum non erat verificatum, prout requiritur, vt alias diximus supra per text. in l. i. §. diuus. & in §. si quis vltro. de quęstionib. & in l. diui. de pœn. & in l. non tantum. de appellatio. cũ ibi no. etiam per supradicta. Et licet Bart.
4 ĩ l. fin. de quæstio. dixerit, †quod si tortus non confitetur delictum, quod sit liberandus quasi indicia sint purgata, intelligo quod sit liberãdus ab illa inquisitione, & non diffinitiue à delicto. per nota. per Salic. ĩ l. si quis adulteri. C. de adulter. vbi dixit per gloss. ibi positam, quod si iudex habet sufficientia indicia contra accusatum qui pluries tortus nihil confessus est, non debet ipsum absoluere diffinitiue, sed debet concedere abolitionem accusationis. per l abolitionem. eod. tit. & idem ipse tenet in l. si quis alicui. ad legem Iuliã maiestatis. vbi dixit, quod si reus delatus in illo crimine tortus nihil cõfessus fuit, propter quod accusator fuit tortus, qui nihil probauit, quod iudex neutrum absoluet, sed rem indiscussam dimittet, & iõ quod debebit liberari fideiussoribus. & non indefinitiuè absolui a crimine. & idẽ videtur tenere Salic. in repe. l. si quidem. C. de accusatio. non tamen clare, quia possent indicia superuenire.

SVMMARIVM.

1 *Error præsumitur ex persuasionibus quæ sunt circunstantiæ erroris. Et quomodo probabitur persuasio nu. 2.*

3 *Confessio potest reuocari post sententiam latam quando est facta coram incompetenti. uel ex traiudicialiter.*

4 *Confessio dicitur sponte facta, etiam si delinquens fuerit detentus a iudice, qui non dicitur metum intulisse.*

5 *Confessio erroneæ non potest reuocari quando eror cadit in latam culpam.*

6 *Perseueratio debet fieri pluries diuerso tempore.*

7 *Licet confessioni quæ non incipit a tormentis, sed fit sponte standum est si fit vera.*

8 *Confessus sponte non appellat.*

9 *Confessio facta calore iracundiæ potest reuocari.*

10 *Confessio iurata potest pratextu erroris reuocari.*

11 *Confessio ex interuallo potest suam confessionem interpretari, & propterea facta confessione in criminalibus, datur terminus cõfitenti ad faciendas suas defensiones. numero 12.*

13 *Consanguinei amici admittuntur ad probandum errorem confitentis & confessionem reuocantis.*

14 *Literæ amicorum admittuntur ad probandum hominem viuere, qui dicitur occisus ab inquisito.*

Bannitus

15 Banitus ex delicto, a possit torqueri si capiat.
16 Accusatus nolens respondere accusationi potest torqueri, ut confiteatur etiam sine indicijs.
17 Pars non potest torqueri ante publicationem processus.

CAP. VII.



Equitur quæstio quotidiana. Quidam inquisitus de crimine fuit confessus crimen sine tortura ad persuasioné officialis, propter quod potestas ipse intendit vigore suæ confessionis procedere contra ipsum ad cõdemnationem, hic clamat, quod talis confessio fuit extorta per potestatem, qui sibi persuasit, quod confiteretur crimen ex certis bonis respectibus, & de pœna non curaret, nec timeret de aliquo propter honorem curiæ, aliàs haberet chordam, & sic dicit confessionem extortam per deceptionem officialis, & ipsam tanquam extortam, & non veram reuocare vult, dicens, se innocentem, an hoc possit facere. Et dico, quod sic, quia ista confessio fuit extorta per officialem eius suasionibus contra formam iuris, & potest reuocari, secundum Cyn. in tractatu de quæstioni. qui admonet iudices, quod non faciant istas persuasiones in specie, sed generaliter petant quis cõmisit crimen, &c. per tex in l. i. §. qui quæstionem habiturus. de quæstionibus. vbi dicit textus, quod videtur magis extorquentis & suggerentis, quam requirentis. & facit l. j. §. persuadere. de seruo corrupto, facit l. prius. cum ibi notatis, ad Sillanianũ & quæ habentur in l. si postu. in §. si negauerit. ff. de adulteriis. Propter quod dico, quod poterit reuocare talẽ confessionẽ si in ea sponte non perseuerauerit, quia confessio, quam quis facit ad persuasionem aduersarii facilius reuocatur, quã illa, quam quis facit à seipso. l. i. §. fi. quando anna. est actio de peti. vent. inspi. l. i §. si omnes. & Bar. in l. non fatetur. ff. de confess. per ista iura. vbi dicit, quod † ex persuasionibus, quæ sunt
1 circunstantiæ erroris præsumitur error. & in l. error. de iur. & fact. igno. nisi ipsa confessio fuerit deinde perseuerata, per text. singular. in l. i. in versic. tran. de plus petit. volentem secundam confessionem spontaneam post primam purgare vitiũ extortionis in prima commissam per eũ, in cuius fauorem fit confessio, secundum Ludo. in consi. 481. vbi etiam quãdo esset iurata, & dicetur infra. & Bartolus in l. cum falsa. ff. de iur. & facta. ignor. & etiam quando esset iurata debet iudex verificari facere ipsam confessionem extortam per verisimilitudines, vt aliàs supra diximus. vt habeat veritatẽ luculentã † Pro-
2 babitur autem ista persuasio ex forma interrogationum ex actis apparentium, & ex monitionibus sibi factis, vel per notarium actorum, qui debet omnia scribere etiam variationes & vacillationes, vt habetur in c. quoniam contra falsam. de pba. & supra diximus in aliis capitulis. Et sic, an istæ confessiones persuasionibus facta possint confessionem perimere, annullare & reuocare. In quo Bart. in tract. de tortura dixit, quod etiam si testis fuerit tortus, & in tortura fuerit confessus, & ante sententiam dixit se errasse, quod potest reuocare errorem facti, quia non videtur fateri. l. 2. in prin. de confes. & l. errot. de iur. & fact. igno. argu. l. 2. quor. appel. non reci. Quia condemnato & confesso in tormentis, facta perseuerantia, etiã post sententiam subuenitur propter errorem suum de ignorantia sua docere volenti, quæ si ostenditur, absoluetur. ff. eo. l. i. §. si quis. quia confessus formidine tormentorum auditur. d. l. 2. C. quor. appel. & si in iure errauerit, tunc non auditur contra confessionem. d. l. error. secũdum Bar. ibi qui etiam dixit, quod nisi perseuerata fuerit talis confessio, quod nec plenam nec semiplenam probationem inducit, quia non confiteri, & confiteri formidine tormentorum sunt par a. & dixit In no. extra de elect. cap. per inquisitionem. quod potest dicere, quod in alium casum intelligatur sua confessio extraiudicialis. per l. generaliter. C. de non nume. pecu. & in c. cũ dilectus. de succes. ab inest. & de accus. c. si cõstiterit. vbi vide Inno. qui dixit in c. mulieri. de iureiurand. ꝙ licet nõ possit quis venire contra suã confessionem, † tamẽ põt post sñiam latam confes-
3 sionem reuocare quando est facta coram

incompetenti vel extraiudicialiter. Bald. autem in l.fin. C.de probatio.dixit, quod confessiones per tormenta extortæ quæ non per se; sed cum perseuerantia, fama, & verisimilitudinibus facti, vel aliis admi niculis indicant veritatem non reuocantur secundum Nicol.de Mita.qui proptere rea, dicit, quod nihil prodest confitenti in tormentis reuocare confessionem, si contra se sint alia indicia coniuncta cum cõfessione, quamquàm extorta quę indicãt indubitabiliter veritatem, nisi reuocans probaret contra, vel clare, vel per indicia elidentia contraria indicia. Salyce. autem in dicta l. fina. dixit, quod dictum Bald. sibi non placet, quia frustra essent leges, quę reuocationem permittunt sine alicuius causæ probatione, dicens, quod si dicas, reuocatio tollit prę iudiciũ, quod facit confessio, sed nõ præiudicium indicii, quod nunc cõfessio reuocata inducit, qa istud indicium non est indubitatum propter tormenta, & quodlibet indiciũ oportet esse indubitatum, & luce clarius, alias secundum doctrinam Bald. freni temperies non imponeretur iudicibus, quam lex imponere voluit. per l. qui sententiã. de pœ. ista sunt verba Saly. tamen nullius saporis. Bald. autem in l.si quis in hoc genus. de epis. & cle. dixit, ꝙ sola confessio vt possit veniri ad condemnationem in criminalibus debet esse sponte facta, & verisimilis. ff. de quæst. l.i. §. si quis vltro. si fiat ante sententiam, secus si post sentẽtiam extraiudicium. per glo. in l. non tantum. ff. de appellation. dicens

4 † quod dicitur sponte facta etiam si fuerit detentus à iudice qui non dicitur metum inferre nisi probetur metus, vel tortura. vbi plus dixit ꝙ sponte cõfessus maleficium, si iudex eum de facto absoluit ex tali confessione non resultat aliquis effectus, postquam est iudicatum contra confessionem, secundum Innocen. extra de iureiuran. cap. mulieri. qui etiam dixit in l. cum falsa. de iur. & fac. quod confessio nõ vera in iudicio prę iudicat ipsi confitenti, quia probationem inducit non probato contrario: tamẽ loquitur in ciuili, sed in l. error. de iur. & fact. dixit

5 † ꝙ confessio erronea non põt reuocari.

a [a] quando error cadit in latã culpã, secus si non cadit in latã culpã, & qa põt reuocari si est in facto vsq; ad sñiam. per d. l. error. subdẽs quod cõfessio facta super homicidio nõ põt reuocari, & prę iudicat qñ confitens non potest contrariũ probare. l. si is cum quo. ff. de confessis. scd̃m glo. & Cyn. in d. l. error. de quo articulo late dixi supra in verbo, cõfessio in c.i. qui plus dixit quod erronea cõfessio nõ põt reuocari post sñiam, nisi esset falsa per relationem ad aliquam scripturã. per l. si fideicommissariũ. de confessis. qui dicit ꝙ erronea confessio reuocat post sñiam, & subuenitur erranti beneficio restitutionis, vt ibi latius per ipsum, qui etiã dixit. in l. 2. de errore calculi, ꝙ confessio erronea etiã sæpius repetita põt reuocari, nisi fuerit facta ex certa scientia, quæ si non fuisset iterata posset infringi, etiã probato contrario, per d. l. cũ falsa. quæ in iure facta nocet etiam non reiterata. per l. i. de confessis. & in l. rura. de omni agro. lib. x. Et plus dixit idẽ Bal. in l. sicut. de repud. hære. quod si quis est confessus in iudicio statur suę confessioni etiam sine causa & informat, tamen loquitur in ciuili, quia in criminali in confessum requiritur sententia indistincte, qa posset contrarium probare. l. si confessus. de custo. reo. & idem Barto. in l. ictus fustium. de infami. & idem in l. proinde. ad legem Aquiliam, ideo debet dari sententia. l. i. §. diuus. de quæstio. licet aliter dixerit Andrę. de Isernia in consti. regni pœnam eorum. & Bald. in dict. l. ictus fustiũ. & quod sententia requiratur, tenet Innocent. in cap. cum super. de confessis. licet in cap. 2. & in capitu. qualiter & quando. de accusa. videatur aliter dicere. & quod habetur in cap. romana. de appellatio. in 6. & dixit Ange. in capitu. i. de confessis, quod ex confessione iudiciali non potest quis condemnari, nisi sit perseuerata, tamen idem Ange. in l. prima de re iudicata dixit, quod glo. d. l. i. de confes. habet locum in confessione extorta per tormenta, aliàs secus, nisi probaretur falsitas confessionis. secundum Spec. in tit. de confessis. §. effectus. prę sertim si esset extorta ꝑ tormenta sine indiciis, quia quamuis perseuerata nõ dãnatur ex ea. per glo. sing. & Barto. in l. prima de questio & idem Innocent. in cap. causã matrimonii de offi. deleg.

6 leg.† & propterea perseueratio debet fieri pluries diuerso tempore.argu.gloss. in l. iiii.de pig.actio. & tenet Bald.in prin.C. In hoc casu quando confessio esset pluries perseuerata, an possit prætextu erroris reuocari. Lud.in repeti.l.si vero.§.de viro.ff. sol.mat.in xxxi.falletia late prosequitur hoc, an confessio geminata possit prætextu erroris reuocari, etiã ubi iuramentum interuenit, nam iudices solent deferre iuramẽtum reis quãdo ipsos examinant, & interrogant in criminalibus de veritate dicenda. & Bal. late in l.iusiurand. & ad pecunias. & in l. cum precum de liber.cau. vbi de intellectu gloss. in capitu.ex literis.de diuor. volentis cõfessionem post terminũ deliberatorium non posse reuocari prætextu erroris, ꝙ late prosequitur Ludoui.in consil.cccxci. & in d.§.de viro.& sic videatur dicẽdum in casu confessionis pluries perseuerantis, Tamen dic vt ibi.& in dicto §.de viro.& quia ipse etiam in deliberando posset errare, vide de veritate in dictis iuribus.& in d.l.error. & in l. non fatetur.de cõfessis.& late Lodouicus in d.consi.examinauit.quando interuenerit iuramentum in ipsa confessione, si potest prętextu erroris reuocari, & idem Ludoui.in consi. cccxlvi. & tetigit Andr. de Iser.in cõstit.regni, si damna clandestina. quãdo cõfitens iurauit. Et circa supradicta de cõfessione facta in tormẽtis si debeat ei stari, vel possit reuocari. Bal.in l.i.C.de cõfes.dixit quod si præcesserunt legitima indicia & argumenta quod ei statur, pręsertim si perseuerat, si tamẽ non præcesserunt nisi leuia non facientia præsumptionem, nõ statur cõfessioni, nisi in ipsa perseueret, per gl.d.l.i.de confessis. & l.i. §.diuus.de quæstio.quia videtur perseuerare, eo ipso quod non reuocat, quia iste non est iustus metus, eo quòd hoc operatur autoritas iudicis propter executionẽ iustitiæ. per l iii.quod metus caus.dicẽs puòd si appellat, nõ itelligitur ꝑseuerare. sed tacite reuocare, per not.in l.creditor.§. iussus. de appella. Subdens quod ad hoc vt non possint apppellare iudices faciũt ipsum de nouo duci ad tribunal, & ibi publice cõfiteri. ꝑ l.ii.de custo. reor. Et si possit ꝓbari qđ illa noua confessio repetitis tormentis, quia si emanasset, esset sicut prima vulnerata, & maiori vulnere, quia semel tortus competenter iterum non debet torqueri, nisi noua indicia superueniãt l.repeti.de quęst.vbi Bal.

7 cõcludit ꝙ † cõfessioni quæ non incipit à tormẽtis sed fit spõte stãdũ est, cõfitẽt veɾũ & nocet cõfitẽti, nisi esset talis cõfessio, quæ posset interpretari in bonã partem c.cum dilecti.de accusa.si vero confitentur falsum nõ est standum, quia est contra naturam veri.de quæstion. l.i.§.si quis vltro.de app.l.non tantum.& vbi dubitatur, tunc præsumitur vera & sponte facta, quia iurat de veritate dicenda, & quia quis non præsumitur in se mentiri. & dixit Ioan.Andr.in cap. Romana.§.si

8 autem.de appella. † quòd sponte confessus non appellat.& iudex non debet deferre eius appellationi, imo statim in criminali potest exequi suam sententiam. de appella. l.constitutionibus, nisi vellet allegare errorẽ, vel nisi superior iuberet, vel nisi etiam iudex detulerit appellationi, vel nisi intra triginta dies non dederit apostolos. secundum Baldum in dict.l.i. vbi etiam dixit, quòd quando dubitetur vtrum confessio fuerit facta metu tormẽtorum, si nulla fuerunt adhibita, imputet sibi confitens, si fuerint adhibita, vel præcedebant minæ terribiles, quia præsumitur metus, nisi esset talis malefactor, cui iudex tanquam terribilis deberet minari, quia potius debent præsumi contra confitentem, quàm contra iudicem, dicẽs ita debere intelligi. Bald. in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.de noui ope.nunc.Et sic cum duæ pręsumptiones possunt esse vna metus, alia quod est conscientia criminis, præsumitur potius ex conscientia crimi-

9 nis, secundum Baldum ibi. Et † non solũ cõfessio erronea potest reuocari, sed etiã

b facta calore iracundiæ.b gloss. in capitu. ex literis. de diuor. nisi sit facta dato termino ad liberandum, & deliberauit. per glo.ibi.& per gloss.ii.quæstio.prima. cap. si quis.& dixit Iacob.Butrig. in l.de ætate.§.qui iusto.de interroga.actio. quòd in reuocatione confessionis factæ ante litem contesta.non requiritur iustus error, secus post litem contesta. & in Spec. de cõ-

10 fessi.in fin.l.is qui se.de rei vendi. † Nam etiam

etiam confessio iurata potest prætextu erroris reuocari, vt in cap. cum dilecti. de accusatio. et glo. singu. in d. cap. ex literis. quæ etiam potest incontinenti reuocari. cap. præterea. de testibus cogen. etiam antequam sit in scriptis redacta. c. olim. de censibus. & gloss. in capitu. cum in positionibus. de iureiurand. in sexto, secundum Bald. in l. edita. de edendo. nisi fieret malitiosè, secundum gloss. in capitu. apud misericordem. xxxii. quæstio. pri-
11 ma. & in l. rura. de omni agro deser. † nõ potest confitens ex interuallo suam confessionem interpretari. dicto capitu. dilecti. secundum Baldum in titu. qui success. tene. §. item. Si tamen apparet confessio accusati, & non dicitur scripta quòd fuerit sponte facta, præsumitur facta sponte. argument. gloss. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caus. quia in iudiciis non præsumitur metus adhibitus. l. non est verisimile. quod metus causa, secundum Baldum, licet latius in dicto §. quæsitum. Si tamen curia dicat, quod fuit spõte confessus, & inquisitus dicat, quod formidine tormẽtorum adhibitorum & inferendorum. Baldus consuluit, quod ex quo tales confessiones consueuerunt extorqueri per tormenta, debet præsumi formido, & hoc dictat ratio naturalis, quia nemo vitam suam odio habet. Et Petrus de Ancharano in consilio centesimovigesimosecundo incipiente, visa inquisitione tenuit, quòd præsumitur formidine tormentorom dicens, quod confessus formidine tormentorum debet reuocare confessionem: vt in dicto consilio late dixit per multa iura.

2 ¶ † Propterea consulitur quòd facta cõfessione in criminalibus, detur terminus confitenti ad faciendas defensiones suas, quo casu poterit contra confessionem aliqua probare, illam reuocare, & interpretari per supradicta. Et ideo dixit Bald. in l. ii. de custodia reorum, quòd quando quis cogitur ad confitendum debet apud acta confiteri, & debet ipsum duci facere ad banchum apud acta, & cautius quod intersint duo testes, qui videant spontaneam confessionem, dicens, quòd Azo in summa de confessis, dixit quòd cautius est, quod tempore quo mittitur ad supplicium, quòd illam confessionem ratificet. dicens quod tunc requiritur perseuerantia quando confessio emanauit per torturam, secus si sponte, quod tenent Gandinus & Bartolus. Et sic dicit Bald. in dict. l. ii. quod quando in confessione perseueratur tacite, scilicet quia non reuocatur confessio, tunc si sponte emanauit, sufficit ad condemnationem, aut metu tormentorum, & non sufficit, imo repetenda est confessio, si autem reuocatur confessio, quia non perseueratur in ea tacite vel expresse, admittitur reuocatio, si sint aliqua indicia facientia pro reuocatione, & si potest cogi confiteri, ergo fortius potest cogi perseuerare in confessione. aliàs illa reuocatio non procederet, nisi allegaretur error, & probaretur, aliàs non staret per allegantem, sed staret per iudicem, quo minus probaret, & quod not. de rnfami. l. ictus. tamen posset interpretari confessionem, per dictum cap. dilecti. de accusationib. Nam si fuit confessus occidisse hominem, poterit probare quod ad suam legitimam defensionẽ occidit, vel quod erat bannitus, vel quod erat rebellis, vel hostis, aut quod occisus minatus fuerat mortdm confitenti, qui poterat incontinenti occidi, vel fuerat repertus depopulari agrum, qui possunt occidi. l. prima. C. quando licet sine iudic. se vind. vel quia fuit repertus in adulterio vxoris. l. Gracchus. de adulteriis, vel quia fuit repertus in raptu mulieris honestæ, quæ qotuit occidi. l. i. C. de raptu virgin. vbi text. vel quia percusserit leuiter, & percussus fuit mortuus ex sua negligentia, & similes probationes facere, vel probare errorem, quia homo qui dicitur occisus, viuebat, vel quod aliter occidit eum, vt l. inde Neratius. § fin. ad legem Aquiliam. vel si fuisset confessus furtum, poterit probare furtum fuisse domesticum, quod est impunitum. ff de pœnis. l. capitalium. § furta. vel quod res quæ dicuntur furatæ, erant suæ, quod est contra naturam furti. secundum Ludouicum in consilio. ccccc. vbi dicit quod si quis recipiat res habitas pro derelicto à domino, licet confiteatur esse furtum, nõ statur suę confessioni, quia lex repugnat furto, quod non dicatur domino inuito fieri,

fieri, quia confessiones reorum non debent haberi pro exploratis facinoribus. de quæstionib.l.prima.§.diuus. & in §.si quis vltro. eodem titulo. & in l. diui. de pœnis.& in l.non tantum. de appellatio. Sic ergo iudex in istis confessionibus debet esse valde aduertens,& videre,an sint verisimiles,per ea quæ habentur in l.capite quinto.de adulte.& in l.si qui adulterii.C.eodem. Et subsit causa delicti confessati,vt si dicat, percussisse vel occidisse hominẽ,& nulla subsistebat causa, quare hoc facere debuisset.l.milites. & l. decuriones.C.de quæstionibus.nam videmus multos imbecilles animo confessos crimina,& deinde in supplicio iudicio animę suę iurasse hoc non esse verum, & repertum fuisse dixisse mendacium crimina confitendo. Et adde nota. quod non solum ipse principalis posset suam confessionem reuocare, in qua esset error, vel impressio torturæ,sed ẽt pater posset reuocare confessioné filii pro suo interesse.glo.in l.i.§.si absens.ff.si ex nox.cau. & Bartol. in l. cum filius. in principio.de verbo.obligatio.Et si sit causa personalis non solum admittitur pater, sed qualibet coniuncta persona ad reuocandam confessionem, & probandum contrarium pro suo interesse. argum. l. i. ij.iij. de li.cau.& de appel.l.non tantum, secundum Bald.in dict:§.si absens. quod habet locum etiam in spurio, secundum Bald. in l.j.C.de confes.in repe. & Bald.in tit. de confes.in addi.Spec.in fin.vbi alia iura

13 alleg. † Et addas vnum singulare quòd ad probandum errorem cõfitentis,& cõfessionem reuocãtis admittuntur consanguinei,& amici illius confitentis, secũdum Ang.in l.si is cum quo.ff. de confessis.argumen.l.aditos.C.de appel.& l aditos.C.de epi.audi.& l. non tantum.ff.de appell.quod tenet Specu.in tit. de confessis.qui dixit:† quod ad probandum hominem viuere, qui dicitur occisus ab inquisito, admittuntur literę amicorum, & tenet etiam Specul.in titu. de inquisitione.§ j.versi.sed nunquid.vbi dixit, quòd ad probandum innocẽtiam admittuntur tęstes domestici,& minus idonei. ¶ Modo videndum erit pe purgatione indiciorum qualiter & quãdo dicantur purgata

14

fuisse? & dico quod si iudex bis,vel ter torsit reum, & non fuit confessus aliquid, quod debebit habere ĩdicia pro purgatis, alias videretur illum pro cõuicto habere ex solis indiciis, si ipsum non liberaret quousque confiteretur.& ideo dixit Bar. quod iudices hoc agentes male faciunt.in l.fiu. de quæstio.cum debeant moderate procedere in tortura, vt in eo. tit.§. tormenta ,ppterea immoderate procederẽt si vltra tres vices diuersis temporibus quæstionem repeterent,cum sit præiudicialis. & argum.l.fideicommis.§. si quis. & de leg. iii. secundum Paul.de Cast. in consi.cxcv. Purgantur enim indicia quãdo probat inquisitus aliquid,quod extinguit crimẽ,vt quia in homicidio probauit quod occidit ad sui necessariam defensionem,secundum Angelum in l.si vacãtia. de bon. vac.circa fin. Item quando reus habet aliqua indicia pro se, quę essent magis grauia, quàm illa quæ sunt contra ipsum.l.i.§.ad quęstionem.eodem titulo. vbi Bartol. & quando esset contra reum vnus testis, & pro reo esset vnus alter dignior illo, secundum Bartol.in l. vnius.§.iudex.eodem titu. Licet Bal.in l. j.C.de furtis.dicat aliter. ¶ Purgatur etiã indicium, si probetur quod sit bonę famæ,c quia facit illud esse purgatum, secũdum Angelum in l.i. §. sed si ex improuiso de re milita. Vel si offensus exculpat reum, qui dicitur offendisse dicendo, & confitendo,quod ipse non fuit culpabilis, secundum Baldum in l.fina. C. commu. de lega.vbi dixit,quod si testator exculpauit reum quod ex indiciis non torquebitur, quia habet indicium innocentiæ pro se.per l.Paulus.§.i. de bon. liber. dicens quod si liquide constaret de crimine,quod puniretur.per l.ii ff.ad sylla.Tamen Bald in l.transigere. C.de transact. tenet quod non valeat confessio offensi, quando constaret contrarium, vel facti qualitas manifeste oppositum declaret. Licet Iacob.Butriga. ibi teneat simpliciter,quod confessio offensi excuset offensorem.d & opin.Bald. sequitur Ludouic. in consilio cxiii. & vide Baldum in l.accusationem. C.qui accusa. non possunt. de quo vide Bald.in l.si instituta §.i. de inoffi.testa.et in l.i.§.si quis moriens. ad sillan.

sillan. vbi per alios. Item spontanea confessio purgat antecedentem factam in tormentis, vt habes latè supra in c. an ex sola confessione. Item per torturam testis vilis & ignoti purgatur præcedens eius infamia seu vilitas, vt in l.i.§. item Cornelio. de quæstio. & in authen. de testib. §.si vero ignoti. & in l.ex libero. eo. titu. & vide supra in si. contra indicia.

15 ¶ † An si capiatur bannitus ex delicto possit torqueri? Dic quod sic, quia bannitio propter delictum facit præsumi contra delinquentem super delicto. l. i. & ii. de requir. re. ex quo ex qualitate personæ poterit subijci tormentis. arg. de quæstio. l. milites. Non tamen punietur, nisi de veritate delicti fuerit confessus & conuictus, secundum Baldum in l.i.C.de hære.

16 institu. ¶ † Accusatus nolens respondere accusationi potest torqueri vt confiteatur etiam sine indiciis, quia non torquetur ad punitionem, sed vt respōdeat. Bal. in l.accusatione. C.qui accus. non poss. per l.neganda. & l.is qui. eo. titu.

17 ¶ † Ante publicationem processus pars non potest torqueri. Iaco. Butrig. in l.solam. C.de testi. quod videtur verum sine dubio ad petitionem partis, sed si fiat ex officio iudicis, non est vis si fiat publicatio, vel non, secundum Innocentium in c.cum clamor. de testib. Tamen primum est tutius, quia cum tortura non debeat fieri, nisi in defectum probationis, & nisi præcedentibus indiciis, & cum adhuc nō constet de eis, quia processus non est publicatus, nihil probat, vt not. in d.l.solam. ergo non est locus torturæ. ita Bald. in d. l.milites. nam testes possent repulsari & indicia vacuari vt supra diximus. Et dixit Bal. in d.l.milites, quod si tortura est adhibita in casu à iure non permisso non vitiat reliquum processum, sed ille actus in se non tenet. per l.i.de quæstio.

a ¶ Reuocari.] An & quando quis confessionē suam reuocare possit. uide tu Fel. in c.cum dilecti. v. col. in fi. uersi nota undecimo. ubi etiam an & quando quis confessionem suam ad aliquid admittatur: ibi. in prin

b ¶ Iracundiæ.] Adde tu Fely. in c.ex literis de iureiuran. & in c.dilecti. de except. in princi. ultima colum. in uersic. de alijs gestis. & remissiuè in cap. si uero. in prima col. post med. in uersicu. & per hoc apparet. circa fin. de iure.

c ¶ Famæ.] Adde do. Pet. Philip. Corn. in cons. lviij. incipiente visa. in litera r. in ij. par. prout etiam dixi supra uersic. an stetur dicto torti in vij. colum. vbi etiam per eundem.

d ¶ Excuset offensorem.] An & quando excuset: & quando non uide tu Fely. in c i. in ult. col. circa fin. uers. quid autem de præsumpt.

SVMMARIVM.

1 *Confessio rei à se ipso facta sponte apud acta an sit sufficiens ad condēnationē. & nu. 2.*

CAP. VIII.

1 
Nunc videndum est † de confessione rei à se ipso facta sponte apud acta, an sit sufficiens ad condemnationē vel non. glo. in l.ii.C.de custo. tenet quòd non. dum allegat §.diuus Seuerus. qui loquitur indistincte. & idem sentit ibi glo. in vers. perseuerante, & idē videtur tenere glo. in l.auxilium. §.de li-ctis. de minor. in verb. fateatur. & hoc dicit Cyn. ibi tenuisse Fran. Accur. & sentit glo. in l.i.ff.eod. vt tres confessiones requirantur, quæ glo. communiter non tenetur, ne fortè innocens perire festinans ad supplicium perducatur. l.non tantum. ff.de app. Sed Dy. tenuit contra Fran. Accur. dicens, quod sponte apud acta confessus statim carceratur absque noua interrogatione, & perseuerans in confessio-

2 ne [a] damnandus est. l.fin. eo. tit. de custo. reo. & per l.cum reis de pœnis, qui pro casu inducit. l.qui sententia. eo. titu. & ibi glo. quæ vnam tantum confessionem exigit. per gl. in l.si quis in hoc genus. de epi. & cler. quæ sic intelligit de custo. reor. l.si confessus. & ff. de interdi. & rele. l.inter pœnas. § fi. & hoc idem tenet Azo in summa de confes. & hoc etiam tenet Cyn. in d.l. ii.C.de custo. reo. per l.seruos ad leg. Iul. de vi. & tenet Martri. syllima. & Bart. in l. j.§.diuus. de quæstio. Et Iaco. Butri. respōdet ad d.l.ii. quod vbi confessio fuerit facta metu tormentorum, quæ non præiudicat propter metum, sicut nec confessio facta non in figura iudicij, quæ non plene præiudicat. per l.capite quinto. de adulterijs.

l.prima.§.si quis vltro. de quæstionib. dicat non semper fidem adhibendam confessioni sponte factæ,tamen non negat textus illi aliquando esse fidem adhibendam.& sic si non appareat causa propter quam non sit fides adhibenda,stabitur regulæ,vt fides adhibeatur confessioni spontaneæ.l.prima de confes.quę loquitur indistincte. nam textus in dicto.§. si quis vltro. hoc declarat,scilicet,iudex non statim condemnet,sed de eius innocentia , & de causa confessionis inuestiget,vt melius potest, & ideo dicta.l.ij.de custo.reorum, prouidit vt confessum carceret, & deinde apud acta eum æducat si confessionem suam ex iusta causa velit reuocare, & de causa docere, per istum modum iudicibus sæuientibus freni temperies adhibetur,non solum torquendo,sed etiam sponte confessum statim condẽnando,nulla dilatione data ad defensiones faciendas, vel facere voluntatem non audiendo contra.l.vnius.§.cognitiurum.de quæstio. nam sponte confessum debet ad carceres mittere, & deinde dare sibi apud acta terminum ad defensionis copiam intra quem, si nullam faciat,dicitur in confessione perseuerare.arg. l.iij.de dona.inter virum.& l.si maritus. & l. ij. de do. cau.& l.quod calore.de reg.iur. Et si confessionem reuocat oportet quod causam dicat,illam probet,qua non probata intra terminum datum perseuerat sua confessio.d.§. si quis vltro.vbi text.non dicit eo perseuerante, sed falsa demonstratione, perseuerante, & sic etiam confessio perseuerat quandiu contrariũ nõ probatur.l.error.de iur. & fact. igno.& l.ij.& iij de erro.aduo,& tunc locum habent leges,quæ dicunt,quod iudex condemnationem non debet differre.l. cum reus. de pœnis.Si autem confessus in tormentis, vel eorum formidine reductus ad acta neget, quid faciet iudex? Odo.quod si noua indicia superuenerint reducatur ad torturam, alias secus.per l.vnius.§.primo. ff. de quæstionib. quod tenet Cy.in l.fi.de quæstion.ar.l qui bona.§.si quis.de damno infecto.Bartolus vero in dicto.§.j.distinguit secundum indiciorum qualitatem,vbi etiam noua non superueniant quia erant multum vrgentia, vel non multum manifesta,& non repetatur,aut erant manifesta,& multum vrgentia,& tunc repetatur & ita seruatur in practica.ista sunt verba Sal. in l.ij.C.de custod. reor.l. Latius. & de hoc vltimo supra latius dixi.Bald.in authentic.in l.si quis in hoc genus. de episcop.& cleric.
a dixit quod † confessio sola sponte facta sufficit ad capitalem pœnam imponendam, si sit verisimilis.de quæstionib.l.j.§. si quis vltro. & si fiat ante sententiam,secus si post.gloss.in l.non tantum.de appella. Et Bald.in l.j.C.de confessis.dixit quod confessionis, quæ sponte fit, statur, si confitetur verum, & nocet cõfitenti, secus si confitetur falsum, quia est contra naturam veri.de quæstio.l.j.§. si quis vltro.de appella.l.non tantum, & vbi dubitatur præsumitur vera & sponte facta, quia iurat de veritate dicenda, & non pręsumitur quis in se mentiri,& late diximus supra in proximis capitulis.vbi de confessione criminali, & vide etiam supra in verbo,confessio.

a ¶ *In confessione*] *An & quando confessio criminis non noceat, nec punitur pœna ordinaria nec extraordinaria uide tu Fely in c qualiter & quando in § licet de accus. post princip in versi ex quibus remanet.*

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio dictorum in tormentis perseuerata. & iurata excludit omnem dubitationem & exceptionem.*

2 *Perseuerare quando quis dicatur*

CAP. IX.

a 1 Ratificatio dictorum[a] † in tormentis perseuerata & iurata excludit omnem dubitationem, & exceptionem.Bartolus.in l.inter omnes.§.rectis.de furtis.Et erit arbitrio iudicis quomodo & quando, verisimiliter esset metus tormentorum.Bartol.in l.prima.§.diuus.de quæstionib.& in l.si confessus.de cust. reo.& Salyc.in l.finali.C.de quæstionib. Baldus & Angel.& Imol.in l.qui in alie.§. final. de acquirend.hæreditat.Bald. in capitul.primo de pace iuramen.firmand.& in l.j. C.de confessis.Quæ ratificatio tanquã spontanea confessio tollit facultatem in termino defensorio opponendi de ineptitudine processus, secundum Innocent.& alios in capitul. qualiter de accus.secundum Bart.in l. si confessus. de custo.reo.& Salyce.in l.ij.C. eodem titul. Bald.in l.quoties.de iudic.& in l.prima de cõfessis.& Ange,in l.denuntiasse.de adulte.ff.& plene in capit.fina.de resti.spolia.& in ca.j. de accusat.in vj. Satis est enim quod post tormenta reducatur ad locum publici iudicij,& ibi confiteatur.l.secunda de cust.reo. dum tamen non incontinenti per. no.in cap.officij. de electio.& in l.lecta.ff. si certum petatur.

&no.

& not. in l. metum. in princ. C. quod metus
causa. cum sola suspitio non sit attendenda,
cum alias nunquam valeret ratificatio. per l.
item apud. §. quæstionem. de iniur. & conclu
dunt cano. in capitul. cum in contemplatio-
2 ne. de reg. iur. † quod perseuerare tunc dici-
tur quis, quando non terretur tormentis, &
extra tormentorum locum illa non videns
perseuerat argument. l. j. §. ex incendio. de
incend. rui. & nau. quia aliqui tormenta con-
temnunt, & alij impatientes potius mentiun
tur. l. j. §. quoties. de quæstion. Quod bene
debet inspici secundum Angel. in l. si vacan-
tia. de bonis vacan. in disputatione sua, inci-
pien. Astensis miles. qui alleg. Innoc. in cap.
super his. de accusa. & faciunt nota in clem.
constitut. de electio. & in l. j. de rei vxo. actio.
& in c. Pisanis. de restitutio. spoliatorum. &
iste tex. in c. j. de accusa. in vj. Et si quis cum
iuramento fuerit confessus delictum, si dein-
de negat. debet repeti tortura. per not. in l.
non tantum. de appellatio. quia confessio ope
ratur quod sententia executioni mandetur.
& Bart. in l. Marcellus. rerum amota. & quod
Barto. in l. si certum. de legat. primo. vbi Ray. &
Imol. & facit decisio Rotæ noua. 172 quæ
incipit. Item quod licet confessio. & Bal. in l.
j. de confessis. licet Petrus de Ancharano
consuluerit contra in consi. xxij. & in quodã
alio consilio.

a ¶ *Ratificatio.] Adde eundem supra in versic. an stetur dicto torti. & in ij. colum. & quod ibi dixi in apostil.*

SVMMARIVM.

1 *Nemo damnatur ex præsumptionibus*
2 *Cõfessio latronis non sibi præiudicat, nisi cri mina in specie confiteatur.*
3 *Fama sola an sufficiat ad probandum quem esse famosum latronem? & nu. 7.*
4 *Famosi latrones qui dicantur.*
5 *Fama est res fragilis & pernitiosa transmis sa ab his, qui desiderant talem famam esse.*
6 *Qualitas hominis probatur per famam.*

C A P. X.



VIDAM latro famosus fuit
captus, & in potestatem cu-
riæ ductus, qui propter eius
famositatem fuit tortus, quia
famositas operatur quod tor-
queatur. ff. de q. l. de minore. §. final. qui nihil
de crimine confessus est in tortura, & fuit tan
quam insolens diu issime tortus. ff. de quæst.
l. j. §. quæstio. an possit condemnari, vel sit li-
berandus ex quo nihil confessus est? Barto. in
l. final. eodem titu. dixit quod erit liberandus
reus qui in tortura nihil confessus est, alias iu
dex tenebitur in syndicatu. Tamen Andr. de
Isern. in titu. de pace tenend. in §. publici la-
trones, attingit hanc quæstionem, & arguit
1 quod etiam sit liberandus, quia ex præsum-
a ptionibus † nemo damnatur[a] de pœnis. l. absen
tem. de minor. l. iij. §. j. & sic sit absoluendus,
licet quidam dixerint, nec absoluendum, nec
condemnandum, tamen ipse Andræas dixit
quod requiritur probatio & videtur inclina
re, quod si iudex haberet animum informatũ,
quod si sit malus non liberaret, cum ne dete-
riora faciat, quam ea de quibus est fama quod
fecerit, sicut committitur iudici quanta fides
sit testibus adhibenda. ff. de testib. l. iij. §. j. &
quia raro contingit tortum dure non confite
ri post torturam, tamen concludit quod erit
princeps in hoc casu consulendus. Ang. autẽ
in consi. 304. quod incipit, Ex forma sta. consu
2 luit, † quod si aliquis tanquam latro & disro-
bator stratarum inquiratur, & confiteatur se
esse latronem & stratarum disrobatorem,
quod ista confessio sibi non præiudicat, nisi
crimina in specie confiteatur, quia ista est
confessio iuris & non facti: vt habes supra in
verbo, latro. in c. an si fiat inquisitio. & Andr.
de Iser. in d. §. publici latrones. dicit q requirit
q sit cõfessus crimina, vel cõuictus per testes
nam quando esset bene tortus, & nihil in tor-
tura confessus sit, sed sit conuictus per testes,
condemnabitur. l. qui sententiam. C. de pœnis.
3 vbi Baldus. Attamen in casu nostro † an suffi
ciat sola vehemens hominum opinio, & fa-
ma, quod sit latro famosus. Bar. in l. capitaliũ
§. famosos. de pœn. dixit quod is dicitur famo
sus latro qui sæpius hoc fecit. per glossã in
authentica. sed nouo iure. C. de seruis fugiti-
uis. Quod putat verum si contra eos de
hoc fama publica laboret. per dicto. §. famo-
sos. dicens hoc esse verum de his, qui perfe-
cerunt delictum, alias secus per §. grassato-
res. eadem l. & sic videtur requirere alias pro
bationes. Et dixit Angelus in d. §. famosos.
4 † quod non intelliguntur famosi latrones,
qui assidue furantur, sed qui aggrediuntur
cum armis, aut vi auferunt. per l. prætor. §.
aduersus. de sepulchr. viola. & facit gloss.
in l. respiciendum. §. delinquunt. de pœnis.
¶ Tamen in casu nostro dubium facio si sit
fama in toto populo, & in tota prouincia,
quod

quòd talis eſt latro famoſus, qui in ſyluis
fecit multas aggreſſuras & latrocinia, nõ
tamen aliquid in ſpecie contra eum pro-
batur, an iſta famoſitas ſit ſufficiens ad
ipſum condemnandum, ſi tortus nihil cõ
fiteatur? ſupradicta iura faciunt, quòd
non, & quæ Bartol. dixit in l. ſecunda ff.
de furt. vbi videtur tenere, quòd requi-
rantur plures actus, & ſit probatio actuũ
in ſpecie contra ipſum. Et de iure conſti-
tutionum regni in criminibus leuibus &
extraordinariis requiritur quòd ſint cõ-
uicti in genere per decem teſtes bonæ
opinionis, vt in conſtitutio. regni, hi qui
de inquiſitione facienda. nam ex tanto
numero ſermo publicus, & popularis ha-
betur, quia tot faciunt populum, ſecun-
dum Bartolum in l prætor. in principio.
vi bonor. rapto. & in capitu. regni ſubiun-
gendo requiri videtur probatio criminũ
grauior per quatuor teſtes omni exce-
ptione maiores, quos reus non potuit
reprobare, quando generaliter vel ſpecia-
liter inquiritur. Licet in alio capitu. re-
gni, quod incipit, fortitudo hominum in
titu. quod latrones inſignes. & in capitu.
quod incipit, de iuris cenſura videatur
probari quòd ſufficiat quòd latrones in-
ſignes & manifeſtos fama publica, & graſ
ſatio indicent, tamen debet intelligi quò
ad procedendum contra ipſos ex mero
officio, & per generalem & ſpecialem in-
quiſitionem, vt veritate comperta pu-
niatur, non tamen quòd ex ſola fama to-
tius populi, quòd ſint latrones inſignes &
famoſi, capitaliter puniantur, quia ex
præſumptionibus nemo eſt condemnan-
dus. l. fina. C. de probatio. & l. abſentem.
de pœnis. Et in criminibus ſola fama cũ
vno teſte non probat, gloſ. quam Dynus
ſequitur in l. ſecunda. §. primo. de excuſ.
tuto. Cyn. in l. fina. C. de quæſtio. Imol.
in l. fina. de hæredib. inſtituend. Bartol. in
l. de minore. §. tormenta. de quæſtio. vbi
5 latè. † nam fama eſt res fragilis & perni-
cioſa tranſmiſſa ab his, qui deſiderant de
hoc famam eſſe, ſecundum Bartolum in
tractatu de tortura. Bald. in l. cunctos
populos. C. de ſumma trinita. dixit, quòd
fama non probat aliquem criminoſum
eſſe. alleg. Innocen. in ca. ſicut. de ſymo.
licet idem Bald. in l. prouidendum. C. de
6 poſtula. † quod qualitas hominis proba-
tur per famam, vt putat virtuoſitas per
l. non omnis. § à barbaris. de re militar. &
dixit Bar. in l. de pupillo. § ſi quis ipſi præ
tori. de noui oper. nunt. quod ſola fama pro-
bat iudicem eſſe cõſuetum torquere ho-
mines coram ſe conquerentes. Hi ergo
latrones quamuis inſignes neceſſe eſt quod
ſint conuicti, vt poſsint puniri. l. conſtitu-
tiones. ff. de appella. & l. i. C. quo. appella.
cum ſimilibus. & dixit Bart. in d. l. conſti
tutiones, quod ſi quis eſt condemnatus
tanquam inſignis latro per iudicem, quod
ſufficit vt non poſsit appellare, ſic ergo
videtur requiri alia probatio, quàm quod
ſit vulgi opinione, vel fama hominum fa-
moſus latro. & hoc declarat textus in
dict. § publici latrones. vbi dicit publici
latrones & conuicti antiqua damnentur
ſententia. & ſic videtur intelligere Andr.
de Iſernia ibi, per dictum § famoſos. quod
ſit latro publicus, & conuictus. Tamen
ego intelligerem quod cõuictus ſi ſit la-
tro publicus, & ex fama publica omnium.
per textum in dict. l. ſecunda. C. quorum
appella. vbi textus dicit conuicti argu-
mentis, vel teſtibus ſuperati, quod tanta
fama vehemens ex dictis totius populi,
& communis opinio hominum ſit argu-
mentum maximum contra ipſos, & in-
ducatur quaſi notorium, quod eſt indi-
cium indubitatum. l. ſi confeſſus. de cu-
ſtodia reorum. & per notata in capitul.
cum in tua. qui matri. accuſare poſſunt.
Et dicantur conuicti argumentis, ſi cum
iſta fama concurrant veriſimilitudines,
vt quia in ſyluis, in quibus vidi dictum
latronem diſrobare, homines fuerunt
diſrobati, percuſsi, & vulnerati. nam
coadunata cum iſtis indiciis, & veriſimi-
litudinibus operatur magis quàm ſola
fama, vt dicit Cynus in l. ſecunda. C. de
quæſtionibus. Bartol. in tractatu de quæ-
7 ſtionibus. † Et ſic puto quod ſit ſuffi-
ciens non ad pœnam ſanguinis extraor-
dinariam imponendam, vel ad relegatio-
nem tanquam hominem malæ famæ, vel
ad deputandum ipſum ad opus publicum
ad purgandam prouinciam malis homi-
nibus, ſed ad pœnam. per textum in l.
congruit. de officio præſidis. vbi dicitur,
quod ad præſidem ſpectat generaliter
contra

contra latrones inquirere, & homines malæ conditionis, & vitæ punire. & vt dixit textus in dicta constitutione hi qui. quia penè moriatur ex debilitate probationum. per notata in l. & si seuerior de infamibus. & in §. pœna grauior. & Bald. latè in l. fina C. de probationibus. & in l. si fugitiui. C. de seruis fugitiuis. & idem Baldus in l. presbyteri. de episcopis & clericis. & facit l. generaliter. in principio de decurio. & in versicu pœna. in quo relinquo cogitandum iudicibus curiosis tenere rempublicam pacatam. & purgatam malis hominibus.

6 ¶*Damnatur.*] *Adde quòd index quando fertur diffinitiua ex præsumptione uiolenta, debet multum sententiam temperare: maxime, ut condemnet ad pœnam corporalem. & exemplum habes de Salomone qui mortuum ex præsumptionibus adiudicauerit uni mulieri filiū: non tamen uoluit condemnare ad mortem aliam, quæ iustißimè erat condemnanda, si legitimè fuisset probatum contra eum, quod filium alterius surripuisset: ut refert nota. Felynus in capitulo afferte. in secunda columna. in uersicul. not. quarto. de præsumptionibus. & refert & sequitur Panormitanus infra in uersicu. sequen. licet non ita latè: sed se remittit ad cap. afferte.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex faciens incuti timorem supplicij, ut maleficium reueletur: nunquid tenebitur in syndicatu, si ille cui timor supplicij incutitur, moriatur? & nume. 3.*

2 *Tortura habet iniuriam.*

CAP. XI.



1 Equitur modo notabilis quæstio. Quidam † fuit de grauißimo crimine delatus, contra quem erant indicia sufficientia ad torturam, & etiam aliquæ præsumptiones. hic examinatus inculpauit de delicto nō nullos graues viros, contra quos scandalum maximum fuit causatum: iudex volens certificari de hoc, fictè iussit ipsum tradi supplicio mortis, & mandauit familiaribus, vt fictè ducerēt eum ad supplicium. & cum essent in loco, & in actu supplicii, mandauit ipsum interrogari in iudicio animæ suæ, si verum erat, quod illi tales commisissent delictum. & cum esset in actu vltimi supplicii ficti: & videt se velle vltimo supplicio affici, factis interrogationibus in iudicio animæ ex timore supplicii mortuus est. sicque fuit dubitatum si iudex teneatur in syndicatu de morte istius, quasi præbuerit causam mortis? Et omissis quæ hincinde posset induci, dico quod iudex non tenebitur. & primo per textum in cap. afferte de prǽsumpt. quem textum ad hoc propositum alleg. glo. in l. prima. §. primo. ff. de dolo. vbi dixit de Salomone, per quem textum Bartol. in l. de minore. §. tormenta. de quæstio. circa princi. dicit quod iudex potest fingere se velle facere reo criminis, quod non vult, vt videat quem actum faciat reus, vel testis qui examinatur, & qualiter se gerat. quam dixit esse subtilem diligentiam cognitionis, quia constantia & trepidatio iudicantur ad indicia. Secundo quia cum contra ipsum essent indicia sufficientia ad torturam, poterat ipsum torquere, qui si in ipsa tortura mortuus fuisset iudex torquens ipsum moderate non tenetur de ipsa morte, per ea quæ plene scripsimus in isto verbo, in capitu. an officialis qui aliquem tormentauit, & cum ista fictio fuerit minor quàm tortura, quæ est maior pœna quàm vtriusque manus abscisio. in auth. vt nulli iudi. §. fina. meritò arguitur quod non tenebitur iudex, sicut nec de morte in tortura succedente. ad quæ adduco quæ not. scribit Andr. de Isernia in titul. de pace tenen. in §. publici latrones. qui dixit, quod cum pater & filius fuissent inquisiti de homicidio cuiusdam, & probatum fuerat quod vnus eorum percusserat, adeo quod mortuus fuit: nec probatur quis percusserat, propter quod Carolus magnus mandauit fictè ambos suspendi, qui cum essent pede furcarum, credentes ambo mori: pater dixit amodò non est remedium euasionis, & confessus est quod ipse percusserat, & sic solus suspensus est filio liberato. hic fuit bonus

bonus dolus boni Regis. ff. de dolo. l. 1. §. primo. & fuit sicut iudicium Regis Salomonis de mulieribus certantibus. 3. Regum. capitu. tertio. de præsumptio. capitulo afferte. secundum Anto. in dicto § publici latrones. & gloss. in l. prima §. primo
a ff. de dolo vbi dicit de Salomone.a & habetur. tertia quæstione. prima capitulo officium. Et de istis dissimulationibus habetur in capit. primo extra quod met. caus. & facit quod dixit Bald. in l. secunda. C. quorum appellatio. dixit quod licet quis non possint torqueri, tamen potest terreri. videtur text. in authentic. de mandat. princip. in § & talem. & facit tex. in l. prima §. impuberes. ff. ad Sillania. & quod iudex possit terrere illos qui non possunt torqueri, facit tex. in l. tertia §. idem. ff.
2 de resti. † quia tortura habet iniuriam. l. prima in princip. C. locat. vbi Bald. & dixit idem Bald. in dicta l. secunda C. quor. appellat. quod leuis tortura non est tortura per tex. in l. ob quę vitia. ff. de ędil. edi. vbi tex. de febricula quæ non dicitur fe-
3 bris. & sic † iudex incuti faciendo timorem supplicij ad finem maleficij inueniendi, non tenebitur in syndicatu, si ille moriatur, quia dicitur territio, & non supplicium, vel tortura immoderata, nam aliquando suspitio facit casum, & examinaui hunc articulum in tractat. de re militari. siue de duello in quæstione, si is qui est prouocatus ad duellum moriatur in illa die, quia debebat intrare bellum, vel ligam, si præsumatur mortuus præ timore adeo quod superuiuens habebit honorem & victoriam belli.

¶ Et volo, quod tu lector habeas vnum memoratu dignum in similibus. Rex Ladislaus inquiri fecit quendam comitem regni & filium de proditione, & facto processu per iudices magnę curię, inter quos erat vnus iudicum tunc frater Ioann. de Capistrano, qui retulit regi, quod omnes erat in pœna decapitationis, tamen filius erat innocens & liberandus, iussit propterea Rex comitem decapitari & filium non decapitari, sed sententialiter facte condemnari ad mortem, & deinde ad supplicium duci cum patre, & decapitato patre filium liberare, & hoc facto decapitato patre filius præ timore pœnæ illico mortuus est, propter quod frater Ioã. de Capistrano tunc secularis, & iudex magnæ curię existens conscientia motus, quia innocentem condẽnauerat, qui ex causa coudemnationis mortuus fuerat, adiuit Regem, & renuntiauit officio nolens amplius seruire dominis temporalibus, sed Deo, & intrauit religionem mendicantiũ beati Francisci, & fuit vir magnæ religionis, & miræ sanctitatis, vt in diebus nostris intelleximus, & vidimus.

a ¶ *Salomone.*] *Vide quæ dixi in uer. præcedẽti.*

SVMMARIVM.

1 *Testis deponens de actu coniuncto uel proximo crimini facit indicium ad torturam purgatiuam & nume. 2.*

3 *Ex solo mandato quis punitur extra ordinem in atrocioribus. & num. 4.*

CAP. XII.

1 Dicitur † communiter, quod vnus testis de veritate, qui deponit de actu coniuncto, vel proximo crimini facit indicium ad torturam purgatiuam per tex. ff. de quæstionibus. l. maritus. & l. quisquis. ad leg. Iuliam maiestatis. dummodo, quod sit omni exceptione maior, vel alia indicia immineant. argument. de eodem. l. si quis ex argentarijs. §. primo quia ex pluribus causis præsumitur maleficium. ff. ad Sillanianum. l. accusa. Nam ad probandũ indicia ad inuestigandum non ad puniendum non requiruntur testes omni exceptione maiores, dummodo deponant verisimilia. C. de quæstionibus l. milites. §. oportet. & l. final. præsertim in commissis de nocte in domo alicuius. vt in adulterio. l. consensu. C. de diuort. & est regula, quod vnus testis de veritate maleficij indicium facit ad torturam. l. quisquis. ad leg. Iul. maiestatis Cyn. & alij in l. finali de quæstioni. Ioann. Andræ. in capitu. cum in contemplatione. de regulis iuris Bartol. in l. prima. §. item Cornelio. & in §. fina. de quæstioni. Andræ. de Isernia in constitutione regni, si quis damna. Et si iudex haberet plenum & liberũ arbitriũ sufficeret si nõ esset omni exceptione maior, secundum

Gandin.in maleficijs. in rubric.item q̃ro nunquid potestas,qui habet arbitrium. & faciunt no.per Bar.in d.l.fin.de quæstio. & quę ipse no.in l.si filius.de dona.& Pe. de Aancharan.in cle.sæpe. de verborum signification. Nisi talis testis sit receptus parte non citata. per nota.per Bartol. in dicta l.fina.de quæstionibus & Salyce.eodem titu.l.fina.argumen.l. si quando. de testibus.& vbique dicitur in criminalibus probatio per vnum testem est semiplena. licet Dyn.teneat contrariũ in l. secunda. de excusatio.tuto.nisi eius dictum adiuuetur aliis adminiculis vel fama. vt in l. tertia §. eiusdem de testibus. Et licet in criminali requirantur probationes luce
a clariores.[a] l.finali. de probationibus. tamen iste vnus testis sufficiet ad tormenta.per dicta gloss.in l.quisquis.quæ dicit, quod is contra quem deponit vnus testis de veritate facti, dicitur conuictus, quo ad tormenta,secus si deponat in vno indicio, quia requiruntur duo.l.fi.famil. ercisc.& per no.i l.capite quinto.de adul. & Innocent.in capitu.sicut de symo.dummodo talis testis deponens de veritate facti sit omni exceptione maior,aliàs secus. l.prima §.idem Cornelio de quæstio.vbi Barto.& l.maritus.eodem titu.& in l. in bonæfidei.de iureiurn.Et vide Bartolum de indicio aliquid tangentem in l. non hoc.vnde cognati.

¶Tamen erit cogitandum in vno si inquiratur contra aliquem, quod mandauit occidi Seium per quendam, qui eum occidit eius mandato, & probatur ꝑ vnũ testem idoneum de mandato, scilicet q̃d audiuit quando mandauit homicidium, an sit locus torturæ aliqui dixerunt, q̃d mandatũ debet probari ꝑ duos testes,q̃a est indicium remotum ab homicidio.per glo.in l.fi.familiæ ercíscun. quasi sit indicium contra mandantem tale mandatũ homicidio secuto,& q̃a potuit esse, quod occideret mandatarius non ex mandato
b sibi facto,sed à seipso,[b] Tamẽ puto,quod sit locus torturæ,quia cum inquiratur de mãdato ad homicidiũ,concernit factum, scilicet mandatũ homicidij,& videtur esse de veritate delicti,de quo inquiritur, scilicet de mãdato ad homicidium cõmittendum.per no.per Bar. in l.fina.de quæ
2 stio.ad fin.vbi dixit, † quod vnus testis est sufficiens ad torturam, quando testificatur super facto directo de maleficio, seu de actu propinquo maleficii,non quã do de indicio & mandato de occidendo, de quo nunc inquiritur, quod est delictum.per not.per Bartol.in l.non solum. §.si mandato.ff.de iniuriis.vbi dicitur,q̃d
3 † ex solo mandato quis punitur in atrocibus extra ordinem.per l.i.ff.de extraordin.crimi.& per plene no.per Bald. in l.i. C.de seruis fugitiuis.& sic semiplene probanti factum.l.mandatum, & non homicidium, multo magis tenetur secuto, delicto quod mandauit si cum dicto istius testis concurrant aliquæ verisimilitudines, vt quia occisus erat inimicus capitalis mandantis, vel suberat aliqua causa odij,ex quo verisimiliter fuerit motus ad mandandum ipsum occidi, quia coadiuuant dictum illius testis.Vel si deinde mãdatarium receptauit. Vel si erat eius familiaris mandatarius. Vel si deinde statim post mandatum secutum est homicidium.per ea quæ habes supra in capitulo indicia indubitata. & supra in capitulo quod incipit, quia plerumque. Si tamen vnus testis deponat, quod audiuit quando minatus fuerit mortem illi,dictũ istius testis non faceret indicium ad torturam.per nota. in l. prima C. quod metus causa.& in l.prima si quis Imperato. & supra dictum est pluries, quia minæ non probant factum semiplene, quando de ipsis deponit vnus testis, sed vt faciãt indicium requiritur,quod probentur per duos testes. per gloss.dicta l.fina.familiæ ercíscundæ. Si tamen inquiratur, quod minatus fuit mortem, & vnus testis deponat, quod audiuit quãdo minatus est, istæ minæ non probant factum semiplene, nisi cum dicto vnius testis concurrãt alia indicia, quia erit sufficiens ad torturam per supradicta iura. Ideo in inquisitione, vel in libello debet inseri, quod mandauit,vel quod minatus fuerit,& deinde fuit occisus, quia cum de istis inquiratur, erit dictum illius testis sufficiens ad torturam, si verisimilitudines aliquæ concurrant, vel coniecturæ, & pręsumptio-

præsumptiones contra ipsum, per iam di
4 cta. † Si tamen vnus testis deponat,
quòd aliquis mandauit sibi homicidiũ,
quod fiat, an sibi credatur cum tortura.
poterit colligi ex his quæ ponit Andræas
de Isernia in constitutio. regni, si quis
damna clandesti. & ex his quæ etiam ha
bes supra in capitulo an si quis dixerit,
& melius in capitulo an stetur dicto torti
& in capitulo confessio sociorum. & in
capitulo an confessio delinquentis no-
ceat tertio. & in capitulo an dictum
socii. & in capitulo aduertendum qua-
re & si stetur dicto mandatarii dicentis,
quod non fecit exequendo mandatum
illius mandantis. vide supra in capitulo, si
quis mandauit. Scio. quæ nota. quia quoti
diana, & vt plurimum non tacta.

a *Clariores.] Adde dom. Maria Socin in consi
lio. vij. incipien. uisis. versiculo nunc obstat ibi
item poterat cum versiculo sequent & domi.
Barthol. Socin eius filium in consilio centesimo
secundo incipien. In præsenti circa princip.
ij col.*

b *¶ Sed à seipso] In quibus autem casibus quan
do committitur homicidium in dubio præsuma
tur delinquentem motum ex consilio. & aliàs
non fuisse facturum vide Felt. in capitulo sicut
dignum in quarta columna versiculo tertia con
clusio cum plurib. seq. de homi. vbi etiam qua
liter quis uolens exonerare conscientiam de
malo consilio nondum impleto possit & tenea
tur & ibi etiam de domino qui dixit famulo
certa uerba in aure & ille statim iuit & occi
dit hominem.*

SVMMARIVM.

1 *Liber homo, an possit se dare alteri, vt eum torqueat ad inueniendum crimen.*
2 *Ea quæ sunt meri imperij non possunt pacto priuatorum concedi.*
3 *Homo an possit se obligare an mortem: uel mẽbri abscisionem.*
4 *Appellari an possit ab interlocutoria: quod quis torqueatur.*

CA. XIII.



QVero de vna notabili quæstio
ne quæ aliàs fuit in facto.
Quidam nobilis fuit inculpa
tus de graui delicto per quẽ
dam infamę conditionis,
vtrum potestas ambos coram se venire
iussit causa faciendi affrontationem pro
inuestigatione veritatis, & interrogatus
deferẽs nobilem dixit verum esse, quę di
xerat contra nobilem, nobilis negat, &
audacter delatorem de mendacio & fal-
sa delatione increpat. ille insistit, dicen-
do hoc est verissimum tandem nobilis di
xit, torqueatur ipse, & deinde sim
tortus ego, vt veritas eruatur. qua con-
uentione facta potestas iubet delatorem
torqueri. Et tortus est acriter, qui in tor
tura perseuerando dixit, & testificatus
est vera esse, quæ contra nobilem di-
xerat. deinde potestas ex conuentio-
ne habita vult torquere nobilem, qui
denegat velle subire torturam allegan-
do, quod dicta conuentio non valuit.
Modo quęritur quod iuris. Et omissis
quę dici possunt pro & contra, dico q̃d
glossa. in lege interdum. §. qui furem. ff.
1 de furt. dixit, † quòd liber homo potest
se dare alteri, vt eum torqueat ad inue-
niendum crimen. tamen Bartolus ibi te-
net contrarium, quia homo liber non
est dominus membrorum suorum lege li-
a ber homo.[a] ff. ad legem Aquiliam. quia
potestas torquendi est meri imperii. lege
defensionis. C. de defen. ciui. & in au-
thenti. de testi. §. minus., dicens quod hoc
tenet Guliel. de Gun. lege imperium. de
iurisd. om. iudi. ¶ † Et ea quę sunt meri
2 imperii non possunt pacto priuatorum
concedi lege priuatorum, de iurisdict. om
ni. iudic. dicens etiam quod quis non po-
test se committere priuato, vt sibi faciat
iniuriam. l. i. §. vsque adeo. de iniur. & sic
putat d. glo. non habere locum in libero
homine. & idem tenet Bartolus. in lege
cum seruus. ff. de condictio. ob turpem
causam. ad quæ faciunt nota. per eun-
dem Bart. in l. i. §. vsque supra allegat. vi-
delicet quod tale pactum non valeat. per

d.l.non est singul.ff.de regulis iuris. & l. generaliter.de verborum obligation. dicens,quod est turpe.scilicet, quod maleficium committatur, quia non potest qs se committere in manibus inimici quod faciat sibi vulnus.ad quæ faciunt nota in l.alia.§.eleganter ff.solu. matri. vbi Bald. & Ange.reprehẽdunt dictam glossa. & in d.§.qui furẽ.& Floria.in d.l. liber homo. dixit per rationem illius, quod liber homo non poterit tradere se ad torquendũ pro eruenda veritate criminis,licet gloss. dixerit contra in d.§. qui furem. tamen remittit se ad Bartolus & ad d.lege cum
3 seruus dicens, † quod hac eadem ratione non potest se obligare ad mortem, nec ad membri abscisionem, sicut nec valet pactum factum à debitore creditori, quod possit eum de persona capere. lege secunda de liber. homin. exhib. Tamen Bald.dixit quod debitor potest se obligare ad carcerem publicum et non priuatum sic etiam dixit Floria. ibi quod non potest se obligare ad obsidatum. de quo per gloss.in l.prima de patribus qui filios distra..Vel quod non licet recedere bonis, quia inducitur tacita carceratio, per nota..de exactoribus tributorum in lege nemo carcerem. & late in dicto §.eleganter.. per Modernos. Et quod quis non possit se obligare ad pœnam corporalem sponte,facit text.in leg. prima §.fin. autem.ff. ad Turpilianum, vbi dicit textus, quod pœnæ impositio non est in potestate partis, sed legis. in authen.in medio litis non fieri sacra iussionis, in principio,& argument.in l. tertia §.fin autem. de his qui mor.sibi consciuerunt.¶Tamen lex reum ad pœnam obligat, etiã si nihil dicatur.l. libellorum. de accusa.& facit l.3.§ item diuus.de testibus,& facit tex. in l.si quis reum.ff. de custodia reorum,vbi dicitur,quòd fideiussor rei criminis non potest se obligare pro ipso reo ad pœnam mortis, cum non sit dominus membrorum suorum.per dictam legem liber homo.& est gloss 13. q̃stio.v.c.cum homo qui allega.d.l. si quis reum.quòd fideiussor non potest se obligare ad pœnam mortis, si non repræsentat reũ criminis, nisi reciperet eum in custodiam tanquã cõmentariensis, qa tunc obligatur pœna corporali.l.ad commentariensem.C.de custodia reorum.& l.milites.ff. eodem quia illa iura loquuntur in officiali custode carcerum,cuius culpa de dolo reus captus euasit,quia lex eum obligat ad pœnam corporalem, & non ipse se obligat secundum Angel. ibi. ¶Tamen ego dubito.quod supradicta iura non habent locum in casu nostro,quia hic nobilis non obligauit se ad torturam sui accusatoris quod ipse posset eum torquere sed ad torturam potestatis habentis merum & mixtum imperium, quo casu putarem, quod potestas non posset ipsum torquere nullis præcedentibus indiciis vigore dictæ conuentionis, quia illa conuentio nõ tribuit sibi iurisdictionem torquẽdi sine indiciis.per dictam legem,priuatorum, cum ibi notat. & lex imponit freni temperiem iudicibus, vt non torqueant sine indiciis,& verisimilibus argumẽtis.ff.de quęstio.l.diuus.& l. edictum. & l.de minore.§. tormenta cum simi. de quæstio.& l.quęstionis modus.cum simi. Vnde sine indiciis,vel verisimilibus argumentis iudex non habet imperium, nec iurisdictionem torquendi, vt dictis iuribus.ergo non torquebit ex illa conuẽtione facta contra iura.¶Tamẽ relinquo cogitandum, vt tu qui studes in alphabetis consideres, & inuenias legem vel rationes legum:si hic nobilis poterit torqueri ex quo primus est tortus ex conuen-
4 tione habita coram iudice.¶ † an ab interlocutoria quòd quis torqueatur possit appellari? gloss.quod non in l.ante sententiam.C.quo.appellatio. quod est verum quando præcedunt indicia à contrario sẽsu illius l.nec propterea differtur tortura, ex quo non potest appellari.l.final. de appellationibus recipi. Sed Baldus in dicta l.ante sententiã. tenet quod siue affirmatiue,siue negatiue à pronunciatione tor-
b turæ potest appellari.b & idem tenet in l. si quis prouocatione C. de appellatio. & vide in l.eos.C.eodem.& idem Bartolus in l.1.de appellationibus.recipi. vbi dicit quòd ab interlocutoria torturæ cum expressione causarum appellatur. & idem tenet Andr.de Iser.tit. q̃ sint.reg.in verbo,

bo, maiestatis. quod in crimine maiestatis quis torqueatur potest appellari. & vide eundem Andræ. in constitu. regni intentionis. & dixit Bal. in l. final. C. de proba. quod tortus cum indicijs vehementibus non potest appellare. & de iure. c. regni appellatur vt in titul. legitima appellatio a tormentis. quod incipit, si iuste.

a ¶ L. liber homo.] *Et ibi vide Flo. contra dictam gloss. in d. l. interdum. alleg. hoc per Pau. vbi uide do. Alex de Imo & Ange in l. alia. § i solu. matri.*

b ¶ Appellari.] *Adde do. Alexand. de Imo. in l. maritus. de quæstio & Pau. de Cas in consil. 25 & adde quod ligat manus iudicis à quo etiam ante præsentatam inhibitionem cum tortura si sit irreparabilis ita Bald in l. generaliter. § sed iuramento in ij col. in uersic sed quid si est talis C. de re credi.*

CAP. XIIII.



QVIDAM vir leuis opinionis & vitæ venit ad campsorem ditissimum, et petit ab eo mille. ac iocalia, qui asserit sibi deposuisse in sacculo campsor negat depositum, ac viso libro & deposito non reperto descripto inficiatur, propter quod accusatur ab isto de furto, & de negatione depositi. qui campsor replicat accusationem esse calumniosam & falsam, & quia nihil de tali deposito probatur, petit ipsum torqueri, si & prout tortus fuisset ipse mercator, si indicia contra ipsum apparuissent de negatis deponens replicat quod fecit contra consuetudinem mercatorum non annotando depositum in libro, & sic falsum commisisse, & petit deponens sibi iuramentum in litem deferri depositi contra negantem. Vel quidam dicit sibi disrobatam maximam quantitatem in hospitio diuitis hospitatoris, quem accusat & nihil probat, an hic accusator vt veritas eruatur sit torquendus? dic quod iudex ante omnia debet inuestigare si ille habuit illam pecuniam, vel apud eum visa fuit, & qualitatem, conditionem, & famam vtriusque, per not. per Bartol. in l. j. in fi. ff. furt. aduer. nau. vbi tenet quod in istis casibus requiritur aliqua præsumptio, vel probatio delicti. & And. de Isernia in constitut. re. super incisionibus arborum, vbi ponit quando homines tincti insultant aliquem in siluis qui dicat se disrobatum, & si accusator inuentus fuerit calumniosam instituisse erit torquendus, vt veritas eruatur. per not. p Ioannē Andr. in capitulo cum in contemplatione. de regulis iuris, qui allega. quod nota. Iacob. in sum. 15. q. j. vbi de tormentis accusatoris. rei & testium, & ij. q. i. in primis & cap. illi. vbi accusatores & testes episcoporum torquentur. Quod dicit verū in casibus exceptuatis, vel quando reus accusatorem sponte ad accusandum admittit arg. c. primi de restitutio. spoliato. & de hęreti. capitulo cum ex iniuncto. dicens quod locum habeat in accusatoribus laicis, & in criminibus exceptis, secundum Innocent. in dicto capitul. cum in contemplatione. Et mihi videtur etiā quod sit torquendus si appareat de euidēti calumnia ipsius accusatoris, qui nullas probationes, verisimilitudines, nec scripturas de tali deposito producit, sed solum vt opinionem campsoris aggrauet, & quæstum faciat. argum. l. fin. C. de accusat. vbi text. secundum Bartol. quod accusatus potest statim suum accusatorem de calumniosa et falsa accusatiōe deferre. & bene facit l. non prius. & l. fin. C. de calum. & ff. de priua. l. ab impare. & l. fin. C. de abo. & l. ii. in fi. C. de custo. reo. vbi dicitur quod calumniator punitur similitudine supplicii, & text. in l. si quis alicui. C. ad leg. Iuliā maiest. vbi dicitur quod accusator in probatione deficiens torquetur, vbi dixit Bald. quod indicia manifesta solum excusantur a calumnia, sic etiam vilis persona sponte veniens ad testificandum torquetur. in authent. de testib. §. si vero ignoti. in verbo, festinantes. & Bartol. in l. ex libero. de quæstio. ¶ Sic ergo si talis accusator esset vilis, & ignobilis, & nulla indicia, vel probationes ostenderet accusationis, accusator torquebitur. & bene facit constitutio regni, de pœna, mulierum iniuste querelantium, vbi est tex. contra mulieres iniustę querelantes & falso per mendacium imponentes

ponentes raptum, vel violentia contra aliquem, vt illum in virum accipiant quod capitali pœna puniatur, nisi statuta terrarũ aliter prouideant contra accusantes, vt dixit Bar. in l. accusatorem . in §. ad crimen. in ver. sed pone. de pub. iud. Et aliàs decreui in quodã extero, qui importune petebat a quodam nũmulario bonæ famæ ducatos trecẽtos, quos dicebat in suo bancho deposuisse, & accusauerat ipsum de furto, & de negatione depositi, & valde instabat contra ipsum in curia regia, & mercator erat vir simplex & timidus , & nihil probabat de deposito, nec partita in libris erat descripta, & hic exterus nunquam conuersationem habuerat cum mercatore, sed erat suspitio, quod quærebat illum ad condemnationem perducere. nam ipsum torqueri fecit, & cõfessus fuit in tortura quod nunquam tale depositum fecerat, sed hoc agebat vt mercator sui honoris causa conseruandi aliquid sibi daret.

¶ Similiter quidam nummularius de sero in quodam porticu clamauit, quod fuetat sibi ablatus saccus cum pecunia, & in capite vulneratus per raptorem, & vulnera apparebant, fuit repertum biretum, quod gestabat in capite sine aliqua incisione, & sine sanguine fuit ligatus ad chordam, & confessus fuit, quod se vulnerauerat cum pillo leuiter, & vt cum suis creditoribus componeret ratione raptus pecuniarum.

¶ Ac etiam tempore reginæ Ioannæ nummularius, quia falso simulauit se disrobatum de sero, & in capite similiter percussum, qui tortus fuit, & reperta falsa accusatione fuit suspensus.

¶ Alter etiam quærelam proposuit quod ex domo vicini quidam intrauerat per caminum ignis, & furtum pecuniarum sibi fecerat, & viso per officialem camino, qui erat valde arctus, & apparebant omnes fuligines & nulla introitus vestigia, fuit tortus & confessus, est falsam querelam propter creditores. Ideo iudex debet esse subtilis inuestigator, quia sępe accusatores, & delatores criminum, vt aliquid lucrentur, tales delationes falso faciunt, & in alios mentiuntur, vt quæstum faciant, nam erunt torquendi, si iudici sederit, & sint aliquæ verisimilitudines falsæ accusationis, ita inserui more iurisconsulti in l. ii. & iii. ff. de quæstio. vbi ponuntur casus torturæ digni ac occurrentes ad consultationem factam per præsides, præfectos, ac consules prouinciarum, ac responsa & decreta superinde facta. vt in d. titu. videbis quæ sunt quotidiana & cogitatu digna, quia nullus ita aperit, & fui aliàs ex Apulia de his consultus.

FINIS.

AVGVSTINI DVLCETI VERONENSIS IVRISCON. CLARISSIMI,

DE SYNDICATV TRACTATVS, Nunc primum in lucem editus.



SVMMARIVM.

1 *Vnumquodque cognoscimus cum causas cognoscimus primas & principia prima.*
2 *Syndicatio est totius iustitiæ experimentum, & de querelis singulorum sermo.*
3 *Iudex aut alius officialis non sindicandus nisi prius visis processibus super quibus syndicatur.*
4 *Diffinitio denotat essentiam rei diffinitæ.*
5 *Syndicatio iure diuino inuenta.*
6 *A villicatione amouendus, qui villicationis non potest dignam reddere rationem.*
7 *Sindicatui subiacet quilibet, qui officium publicum aut priuatum gessit, aut etiam gerit, & numer. seq.*
8 *Imperator qui est summus Princeps & luminare maius: Deo tenetur reddere rationem.*
9 *Imperatores, Reges & alij habentes dominicam potestatem in alios à Deo syndicātur pro iniustitia suo populo facta.*
10 *Iustitiam populo suo qui non facit flagitium expectat.*
11 *Præsides, potestates, & iudices, possunt syndicari de commissis prætextu officij: quod multis modis euenit.*
12 *Milites consiliarij notarij, tutores curatores, & similes syndicantur, si ratione officij per oppressionem, & minas pecuniam extorserint, &c.*
13 *Syndicari coram quibus iudicibus quis possit.*
14 *Potestas debet curare ne curia sua faciat iniustitiam: aliter diceretur in culpa.*
15 *Syndicari quis durante officio, & ab eo amoueri potest pro barataria imponendo uel remittendo pœnam propter pecuniam, &c. tamen quod non amoueatur, aliqui tenuerunt. quod concordatur. nu. 16.*
17 *Inquisitio scrupulosa contra iudicem non facienda & quare.*
18 *Iudex satis torquetur & inquietatur, contra quem multæ iniustæ, & contra famam, & honorem suum querelæ offeruntur, ex quo inuitus ad iudicium protrahitur.*
19 *Syndicatores syndicantes iudicem quid debeant seruare.*
20 *Iudex syndicandus an & quando debeat carcerari, uel fideiussoribus relaxari.*



CLVRIES fui requisitus vt sub breuitatis compendio materiam syndicatus explicarem, respondẽdo aliquibus particulariter quæsitis, ideo tractaturus hanc practicabilem, & quotidianam materiam à variis doctoribus multis in locis traditam, sed inordinatè operæpreciũ esse duxi, eam per paucas quæstiones proponere, quæ mihi videntur esse magis necessariæ ad clariorem, & lucidiorem intellectum, vt iudices facilius discernere valeant an quis iudicum, vel officialium veniat absoluendus, vel con-
1 demnandus. Et quia † vnumquodque cognoscimus, cum causas cognoscimus primas, & principia prima vsque ad elemẽta, teste Philosophorum principe Aristotele. Ideo prius diuinæ maiestatis præsidio genibus flexis implorato, imitabor Paulum Iureconsultum, qui volens docere de mutuo, mutuum ante omnia diffiniuit l. ij. §. appellata ff. si certum pet. Et volẽs de instrumentis dicere, prius instrumẽtorum vocabulum interpretatus fuit. l. i. ff. de fid. instrumen. & idem fecit Imperator volens declarare tutelarum materiam tutelæ diffinitionem præmisit. §. est autem. Instit. de tute. Et cum aggrederetur agnationis materiam ab agnationis interpreta-

interpretatione initium sumpsit. §. nos
vero. Institu. de legit. agna. success.
¶ Quæritur igitur primo quid est syndi-
2 catio? Respondeo, quod † syndicatio est
experimentum totius iustitiæ, & de que-
relis singulorum sermo. vt attestatur, &
probat Paris de Puteo, in tractatu suo de
syndicatu, in princip. sui tractatus, in ver
bo, syndicatur. mihi in prima charta, a ter
go. Et in verbo, dicitur. charta mihi 12.
Ita quod sequitur quod Prætor, Iudex,
3 vel aliquis alius † officialis non potest iu
ridice de syndicatu iudicari, nisi fiat ex-
perimentum iustitiæ, id est, nisi videatur
processus super quibus syndicatur, vt di
scernatur an iustitiam fecerit: vel dolo-
4 se neglexerit, cum sit quod † diffinitio de
notat essentiam rei diffinitæ. l. omnis dif-
finitio. ff. de regulis iur.
¶ Quæritur secundo quo iure fuerit inuē
ta syndicatio? Respondeo quod syndica
5 tio † est de iure diuino. legitur in euan-
gelio vbi traditur diuinum præceptum,
vt quisquis reddat rationem villicatio-
nis suæ & legitur in c. qualiter, & quādo.
el. 2. extra de accusatio. quod à villicatio-
6 ne † villicū debet quis amouere, qui non
potest villicationis suæ dignam reddere
rationem. Et legitur in cap. 12. primo Re
gum, quod Samuel sic ait ad populum, lo
quimini de me coram domino, & coram
Christo eius, vtrum bouem cuiusque tu
lerim, aut asinum, si quempiam calum-
niatus sum, si oppressi aliquem si de ma
nu cuiuspiam munus accepi, & contem-
nam illud hodie, restituamque vobis. Et
dixerunt non es calumniatus nos, neque
oppressisti, neque tulisti de manu alicuius
quippiam. Et idem habetur in Ecclesiasti
co, cap 46. circa finem, & huic latum est
capitulum, cum æterni. de sententia & re
iudic. in 6. & l. i. C. vt omnes tam ciuil. q̄
crimina. Et titulus, vt iudic. sine quoquo
suffragio. in authentic. & multæ aliæ le-
ges, vt infra suo loco dicetur.
¶ Quæritur tertio qui sunt illi qui de iu-
7 re subiacēt syndicatui? Respondeo † quæ
libet persona; quæ gerit, seu gessit officiū
publicum, seu priuatum, Primo enim Im
8 perator, † qui est sumus princeps, & lumi
nare maius. c. solitæ. de maioritate, & obe
dien. tenetur saltem reddere rationē pro
subditorū iniustitia vt in §. scriptū exem
plar. in authen. vt iudi. sine quoquo suf-
frag. & quanto maior est aliis, plus offen-
dit. c. homo Christianus. 40. distinction.
& illud quod dicitur de Imperatore, idē
de aliis Regibus, Ducibus, & Principib9,
Marchionibus, Comitibus, Baronibus,
Consiliarijs, Præsidibus, Potestatibus, Iu
dicibus, & omnibus aliis denique officia-
libus, aduocatis, militibus, tutoribus, cura
toribus, notariis, & ad ministrantibus a-
liorum bona, omnes enim isti tenentur
de suis male gestis rationem reddere non
solum summo motori, verum etiam ho-
minibus, vt legitur in l. i. C. vbi sena. vel
clari. & in l. i ff. & C. ad legem Iul. repe-
tunda. & in l. i. C. vbi de ratio. agi opor-
tet per Spec. in titu. de syndicatu. in prin.
& in dict. l. i. C. vt omnes tam ciuil. quam
crimina. & dict. c. cum æterni. de re iudic.
in vj. Et longe latius habetur per Paridē
de Puteo in dict. suo tractatu de syndica-
tu, in verbo, & primo de excessibus Impe
ratoris. & in verbo, post Imperatorum.
charta mihi secunda, & in verbo exce-
dunt autem. & in verbo, Rex autē. char-
tha mihi tertia, & in verbo, excedunt au
tem Barones, charta 4. & in verbo, exce-
dunt etiam Barones. charta v. & in ver-
bo, an Baro. & in verbo, dicendum. char-
ta vj. & in verbo, excedunt autem mili-
tes. & in verbo excedunt consiliarii. & in
verbo, aduocati. charta 7. ¶ Quærit̄ quar
to de quibus rebus & causis quis possit
9 syndicari? Respondeo † q̄ Imperatores
Reges, Principes, Duces, Marchiones, Co
mites, Barones, & alii habenter domini-
cam potestatem in alios, possunt syndica
ri maxime à summo, & maximo Deo de
iniustitia suo populo facta, qui enim iniu
10 stitiam populo † suo non facit, flagitium
expectat. arg. c. Regum. & c. Rex. 23. q. v.
quæ iniustitia pluribus modis ab his fit,
vt latius per Paridē in d. tractatu, in præ
allegatis locis. Præsides vero potestates
11 † & iudices possunt syndicari de cōmis-
sis prætextu officii, vt puta si vendiderint
iustitiā cōmittendo barattariā, hoc est fa
ciendo

oiendo conuentionem de iudicando, vel non iudicando, & de faciendo non faciendum, vel de omittendo faciendum propter pecuniam. vt est tex. Et ibi notatur in l. prima & in l.3.& l.4.& in l. lege Iulia. ff.ad legem Iuliam repetundarum. & in l.omnes. C.eodem titulo. ad legem Iuliam repetundarum. & in leg.iudices. C.de dignitati.lib. 12. vel si pecuniæ vel iracundiæ causa hominẽ, vel aliter dolose innocentem damnauerint d.l.lege Iulia.§.fi. vel si ab inuitis hominibus pecuniam extorserint.l.i.ff. de cócusfsionibus. & per totum, vel negligentes, seu culposi in administrando iustitiam fuerint, vt late per Amedeum in suo tractatu de syndicatu, in versi.est igitur hic congrue videndum.in 16. col. mihi charta 5. & per Paridem de Puteo, in d. suo tractatu, in verbo, negligentiam in charta mihi 70. & late per Bal.in l.mancipia. C. de seruis fugi.vel in citando, seu temere inquirendo contra aliquem, quia tunc iudex tenetur reficere expensas. Bal.in l.non ignorat.in versi.quæro nunquid iudex. C.de
12 fruct.& liti.expensis. Milites † modo cõsiliarij, notarij, tutores, ꝙ curatores, similesque syndicantur, si ratione officii per oppressionem, & minas pecunias extorserint.d.l.j.ff.de concussionibus. Et ideo dicitur, neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & estote contenti stipẽdijs vestris, vel secreta reuelauerint, vel aliter pecunias malo modo expilauerint, vt legitur per Paridem de Puteo in dicto tractatu, in verbo, excedunt autem milites. vt in verbo, excedunt cõsiliarij. ¶ Quęritur quinto corã quibus iudicibus quis possit syndicari. Respondeo, quod de iu-
13 re communi † coram pręfecto prætorio, & Episcopo. l.i.in fi. C.vt omn.caus.& in §.necessitatem.in auth. vt iud. sin. quoquo suftra. Sed quia hodie iurisdictio Episcopi non est in vsu, nec hodie reperitur præfectus, ideo quilibet præses prouincię potest hodie syndicare.argu.l., primę vbi Bal.ff.de offi.præsid.& l.ex facto. vbi Bal. ff.de neg.gest. Et potest syndicare quilibet deputatus per statuta terrarũ ad hoc. Paris de Puteo in dicto tractat.in verbo, iudices. charta mihi octaua. & in inclita ciuitate Venetiarum constituuntur syndici, qui vadunt discurrẽdo regimina, ciuitates, & loca illustrissimi dominij, & faciunt syndicationem de potestatibus, iudicibus, & aliis officialibus, & etiam potestas potest formare processum cõtra suũ assessorẽ, si aliquid sinistri audierit de eo, & repertum culpabilem punire, taliter ꝙ ab eius condemnatione non appellatur. ita dicit Bartol.per illum text. in l. nulli. C.quorum appella. & sequitur Iason in l.iurisdictioni.in versi. octauo fallit. ff.de iurisdictione omnium iudicum. & probatur in l.si quis forte.§.si quos.iuncta glossa prima ibi, item in iudice.§. de pœnis. vbi Bartolus. & ponit Paris de Puteo in dicto suo tractatu, in verbo, potestas an possit.in charta mihi. octuagesimaquinta. Ratio est in promptu, quia potestas
14 † debet esse curiosus nec curia sua faciat iniustitiam, aliter diceretur in culpa. ita Bald.in rubrica.C.de pœn. iudic. qui male iudic in versiculo quæro nunquid teneatur potestas. & ita practicatur vbique & practicauit Clarissi. domi. Ioannes Contarenus tunc potestas personæ in vno suo iudice maleficiorum de Bergamo familiæ illorum de Zanchis. Et ita obseruauit Clarissi.domin. Franciscus Lippomanus Brixiæ potestas, qui audito falso rumore de me iudice maleficiorum, orto à maleuolis, formauit ex officio quã secretius fieri potuit, processum, & examinauit vltra centum viros, nobiles, aduocatos, procuratores, notarios, & multos alios, qui tamen omnes Deo fauente innocentiam meam demonstrarunt, & ideo ad vlteriora non processit contra me, quamuis linguæ dolosæ multum valuerunt penes Magnific. domin. Sebastianum Venerium, sed ab eorum labiis iniquis, & ab ore leonis liberauit me Dominus omnibus votis illustrissimi consilij, de quadraginta, de anno millesimo quingentesimo quadragesimo septimo. mense Maii cum magno plausu totius illius inclitæ ciuitatis Venetiarum.

¶ Quæritur sexto an quis possit syndicari durãte officio, & ab eo remoueri. Respondeo

15 spondeo, † quod sic pro barataria, vide
licet in ponendo vel remittendo pœnam
propter pecuniam, & pro alio enormi
delicto in officio commisso.nota.in l.pars
literarum.ff.de iudi. & in l. iubemus. C.
ad leg. Iuliam repetundarum. & in leg.
nulli.vbi glossa C.quorum appellatio. &
per Bartolum, in l. nec magistratus. ff.
de iniuriis. & late per Amedeum in suo
tractatu,de syndicis.in ver.an autem du-
rãte officio. in charta mihi 4. licet aliqui
tenuerint contrarium, quòd non debeat
remoueri ab officio, nec interdici admini
stratio,ne ciuitas,seu locus remaneat sine
suo iudice.& hanc partem videtur senti-
re Barto.in l.libertus.§.in quæstionibus.
ff.ad Municipal.vbi tenet, quòd retinet
officium interim. Et etiam hanc partem
videtur amplecti Paris de Puteo,in dict.
suo tractatu.in verbo, qualiter arguatur.
charta. mihi.73.à tergo. num.10. verum
Lucas de Penna.,in l.iudices.C. de digni
libr.xii.contrarium concludit. argumen.
l.decreto.de suspectio.tuto. Et argumen-
to prælati accusati.capitulo ex venerabili
extra.de officio delega.& interim alius in
eius loco subrogatur.l.eum quem.C. de
16 suspect.tut.quod intellige † verum,si est
merito suspectus.dict.c. venerabili. Secus
si non est merito suspectus, quia non de-
bet remoueri,nec iterdici administratio.
Et ita dicit Paris de Puteo in d. tractatu,
in verb.accusatus. charta mihi decimase-
ptima. à tergo, & hoc modo concordan-
tur opiniones.

¶Quæritur septimo, an contra iudicẽ reci
pi debeant omnes accusæ,denunciationes
& querælæ. Respondeo quod non, quia
17 non debet † fieri scrupulosa inquisitio cõ
tra iudicem. Nam si permitteretur contra
iudices fieri scrupulosas inquisitiones, &
iniuriari,& ipsos calumniari, & insolen-
tias fieri,frangeretur neruus iustitiæ, &
authoritas iudicum deprimeretur, & vile
sceret,& malefici vires,& audaciam sume
rent & successores in officio lento pede
procederent. Ista sunt verba Paridis de
Puteo in suo tractatu de syndicatu,in uer
bo,per syndicatores.charta mihi octaua.
vbi concludit,quòd iudex non debet ni-
mis in syndicatu vexari, aut calumniari,
& fieri scrupulosa inquisitio contra ipsũ
argumen.l.final.ff.de decurio.Et l. penul.
ff.de quæstioni & dicit quod satis torque
18 tur,& inquietatur † iudex,contra quem
multæ iustitiæ & contra famam & hono
rem suum quærele offeruntur, ex quo in
uitus ad iudicium protrahitur.& dicit q.
est notandum contra Norsenses, qui in
fine officii omnes officiales pro rebus fri-
uolis carcerant,& opprimunt,& quod au
diuit domin. Angelum Aretinum dum
legabat appellationes, quod fuit Norsæ
incarceratus per annum occasione syndi
catus,& quòd collegia Italiæ consuluerũt
pro eo,& ideo à talibus præcauendũ est,
& propterea statuunt grauissimas pœnas
contra diferentes iudices in syndicatu, &
non probantes. & idem dicit Paris de Pu
teo in dicto tractatu,in verbo,ad syndica
torum in vndecima charta. & Alexand.
in apostillis.ad Bart.i l. si filiusfamilias.
§.iudex.ff.de iudic.qui citat Bald.in l.pi-
gnus.C. de pign. actio. quod dictum est
menti tenendum.¶ Quæritur octauo,qd
debeant seruare syndicatores,quando va
dunt ad syndicandum aliquem iudicem,
19 siue magistratum.Respondeo, † quod in
primis debeant mittere banna in locis pu
blicis,& consuetis, vt uolentes potestatẽ
assessoris, seu eius officiales, & familiam
querelare, compareant intra terminum,
& elapso termino querelæ non recipian-
tur.ita in terminis per Paridem de Puteo
in dicto tractatu,in verbo deinde.in char
ta mihi 12.à tergo,qui dicit multos euasis
se syndicatũ, & fuisse absolutos, quia q̃-
relæ non fuerunt datæ in tempore.

20 Quæritur nono, an iudex † in syndicatu
debeat carcerari, vel fideiussoribus relaxa
ri, Respondeo quod de iure pro grauissi
mo crimine, vt puta pro crimine læsæ ma
iestatis,homicidio,vel barataria vt quan-
do conuentionem fecit de iudicando vel
non iudicando contra iustitiam propter
pecuniam,debet carcerari, & criminali-
ter contra eum procedi,& puniri.vt atte-
statur Bald.& Dec.in l. obseruare §. pro-
ficisci.ff.de offi.proconsul.& probati in l.
lege Iulia.in fin.ff.ad legem Iuliam repe-
tun.

tum. licet Franciscus Curtius in tractatu, quem fecit de syndic. attestatur fore obtentum de longa consuetudine totius Italiæ, à qua non est recedendum, quòd non agatur criminaliter contra iudices, sed ciuiliter. quem videtur sequi Amedeus in d. suo tract. de syndic. in charta mihi tertia, à tergo, versiculo & si agatur pro delicto. & in charta nona à tergo. versiculo item non tenetur. sed quidquid sit dico, quòd si agitur criminaliter, est necessaria accusatio, seu denuntiatio. l. libellorum. ff. de accusatio. l. prima in fine. C. vt omnes. causæ. tam ciuilies quàm criminales in capitulo qualiter & quando. extra de accusatio. Et si officialis vel iudex confitetur, mandat syndicator restitui. Et si negat, debent recipi testes super ipsa accusatione & denuntiatione. Et aduertere debet syndi
21 cator, quòd testes recipiendi † non sint masiuoli, & suspecti iudici, qui syndicatur, quia talibus non creditur. capitulo inquisitionis. capitulo qualiter & quando. el secundo extra de accusatio.
22 Et si denuntiantes † & accusantes defecerint in probatione, præsumuntur calumniari. capitulo primo extra de calumnia. & in lege prima §. calumniatoribus. ff. ad Turpillianum. & in capitulo dilectus. extra de accusationi. Et puniuntur
23 in confiscatione † omnium bonorum ipsi calumniatores. in authentica sed nouo iure. C. de pœnnis. iudic. qui male iudic. Et in omnibus damnis, expensis, & interesse iudici, vt per Bartolum in lege Senatus. §. ad eos. ff. ad Turpillia. Paris de Puteo in dicto tractatu. in versiculo expensæ. charta mihi quarantesimaquinta à tergo.

¶ Quæritur decimo, quæ probationes requirantur contra iudicem, seu magistratum in syndicatu. Respondeo, quod
24 † requiruntur testes omni exceptione maiores. l. finali C. de probatio. maxime quando agitur criminaliter coram iudice criminali, vt est doctrina Baldi in d. lege obseruare. §. proficisci. in decima questione. ff. de offic. proconsul. vbi dicit, quòd probationes contra officiales debent esse euidentes, cùm pro
25 eis † multum præsumatur. l. si quos iudices. C. de officio diuers. iudi. Et ita in terminis dicit, & concludit Amedeus in dicto suo tractatu de syndicatu. in versiculo negata dicta inquisitione. in charta duodecima & in charta vndecima in in prima columna versiculo qualiter autem probetur. & in versiculo quarto casu. in octaua charta, vbi dicit, quòd iudex semper præsumitur, quòd quicquid fecerit zelo iustitiæ fecerit. Et idem ponit Paris de Puteo in dicto suo tractatu, iu verb. cotra officiales. in char. octuagesimaoctaua. Et pulchre per dominum Stephanum Bertrand in cõsilio octuagesimotertio incipient. licet pendente accusatione. volumine primo. Et per Deci. in consilio 256 incipien. in causa inquisitionis, in quarta columna versiculo secundo principaliter. Ratio est in promptu,
26 † quia iudices, maxime maleficiorum, quorum officium est inquirere, punire & castigare, incurrunt in odium: & inimicitiam delinquentium, & omnium suorum affinium, & amicorum, & cum non posśit omnibus complacere, inueniuntur mille falsi accusatores, qui eos calumniantur, ita dicit in simili Abbas in dicto capitulo qualiter & quando el secundo extra de accusatio. Et ideo non sine causa constitutum est specialiter, quòd contra iudices non admittantur testes, nisi sine omni exceptione maiores, per prædicta, maxime quando agitur criminaliter: & bene, quia hoc est etiam regulare in om
27 ni causa. criminali. vt requiratur † testes omni exceptione maiores d. l. fina. C. de probatio. cum vulgar. Et propterea dicit Lucas de penna in d. l. iudices. C. de dignita. libro duodecimo quod iudex qui in syndicatu imputatur de commisśis, debet conueniri legitimis & disertisśimis probationibus, & hoc est verũ, & sine diffi
28 cultate, nisi iudex † aufugisset à syndicatu quia cum solo iuramento probatur barataria in odium fugientis est glo. nota quę ita intelligitur: & interpretat̃ communiter ꝑ scribẽ. maxime. An. de Per. ĩ § opor. in authen. vt iud. sine quoquo suffragio.

¶ Queritur

¶ Quæritur vndecimo qui sint illi, qui non recipiuntur in testes contra iudices, aut magistratum? Respondeo, quod in
29 primis non † admittitur inquisitus & in carceratus. vt per Baldum in l. si ipsius. C. familiæ ercisciund. & per Amedeum in dicto tractatu in charta mihi duodecima. in tertia column. versicul. aduerte insuper vbi dicit, quod si iudex fecerit aliquem incarcerare, quod non est idoneus testis contra eum in syndicatu, quia præsumitur ei odiosus iudex. & ita dicit D. Marcus Blanchus de Padua in sua repetition. l. final. numer. 59. versicul. detinens. ff. de quæstionib. Paris de Puteo in dicto tractatu, in versicul, suspicio, in charta mihi centesimotertio. versicul. essent autem iustę causæ. Non admittit etiam inimicus, & etiam ille, qui habitat cum inimico, vt late per Amede. in dicto tractatu, in duodecima charta. versicul. repellit etiam inimicus,
30 vbi dicit, quod † inimicitia probatur ex verbis minatorijs, & quod inimici repelluntur, quia facile mentiuntur. Non
31 admittitur etiam consanguineus † querelantis, quia detrahitur eius fidei. l. lex Cornelia. in princip. ff. de iniuriis, ita Amede. in dicto tractatu, in dict charta duodecima in dicta. column. versicul. item consanguineus. Non admittuntur, etiam mediatores, qui dixerunt portasse, & dedisse pecuniam officiali, cum se faciant criminosos, & tractent de se exonerando, cum potuerint conuertisse pecuniam in vsum suum, & postea falso modo accusare, & calumniari iudices, maxime quando agitur criminaliter coram iudice criminali. ita dicit Amede. in dicto tractatu, in dicta charta duodecimo à tergo. versicul. sed pone quod agitur contra potestatem. & adducit doctrinam Bartol. in l. deferre. ff. de iure fisci, vbi ponit de nuntio portante pecuniam, qui videtur deponere de facto proprio, & ideo etiam ciuiliter, non probat? at idem dicit Paris de Puteo in dicto tractatu in versicul. robaria. in charta 92. qui concludit, quod dicen-
32 ti se commisisse † baratariam cum aliquo sibi non creditur contra iudicem, vel officialem dict. authentic. Sed nouo iure. C. de pœn. iud. qui male iudi. Bartol. in l. prima §. illud. ff. ad Syllania. & per Barto. in l. si is qui. §. si tu. ff. de furtis. & in terminis concludit Bald. in consil. 353. incipien. proponitur quod dictus Psellus in v. uolu. Non admittuntur præ-
33 sumptiones † etiam vehementes contra iudicem, vt per Amed. in dicto tractatu in d. charta xij. versicul. Et prædi-
34 cta intelligo. Non admittuntur † etiam contra iudicem testes, ignoti in causa syndicatus, licet alias cum tortura admitterentur. vt per Parid. de Put. in d. tractatu, in charta mihi. 88. in versicul. contra officiales in uer. in causa syndicatus. numer. 17.

¶ Quæritur duodecimo an iudex possit syndicari, eo ipso quod tentauit carnaliter cognoscere aliquam mulierem inho-
35 nestæ vitæ? Respondeo, quod † non, duabus rationibus. Primo, quia non punitur regulariter affectus, si non est secu-
36 tus † effectus. vt late per Felin. in suo tractatu de conatu. Secundo, & si esset secutus effectus. non tenetur in syndica-
37 tu, quia † accessus ad mulierem impudicam non est punibilis, vt per Cyn. in authentic. nouo iure. C. de custod. reor. Et per Bartol. in l. si vxor. ff. de adulter. Et per Bald. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. & per Bartol. in l. verum. ff. de furtis. & eo magis, quia præsumendum est, quòd iudex hoc faciat causa extorquendi aliquam veritatem ab ea, vt dicit Paris de Put. in dict. tractatu. in versicul. & aduertendum est. charta mihi. centesimaseptima. à tergo, vbi concludit, quòd licitum est iudici vocare ad se secrete in camera sua iuuenem suspectam de aliquo crimine, & ei dicere quòd vult eam in suam, & deosculari, vt ista arte ab ea consequeretur veritatem.
38 ¶ Quęritur decimotertio, an † iudex teneatur in syndicatu, si condemnatus ad mortem non est confessus, vel eucharistiam non acceperit? Respondeo quod non, si iudex, vel potestas misit sacerdotes ad eũ vt essent solliciti pro salute animæ eius, ita concludit Paris de Put. in d. tractat. in versi. iudex in char. mihi. 33. à tergo,

¶ Quęritur

¶ Quæritur decimoquarto, an iudex te-
39 neatur † in syndicatu, si dedit torturam testibus, & sic acceperit dictum testium in tortura? Respondeo, quòd iudex non tenetur in syndicatu, quando accepit dictum testis in tormentis, & hoc in atrocioribus. & occultis. nam iudex in casibus atrocioribus, & occultis potest capi facere etiam vicinos, à quibus verisimiliter veritas haberi potest, vt per Bartolum in l.dominus horreorum.ff.locat. & in l.finali.ff. de quęstionibus. & in l.in eos. §.finali. ff. furti aduers. naut. Et per Innocentium in capitulo. quoniam contra. extra de probat. maxime quando sunt testes viles, qui fuerunt præsentes facto, quia tunc præsumuntur scire veritatem, vt per Baldum in l.tertia. C. de adulteriis.& in l.milites.C.de quęstio. & quando sine tormentis dicit testis vnū & postea in tormentis dicit aliud, statur potius secundo facto in tormentis, vt per Baldum in dict.l.tertia.C.de adulter.
40 & bene, quia † magis creditur testi torto, quàm non torto, vt per Baldum in l. finali.C.de quæstionibus. ibi. verum est, quòd testi torto plus creditur, quam non torto. & suadetur, quia iudex non tenetur in syndicatu pro prædictis, quia ista stant in arbitrio iudicis, an testis torqueri debeat, vel non. vt per Bartolum in l.vnius.§.iudex.in fine.ff.de quęstion. & ponit Catar.in tractatu de syndicatu, in secunda columna.numero.4. vbi concludit, quod iudext potest torquere testem, vt dicat veritatem. & de prædictis latius dixi in responso meo sexagesimooctauo.incipien. Quidam Bernardinus. in iure non obstat quod fides aliqua non est adhibenda.

41 ¶ Quæritur decimoquinto, an † iudex teneatur in syndicatu, si posuerit reum appręsentantem in compedibus? Respondeo quòd non, quando appræsentati commiserunt crimen graue, & habentur à iudice pro conuictis, ita dicit Amede. in dicto tractatu de syndicatu, charta mihi.17. à tergo. in versic. item non tenetur.doctrina est Barto.in l.prima.ff.de custod.& exhib.reorum.

42 ¶ Quæritur decimosexto, an † si quis fuerit condemnatus ad mortem, & iudex in continenti fieri fiat executionem non expectatis tribus diebus, qui regulariter dantur damnatis, an teneatur in syndicatu. Respondeo, quòd si damnatus ad mortem fuit condemnatus pro aliquo crimine enormissimo, & fuerat aliàs homo criminosus, & factiosus, quòd iudex non tenetur in syndicatu, si statim & incontinenti miserit suam sententiam diffinitiuam executioni. text. est in l.si quis. §.quid tamen.ff.de iniusto rupt. irrit.testamento. vbi dicitur, quod si latro manifestus, vel seditio prompta, vel factio cruenta, vel aliqua alia iusta causa, quæ moram non recipiat ex literis Præsidis præueniendi periculi causa, tunc enim punire permittitur, deinde rescribere, & si appellatio interposita esset. Ad idem est textus in l.constitutiones. ff. de appella-
43 tionibus. vbi dicitur, quod † priuilegiū appellationis & sic suspensionis non habet locum in personis damnatis, quos statim punire publicè interest. Hoc etiam probat tetus in l.cum reis. C. de pœnis. vbi habetur, quod quādo alquis est conuictus de homicidii crimine, vel de alia grauiori causa, vltio differenda non est, ne si detur spacium temporis malignis artibus, pateat facultas criminosissimis euitandi pœnas. & facit textus in l. de his. C. de custod. reorum. vbi dicitur, quod contra conuictos, velox pœna debet esse. & ita in terminis concludit Paris de Puteo dicto suo tractatu de syndicatu in versicu. latro. charta mihi. 68. vbi dicit, quòd pœna est acceleranda contra malefactores propter publicam vtilitatem, & pacem, quietemque in populo conseruandam. Et quod licitum
44 est iudici † propter immanitatem criminum leges transgredi, & contra assassinos de facto procedere, & propter immanitatem criminis, quod quis debet furca suspendi, & q̄ ex pluralitate delictorum quis vt latro punitur, & dicit quod potestas potest transgredi statuta, quando id facit, quod multorum salus procuratur. & quod propter facti atrocitatem multa conceduntur, quæ aliàs non concederentur. Et dicit, quod vnus commissarius,

missarius, qui fecit in vna die suspendere latronem captum in illa die, quod bene fecit, etiam comburere villam, vbi habitabat. Hanc partem tenet domi. Thomas Grammaticus. in voto. 14. nume. 18. cum sequen. vbi concludit, quod quando constat de maleficio, iudices debent esse proni ad puniendum, nec debent multum ponderare omnes iuris solennitates,
45 quia fauor † publicę disciplinæ suadet, vt maleficia puniantur. Et dicit vnum mirabile verbum, quod si homicida instat ad defensam, vt res protrahatur, debet homicida ipse interfici, & postea inquiri, quia in lege diuina sancitum est, maleficos non patieris viuere seper terram. facit doctrina Iaso. in l. prima. in primo notabili. C. de precib. impera. offer. vbi dicit, quod propter atrocitatem criminis, & eius enormitatem, quædam permittuntur contra regulas iuris, quæ aliàs nō permitterentur. Et idem dicit Baldus in l. ictus fustium. ff. de infamib. quod ex cau
46 sa † in maleficiis potest omitti forma, & modus procedendi. Et hoc affirmat Amedeus in dicto suo tractatu de syndicatu, in xvi. charta qui dicit, quod iudex non tenetur, si ex causa transgrediatur statuta. Idem consulendo dicit Baldus in cōsilio. cciiii. in seconda columna. nume. 3. versicu. venio ad tertiam. in tertio volumine. vbi dicit, quod sententia crimina-
47 lis † præcipiti festinatione lata, valet, quia in tanto scelere velox debet esse supplicium, dummodo constat de crimine. hoc sequitur Felyn. in capitu. quærenti. in prima columna. versicu. quinto fallit. de offic. delegat. qui dicit, quod senten-
48 tia, à qua † non potest appellari, statim mittitur executioni. & Paris de Puteo in dicto tractatu, in verb. appellata. num. 31. charta mihi. 19. à tergo, dicit ex mente Baldi, quod si à sententia fuerit appellatum, quod nihilominus potest fieri executio capitalis, quando est facta con-
49 tra conuictum, & quia iudex † non debet pati suam iurisdictionem deludi, faciunt notata per Caccialupum in repetitio. l. i. C de summa trinitate & fid. catholica. vbi refert, quidam potestas Anchonæ suspendit sacerdotem propter sua demerita, & fuit in syndicatu absolutus, quia zelo iustitiæ fecit, vt multis grassantibus esset exemplum. ita dicit in xvi. columna. & in fine. xviii. Et habetur in apostillis. Alexand. ad Baldum in dict. l. si quis filio. §. hi autem. ff. de iniusto rupt. irrit. testamen. vbi dicit, quod domini Florentini fecerunt suspendere vnum Cardinalem & Archidiaconum non suppositos suæ iurisdictioni propter criminis
50 atrocitatem, & bene, quia iuris † executio nemini iniuriam facit. l. maritus. §. is qui. & §. quæ inter. ff. de iniuriis. Et ego in syndicatu fui absolutus de omnibus votis in excellentissimo consilio de quadraginta criminali, dum fueram accusatus, quod fui in opinione, quod illi quinque de Vallo Trupia territorii Brixiensis, laqueo suspenderentur, de quibus in responso meo sexagesimooctauo, incipien. quidam Bernardinus, ex quo per iura, & rationes de quibus in dicto meo respōso ostendi, ipsos laqueo suspensos fuisse publicos homicidas, & occidisse atrocissimè illum pauperculum Bernardinum.
51 ¶ Quæritur † decimoseptimo, an iudex possit syndicari publicando sententiam criminalem in domo, seu lodia sua? Respondeo, quod non, quando hoc facit potissimum ex causa. textus est in l. voluit. in fine. ff. de interrogato. actio. ibi, in domo. & probatur in l. penultima. in fine. ff. de iustitia & iure. & per gloss. in §. & quoniam scimus. in ver. illic. in authent. de testibus. facit doctrina Paridis de Puteo in dicto tractatu, in verb. verum iudex. numero. 12. ibi, quod hodie in charta mihi. 95. à tergo, vbi dicit, quod hodie quando liquet de substantia veritatis iudex ex defectu solennitatis non imputatur. Et iusta causa dicitur, quando dubitatur de scandalo, nam ratione scandali
52 euitandi † executiones in continenti, & celeriter fieri debent, vt habetur in apostillis ad Bartolum in l. quidam æstimauerunt. ff. si certum petatur. & per Bald. in consilio centesimoquadragesimo, incipiendo. numero. 3. primo volumine. Et an fuerit iusta causa, statur dicto domini Potestatis, vt per Iasonem in l. si donationis. in penultima columna. versic. & ego

vltra

vltra alios. C. de collation. Et istud dictum fortius procedit, quando causa disputatur coram principe, seu alio repræsentante principem, quia tunc solum attenditur veritas, & non ritus iudiciorum. ita dicit Bal. in l. rescripta. in secunda columna. numero. 6. ibi, nam coram principe. C. de precib. impera. offeren. Paris de Puteo in dicto tractatu, in versicu. an per dictum capitulum. charta mihi. 98. numero. 2. ibi, subdens, vbi dicit, quod liquidato † crimine partis facinorosę non licet de apicibus iuris disputare. facit text. in l. quod statim. ff. de pœnis.

53

54 ¶ Quæritur decimooctauo, an † iudex, vel officialis condemnatus in syndicatu possit iterum eligi in iudicem & officialem? Respondeo breuiter, quod non. doctrina est Baldi, quam sequitur Paulus de Castro in l. mancipia. C. de seruis fugitiuis. ibi, & si est condemnatus in syndicatu, nunquam redibit vlterius. per notata in authentic. de armis, in fine. & est text. in l. prima. C. si quacunque prædi. potesta. l. iudices. C. de dignita. libro duodecimo. & per Alexandrum in apostillis ad Bald. in dict. l. mancipia. Et ita pro nunc transeo, Ego Augustinus Dulcetus. I. V. D.

FINIS TRACTATVS DE SYNDICATV.



INDEX CAPITVM AMEDEI.

INDEX GLOSSARVM AMEDEI.

INDEX:

INDEX RVBRICARVM

PARIDIS DE PVTEO.

INDEX CAPITVM
PARIDIS DE PVTEO.

De litera B.

De litera C.

De litera D.

De litera E.

De litera F.

Fuit

De litera. P.

Potestas

364

De litera Q.

De litera R.

De litera S.

De litera T.

De litera V.

INDEX.

INDEX SINGVLARIVM MATERIARVM, QVAE IN HOC SYNDICATVS TRACTATV CONTINENTVR,

Ordine Alphabetico digeſtus.

De litera A.



Acta

Arbitrium

Bonus

si

Commenta-

siciens

cans

 373

De litera D.

De litera E.

Emolu.

Fęminæ

De litera G.

De litera H.

De litera I.

Inquisitio

Iudex

Iudex

De litera L.

&

De litera M.

Mani-

De litera N.

Officiali

Officialis.

Officium.

De litera P.

&

potestas

Poteſtas

tium

contra

De litera Q.

Quæstio

Index.

Quid

Quod

Index.

Reus

& poni

De litera T.

De litera V.

FINIS.

